

MARII CVRTELLI

AD

PRIORES TRACTATIONES

P. DIANÆ

DE PRISCA, ET RECENTI IMMVNITATE ECCLESIÆ AC ECCLESIASTICORVM LIBERTATE


GENERALES CONTROVERSIÆ IN DVOS LIBROS DISTINCTÆ.

In quibus Admod. Reu. P.D. Antonini Dianæ Resolutiones in controuersiam vocantur, & excutiuntur.

AVCTORE
MARIO CVRTELLI VILLÆROSATÆ
Comite, Catinensi Patritio, Regis Consiliario.

TOMVS PRIOR
SVMMO PONTIFICI DICATVS.





CVM PRIVILEGIO CASTELLÆ, ET ITALIÆ
MATRITI, EX TYPOGRAPHIA REGIA
ANNO M.DC.XLVII.

APPROBATIO.

DE mandato D. Licentiati D. Alfonsi Morales Ballesteros, Canonici Doctoralis Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, ac Vicarij Generalis huius oppidi Madritensis, vidi, & attentè perlegi, *De prisca recenti Ecclesia libertate generales cōtrouersias*, à Doctissimo D. Mario Curtelli diligentissimè elaboratas, in quibus nihil inueni Fidei Catholicæ, vel bonis moribus contrarium, & ideo typis mandari posse censeo. Matriti hac die 10. Iulij 1646.

Doct. Augustinus Barbosa.

Licencia del Ordinario.

NOs el Licenciado don Alonso de Morales Ballesteros, Canonigo Doctoral de la Santa Iglesia de Toledo, y Vicario General desta villa de Madrid, y su partido, por la presente; y por lo que a Nos toca damos licencia para q̄ se pueda imprimir, è imprima vn libro intitulado, *Generales controuersia de Immunitate Ecclesiastica, & Ecclesiarum*, compuesto por el Doctor don Mario Curtelli, atento nos consta no tiene cosa contra nuestra santa Fè Catolica, y buenas costumbres. Fecha en Madrid a 18. dias del mes de Iulio de 1646. años.

Lic. Morales.

Por su mandado.

Iuan del Campo.

Supremi Senatus Castellæ mandato, hoc opus perlectum à D. Lic. D. Michaele Monsaluo approbatum fuit, eodem mense, & anno.

Suma del Priuilegio.

DOn Mario Curtelli, Conde de Villarosada tiene Priuilegio por diez años, para poder imprimir vn libro intitulado, *De prisca, & recenti Ecclesiæ libertate*, como mas largamente consta de su original, su fecha en primero de Setiembre de mil y seiscientos y quarenta y seis años.

Rescripto quoque SS. Italiæ Consilij cautum est, ne quis hoc opus in Regno Siciliæ imprimat, nec alibi impressum vendat, sub pœnis in dicto rescripto contentis. Datum Matriti die 30. mensis Octobris 1646.

¶3 *Er-*

Errata corrigenda.

FOl.4.col.2.lin.30.adultis, adulteris,fol.5. col.2.li.46.famæ,fauore.f.6.col.1.lin.25.paritate, puritate, f.17.col.1.lin.12.relatum,ne latum,f.25.col.1.lin.25.argnor,arguor,f.27.col.1.lin.38.infamibus,infamibus,f.69.col.4.lin.1.laica,laicalis,f.109.col.2. lin.fin.refellendus,refellendus,f.141.lin.1.facrarum. facrorum,f.165.col.2.n.16. Lex,Leo,f.180.col.1.lin.7.ita,ista,fol.206.col. 2.li.42.orationibus,coram oratoribus,fol.223.col.1.lin.23.aliqui,aliquæ,f.235.col.1.lin.11.quędam, quosdam,f.240.col.2.lin.31.q.56.q.57.f.248.col.1.lin.25.futuram,furtiuam,f.261.col.2.lin.15.dispositione,dispositionem,f.263.col.2.lin.9.præuentura,præuentum,f.266.col.2.lin.21. Principatum, Principatus,f.268.col.1.lin.31.dicere,decere,fol.277.col.2.lin.43.riueglius,Griuelius,f.28 col.2.lin.26. Pontificibus,Principibus,f.283.col.2.li.24.transmisi,transmisisti,Ibid.post sex lin.ptatim,partim,fol.288.col.1.lin.44.quoititatiua,quotitatiua,f.289.col.1.lin.29.Princeps,Principes,f.293.col 2.lin.23.oprpessione,oppressione,f.295.col.2.li.10.incoactiuam,vin coactiuam.f.310.col.2.lin.46. ius decés, ius dicens,f.318.colu.2.lin.33. Tyrannos,Tirannos,f.321.col.2.li.33.impresione, impres ione,f.329.col.1.li.n9.hæredi,hæredibus,f.335.col.1.lin.13. in casum,in cassum,f.347.col. 1.lin.18. initiaio,initiatiue,f.36 col. 2.ad finem assequetur,assequeretur,f.367.col.2.lin.20.tabularijs,stabularijs, f.376.col.1.li.17.profectum,perfectum,f.377.col.1.lin.37.pariter,patienter,fol.386.col.2.lin.vlt.ausi,ausē fol.390.col.1.ad finem apetetur, operetur,fol.401, coul.2.lin.22.Galliæ Rege,Imperatore,f.402.col.1.lin.26.nec,sed.f.421.col.2.lin.29.Inquisitore,Inquisitores,f.425.col.1.principio, vt rectè,tolle vt,f.426.col.1.lin.2.hoc ex,hos ex,f.432.col.2. li.16.aler,aliter,f.434.col.1.li.9.mori,more,f.455.col.2.lin.20.Pontificia,Pontificiam,f.478.col.2.lin.23.politica politia,f.434.col.13. Sixti X. Sixti IV. f.495.col.1.lin.36. instantibus, petentibus,f.502.col.1. introducta, introducta de verb. signifi. f.503.col.1.post medium heredem,heredum.

Cætera ex te corrigas.

Hic liber de prisca, & recenti Ecclesiæ libertate, his mendis correspondet suo exemplari. Dat. Matriti die 17. Iulij 1647.

Lic. Murcia de là Llana.

Suma de la Tassa.

LOs Señores del Consejo tassaron este libro intitulado, *De prisca, & recenti Ecclesiæ libertate*, a quatro marauedis y medio cada pliego, como mas largamente consta de su original, despachado en el oficio de Pedro Fernandez Herran.

SAN-

SANCTISS^{MO.} AC TER EGREGIO

INNOCENTIO X

Pontifici Maximo Reip. Christianæ Parenti optimo.

MARIVS CVRTELLI P. F.



IBERTAS sentiendi P.S. à priscis vsquè Ecclesiæ seculis, in his, quæ ad fidem non pertinent, nec speciali, & aperta Ecclesiæ, ac Prædecessorum tuorum sanctione stabilita sunt, vnicuique, ac semper permissa fuit ex Apostoli scito. Omnia probanda, & quod bonum est, tenendum. *Inde variæ disputationes per plura secula sine vllo conscientiæ periculo hinc inde agitatæ, ac ad libitum amplexæ. Inter has, iurisdictionales controuersias contineri non ambigitur: quod tamen hoc nouissimo seculo nonnullorum Moraliū Scriptorum opera inuersum conspicimus, qui cùm alios suæ scholæ viros dissentire comperijssent, & Canonistarum, Cæsareorumquè Interpretum veteri more inter se pugnare; quò maior suis scriptis auctoritas accederet, conscientiæ, religionisquè metu suas opinationes firmare conati sunt, oppositarum Sectatores censuris irretiri affirmantes. In quo adeò excessum est, vt liceat cum Augustino dicere.* Quòd religionem nostram, quam in paucissimis, & manifestissimis celebrationum Sacramentis misericordia Dei voluit esse liberam, seruilibus oneribus premant adeò, vt tolerabilior sit Iudæorum conditio, qui etiam si tempus libertatis non cognouerint, legalibus tamen Sacramentis, non humanis præsumptionibus subijciuntur. *Hinc cùm retroactis temporibus nonulla, & præsertim de Immunitate Ecclesiastica me scripsisse contigisset, Recentiores quidam in illa acriter adeò inuecti sunt, vt hisce dissertationibus, meo nomini, aliorumquè mei instituti viris consulere omnino necesse putarim, non quidem contradicendi studio, nec fortuito alijs eiusdem pro me adductis, sed per veros Theologiæ, Patrumquè fontes; vbi in primis illud mihi munimentum offendi, Catholicæ, nempè, Ecclesiæ axioma. In huiusmodi ancipitijs, antiqua Pontificum, & Cōciliorum decreta, priscos mores, vetustissimas Patrum sententias requirendas, acquè amplectendas esse. Spiritu Sancto in Scripturis cōtestante,* Interrogandas vias antiquas, illasquè sequēdas, si requiem animabus nostris invenire velimus. *Et sæpius alibi idipsum inculcante, Prædecessoribus quoque tuis assentientibus: ex quibus Zosimus protulit,* apud Pontifices inconuulsis radicibus viuere antiquitatem, cui decreta Patrum sanxere reuerentiam, & *Nicolaus* ridiculum, & abominabile dedecus esse, vt traditiones an-

ti-

Ad Inquis. Ianuarij Epist. 119. cap. 19. in capit. omnia distinct. 12.

Ierem. 6. 16. Deut. 32. 7. Iob 8. 2. 12. Esai. 25. 2.

In capi. contra 25. q. 1. in c. ridiculum distin. 12. cap. sunt quædam distin. 14.

[illegible]ritus à Patribus susceptas infringi patiantur. Quod & in ambiguis *quæstionibus Leo prior firmauit, Regulamquè Ecclesiasticam esse docet Isidorus, ac Institutionum Canonicarum Formator repetit. Ad hanc ego P. S. tanquam sacram Anchoram confugi, duplici Ecclesiæ immunitatum in disputatione statu perquisito VETERI, cui sanctissimi, ac probatissimi Pontifices, Conciliorum vniuersalium decreta, Patrum deniquè vita, & doctrina præstantium sententiæ suffragantur, cui etiam & aliqui huius ætatis Auctores, sæpius multi adhærent RECENTI à Canonum Interpretibus (iuxta priorem eorum compilationem) primùm inducto, ac per Neothericos Moralium Scriptores probato. HOS quidem Principibus semper infensos, VETERES verò pro veritate modò vni, modò alteri Potestati fauentes. Vtrosquè tibi Æquissime Pater, ac Iudex, ex fide retuli, vt tuum sit de vtriusquè sententiæ veritate iudicium, cui hæc propterea iure dicare debui, & volui. Non me latet collatione ex hac Sequiores hos periculum (vt qui nouis sententijs mordicùs inhærent) hisce scriptis creaturos. Sed cùm tibi etiam à Dauide dictum fuerit,* Ecce cognouisti omnia nouissima & antiqua. *Tuæ, Beatissime hominum, erunt partes tot Prædecessorum tuorum, Patrum quoquè nomini, & auctoritati consulere. Cùm enim horum sententias, & decreta sæpius ex corpore sincerè restituta, & cum temporum historia, veritatis luce; collata, ad vnguem secutus fuerim, nemo sani capitis, quòd Recentiorum placitis non adhæserim, id mihi vitio vertet, cùm maximè de ijs omnibus differens tuo ea iudicio subiecerim. Interim te, vt pro meo hoc qualicumque labore benedictionem misericorditer largiaris, Deum verò, vt tibi fœlices, & longæuos annos, quò Principes omnes ad pacem adducas, & Ecclesiæ labenti consulas, concedat, supplex, ac humi procumbens rogo. Vale.*

Cap. hoc ipsum, versic. in fine 23. q. 2. Instit. Can. titul. 3. inst. 3. lib. 1. Innoc. 4. in cap. 5. de constit.

Psalm. 138.

PO

POTENTISSIMO
ATQVE HVMANISSIMO
PHILIPPO IIII
HISPANIARVM, ET NOVI ORBIS
MONARCHÆ
MARIVS CVRTELLI.



NTER cætera morum Catholicorum præcepta nullum magis ab Apostolis, à Pontificibus, à Patribus, ac vniuersalibus Conciliis commendatum animaduerto, quàm Principum obsequium; quo qui subsunt vnanimes ad Imperij pacem, firmitatemquè conspirarent, mutuo inter Sacerdotium, ac Principatum auxilio, ac relatione inducti; vt Principes Sacerdotio ad fælicitatem æternam, Sacerdotes Principibus pro pace, ac temporalibus fruendis subessent. At non pauci corrupti huius sæculi Scriptores, dum sui Ordinis Ecclesiasticos numero & varietate professionum satis auctos conspicerent, evulgatis libellis eos ab Euangelica hac, naturaliquè subiectione emancipare conãtur, suasos diuisum ipsis in temporalibus quoquè cum Principibus Imperium, ne alios præter quàm suos Prælatos agnoscant, nemini fasces submittant, ac subiectionem, ipsumquè vassalli nomen inficientur. Vnde tanquam à Troiano equo tot mala, & turbines orta, quot Christianam Remp. & tua præcipuè Regna afflixere, sicut ad apertam historiæ lucem conscripto ad hoc argumentum libello præteritis annis tuæ maiestati aperui. Deerat infirmas has, nouasquè doctrinas refellere; quod in præsenti ex robustissimis, ac inuictis Religionis nostræ argumentis (si egregijs viris, qui hæc perlegerunt fides præstanda est) non infæliciter videor assecutus, ac tibi operam pariter nulli in hoc genere iuxta vires meas secundam, præstasse.

Vt ex DD. Petro, & Paulo Apostolis, ex Leone, Gelasio, Ioanne, Gregorio PP. ex octo vniuersalibus Concilijs, ex Toletanis, & alijs, ex Iustino Mar. ex Tertulliano, ex Basilio, Chrisostomo, Gregorio, ex Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Hilario, Bernardo, Thoma, & alijs probatum est integro, lib. 2. huius operis præcipuè, q. 11 ex nu. 9. per totam q. 13. num. 33.


Visus

Vsus verò sum septenni otio, quo æmuli omni studio ab obsequio tuo me auellere conati sunt: nam cùm Siculus Prorex me huc adesse Patrimonij tui promouendi gratia mandasset, ac tibi suasissent, ne Fisci patroni munus inter eosdē Maiestati tuæ obid delatos repeterem; quinimo vt aliamcritis paria, vel pro tua liberalitate maiora præstarētur, illi met interim ad summa euecti me tandiu omni priuatum munere viuere curauerunt, quò melioribus desperatus foro cederem. Sed ex aduerso res euenit, cùm Diuinum numen alios morte, nonnullos famæ iactura, me incolumi, ac superstite, affecerit. In hoc ergo rerum turbine, ac munerum deturbatione ad scribendum animum resumpsi: Æmuli enim à me honores auertere non animum erga studia, ac tuum obsequium potuere. Et licèt ex Legatione (si finem habuisset) maximum Regnum illud, ac publicæ, tuæquè res compendium hausissent, vt præsentia, quæ dolemus, apertè docent; non minorem tamen opinor ex hoc opere Regna, quibus imperas, vtilitatem fore perceptura. Tuum ergo omni iure opus Regum optimè tuere; vberiùs inde fructum hausisse videor, si instituto respondeat, ac priscam inter vtrumquè statum concordiam reuocatam prospexerim, quò interna prius firmata, & externa tandem pace fruamur. Vale.

LECTORI



ON Operis conſilium aperiam, nen commendationem hac epiſtola quæram, cũ priùs ex duabus hiſce operi præfixis obtinere poſsis, alteram exemplo aliorum ex libris meis, quos fauere tua humanitate ſoles, mihi meritò ſpõdeam. Vnũ animaduertas rogo, me ex quęſtionibus agitatis non vllius doctrinæ, nec nomini officere, campũ tantùm arguendi, ac per opposira verſandi tibi ſuppeditare voluiſſe, quo non neceſsitate, ſed vltro quamcumque (vbi Pontificia apertè non refragetur) eligeres ſententiam, vtquè ſcires, ſi fortè iuri operam des, ex quibus Iudices, Supremive Magiſtratus iura Principum tueantur; ſi Theologus fueris, quibus fundamentis conſiſtant, ne in poſterum illa fouentes ſuſpectos habeas, vbi tui ordinis Corypheos primos illis fautores inueneris. At ſi per otium hæc legas, ne contradicentiũ argumentis (vbi de his effari contingat) ſtatim cedas, Magiſtratuſquè noſtros incuſſes. Errata ſtatim vſui ſubieci correcta priùs, quàm legas, velim, ne ſi fortè ſtatim offendiſſes, opus deſpiceres. Vale



ADMODVM R. P. D. ANTONINI DIANÆ Panormitani Epitome Resolutionum primæ, & secundæ tractationis de Immunitate Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, tom. 1. quæ ab Auctore capitatim per quæstiones latius examinantur.

Tractatus Primus de Immunitate Ecclesiarum.

Tractat. Secundus de Immunitate Ecclesiastica.

Quæstio

Quæstio

Quæstio

GE-

GENERALIVM CONTROVERSIARVM DE LIBERTATE, SIVE IMMVNITATE ECCLESIASTICA.

LIBER PRIOR.

QVÆSTIO PRIMA.

EPITOME QVÆSTIONIS Primæ.

1 *Moysis legis primum inuentum Ecclesiarum immunitas, à Gentilibus pro suis Fanis vsurpata.*

2 *Delinquentes voluntariè tam apud Hebræos, quàm Gentiles immunitatis expertes.*

3 *Immunitas templorum apud Romanos, & Græcos malè vsitata.*

4 *Iustinianus priores de Immunitate leges indefinitè loquentes ad confugas læsos declarauit, & post n. 9.*

5 *Indefinita locutio vniuersali minimè æquipollet, vbi iuris correctio sequatur, vel absurdum.*

6 *Homicidium voluntarium diuino præcepto ab Ecclesiæ confugio exceptum.*

7 *Theodosius præcedentem à se latam legem ad timentes persequentem pertinere tacitè declarauit.*

8 *Inuadere verbum ad hostes refertur.*

9 *Serui, Coloni, Adscriptitij, & familiares ad Ecclesiam confugientes, ex Leonis lege extrahi possunt, & ad seruitium reddi.*

10 *Canones maleficiorum reos, sicque lædentes ad confugium admittunt.*

11 *Clausula taxatiua in Gregoriana contenta priora iura tollit, dum ad vnam tantùm formam reducit.*

12 *Bullæ Pontificum legis vniuersalis vim habentes ius commune corrigunt, si ei repugnent.*

13 *Legum, & non Interpretum verbis deferendum potiùs est.*

14 *Summus Pontifex, & Imperator nunquam fortuitò veteres leges euertere voluisse videntur.*

15 *Correctio veterum legum expressa, & tacita quo pacto sequatur.*

16 *Leges sequentes, si cum prioribus conciliari possunt, id fieri debet clausulis derogatorijs, vel taxatiuis, non impedientibus, & num. 35.*

17 *Correctio quoad vnum capitulum expressa, quoad alia legem non tangit.*

18 *Consuetudines generales maiorem vim, quàm leges obtinent.*

19 *. . nunquam censentur derogatæ à Summo Pontifice, nisi expressè dicat.*

20 *Summus Pontifex fatetur se consuetudines ignorare, etsi ius sciat.*

21 *Proœmium constituentis intentionē demonstrat.*

22 *Facultatum, & indultorum appellatione ius commune non continetur, immò iuri communi aduersantur.*

23 *Gregorij Constitutio Regna, Prouinciasque, quæ indultis carent, secundùm iuris regulas non comprehendit.*

24 *Lex debet esse generalis, nō certis negotijs imposita.*

25 *Priuilegia singularibus personis concessa, nec nocent, nec prosunt alijs.*

26 *Dispositio ad certas personas relata alias non comprehendit.*

27 *Interpretatio in dubio sumenda est, quæ verbis inhæret.*

28 *Statuti condendi ratio vbi cessat, & statutum deficit.*

29 *Diuersitas rationis ius quoque diuersificat.*

30 *Pœna datur ob culpam, eamque subsequi debet.*

31 *Nouæ facultates aduersus consuetudines & leges Rempublicam sæpius perturbant.*

32 *Dictionis:* Prædictis, *& dictionis* Huiusmodi *vis ostenditur.*

33 *Dictio* Vltra, *vel* Aliquid vltra, *quid importet?*

34 *Nouatio in nullo negotio, nisi expressa inducitur.*

35 *Correctio tantùm in expressis inducitur.*

36 *Clausula:* Aliàs,quàm de iure, *quo pacto suscipienda sit?*

37 *Gregorianam idem, quod ius cõmune statuisse ostenditur, dilucidè tamen.*

38 *Proditorium homicidium idem, quod per insidias, nisi addatur: sub spe amicitiæ.*

39 *Ecclesia, Dei optimi Maximi offensis, quàm maximè violatur.*

40 *Læsæ Maiestatis crimen sub proditoris nomine continebatur.*

41 *Imperator immunitatem concedendo, crimen Maiestatis in se, & sua, contra se non inclusit.*

42 *Correctio iuris communis, vbi ex argumento à contrario sensu sequitur, non probat.*

43 *Contraria se inuicem tollunt.*

44 *Species quando generi non deroget, aperitur.*

45 *Exceptio non firmat regulam, vbi ius cõmune corrigitur in immunitatis materia.*

46 *Initium Constitutionis generale ampliat omnem Constitutionem.*

47 *Generale verbum omnia comprehendit.*

48 *Generalia restricta ad certas personas, & loca, illa non egrediuntur.*

49 *Sequentia intelliguntur per præcedentia.*

50 *Gregoriana Constitutio de Prouincijs, vbi indulta concessa non fuerunt, non loquitur, & ita per Hispanos omnes tenetur.*

51 *Summo Pontifici circa immunitatis materiam statuere competit, idque seruandum vbique est, si ipse velit.*

52 *Facultates extrahendi ab Ecclesijs Clericos, ac Religiosos militares ad ius commune reductæ.*

53 *Iuris appellatione non tantùm commune, Canonum, & legum, verùm quoque Prouinciale, & Municipale venit.*

54 *Capitula, siue Leges Siculi Regni Ecclesiasticos quoque ligant, cùm eorum consensu conditæ sint.*

55 *Prætextus, quo quis ad contrauenienduum iuri, vel Constitutioni vtitur, quis dicatur.*

56 *Consuetudo immemorialis, sublata omni, & quacumque consuetudine minimè tollitur, nisi expressè dicatur.*

57 *Exceptis casibus in iure expressis, illi firmati omnino in Bullis remanent.*

58 *Forma data de Canonibus seruandis, substantiam eorum confirmat.*

59 *Dispositio de forma non porrigitur ad materiam.*

60 *Referens non probat præter contenta in relato, vbi de eo constat.*

61 *Pontifex in iudicialibus errare potest, dũ è Cathedra non disponit.*

62 *Declaratio etiam Papalis, si aliquid disponit, præter proprietatem verbi, dicitur noua dispositio, nec valet vt declaratio.*

63 *Doctores illi sequendi sunt, qui quæstionẽ ex professo disputant, non qui vnum Ducẽ sequuntur.*

64 *Libro aliquo prohibito Auctoris minimè damnati, non omnia in illo contenta, in alijs permissa, censentur prohibita.*

65 *Opinione aliqua vnius Auctoris specificè damnata, & in alijs libris dãnata censetur.*

66 *Auctores alicuius aliquã opinione, præcipuè in iurisdictionalibus damnata, cæteræ in sua æstimatione remanent.*

67 *Theologi in moralibus, quæ ad rescripta Pontificum, & iurisdictiones spectant, errare sæpe comperti sunt.*

68 *Sacræ Congregationis Declarationes maiorem probabilitatem, non omnimodam certitudinem opinionibus adijciunt.*

69 *Scriptores Canonici, qui sacri sunt, soli errare non potuerunt, cæteri verò sæpissimè.*

70 *Pontifex in iudicialibus sæpiùs se errare fatetur: ideo sine scrupulo vnus præcedentem corrigit.*

71 *Declarationes Cardinalium ius nouum non statuentes argumenta in contrarium admittunt.*

72 *Religiosi ius ignorare præsumuntur.*

73 *Scribendi modus recitatiuus à diffinitiuo satis differt.*

74 *Diana egregius Theologus, dignissimus Religiosus Auctori videtur.*

75 *Pontifex Summus reprehendit eos, qui rescripta Pontificia, eorumque sensum ad diuersa detorquent.*

An Constitutio Gregorij XIV. de Immunitate Ecclesiarum deroget iuri communi, & consuetudinibus?

Ecclesiarum immunitas iam inde à
1 Moysis lege † (omissa Gētiliū vsurpatione, quæ huius etiam, vt in multis asseclа existimatur) origine dicit. Erat tamen ad quasdam ciuitates, certisque in causis illa restricta, nec ex proposito
2 maleficia † perperrantibus fauebat, vt ex *Numer. libro cap.* 35. & *Deut. cap.* 4: liquidò constat, quod & ipsi Ethnici probauere, vt pluribus collaris auctoritatibus deduximus *in Codice nostro ad leges Martini, nota* 17. adeò, vt mali exempli, pessimiq; moris, etiam infidelibus visum fuerit, hac templorum immunitate in voluntarijs delictis, † ac excessi-
3 bus vti, vel *Tacito* teste, qui Atheon quibusdam videtur. Hic enim 3. *Annalium* de simili abusu ita scripsit: *Exin promptum, quod multorum intimis questibus tegebatur; incedebat enim deterrimo cuique licentia impunè probra, & inuidiam in bonos excitandi. Igitur C. Cestius Senator disseruit, Principes quidem instar Deorum esse, sed neque à Dijs, nisi iustas supplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliaue vrbis templa perfugere, vt eo subsidio ad flagitia vtatur.* Eodem quoque libro de Græcarū Vrbiū Asylis locutus. *Crebrescebat*, air, *Græcas per vrbes licentia, atque impunitas Asyla statuendi: complebantur templa pessimis seruitiorum; eodem subsidio obærati aduersus creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur: nec vllum satis validum imperium erat coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum, vt cerimonias Deû protegentis.* Contra *Thucidides lib.* 4. voluntarios delinquentes olim immunitate caruisse apud Græcos affirmat. *Nam & Deorum altaria perfugium patere culpis non voluntarijs. Iustinianus* verò piissimus Princeps, † ac Ecclesiarum immunita- 4
tis cultor cùm anteriores Principes subdubiè de hac immunitate Ecclesijs seruāda locutos vidisset, personarum qualitate (quibus suffragatura esset) per eos non explicata; vel si explicassent, æquiuocis tamen, ambiguisque verbis: casus prior distinxit, personasque discreuit, ratione addita, qua priorum Principum intentionem à nemine meliùs cōprehēsam, ne scandalo pluribus esset aperuit. Namque in anterioribus legibus *Theodosius*, ac *Honorius* indistinctè statuerant, ne confugientes abducerentur, in *l.* 2. *C. de his qui ad Eccles. conf.* non distinguendo, an de læsis, vel de lædentibus loquerentur: indefinita locutione vsi; quæ licèt vniuersali † pluries æquipollcat, *l.* 5
pluribus 44. *D. de legat.* 2. *l. si plures* 98. *D. de legat.* 3. Non tamen id euenit, vbi aliqua iuris (Diuini maximè) correctio sequeretur, vt docent communiter in *l. omnes populi*. post Bartolum, *D. de iust. & iur:* latè D. Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 13. *ex num.* 6. lex enim noua, vt veterem corrigat, debet esse cum priori incompatibilis, ad *l. si quando, C. de inoffic. test. l. præcipimus, C. de appellat. cap. cùm expediat de elect. lib.* 6. optimè post multos, vt assolet, D. Barbos. *axiom.* 60 *num.* 5. nā quoties aliquid lex noua statuit, quod cum veteri lege concordari potest, indefinitum dictum refertur ad id, quod non remanet correctum: cumque huiusmodi confugientes possint intelligi de læsis, vel de timētibus, ne aliquid sibi

ab inimicis, infestisque irrogetur (qui propriè debent in Ecclesia recipi secundum diuinam legem, saniorum quoque profanæ Gentilitatis iudiciorum consensum, quorum dicta in præcitato *Codicis nostri* loco translata sunt.) sequitur non deberi ad lædentes, facinorosósq; protendi; qui per abusum, ac renuentibus bonis inter supplicum numerum à Gentibus ipsis quandoque receptabantur. Præterea cùm leges hæ diuino præcepto aduersentur, † quo homicidam
6 ex industria, vel per insidias ab altari remouendum fore præcipitur *Exod.* 21. vel dicendum esset, Imperatores pijssimos diuinis præceptis (si indefinitum illud pro vniuersali acciperetur) contraire voluisse, vel quòd de læsis, ac timentibus tantùm disponere voluerunt: quod verius (ad tam grande absurdum, peccatumve vitandum existimari debent) ad *tex. in l. 2. C. de noxal. act.* ex quo colligit Euerar. *loco 8. num. 4. & 6. ab absurdo vitando*: quòd dispositio quantumuis generalis per hoc restringitur, & post mille D. Barbos. *axiom. 2. præcipuè numer. 3.*

Accedit alia ratio multùm conuincens, quòd idem *Theodosius Iunior*, qui illam cum *Honorio* † condidit legem, ali-
7 quos post annos nullis vsus correctorijs verbis, sed simpliciter, vt de re indubitata disponēdo in *l. 3. C. eodē*, cum rixas, ac scandala in Ecclesijs secutura euitare voluisset, quæ ex eo oriebantur, quòd timentes armati se intus Ecclesias conferebant, satis explicitè regnè ipsa declarat, se non de nocentibus, ac facinorosis intellexisse; dum voluit, *timentibus templa patere*, nulla facinorosorum, vel aliter delinquentium facta mentione: Deinde pœnam capitis in alia lege positam, quam inaduertēter Nostri ad Ministros, ac temporales Officiales iure suo extrahentes referunt; ad eos apertissimè coercendos, qui perfugas inuadere conantur, latam esse demonstrat: quod inua-
8 sionis verbum † non nisi hostibus conuenit in *l. 3. § fin autem, D. de vi; & vi armata, l. 57. D. de acquir. possess. Virgil. 3. Æneid. inuadunt vrbem somno vinoque sepultā*, facit *Tacitus 1. annal. Districtis gladijs in Centuriones inuadunt. Martial. lib. 9. Epig. 57. Tutus vt inuadat prælia, nudus erat.* Iterúmq, qui arma monitu Episcopi nō deposuerint, abstrahēdos esse præcipit; comminādo pericula, non pœnā delictorum, ibi: *Omnibus casibus esse subdendos.* quæ verba illis conueniunt, qui potentiorum, vel inimicorum iniurias, nō verò criminum vltionem timent, hæc enim non casu, sed consultò euenit, *l. Imperatores*, ibi: *Ipse te huic pœnæ subdidisti, D. de iure fisci, l. vltima, C. ad leg. Iul. maiest.* At quidem *Leo Imperator* de confugientibus (qui & debitis impliciti sunt) locutus in *l. præsenti, C. eodem*, seruos, †
colonos, adscriptitios, vel familiares 9
extrahendos, puniendosquè *competenti vltione, vel humanissima intercessione*, disponit, *si aliquid dominis abstulerint, vel se ipsos subtraxerint*: de cæteris verò, ne verbum quidem adiecit. Iure ergo optimo nouissimus horum *Iustinianus* non corrigendo, vel reformando (vt mihi quidam minùs prudenter affirmasse videntur) sed declarando disposuit in *authent. c. de mandatis Principum, cap. 7. vt Neque autem homicidis, neque adultis, neque virginum raptoribus, delinquentibus, terminorum custodies cautelam; sed etiam inde extrahes, & supplicium eis inferes: non enim talis delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus, vt nō talia à præsumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed læsis datur à lege; & non erit possibile vtrumque tueri cautela sacrorum locorum, & lædentem, & læsum.* Declarauit enim leges anteriores indefinitè loquentes; vt præmissum tantùm casum complexisse intelligantur, de *læsis* nempe, *ac iniurias timentibus*: non verò *de delinquentibus*, qui ex proposito in mala incidunt; ne hi spe confugij audaciores fiant, ac in humanū genus conspirent.

His Imperatorum legibus successe-
runt *Canonica iura*, † quæ expressissimè, 10
& maleficiorum reos gaudere hac loci

sacri

ſacri immunitate (mira tamen inter ſe
variatione) voluerunt, vt aduotauit Gã-
bacurta *de immunitat. Eccleſ. lib. 3. c.* 10.
ad quem Magiſtri more loquentem (ne
nimium quæſtionem dilatare videar)
Lectorem remitto.

Demum, & *Gregorij* XIIII. *Conſtitu-
tio* acceſsit (huic ſcriptioni cauſam, con-
trouerſijſquè præbens) de qua quæritur:
an iuri communi, vel conſuetudinibus
legitimè inductis derogauerit? Putant
enim aliqui, plus æquo confugientibus
miſericordes, per dictam *Conſtitutionem*
deleta omnia fuiſſe, ac ad illos ſpeciales
caſus immunitatem coarctatã. Mouen-
tur verò huiuſmodi fundamentis. Pri-
mò, quia S. Pontifex in dicta conſtitu-
11 tione vſus clauſula † taxatiua præcedẽ-
tes conſtitutiones *velle ad vnam tantùm
formam reducere, & moderare* aſſeruit; quo
fit, derogata eſſe iura, & conſuetudines
diuerſam formam inducentes. In id etiã
allegant Summi Pontificis priuatas li-
teras, quibus aſſeritur *Gregorium XIIII.*
certam dediſſe formam, quo pacto per-
miſsio data Iudicibus laicis abſtrahendi
delinquẽtes in caſibus exceptis, in vſum
deduci debuiſſet. Secundò, vtuntur ſpe-
ciali in quadam cauſa determinatione,
vbi Pontifex homicidam induſtrioſum,
ac inſidioſum ſecundum *Gregory Bullã*
immunitate gaudere debuiſſe aſſeruit,
quod tamen ex *cap. 1. de homicidio* exce-
ptũ apertiſsimè videbatur, vt ex hoc cor-
rectum ius commune videatur.

Tertio; quia Summus Pontifex, vbi
ius commune ſeruari voluit, expreſsit;
at in hoc caſu reticuit; ergo correctum
cenſeri debet, atque ad caſus in hac Bul-
la contentos reſtrictum.

Quartò; dum in ea in cenſuras incur-
riſſe deciditur, non tantum qui indulto-
rum cauſa, *ſed quouis alio prætextu* conſti
tutioni illi cõtraire nitatur, his verbis,
aut alio quouis prætextu, clarè reliquas cõ
ſuetudines reijci affirmandum eſt.

12 Quintò; quia Bulla per modum † le-
gis vniuerſalis, & ſtatuti promulgata
fuit; ergo abſtulit, correxitquè ius com-
mune, dum maximè omnem aliter in-
terpretandi facultatem abſtulit. Hanc
ex his, ac fortè alijs argumentis, in idem
recidẽtibus tenuere, quoad ius commu-
ne, Filiu. *tom. 1. tract. 15. cap. 6. nu.* 153.
Scortia *epit. 153. theor.* 385. Duardus *in
Bull. Cœn. can. 15. q. 16. nu.* 27. Megala
p. 3. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. numer. 15. ex
Iuriſconſultis Aponte *deciſ.* 14. *in fine*,
Villalob. *tom. 2. tract.* 39. *dub. 7. n.* 22.
& 23. Capiblan. *de Baron. pragmat. 8. p.*
2. *num.* 105. Genuenſ. *praxi, cap. 17. n.*
11. Gratian. *diſceptat. 80. num.* 29. Car-
din. Thuſc. *verb. Eccleſia. concluſ. 11. n.* 9.
Caſtil. Siculus *deciſ. 156. num.* 32. Giur
ba *conſil. 20. num. 3. conſ. 30. num. 5. conſil.*
70. *num. 2. conſil. 100. num.* 18. Leo *in
praxi for. Eccleſ. p. 5. cap. 15. num.* 27. La
zar. de Blaph. *quæſt. 5. num.* 10. Riccius
deciſ. 141. par. 1. collect. 1390. Homob.
de exam. Eccleſ. p. 2. tract. 11. cap. 52. q.
26. *ſup.* 3. Rainun. *in cathal. cap. 9. exam.*
31. Confect. *de priuileg. mendic. tit. 5. cap.*
6. accedit poſt hos omnes P. Diana *re-
ſolut. moral. tom. 2. de immunitat. reſolut.* 1.
& in 5. tomo, dum me refellere conatur,
allegat Eliſeum Dãzam *in Pugna Docto-
rum, tit. de immunit. cap. 7. num.* 15. Vul-
pel. *in praxi cap. 3. num.* 3. Nouar. *in ſum.
Bullary tit. de immunitat. num.* 3. Allegat
quoque idem Diana, quoad conſuetudi-
nes, quod ſint reuocatæ, Maceratẽſem *re
ſolut. 15. num. 5. lib.* 2. Giurb. *conſ. 50. n.*
14. *conſil. 70. num.* 9. Ambroſ. *de immun.
cap. 14. num.* 3. Farin. *in append. cap. 22.
num. 359. iuncto capit. 2. num.* 14. Leon
dicto loco *cap. 13. num.* 27. Bonac. *de
legib. diſput. 3. q. 7. §. 6. num.* 4. Peregrin.
de immunitat. cap. 2. ex n. 16. ad 21.

At ſi rationibus, legalibuſquè † fun- 13
damentis pugnandum eſt, vt docet *text.
in cap. 1. diſtinct. 20. & in l. 1. §. ſed nec,
C. de veteri iure enucl.* non Auctorum in
hoc (licèt doctiſsimorum) numero, qui
ſæpenumero fortuitus eſt, ſed facere ve-
terum Canonum contraria opinio ve-
rior apparebit, his præmiſsis iuris funda
mentis, quæ, nec refragari poſſunt.

Primò, nunquam præſumi Romanũ

 Pon-

Pontificem, qui iustitiæ, iurisque cultor
14 & Auctor est, vnico verbo veterem †
legum obseruationem, ac longæuas cō-
suetudines destruere voluisse, vt affir-
mat *Honorius III. in cap. Ecclesia vestra 57
de elect.* ibi: *Ne cætera, quæ super hoc alibi
statuta noscuntur, vno verbo videantur euer-
ti; neque enim credendum est Rom. Pontificē,
(qui iura tuetur) quod à tàs excogitatum est
multis vigilijs, & inuentum, vno verbo
subuertere voluisse*: vsus ipsissimis verbis
positis per *Imperatorem in l. si quando 35.
C. de inoffic. testam.* nam Pontifices omni
æuo se leges Romanas seruaturos pro-
fitentur, vt *Leo IV. Lotario* scribens con-
firmat, ac ante eum *Gelasius* ad *Ruffinum
& Aprilem Episcopos*, tempore *Odoacri, vel
Theodorici cap. inter alia, de immunit. Eccle.*
ibi: *Sancta Ecclesia legum secularium non
respuit famulatum.* de quo infra *lib. 2. q. 8*
specialis tractatio suscepta est, sitque ex
hoc putandum non esse, Pontificem Sū-
mum, Petri successorem, Christiq; Vi-
carium derogata ciuilium legum inte-
gritate, ac paritate, iniquitatis subsidiū
inducere voluisse: optimè *D. Bernardus
de considerat. ad Eugenium Papam. Zelatus
est Dominus domum orationis factam spelun-
cam latronum: tu eius minister dissimulas mi-
serorum refugium datum arma iniquitati?*
Nam quid aliud miseri sunt, quàm illi,
qui casu, non culpa in miserias incide-
runt; quid iniqui, nisi, qui ex proposito
scientes, volentes delinquunt; vt distin-
guit *Diodorus Siculus lib. 13. Id enim*, in-
quit, *iure hominum illis debetur, quibus in-
nocens est animus, irata fortuna.* Meliùs ad
rem *D. Ambros. in Hexam. tract. 1. Volun-
tarios reos non necessitate compulsos culpa ob-
stringit, pœna condemnat, & inde diuinæ le-
gis oraculo, siquis per imprudentiam intule-
rit necem, accipit impunitatis spem, refugij
facultatem, vt possit euadere*, cum alijs à me
adductis dict. not. ad ll. Martini.
15 Hinc apud omnes constat correctionē
† priorum legum per sequentē nunquā
induci, nisi illa necessaria sit: quod duo-
bus succedit modis: priori, si expressè
dictum sit, puta: Non obstantibus prio-
ribus legibus, vt in *l. 1. & 2. C. de veteri
iure enucl.* facit *cap. vltim. de constitut.* ibi:
Nisi nominatim in eis de præteritis caueatur
Card. Seraph. *decis. 1271.* Secundò, vbi
lex subsequens sit de directo antiquiori
contraria, de qua in *cap. 1. de consist. lib. 6.*
Contraria autem dicuntur, quæ incom-
patibilia, ex quibus posito vno remoue-
tur alterū, vt explicat *Glossa*, verbo, *dire-
cto contrarijs, Clem. de testib.* Cagnol. *in l.
vbi repugnantia, n. 2. D. de reg. iur.* Cardin.
Thusc. *lit. C. conclu. 1007.* Barbos. *axio-
mat. 57. num. 2.* addo Anchar. *cons. 190.
num. 4.*

Immo fortiùs omnes frequenter aiūt,
quod sequens Constitutio, si cum prio-
ri quoquomodo conciliari poterit, id
omnino fieri debeat, † etsi posterior clau 16
sulas derogatorias, *non obstante*, vel taxa-
tiuas contineret, vt antiquioribus rela-
tis docet Cardin. Thusc. *lit. C: conclus. o.
1036. num. 4. cum seq.* Menoch. *recuper.
remed. 4. num. 23.* Becc. *cons. 1. num. 13.*
Cephal. *cons. 323. ex num. 18. volum. 3.*
Pichard. *ad tit. de leg. Falcid. num. 34. in-
stit.* Moneta *de distrib. p. 2. quæst. 11. nu.
29.* Armend. *in proœm. add. ad Recop. leg.
Nauarræ, n. 51.* Macerat. *resolut. 18. lib.
1. num. 12.* & D. Barbos. *axiom. 60. n. 5.*

Ac proinde, si correctio inducitur
expressa quoad vnum capitulum, rema-
net illæsa lex prior † quoad cætera, vt
quò minùs possit, lædatur, vt elicitur ex 17
dicto *cap. Ecclesia 17. de electione.* ibi: *Vnde,
quod ibi dicitur, quòd aliter electio celebrata
non valeat, ea respicit tantùm, quæ attentan-
tur contra formam Concilij; non autem alia,
quæ ponuntur ibidem.* Ego quoque docui
in *tract. 1. disc. 3. par. 3. num. 30. fol. 484.
de donat. inter patr. & fil.* Omnino autem
quidquid in noua lege nominatim à ve-
teribus immutatum non legatur, vbi ad
interpretationē recurrere opus sit: prio-
res, ac priscæ leges vim suam obtine-
bunt, vt deciditur in *l. præcipimus 32. §.
fin. C. de appellat.* ibi: *Quidquid autem hac
lege specialiter non videtur expressum, id ve-
terum legum constitutionumquè regulis om-
nes reiiectum intelligant.* Idque maximè si
di-

diuina lex sit oraculo cœlitus demisso constructa, vt præmissam esse ex *Ambrosio*, ac *Bernardo* docuimus.

Secundò, quoad consuetudines spectat, cum ipsæ sint legibus comparatæ; immo † & poriores, vt habemus ex *Di-*
18 *uo Augustino de doctri. Chri.* relato *in capit. Ecclesiæ 8. distinct. 11. l. sed & ea 35. & l. seq. D. de legib.* vbi postquam legi coæquatæ sunt, additur: *Immò magnæ authoritatis hoc ius habetur, quod in tantum probatū est, vt non fuerit necesse scripto id comprehendere.* Adeo vt si deteriora contineāt, seruandæ sint, vt per Thucididem *lib. 6.* bellè ad omnia Annæus Rob *rer. iud. lib. 2. c. 1.* a me relatus ad *l. 36. Marti. not. 37. ad fin. fol. 573.* cui addidi *Mornacium*, plura cumulantem ad *l. 38. de legib. fol. mihi 30.* Rectè constitutum est per Bonifaciū Summum Pontificem *in cap. 1.*
19 *de const. in 6. Nunquam † per Constitutiones nouiter editas censeri reuocatas cōsuetudines, nisi expressè caueatur in ipsis*, vt ille loquitur. Mouetur, quia singularum Prouinciarum, & locorum consuetudines probabiliter à Pontifice † ignorantur, nisi
20 nominatim illas se scire dicat, quod multùm extollunt Roder Suat. *in proœm. legum fori, num. 10.* Mascard. *conclus. 508. num. 2.* Menoch. *præf. 8. numer. 7. lib. 2.* Surd. *consil. 371.* Valasc. *cons. 162. num. 9.* Barb. *in l. 1. 1. num. 7. D. so. ut. matri.* quos adducit, & sequitur D. Aug. Barbos. *in dict. cap. 1. num. 7. & 8. tom. 3.* habeturque in *cap. fin. in corpore de offic. Archidiaconi*, quibus addenda sunt, quæ dicemus infrà *ad clausul. x. num. 53. versi. Iuris autem appellatione:* & infra quoque *lib. 2. quæst. 6. versi. At si omissa.*

His solidissimis iactis fundamentis videndū est (excussis singulis penè Gregorianæ Constitutionis verbis) adsit ne aliqua repugnantia cum antiquis iuribus? vel aliqua ne verba contineat, quæ vel expressè, vel per æquipollens iuri communi, vel consuetudinibus Prouinciarum derogent? quod, vt assequi possimus, per clausulas integram Constitutionem referemus; illisque congruas interpretationes exemplo Consultorum adhibebimus.

CLAVSVLA PRIMA. *Gregorius Episcopus, &c.*

Cùm aliàs nonnulli prædecessores nostri, & præsertim fel. record. Sixtus PP. V. necnon Pius etiam V. sancto zelo ducti, diuersas facultates, & indulta extrahendi etiam in casibus quibusdam à iure non permissis ex Ecclesijs criminosos, & delinquentes, quàm pluribus secularibus Principibus, eorumquè Curijs, & Magistratibus, sub varijs modis, & formis concesserint, prout in illis plenius continetur.

Multa ex hac *priori clausula* iuridicè desumi possunt, quibus Summum Pontificem nihil de iure communi, vel consuetudinū vi immutare voluisse proba-
21 tur. Procœmium enim † viam totius Constitutionis, finemque, & mentem disponentis demonstrat, vt proponitur in *l. fin.* ibi: *Hac præfatione, D. de hæredib. instit.* Menoch. latè *præf. 2. lib. 6.* cum innumeris per D. Barbos. *axiom. 192.* At in ea continetur, Summum Pontificem ad illam Constitutionem edēdam attentis facultatibus & indultis concessis super extractione delinquentium à diuersis Summ. Pontificibus, motum fuisse. Nomine autem facultatum, & indultorum, † nec communia iura, nec 22
particularia Prouinciarum venire certum est. Sunt enim hæc inter se opposita, vt nostræ Constitutionis Textus apertè docet, ibi. *Facultates, & indulta extrahendi etiam in casibus quibusdam à iure non permissis.* & est text. in *l. ius singulare, D. de legibus*, vbi Paulus ait: *Ius singulare dici*

diei, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem, auctoritate constituentium introductum est. De quibus dixit Iulianus in *l. in his* 15. *D. eodem*, in tantum opponi iuri communi, in quantum *non potest in eorum definitione sequi regula iuris*. De his etiam Imperatores statuerunt in *l.* 2 *C. eodem titulo*, ne pro iure communi haberētur, ibi: *Nec his, quæ specialiter quibusdam concessa sunt Ciuitatibus, vel Prouincijs, vel Corporibus ad generalitatis obseruantiam pertinentibus*. Additis quæ post Bud. Connan. Charondam diximus in *Codice nostro fol.* 350. *n.* 5. vbi id probauimus ex textu in *Canon. Erit autem lex, distinct.* 4. ibi: *Nullo priuato commodo*. Indulta enim, & facultates, vel ex ipsorum nominum etymo dispensationem iuris communis important, per eos facta, ac impetrata, qui supra leges sunt: vt probatur in *capi. si de terra*, 6. ibi: *De priuilegio tamē indulto, de priuilegijs*. Et in *l. non tantum* 17. §. *eoi*, ibi: *Id priuilegium eis indultum sit, D. de excusat.* quod & de facultate repetit Consultus in *l. quoties* 21. §. *in potestate, D. de noxal.* Sunt enim hæc synonyma *facultas*, & *priuilegium*, vt de facultate patet ex Molina *de maioratu in præludijs*.

Quod si Summū Pontificem ad hanc Constitutionem edendam, non iuris cō munis dispositio, nec minùs receptæ cō suetudines, sed particularia indulta, ac facultates coegerunt, illæq; præsertim, quæ iuri communi aduersabantur, sequitur secundum regulas iuris nostri, non tantum non sublata esse, vel imminuta ea, quæ ex dictis iuribus constituta iam reperiebantur. Verùm hanc quo-
23 que Gregorij Constitutionem † ad Regna, & ad Prouincias, quorum fauore nullæ concessiones, nullaq; indulta Prædecessorum emanauerant, nequaquam pertinere. Remedium enim applicatum respectu loci, vbi aderat morbus, censetur, sicut priuatio habitum supponit, cum nemo eo quod nunquam habuit, priuetur, *l. nec videm* 20. *D. ex quibus cau sis maiores, cap. ad dissoluendum de dispensat. impub. l. non potest videri, D. de regul. iur.* & infiniti propè per D. Barbos. *axiom.* 189. Respectu ergo cæterarum Prouinciarum, si regulis iuris nostri standum est, nihil *Gregoriana* hæc *Bulla* sibi vindicabit: lex enim generalis † esse debet, 24
non particularibus negotijs imposita, *l. leges* 3. *C. de legibus*, excepto, quod Principes censuerint ea, quæ in certis negotijs statuta sunt, similium quoque causarum facta componere, vt optimè dixit Theodosius in *dicta l.* 3. quod in hac *Bulla* factum non apparet; semper enim ad moderanda, quæ occasione præcedentium indultorū scandala in Prouincijs euenerant, se restringit, vt ex sequentibus clausulis apertiùs patet; nā in secunda ait: *Ob diuersitatem, & differentiam huiusmodi indultorum*: Et statim: *Illa diuersimodè, & cætera interpretando*. Et immediatè: *Illisque abuti cœperint*. Et in fine: *Perturbationem in talibus locis*, ex indultis ortam fuisse concludit. Et in tertia clausula ait: *Alibi verò ne ipsos quidem laicos indultis huiusmodi vti non ipse*. Et in quarta clausulā, loquēdo de ignaris executoribus, ait: *Ipsos facultatum, & indultorum huiusmodi limites longè excessisse*. Et statim: *Eaque detorsisse, & illorum prætextu iurisdictionem Ecclesiasticam præiudicasse*. Et in v. clausula dispositiua ait velle *differentias huiusmodi* ad vniformem regulam reducere: & in vi. clausula reuocat, & ad vnam formam reducit, & moderatur *huiusmodi indulta* in principio Bullæ relata; & in ix. clausula (vbi de facultate extrahendi loquitur) dicit se illam reuocare cū clausula repetitiua, *vt præfertur*: & in xi. cōminatoria clausula, ait: *Quòd si quis cuiuscumque dignitate, vel auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quouis prætextu attentare præsumpserit, &c.* Suam in omnibus mentem aperiens, se eos persequi, qui id indultorum, & facultatum virtute freti attentarent. Et in xii. derogatoria indultorum, apertissimè quā alibi declarat, se tantùm indultis, & facultatibus iam relatis derogasse, ac vice ipsorum, quo ad loca illa (vbi malè seruata, & recepta fuerant) suā subrogasse.

Non

25 Non est ergo ipsa ad consequentiam, †
nec pro alijs, nec contra alios trahenda,
si vera est regula tradita in *capit. sane 9.*
ibi: *Alias vè certa ratione inspecta de priuile.*
vbi Dec. *ad num. 9.* Diaz *reg.* 589. Rol.
cons. 39. *num.* 10. *vol.* 3. Portoles ad Mo
lin. 3. *priuilegium*, Gironda *de priuilegys*
exempt. n. 105. vnanimiter probantes.
dispositionem fauorabilem, vel odio-
26 sam, † quæ contemplatione certæ per-
sonæ, vel causæ manauit ad alias, neque
ex identitate rationis trahendam esse.
Quod alijs quoque iuris nostri regulis
comprobatur. Primò, in *l.* 3, *§. liberis,*
D. de legat. præst. vbi dispositio relata ad
parentes, vel liberos, ad fratres, & soro-
res non extenditur, ad idem est textus
l. non solum 8. §. tales, & §. seq. D. de liber.
legat. Secundò, in iure nostro ita argue-
re licet; ad hoc dispositio relata non est;
ergo illos non comprehendit *l. si verò*
64. §. de viro, D. solut. matrim. l. 3. §. libe-
ris, D. de legat. præst. ibi: *Liberis prospexit*
Prætor, ergo non alijs. Sufficitque dicere:
Constitutio de me non loquitur, quan-
do illa ad certas personas relata est:
nam quæ verbis inhæret † interpretatio, 27
semper in dubio tutior est, vt in *l. 1. §.*
licet, ibi: *In re igitur dubia melius est verbis*
edicti seruire, D. ad exhibendum, sed iam
ad cætera gradum faciamus.

CLAVSVLA II.

Experientia postmodum docuit, tum ob diuersitatem, & differentiam huiusmodi, tum quia plerique eorumdem Principum Ministri ex hoc ipso illa diuersimode, & latius, quàm par erat, ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerant, illisque abuti cœperant, subortam esse non mediocrẽ in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem.

Per hanc clausulam (dum de abusu,
& de orta indultorum huiusmodi inter-
pretatione loquitur Summ. Pontifex.)
non obscurè percipimus cæteras Do-
ctorum interpretationes, quæ huc vsque
ad ius commune à peritissimis, partim,
què Ecclesiasticis viris inductæ sunt,
non reiectas, nec ex præsenti Constitu-
tione sublatas esse; dum tãtùm illas, quæ
indultorum occasione processerunt, Sũ-
mus Pont. reprobet, ac damnet, sumpta
per hoc occasione statuendi. Cessante
ergo in alijs † ratione legis, & statuti, 28
cessat quoque eius dispositio, *l. in omni,*
vbi Bart. *D. de adopt. l. quod dictum 32. in*
fin. D. de pactis, cum mille per Barbos.
axiom. 136. *num.* 9. & diuersitas † ratio-
nis iuris. quoque diuersitatem inducit, 29
l. inter stipulantem 83. § sacram, D. de ver-
bor. obligat. l. fin. de ritu nupt.

CLAVSVLA III.

Alibi verò ne ipsos quidem laicos indultis huiusmodi vti voluisse, aut potuisse, quòd populis inueteratè erga Ecclesiæ reuerentiam deuotis, & assuetis, scandali potiùs quàm quietis occasionem præberent.

Respectu huiusmodi locorum, vbi
indulta recepta vtique non fuere, haud
dubium, quin ius commune illæsum ma-
neat, ne ex bono opere plecterentur, &
ad paria cum illis, qui excesserunt tra-
ctarentur; quod ratio naturalis non di-
30 ctat: pœna enim † suos debet tenere au-
ctores, vt ex Scripturæ sacræ textu no-
tum est relato in *cap. iam itaque 1. quæst.*
4. & in cap. si habes 24. quæst. 3. D. Thò.
2. 2. quæst. 108. art. 4 in solut. & 1. 2. q.
87. art. 7. & 8. Soto *de iust. & iur. lib. 1.*
q. 6. art. 5. col. 2. versi. Profectò, Couarru.
var. lib. 2. cap. 8. Alphons. de Cast. *de lege*
pæ-

pœnali, lib. 1. cap. 3. Tacitus apertè 3. *annalium*, in fine sic: *à maioribus institutum, vt si anteissent delicta, pœnæ sequerentur*; & *lib. 15. Nam culpa, quàm pœna tempore prior; emendari, quàm peccare posterius est.*

Elicitur quoque ex hac clausula illud quod enixè probare contendimus, nempe hanc Constitutionem ad emendanda, quæ per priora indulta oriebantur damna, prodiisse; de quo ad primam latè, nunquam tamen satis, dictum est.

CLAVSVLA IIII.

Illud etiam absurdum sæpenumero secutum est, vt infimæ interdum conditionis laici, non modò iuris, sed etiam literarum penitus ignari, & imperiti, dum quasi Potestates, aut Ministri Curiæ secularis in aliquo Castro, aut Oppidulo iurisdictionem exercebāt, facultatum, & indultorum huiusmodi limites longè excesserint, eaq; suo arbitratu in sensus. minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorserint, & illorum prætextu quidquid sibi in mentem venit, attentare præsumpserint, in graue iurisdictionis Ecclesiasticæ præiudicium, locorum, & personarum diuino cultui dicatarum contemptum, ipsius Diuinæ maiestatis offensam, & scandalum plurimorum.

Tenor huius clausulæ idem insinuat, Summi nempe Pontificis querimonias, ex facultatum, & indultorum abusu prouenisse, ac illorum prætextu à concessionarijs attentata plura fuisse; ex quo inferri potest, nullā consimilē occasionē cōsuetudines inueteratas, ac minùs iura communia præstasse, sub quibus in Ecclesia per multa secula multa cum pace, & sine querela transactum erat; cùm plùs certò sciamus, scandala in Republica ita ex iuris communis, & longeuæ consuetudinis inobseruatione, † sicuti ex nouarum facultatum inductione prouenire; vt probatur ex D. Augustini celebri dicto *Epist. 118. ad Ianuarium*, ibi: *Mutatio consuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat.* cum alijs per me in *Cod. ad leg. Iacob. not. 61. Mornacius* quoque ad *l. 2. de Constitut. Princip.* & *Tacitus* pronunciauit: *Melius olim prouisum, & quæ conuerterentur in deterius mutari.* 29

CLAVSVLA V.

Quare pro commisso nobis à Domino Pastoralis officij munere prædictis absurdis, & scandalis obuiare, ac differentias huiusmodi ad vniformē regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occasionem dilucida declaratione submouere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica iura planè conculcentur, & negligantur, opportunè prouidere decreuimus: prout etiam dictus Sixtus prædecessor noster ijsdem de causis motus statuere decreuerat; licèt morte præuētus hoc adimplere nequiuerit: ita tamē, vt, quando præsertim temporum calamitas, & nimia quæ iam inualuit, peruersorum hominum malitia id exposcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coërcenda illorum facinora, vltra id, quod prisca illa maiorum disciplina, & vetus Sacrorum Canonum norma præscripserat, in quibusdam casibus congrua moderatione adhibita permittamus.

Acc-

Accedit iam Gregorius Summus Pō tifex ad conclusionem, & vt se facultatum, & indultorum correctionem in dispositione tantùm aggredi velle commōstret, narrationi præmissæ decisionem conformem annectit, iuxta textum *l. Titia* 134. § *idem respondit plerūque, D. de verbor. obligation.* fatendo se per præsentem *Constitutionem* prædictis absurdis, & scandalis obuiare velle, & differentias huiusmodi ad vniformem regulam
32 reducere, vsus duabus distinctionibus † *prædictis*, & *huiusmodi*, quæ ambæ sunt repetitiuæ, & relatiuæ præcedentium, cum suis qualitatibus, quæve dispositionem ad superius narrata restringunt, vt docent de priori Bart. *in l.* 1. § *fin. D. si fam. furt. fecisse dicat.* latè Crauet. *consi.* 929. *num.* 8. quem sequitur Thusch. *lit. D. conclu.* 337. *n.* 2. Rota *decis.* 714. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* & *decis.* 644. *p.* 2. ibidem latissimè, copiosè Barb. *dict.* 276. de secunda idem docent Glos. in *cap. Abbate, & in cap. nemo,* verbo, *huiusmodi de electio.* Seraph. *decis.* 388. *num.* 6. *& decis.* 606. *num.* 3. *&* 14. Rota *decis.* 373. *n.* 6. *p.* 2. *recent.* cum alijs ab eodem Barbos. *dict.* 138. vbi ex Menoch. *consil.* 586. *num.* 2. ait similes dictiones ad oculum proximè præcedentia demonstrare.

Apertiùs verò in hac clausula, quàm alibi (quasi præsenti disputationi occurrens) vetustas consuetudines, ac prisca iura illæsa permanere velle fatetur, dum se ad coercendam præsentium temporū corruptelam aliquid vltra permittere velle ait: dictio † enim *vltra*, includit, 33
ac confirmat dispositionem ad præcedentia, Rebuf. *ad l. si quis* 123. *dict. vltra D. de verbor. significat. fol.* 506. Azeued. *ad l.* 2. *n.* 5. *tit.* 4. *lib.* 8. *Recop.* Cardinal. Thusc. *lit. D. conclus.* 395. *n.* 13. *&* 142 latè D. Barbos. *dict.* 428. Accedit, quòd in nouis cōstitutionibus addere aliquid vltra, est per prius confirmare priora, vt latè Rebuff. ad *l. nurus* 50. *de verbor. oblig. fol.* 265. vbi plura iura cumulat, ac importare hanc dictionem idem, quod *amplius*, Hispanis, *de mas*, Gallis, *de auantage*; Italis, *di piu oltre*, nec aliter interpretari posse, nisi vbi concederetur aliquid absurdum à iure prohibitum.

Estquè iure nostro firmissimum per adiectionem alicuius qualitatis ad formam, vel modum *nihil penitus priorum innouari, seu anteriora stare, & per posteriora † incrementum illis accedere*; Sunt verba 34
Iustiniani in *l. fin. C. de nouat.* multoque magis, vbi vltra iam statuta aliquid additur; sequitur enim per id necessariò priora illæsa manere; aliàs non esset addere, sed auferre.

CLAVSVLA VI.

Hac itaque nostra perpetuò valitura Constitutione omnia, & quæcumque priuilegia, indulta, & gratias, tam per prædictos Sixtum, & Pium V. quā alios quoscumque Prædecessores nostros, aut Nosmet ipsos, Sedemquè Apostolicam, eiusvè Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs, Monasterijs, sacellis, domibus secularibus, & regularibus, locis sacris, aut Religiosis, aliàs, quàm in casibus à iure expressis, hominibus certorum tunc expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis vrgentissimis, & necessarijs, æquipollentibus casibus in iure expressis, aut ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extensis, perpetuò, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, seu aliàs quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, aut vsu recepta, literas Apostolicas sub plū-bo,

bo, aut in forma Breuis, seu aliàs quomodocumque desuper confectas, quarum tenores hìc haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantùm formam reducimus, ac moderamur.

Prosequitur in præsenti idem institutum S. Pontifex, ac magis literaliter (vt argumentis opus iam non sit) declarat, quænam sint, quæ moderare, ac reducere ad vnam tantùm formam constituit; aitque esse *priuilegia* quædam, *indulta*, & *gratias* per Summos Pontifices, quouis, boni etiam publici prætextu, nonnullis Principibus extrahendi ab Ecclesijs delinquentes in casibus in iure non expressis concessas; vt sine aliqua hæsitatione tantùm verba Constitutionis construēdo, per illam non solùm non corrigi ius commune, ac consuetudines inueteratas, verùm neque Bullas, vel Breuia (quæ à iure communi non deuiant) fateri cogamur. Correctio ergo ad illa † tantum
35 restringenda est, quæ expressis verbis exprimuntur esse corrigenda; nec ad alia extenditur ex premissis *n.* 25. & ex Signorolo de Homod. *consil.* 37. *factum sic proponitur, num.* 5. Cardin. Thusc. *conclu.* 1038. *lit.* C. D. Barbos. *axiom.* 60. *num.* 4. Cùm ergo Sum. Pontifex priuilegia se corrigere velle dicat, id de iure communi, nec de consuetudinibus intelligi potest: quæ non solùm non sunt similia, sed longè inter se diuersa, vt sup. *clausula* 1. *n.* 22. probatum est. Nam vis huiusmodi clausulæ illa est, vt sicut priuilegia iuri communi aduersantia censentur reuocata; ita firmata remaneat in cōtrarium regula, pro illis, quæ sunt conformia, vt docent Emmanuel *quæst. reg. tom.* 1. *quæst.* 8. *art.* 3. Laurent. de Perin. ad *Constit. Ordin. Minim. tom.* 1. *Constit.* 1. *Gregor. XIII.* facitque benè Suarez de *legib. lib.* 8. *cap.* 19. *num* 6. loquens de simili loquendi formula. Accedit D. Barbos. *clauf.* 124. *n.* 3. præcipuè dum dicit Summus Pontif. reuocare se velle priuilegia concessa † extrahendi *alias quàm in casibus*, nempe, diuersa à casibus *in iure expressis*, vt certum sit apud omnes, ius 36
commune in tātum non corrigi, iu quātum illa tollūtur, quæ à iure discrepabāt, priuilegia nempe, indulta, ac speciales concessiones.

CLAVSVLA VII.

Vt laicis ad Ecclesias, locaquè sacra, & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumquè grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumuè cæmiterijs committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assasini, vel hæresis, aut læsæ Maiestatis in personam Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.

Enumerat hìc Sum. Pontif. aliquos à iure communi nominatim, vel per æquipollens expressos † casus, nempe *publicos*
37 *latrones*, de quibus idem cōstitutum fuerat in *capit. sicut antiquitus* 17. *q.* 4. *& in cap. inter alia* 6. *de immunit. Eccl.* quorum appellatione, & *decoctores* venire vsu receptum erat, suis quoque locis reposita definitione *grassatoris, ac viarum obsessoris*, quod inuoluitè in dicto *cap. inter alia* traditum fuerat à publicis eos latronibus separando. Item, & absolutè excipiendo *depopulatorem agrorum*, qui nocturni nomine ibidem explicitus fuerat. At quo

quo ad *homicidas* attinet, & *mutilantes* in Ecclesijs, idem erat nominatim (additis causis) constitutum in *c. fin. de immun. Eccles.* qui quoque inter Ecclesiæ violatores concludebantur, in *Canon. ad Episcop.* 11. 17. *q.* 4. Alter casus de *homicidio proditorio*, cũ non fuerit additũ *sub spe amicitiæ*,
38 † iuxta communem iuris peritorũ sententiã, idẽ, quod in *c.* 1. *de homicid.* continere videtur. Omne nẽpe homicidiũ ex insidijs patratũ, vt tenent Peguera *decis.* 54. Burgos de Paz *in praxi tom.* 1. *cap.* 3. *nu.* 118. Gomez. *tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 5. *var.* Couar. *lib.* 2. *capit.* 20 *n.* 7. *var.* Farin. *quæst.* 18 *num.* 76. & dictat text. *in l.* 1 *tit.* 25. *lib* 8. *Recop.* vt ego hactenus aduerti in *C. ad leges Martini controu.* 5. *num.* 10. *fol.* 433. vbi alij cum decisione supremorũ Senatuum sequuta haberi possunt: tenet etiam ad hanc Bullam Gambacurt. *lib.* 2. *quæst.* 6. *vers. Aut qui proditoriè*, cũ alijs loco suo citandis, nouissimè D. Barbo. *tom.* 2. *de vniuer. iur. Eccle. cap.* 3. *num.* 19. & melius inferius. Proditor enim, attẽta Latini sermonis proprietate, tam is, qui amicum, quàm qui inimicum fallit, dici potest, vt pluribus Ciceronis collatis locis potest probari, præcipuè ad Atticum *lib.* 3. *Ep.* 55. ibi: *Quandoquidem ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia præsidia mea neglexi*, vbi insidias proditionesquè idem esse commonstratio. *Assassini* quoque, dum necessariò per insidias occidunt, haud dubium, quin in eodem *c.* 1. dispositione continebantur. Item & *ex cap.* 1. *de homicid. in* 6. diffidati habentur, quod idem est, ac omni præsidio, refugio, ac immunitate priuati. Idem D. Barbos. *tom.* 2. *vniuers. iuris Eccles. cap.* 3. *n.* 90. *fol.* 28. postremæ editionis, vbi innumeros cõgerit. Vltimus casus *de Maiestatibus diuina, & humana læsis*. Quoad diuinam in Canonibus de Ecclesiarum violatoribus apertissimè continebatur. Ecclesia enim non debet intelligi tantùm materialiter, sed formaliter † quoque pro cœtu fidelium, ac
39 dogmatibus fidei, quæ idem, & vnũ vbique sunt, vt ait Hieronymus ad Euagriũ & Augustinus in *lib. de fide Christiana*, cũ traditis infra *quæst.* 3. *nu.* 15. *ad fin.* vers. *Illa enim vnica est.* ad rem Tacitus 1. *hist.* *Quid vos pulcherrimam hanc vrbẽ domibus, & tectis, & congestu lapidum stare creditis? muta ista, & inanima intercidere, & reparari promiscuè possunt, æternitas rerum, & pax gentium, & in ea cum vestra salus incolumitate Senatus firmatur.* Vt sciamus in his formam materiæ prævalere; nec dubiũ quoque esse potest, an Maiestatis læsæ crimen, in personam, statimquè Principis, non ex identitate rationis tantùm, sed vi quoque comprehensiua in prioribus casibus à Canonibus exceptis includatur? Nam cum Princeps Pater sit patriæ; nihil in suam personam statimquè molitur, quod proditione, † ac insidijs careat; sicut qui parentes perimunt, nũ-
quam à proditione, ac insidijs excusan- 40
tur, nec datur casuale in huiusmodi casibus homicidium, vt tenet communiter, & post omnes Farin. *quæst.* 97. *ex n.* 19. Ita, & qui in Principes conspirant, post legem Numæ Pompilij, parricidam, & perduellionis reum esse declarantem, & è contra: Qua lege Iulij Hostilij tempore æquè ad mortem adacti sunt Horatius, qui sorori necẽ intulerat, & Sp. Cassius Viscellinus, qui Regnum appetierat. Quòd verò parricida sit, probatur ex late cõgestis à Farin. *quæst.* 120. *tit. quibus modis committatur parricidium, n.* 120. Sicut ergo parricidæ ob hoc excludu ntur, quia proditoriè, & ex insidijs occidere dicuntur, probat Farin. *de immun. n.* 138. Ita & qui in Principem conspirant, ob hoc etiam (iuri communi inspecto) ab hac immunitate exclusi censentur, vt merirò dici possit, nẽ quidquã noui in hac Cõstitutione statutũ fuisse, nec ex iure cõmuni ampliatum, licèt forsan indultis, ac facultatibus aliquid super additũ fuerit, vel expressius declaratũ, vt Summus Pontifex in narratiua asserit.

Addit aliam rationem Gambacurta, vt probet antehac crimẽ huiusmodi ab immunitate exclusum, quia (inquit) Imperatores censendi non sunt, voluisse † 41

contra ſe ipſos ſtatuere, dum in Chriſtiana Republica ab ipſis templorum immunitas originem ſumpſerat: ita ipſe *lib.5.cap.4 3 ex n.2 ad 6.* ſpecioſiſsimis argumentis. Accedit P. Diana *reſo.132. tract.4. Miſcell.* probans Principẽ in generali diſpoſitione non venire, Melchi. Pheb. *deciſ.113.n.12. lib.2.* vbi quòd cenſetur priuilegium contra ſe dediſſe, Modernus *de iure belli lib.2. cap.4.n.12.* alias quoque rationes infra *quæſtio.6.& 7.* congeremus.

CLAVSVLA VIII.

Sed vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tam ſecularibus, quàm cuiuſuis Ordinis Regularibus diſtrictè præcipiendo mandamus, ac præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquentes ad eorum Eccleſias, Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta Sacra, ſeu Religioſa reſpectiuè confugientes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumuè aliquod indicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando à Curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, Miniſtris, & Officialibus Curiæ ſecularis abſque irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu trahi, & conſignari curent, faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

Ad hanc clauſulam aduertendum eſt, quòd licèt eos, qui prædicta delicta cõmiſerint, tradendos eſſe Curiæ ſeculari præcipiat, non per hoc cæteri, qui iure communi immunitate excludebantur, ac tradendi erant, vtique conſignari nõ debent, ſi duas iuris noſtri regulas attendimus.
42 Quarum prior eſt; argumẽtum † à contrario ſenſu non valere, vbi ex illo inducitur correctio iuris communis, vt probant Abbas *conſ.75. primò eſt videndum col.1. in fin.& col.2. in princip. libr.1.* Alex. *conſi.17. viſis, & opportunè num.2. verſ. Sed ita eſt, & conſ.69. viſa facti in fin. lib.2.* Romã. *cõſ.399.n.9. verſ.9.* Cardi. Thuſch. *concl.498.n.103.* idem ſi corrigatur ius municipale, Gozadin. *in conſ.37. prima facie n.6.* Cardin. Thuſc. ibidẽ *num.111.* Decian. *conſ.32.n.35. vol.2.* Barboſ. *loco 27.nu.30.* Altera eſt, quòd expreſsio, ac innouatio aliquorum caſuum nũquam tollit effectum aliorum. Etenim, vt diximus ſuprà, in contrarijs,
43 & oppoſitis id euenit, † vt ex vnius poſitione alterum remoueatur, non autem in duobus caſibus, vel ſuppoſitis paris virtutis, non tamen inter ſe repugnantibus locum habet, etiam ſi procedat † genus, & ſequatur ſpecies; ita Caſtrenſ. 44
conſ.476. videtur, quòd prædictus in princi. lib.2. Cardin. Thuſch. *lit.S. concl.36.n.5.* Beroi. *conſ.57.n.10. vol.3.* Natta *conſil 7. num.5.* Glorit. *conſ.11. num.31.* Surdus *conſ.56. num.1.* Barboſ. *axiom.107. num.3.* dum dicunt, generi per ſpeciem non derogari, vbi inter ſe compati poſſunt: & in præſenti materia tenuit Abbas *in cap. inter alia 2 15 de immu. Eccl.* ex Gloſſa, & Bart. *in l. ſerui de ex ſucap.* quòd vbi conſtitutio, ſiue lex diſponit in materia iuris cõmunis, excipiendo aliquos caſus † etiam per taxatiuam, quod magis eſt, non per hoc firmare videtur regulam in caſibus non expreſsis, qui tamen anterioribus iuribus excepti erant, 45
quod duabus decretalibus ad literam id dicentibus, atque inconuincibilibus, itẽ ex iuribus Canonicis in hac immunitatis materia comprobat; licèt enim per anteriora multi caſus ab immunitate excepti fuerint, & per poſteriora aliqui tã ſu enunciati ſint, ſemper tamen prior diſpoſitio manſit; cum plures anni inter *c.1. de homic.& c. inter alia* intercesserint.

CLAV-

CLAVSVLA IX.

Ne autẽ secularis Curiæ prædictæ Ministri facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, nisi olim, vt prafertur, attributa, & per præsentes reuocata abutãtur, volumus, dictaquè auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia secularis, eiusq; Iudices, & Officiales ab Ecclesijs, Monasterijs, locisquè prædictis laicũ aliquẽ, vt præfertur, delinquentẽ in nullo ex casibus supradictis, sine expressa licẽtia Episcopi, vel eius Officialis, & cũ interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatẽ habentis (ad quos solùm, & non alios Episcopis inferiores, etiamsi aliàs Ordinary sint, aut nullius Diœcesis, aut Conseruatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat; occurrente autem casu in loco excepto, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios) capere, extrahere, aut carcerare non possint, nisi eo casu, quo Episcopus, & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superiùs expressis culpabiles tradere, aut capturæ, carcerationi interesse, & assistere recusarent. Tuncquè reuerentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores, prædictos delinquentes, minori quoad fieri poterit cum scãdalo, & tumultu extrahere curent. Quòdque delinquentes laici prædicti, postquam, vt præfertur, ab Ecclesijs, locisve sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, & opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam secularem detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæquè seculari prædictæ consignari, nec tradi possint; nisi cognito priùs per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superiùs expressa commiserint? tumquè demum de mãdato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ seculari, quacumque appellatione postposita consignentur.

Cùm hucvsque tradita meo iudicio planissima sint, omnis dubietas circa hanc traditionis reorũ formam per Sũmum Pontificem in relatis casibus præscriptam consistere videtur, an nempe illa non tantùm Prouincias, quæ indultis, ac facultatibus gauisæ hucusque fuerant, verùm quoque alias, vbi iuis commune seruabatur, comprehendant? Nã pro affirmatiua facit generalitas Cõstitutionis in hac parte, qua fit, vt omnis in casibus præmissis extractio iuxta formã
46 ipsius sequi debeat: *Initium enim* † *Constitutionis generale est*, vt aiebat, *Consultus*, *in l. fin. §. fin. D. de iur. & fact. scient. & ignorant.* cùm *humanius sit*, vt dicitur *in l. si ser uitus 2 3. D. de seruit. præd. rust. verb. generali, omne lumen significari*, & generalis † 47
prohibitio, vt præsens esse videtur, comprehendit omnia, *l. cùm quærebatur 206. D. de verbor. signific.* Barb. *in l. tum Prætor, §. 1. nu. 1 2. D. de iud.* Sesse *decis. 48. num. 1 2.* Barbos. *axiom. 106. n. 3.*

Sed contra, quòd pars hæc dispositionis ad personas, & Prouincias referri debeat, quarum respectu omnis Constitutio manauit, suadent verba illa: *Nisi olim, vt præfertur attributa, & per præsentes reuocata abutantur*, quæ cùm sint conformia cùm cæteris desuper constitutis, ac vnico contextu dicta (super eodem supposito indultorum, & facultatũ concessarum) sequantur, atque cohæreant illis personis, ac locis, nõ possunt alijs † 48

damno esse, nec proficere, iuxta regulam traditam in *l. non solum* 8. §. *Talc legatum*, ibi: *Quoties enim cohæret personæ D. de liber. legat.* & in Principum Constitutionibus est text. in *l. 1. §. Planè*, vbi expressè id constituitur, *D. de constit. Principum*, atque omnes firmant. Nam licèt verba constitutionis sint generalia, tamen cùm tendant ad certum finem certasque respiciant personas, ad illas tantùm restringenda sunt, *l. his verbis* 102. *D. de leg. 3. l. sed etsi* 13. *D. pro hoc*, ac perinde vulgò dicitur, talia esse subiecta, qualia prædicata demonstrant, *l. 3. D. de fundo instructo, l. fin. §. Cum dulcia, D. de vino oleo trit. legat.* & ne repugnent verba decisionis, quæ sint generalia, menti disponentis explicatæ in procemio, & cur sui dispositionis, dicit *Roland. consil. 67. n. 83. lib. 3*: sequiturque Cardin. Mantic. *de coniect. lib. 5. tit. 15. num. 7.* debent illa semper repeti in sequentibus vsque ad
49 finem, † vt intelligantur per priora, vt aiebat Summus Pontifex in *cap. ex multa* 9. §. *Sed quæsiuisti, de voto*, ibi: *Si ad superiora oculum tuæ considerationis extendas, quæstionem istam inuenies in serie consultationis nostræ solutam*, quod & fieri debere pro assequẽda Sacrarum Scripturarum intelligentia, docuit Philippus Abbas *epistol. 5. in Bibliotheca Patrum.*

At quod diximus, initium generale esse, ac ideo sub illa omnes comprehendi, abest ab hac Constitutione, quæ tantùm ad id processit, vt indulta modera-
50 ret, † vnde per hoc in Hispaniarũ Regnis recepta non fuit; ibi enim vsque ad hunc diem idem seruatur, quod moribus, iam constitutum, erat de extrahendis in casibus iure communi, ac consuetudinario statutis nocentibus, nec moderatio hæc id vnquã retardauit, vt tradit Martin. del Rio *disq. magicar. lib. 5. sect. 7. vers. Capisertiarios*, refert D. Ferdin. Oxeda *in discursu inserto, per Barb. in praxi exigendi pensiones num. 46. & 47.* vbi dictam Bullam non loqui cum iudicibus, nec Tribunalibus illius Regni declaratum fuisse refert, allegat Gutierrez. *lib. 3. quæst. 1. num. 36.* Carrasc. *ad recopilat. cap. 3.* Heuia *part. 3. §. 12. num. 57.* nam eum in casibus in iure expressis illa facultate, per idem ius concessa tantùm vterentur, vtanturque, nulla immunitatis violatio prætendi poterat, nec potest, vt docet Suarez *de Religione tom. 1. lib. 3. de reuerentia debita locis sanctis cap. 13. num. 1.* & de consuetudine antiqua testabantur Iulius Clar. § *fin. quæst. 30.* Couarru. *variar. lib. 2. capit. 20. num. 18.* Belluga *in speculo rubr. 11. §. Sed quia lit. L.* Bobadilla *lib. 2. cap. 14. num. 94.* Villadiego *in Politic. lib. 5.* atque Hispani omnes, quod non alia ratione à doctissimis, religiosissimisque viris, quàm ex prædicta resolutum est.

Nec dubium inesse potest (vt repellendo mouet Oxeda) quin potuerit Pontifex hoc vniuersim, & in omnes constituere; immo cum eodem, hoc Pontifici statuendum † spectare puto: quibus 51 nempe casibus, quonammodo, quibusve medijs, hæc Ecclesiarũ immunitas tractanda, & prælleanda sit; consentioque Gambacurtæ multis nominibus cõmendando, *lib. 2. cap. 9. num. 2.* id ex pluribus probanti, & ante hæc idem firmaueram post *patrocinium iurisdict. Regiæ in controuersia de familiaribus Episcoporum, & in C. folio 402. col. 5.* vsus ipsissimis verbis doctissimi viri Basilij Pontij *de matrimon. lib. 5. cap. 12. §. vnic. fol. 337.* Sed puto Constitutionem hanc (vt sæpiùs repetitum est) peculiarem illorum locorum esse, quibus indulta concessa reperiebantur. Item potuisse Pontificem (si ei placuisset) etiam alia loca ad eiusdem constitutionis obseruantiam expressè comprehendere, & forsan voluisse, & posse quãdocunque, vocatis, auditisque Principibus, quòd ita tunc voluerit, declarare, quod ad eum tantùm spectat, *e. cum venissent de iudic. l. ex facto 43. de vulg. & pupil. l. Neratius 191. D. de regulis iuris.* Id tamen factum vsque adhuc non esse, nemo inficias ire poterit.

CLAV-

CLAVSVLA X.

De crimine verò hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curia secularis se quoquomodo intromittat, sicuti etiam prohibemus, nec contra Ecclesiasticas personas, Seculares, aut cuiusvis ordinis, vel militiæ etiã Sancti Ioannis Hierosolymitani Regulares quoquomodo, etiam vigore prædictorum indultorum, priuilegiorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos iuris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illosve ab Ecclesijs, Monasterijs, domibus, locisve sacris, aut religiosis, etiam in casibus hac Constitutione expressis extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliàs, quàm de iure, & per priuilegia eisdem ordinibus, ac militijs concessa permittitur, quomodolibet præsumant.

Atquia indulta, & facultates etiam ad personas, causasque Ecclesiasticas extendebantur, & tanquam speciali nota digna reuocari, etiam in hac parte expressè debebant: ideo Summus Pontifex facultates huiusmodi tam generatim in personas concessa, quàm pro ali-
52 quibus casibus permissa, † tam pro Clericis secularibus, quàm quoad militiarum ordines *ad terminos iuris reducit*, ostẽdens se in omnibus, ac per omnia, relatum quidem vnguem à iuris dispositione recedere velle, tãtùm abest, illud corrigere (vt aliqui putant) cogitasse.

Iuris autem appellatione apertissi-
53 mum est, † venire non tantum ius commune Canonum, & Romanorum, verùm quoque ius Prouinciale, ac receptissimam consuetudinem per iura superius allegata *in principio num.* 18. *vers. Secundo quoad consuetudines*, estque frequentissimum nostrorum dictum, vt tradit Vazquez *in vsu frequentibus*, *capit* 4. *num.* 2. Bertazol. *de clausulis clauf.* 4. *glos.* 35 *num.* 2. Michael Crass. *commun. opinion. tom.* 1 *lib.* 3 *tit.* 26 *num.* 80. Tiraq. *in præfat. Leonart. Sayfit. declarat.* 7 *num.* 5. & de iure municipali, quod iuris appellatione veniat, ac præ illo seruandum sit *g ꝗ. in verb. iuris in proœm. Clement.* Magon. *decis. Lucens.* 66 *nu.* 12. Mattha *voto* 154. *num.* 4. Gratian. *disceptat.* 99. Gama *decis.* 50. *num.* 5. Valasc. *consultat.* 103 *num.* 8. cum multis per Barbos. *appellat.* 124 *num.* 3. *melius clauf.* 115 *num.* 14.

Hinc apparet *Capitulum* Regni Siciliæ sub Alphonso 71. de huiusmodi immunitate loquens, iuris quoque appellatione venire, debereque in Siciliæ Regno seruari: tum quia per præsentem exceptum censetur, tum quia communi omnium Prælatorum & Ecclesiasticorum cum cæteris ordinibus consensu constitutum fuit, & acceptum, indeque seruatum. † Quo fit, vt tanquam lex Ec 54
clesiastica, quæ & Clericos ligat, habeatur vt tenent generatim, Marius Muta *in proœmio ad hæc capitula*, Petrus Rat. *ad consuet. Pitlauiers* *tit.* 1. *fol.* 5. quos sequutus sum ego in C. *fol.* 358 *num.* 5. In specie quoque firmauit, Gambacurta *de immunit. lib.* 3 *cap.* 13 *num.* 13. de hoc capitulo locutus.

CLAVSVLA XI.

Quòd si quis quacunque dignitate, & auctoritate præditus præmissorum, aut alio quouis prætextu quicquam præter, aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus, eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immuni-

 nita-

nitatis Ecclesiasticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium nostrorumve Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ: sicque per quoscunque iudices Ordinarios, vel Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet aliàs iudicandi facultate, in quauis causa, & instantia iudicari, & definiri debere: necnon irritum decernimus, & inane, si secus super his, per quoscunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Comminantur pœnæ transgressoribus in hac clausula, nec ad illas vitandas, quòd auctoritate, & facultate in indultis, ac priuilegijs concessis vtantur, proficere dicitur: cum illa reuocata, atque ad terminos iuris reducta, & limitata per hanc sint, vt supra ex ipsissimis Constitutionis verbis ostensum est: quòd si reuocata sunt, titulusque reductus ad non titulum, contrauentio iam nihil excusationis habet.

Additur: *aut alio quouis prætextu*, censetque *Diana*, per hanc clausulam iuri communi, & consuetudinibus inueteratis derogatum fuisse. Nam cum omni cuique constitutionis verbo, ac clausulæ adiecta iuris reseruatione, in tota ea ne verbum quidem contra ius commune, siue consuetudinarium dispositum fuisse, inuenire potuerit, huiusmodi verbulo tantum adhæsit, quasi sacratissimis legibus, ac venerandis consuetudinibus vtens, aliquid prætexere, ac contra fas, nefasque intentare dici posset.

Sed in iure nostro diuersa est horum verborũ, huiusque clausulæ intelligẽtia,
55 † *Prætextus* enim à *prætexendo* dicitur mẽdicatus color, ac illicitum medium, quo aliquid vetitum palliari, ac operiri intentatur, vt tanquam licitum exercitũ videri possit, vt duobus expressis legibus probatur, vno in *cap. quoniam 90. de simonia*, ibi: *Paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare*: altero in *l. solent, §. Statuti*, ibi: *Prætextu humanæ fragilitatis*, quas bellè exornat, Narbona *ad l. 15. gloss. 4. ex num. 20. tit. 18. lib. 5. Recopilat.* & in simili clausula contenta in Bulla Cœnæ idem firmant, Viualdus *in candelabro casu 14. num. 102.* Duard. *in Bulla conclus. 30.* Villal. *in Summa part. 1. tract. 19. diff. 61. num. 50.* Salgad. *de Regia protectione part. 1. cap. 2. ex num. 15. ad 19.* vbi plures, *Rota Romana decisiones* cumulat. Ego quoque secutus sum in *C. ad l. Martinis contr. 15. fol. 471.* modò tamen super addo speciosissimum textum in *extrauag. ad conditorem 3. de verbor. significat.* ante finem, ibi: *Nolentes in posterum sub prætextu, seu pallio talis dominij temporalis, verbalis, nudi, ac ænigmatici, &c.*

Idque ex eadem Constitutione (ne per alia diuagemus) manifestissimè probatur, nam in *clausula* 4. declarat, quid sit prætextus, atque esse, quod ex indultorum praua intelligentia, eorum colore attentatur, ac præsumitur, ibi: *Et illorum prætextu, quidquid sibi in mentem venit, attentare præsumpserit*, & in *clausul. 6.* alios similes prætextus enumerat: nullatenus vero hic loquendi modus ad iustissimũ titulum, quo quis fulcitur, quoties iure communi vtitur, vel receptissimo mori incumbit, referri potest, quod etiam ex sequenti clausula derogatoria apertissimè liquet.

CLAVSVLA XII.

Non obstantibus præmissis, tam Sixti, & Pij, quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum literis Apostolicis, priuilegijs, indultis, & facultatibus, quibusuis personis, etiam Imperiali, Regia, aut alia qua-

quauis dignitate, & auctoritate fungentibus, aut rebus publicis, Dominijs, Regnis, Prouincijs, ciuitatibus, terris, locis, eorumque Curijs, Parlamentis, Senatibus, Consilijs, Communitatibus, Collegijs, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, loca tenentibus, varijs Potestatibus, alijsque Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliarijs, ex prædictis, vel alijs etiam grauioribus, & vrgentioribus causis, tam illorum intuitu, & contemplatione, siue ad eorum preces, & instantiam, quàm ex Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac perpetuo, etiam in vim contractus, & de Fratrum nostrorum consilio sub quibuscunque tenoribus, vel formis, cum quibusuis præseruatiuis, rej rictiuis, mētis attestatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijsque validissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, etiam si inibi caueatur expresse, quòd illis, nisi sub certis modis, & formis, & nisi de expresso eorum consensu, ad quorum fauorem concessa fuerint, derogari possit, ac aliter factæ derogationes, nullius sint roboris, vel momenti, & aliàs quomodolibet concessis, ac etiam sæpiùs approbatis, & innouatis. Quæ omnia, & singula, ac illorum tenores, pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo aduersentur, aut plures, quàm supius expressos casus contineant, auctoritate, & tenore præmissis omnino tollimus, & abrogamus, & ad terminos præsentis Constitutionis quoad superiùs rescripta dumtaxat reducimus; & nolumus, quicquam de cætero suffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, seu speciali, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta effectus earum quomodolibet valeat impediri.

In hac (si qua in aliâ clausula) Rom. Pontifex, si iuri, & consuetudini derogare voluisset; illa exprimere, ac tāquam obstantia tollere, & de medio remouere cogebatur, [illegible] de *indu.* [illegible] *quacunque forma, vel so. tenis* [illegible] *ate, & robore concessis* fecit; illaque, sicut ista ad huius Constitutionis terminos reducere; quod dum nō fecit, si certis iuris Pontificij regulis, nō verò centucolis Auctorum opinionibus, vel inconsultis, & immaturis (etiam grauiorum virorum) placitis standum est. Illa intacta, ac in suo vigore remanere apertissimum erit; videmus enim etiam vbi expressè in Cōstitutionibus de euertendis, ac derogandis consuetudinibus disponitur (puta *non obstantibus consuetudinibus* receptissimum esse, inueteratas,
56 † ac Immemoriales illibatas manere, suumque de cætero robur detinere. Nominatim enim exprimi debent, nec sufficit, si *non obstante quacunque consuetudine* diceretur; ita docet Bertrand. *cons.* 98. *num* 12: Boer. *decis.* 39. *num.* 12 Aflict. *decis.* 354. *num.* 5. Castan. *ad consil. Burg. rub.* 9. *tit. de metus mort.* 1, §. 2. *verbo, Par quelque laps de temps*, Cratet. *de antiq. t. tempor. part.* 4. *Jcti. materia ista num.* 47. Ruin. *consil.* 13. *num.* 30. *lib.* 1. Auend. *resp.* 16. Couarru *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. Anton. Gabriel *tit. de præscr. pt. concl.* 1. *num.* 27. *vers. contraria*, Decian. *consil.* 44. *num.* 19. *lib.* 2. Mier. *de maiorat. part.* 4. *quæst.* 20. *num.* 51. Mascard. *conclus.* 1372. *num.* 45. Otalora *de nobil. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. Gutier. *practicar. lib.* 3 *q.* 77. *num. fin.* Fachin. 87. *num.* 22. *lib.* 2. Ceuall. *commun. contr. commu. quæst.* 897. *num.* 248. F. Emanuel Roderic *tom.* 1. *quæst.* 9. *art.* 5. *Quæst. Regular.* Flores de Mena

Mena *variar. lib.* 29. §. 10. *n.* 44. D. Barbos. post hos & alios *de clauf. cap.* 87. *n.* 8. qui ex Villar. *de patronat.* Calataiud *part.* 3. §. 2. *num.* 10. dicit, quòd vniuersalis Prouinciæ consuetudo nec per legem simpliciter tollentem consuetudinem, nec per Sacrum Concilium Tridentinum sublata censetur. Addit Garciã *de beneficijs part.* 3. *cap.* 2. *num.* 190. Sahagun *in cap. fin. de consuetud. num.* 37. Salas *de leg. disputat.* 19. *sect.* 7. *num.* 70. Suarez *eodem tract. lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 18. Monet. *de distrib. part.* 2. *quæst.* 12. *num.* 22. Prosper. Augustin. *ad Quarantam, verb. Alienatio rerum Eccles. liter. K.* refertque decisum in *Rota*, etiam vbi cum vniuersali dictione ei derogatum sit. Cuius opinionis fundamenta refert idem Barbosa *ibid. num.* 5. Primùm ex *l. seruitutes prædior.* 14. *in principio, D. de seruit.* quia generatim omnes seruitutes prohibentur; cùm tamen vsu receptæ per immemorabile tempus exceptæ sint *l.* 3. §. *Ductus aquæ, D. de aqu. quot. & æstiua.* Secundò, quia vbi ius resistit, & contra præscribentem præsumitur, id cessat si tempus præmissum intercedat, *cap.* 1. *de præscript. in* 6 *cap. super quibusdam* 25. §. *Præterea de verbor. significat.* Tertiò probatur hoc idem ex dicto §. *Ductus aquæ, & l. vsum aquæ* 4. *vbi gloss. C. de aquæ ductu lib.* 11. vsum aquæ ab immemoriali quæsitum legitimè dicit, cùm præscribi prohibitum sit, tanquam publici iuris *l. vlt. de vsucap. l. viam publicam, D. de via publica, l. præscriptio, C. de oper. publicis.*

Demum quia licèt per *Tridentinum Concilium cap.* 6. & 16. *de reform. sess.* 13. derogetur bis nominatum immemorabili consuetudini; vbi tamen de consuetudine deroganda simpliciter actum est, vel cum dictione *quacunque*, vt *sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* quoniam immemorabilis non exprimitur, censent omnes illam non comprehendi, vt decisum idẽ refert ex Gonçal. *ad regul. Cancel.* 8. *gloss.* 33. *num.* 5. Gratian. *disceptat.* 492. *num.* 6. Narbona *dict. tract. part.* 2. *fund.* 3. *n.* 10. idem Barb. *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *allegat.* 84. *n.* 5. refert quoque duas *Rotæ decisiones*, quæ sunt apud Farin. *decis.* 610. *part.* 2. *recent.* & *decis.* 248. *ibid.* qui dixit ita sæpiùs S. Congregationem Cardinalium ad interpretationem deputatorum censuisse.

Quòd si nominata consuetudinis derogatio in lege, vel constitutione, innexteratam pura, quæ hominum memoriã excellit, minimè tollit, quantò minus vbi nihil dictum sit? Itẽ vbi sine alicuius verbi derogantis prolatione, non tãtùm consuetudini, verùm quoque iuri Canonico, atque ciuili communiter recepto, & peculiaribus Regnorum constitutionibus, per multa secula seruatis, quæ sacratissima, & inuiolata ipsis Pontificibus sunt, prætenditur derogatum? cõtra *cap. vestram* 14. *dist.* 10. & *cap. de capitulis* 10. *eadem dist.* ad quod scripta infra *q.* 8. *lib.* 2 mirificè conducunt.

Sequuntur clausulæ finales de publicatione literarum in valuis Basilicarumde vrbe, & Nulli ergo, &c. quæ omittuntur.

HIs omnibus per modum animaduersionis præmissis, non obstant argumenta in oppositum adducta: nam Ad primum; quod Pontifex vsus fuerit *Clausula taxatiua*, volens præcedentes Constitutiones ad vnã tantum formam reducere, respondetur; nullibi Pontificem voluisse, ea, quæ iuris communis, & consuetudinarij erant, moderare, illaquè verba per *Dianam* relata, adijciuntur *ad facultates, & indulta* per Prædecessores constituentis concessa, vt patet supra in *clausula* 6. totaque illa oratio regitur ab illis duobus verbis *reducimus, & moderamur*, argum. *l. cum pater*, §. *Donatum, D. de legat.* 2. Euerard. *Topico loco* 46. Gonçal. *ad reg. Cancel. gl.* 48. *n.* 53. & 54. & 58. Cardin. Seraph. *decis.* 121. *n.* 11. & *decis.* 398. *n.* 7. & *decis.* 541. *num.* 6. Card. Thusc. *tom.* 8. *lit. V. concl.* 95. quòd siquis scire velit, quæ nam moderata sint, inueniet alia non esse, nisi *indulta, facultates,*

tes, priuilegia, perpetuò, vel ad tempus concessa sub plumbo, aut in forma Breuis, &c. Nullibi enim in tota clausula de iure, vel consuetudine loquitur, nisi excipiendo, ibi: *Aliàs quàm in casibus à iure expressis.* Quò fit, vt per hanc clausulam, qua Diuus vtitur, non solum id, quod assumir, immo totum oppositum probetur; nam moderauit, & ad vnam formam induita, & facultates concessæ vltra casus in iure expressos reducuntur; ergo
57 casus in iure expressi illæsi † remanent; quæ est argumentatio legitima, & verbis textus congruens: nam exceptio firmat regulam in non exceptis, tantòque magis, si non excepta, vt hìc, reseruantur, vt per Barbos. *axiom.* 85. *num.* 4. Iuris verò reseruati in hoc textu appellatione venire cõsuetudinarium, diximus in animaduersione *ad c. ausi.* 10. & mirum sanè est, quàm sæpius in disputatione tam egregia aduersantes verbis sibi apertissimè contrarijs (assumpta posteriori parte orationis, priori omissa) vtantur, ac lætentur.

Ad secundum de *literis arbitrij*, vbi asseritur formam datam fuisse attenta Gregoriana, quo pacto permissio per Canones concessa in casibus exceptis practicari deberet? multis modis respondetur. Primò, illa verba non ad casus ipsos exceptos, sed ad formam vtendi
58 permissione per Canones data † referri; posset que quoad hoc in oppositum hoc modo argui. Ergo casus à Canonibus permissi (dum forma circa modum vtendi data fuit) sublati non sunt, esset que argumentum validius, & probabilius argumentis omnibus oppositis, vt patet per Enerard. *in Topico legali loco* 95. Nam qui consequens vult, & antecedens vt velit, necesse est. Item secundò potest argui; literæ arbitrij loquuntur
59 de modo † vtẽdi casibus exceptis: ergo de ipsis casibus non disponunt, quia hæc sunt diuersa, vt per Card. Tusch. *lit. D. concl.* 517. *n.* 30. *&* 32. ex Craueta *consil.* 90. *n.* 2. modus autẽ hic circa extractionẽ versatur, quòd adito Episcopo fiat.

Secundo, omnis dubij tollendi gratia respõdetur, quod hæc esset mera relatio ad Bullam nostram, sed in ea nihil horum continetur, vt ostensum est, nec tantùm fuit conclusum, sed exceptum ius commune, ergo &c. nam notissima est iuris nostri regula, quod dum constat de relato, non statur † referenti, Decius 60 *cons.* 63. *num.* 6. *vers. Nec obstat*, Brunus *cons.* 34. *num.* 6. Bardell. *cons.* 61. *nu.* 42. Sesse *decis.* 125. *num.* 41. *& decis.* 187. *n.* 110. aitque *Dec.* ibi, quod si dispositio referens à relato discrepet, corruit tanquam erronea, nec debet attendi, Menoch. *cons.* 1. *num.* 96. Oct. Glorit. *resp.* 12. *num.* 24. Barbos. *axiom.* 201. *num.* 5. *&* 6 alios quàm plures extra præmissos citaui *decis.* 18. *n.* 30. & licèt, si Pontifex voluisset aliquid vltra *Gregorianam* disponere, vtique potuisset, quod vnicum huic argumento responderi posset; attamen, cum id cùm solemnitatibus solitis in similibus adhiberi non fecerit, † 61 potius error præsumi deberet. Quod in rescriptis Pontificijs, & alijs, quæ non sunt è Cathedra, sine aliqua nota aduerti potest; cum in iudicialibus errare possit, & falli, *cap. à nobis* 28. *de sentent. excommun. cap. tum ex literis de in integr. rest. tut. cap. si quando de sentent. excommun.* vbi de rescriptis cum innumeris propè infra *lib.* 2. *quæst.* 13. Non est ergò argumentum contrariũ alicuius considerationis.

Ad tertium de Bulla Clementis Octaui Archiepiscopo Panormitano directa, qua asserere videtur, homicidas ex insidijs gaudere debuisse immunitate Ecclesiæ, attẽta Gregoriana iam dicta; licèt ipse ex certis causis illos, de quibus in Bulla immunitate priuauerit; respondetur, non concludi per hanc assertionem, quòd per Gregorij Bullam fuerint sublati casus in iure communi contenti. Pontifex enim respondit iuxta interrogata, nempe an ille casus in Bulla Gregorij contineretur? nec aliquid de communi iure asseruit, vel negauit.

Item secundo; Clemens quare asseruerit, illos gaudere debuisse, non aperuit.

ruit. Ex facti autem circunstantijs ius variari potest, adeo vt nullatenus hoc ex Bulla relata colligi possit, vt & *Martus Italia* aduertit, asserens Clementem hoc minimè decidisse: colorem verò quæsitum fuisse, vt illæsa Bulla, & communi iure, hos immunitate gaudere, alios minimè declararet.

Item dato, quòd verba illa assertiua ad ius commune correctum referrẽtur, iam diximus, omnem quæstionis diffinitionem ad *Bullam* relatam referendam esse; nec aliquid in iure nostro referentem, si relato contradicat, nocere. At si dicas, hãc valere vice declarationis verbi dubij in *Gregoriana* contenti, respondebo, ex præmissarum clausularum animaduersiõne, ac congrua singulis interpretatione, nullum adesse verbum, de quo dubitari potuerit, nec possit, impor tet ne iuris derogationem? immo perspicuis verbis reseruatum, ac exceptum esse satis superque constare; ex quo fit
62 ne huiusmodi declaratio † etiam Papalis nocere possit, per ea quæ tradunt DD. in *l. hæredes palam*, §. *Si quid*, *D*: *qui testam. facere poss.* vbi Castrens. Becc. *consil.* 3. *num.* 44. Azeued. *in l.* 2. *tit.* 14. *n.* 13. *lib.* 4. *Recopilat.* cum alijs per me *de donat. fol.* 300. *num.* 27. *&* 28 *lib.* 1. quibus addas quàm plures per Castillum *contr. tom.* 6. *cap.* 182. *ex num.* 6. Salgado *de Retent. Bullar. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 15.

Ad tertium, quòd Summus Pontifex, cum sæpiùs mentionem fecisset de iure communi, nunquam voluit illæsum permanere, nisi vbi de Clericis, & militibus non comprehendẽdis egit; quò fit, vt contrarium quoad cætera cẽsendum sit; respondetur, nullibi de iure communi actum fuisse, nisi excipiendo illud à dispositis in constitutione, licèt diuersis locutionum modis id exprimatur, vt in vnaquaque clausula notatum est, viderique potest.

Ad quartum de verbis illis: *aut alia quouis prætextu*, iam dilucidissimè ostensum est in animaduersione ad *clauf.* 21. nullatenus sub illa clausula iuridicè includi posse iuris titulum, ac sacratissimarum legum dispositionem; quibus quisquis fretus non quidem prætexere, sed ritè fundare dicitur, quicquid ex illis petit.

Quintum argumentum deficit in supposito; nam hoc est, quod dubitatur, an nempe lex fuerit vniuersalis, an verò ad certas Prouincias restricta, quod fundari supposuimus ex *proœmio*, & conclusione Constitutionis.

Item secundò non rectè consequitur ad antecedens; est lex vniuersalis, ergo, corrigit præcedentes: nam probatum est, numquam ex posteriori lege (quamuis vniuersalis, atque vniuersalissima illa sit) corrigi legem antecedentẽ, quando expresè dictum non sit; vel alteri directo obstet, vt supra latissimè in prioribus fundamentis dispositum, ac resolutum est.

Tandem non obstat auctoritas contrariorum; quoniam eorum nemo quæstionem, vt par erat, per argumenta, & recitatis *Bullæ Gregorianæ clausulis*, nec per iuris regulas † explicauit; sed reso- 63
lutiuè, & per transennam, non oppositis sibi contrarijs, nec illis solutis, quodque magis est, aliqui in re dubia, id absolutè asserere veriti sunt. Ita *Filliucius loco præcitato*, per hæc verba *esset dicendũ*, & alibi *firmandum esset*, Duard. *in Bulla Cœnæ*, pariter citatus dicit, hanc quæstionem dubiam esse. Aponte *decis.* 14. *in fine*, nihil firmault, sed dixit *esse aduertendum ad Bullam Gregorij*, post firmatam de iure communi opinionem. Idem fecit *Villalobos* citatus, ibi: *Que se aduierta à esta Constitucion*, in idem loquitur Gratian. *cap.* 380. *num.* 27. nam citatur *cap.* 180. ibi firmata opinione de iure communi addit, *tamen hodie ista opinio non tràsit, sine dubitatione, cùm adsit Bulla, &c.* Alij, sicuti *Leo in Thesauro, Bonacina, Farinacius, Giurba*, & cœteri loquuntur fortuitò, non perpẽsa difficultate, quam solus ex omnibus *Ambrosinus*, loco in aduersum citato agnouit, ac ex ore, vt fatetur, laicorum ministrorum didicit, nem-

nempe Bullam non esse in vniuerso Orbe ...ã, sed pro illis Prouincijs, apud quas indulta vigerent, qui ne verbum quidem respondit, solum contendit, nõ valere consuetudines contra immunitatem aduersantes iuri commum Canonum, neque illas (vt fas est) probari: succumbit autem quoad argumentum sibi oppositum.

Contrarium verò seruarunt, qui diuersam quæstionis diffinitionem amplexati sunt, nam Constitutionis clausulis adductis, ac iuris fundamentis suam stabilire, & contrariam repellere conantur, vt patet ex *Gambacurta*, alijsque per *Dianam* citatis, præcipue *Gutierrez* cum alijs per eum: quo fit vt secundum ... nostri axiomata magis standum ... paucis, rem ex professo tractantibus, quam pluribus, qui summis labijs illam degustant, ... quod etiam amplectuntur Theologi, vt asserit Nauarrus *in Manua lis cap.27.num.*189 Bañez *artic.*8.*dub. vltim. post secundam conclusionẽ*, Gilius *lib.* 1.*tract.*7.*cap.*13. Gabriel Vazquez 1.2.*disputat.*62.*cap.*3. Torres 2.2.*disp.* 65.*dub.*3 nam vt ait Gilius, *ibidem*, & *cap.*11.quãdo posteriores DD. aliquem primum Ducem secuti sunt, sine vllo quæstionis examine, sola vnius auctoritate ducti, non per hoc communem ... ciunt; quia pro vno æstimantur, benè Azorius *Instit. Moral. lib.*2.*cap.*14. Gabriel Vazquez *ibidem cap.* 4. ex doctrina *Aristoteus* 1.*Top.cap.*1.& *S. Thom. quodlibet* 3.*quæst.*4.*art.*10. quod & apud nostros indubitatissimum est, & etiam in foro interiori receptum, vt ipse *Diana* non semel alibi affirmat, præcipuè *in tomo* 6.*tractat.*1.*resolut.*13.

Videndum post hæc restat, quid noui *Diana* afferat in 5.*tom.tractat.*1.*resolut.* 2. me citato? Dicit ergo, me ex ijs, quæ scripseram, non tantum illi, sed Eminentissimis Cardinalibus ignorantiæ notam inussisse; cùm dixerim, assertionem illã contra *Gambacurtam* ex iuris ignoratione procedere; nam ait ipse: *Gambacurta* ex eo quod id firmauit, meruit cessitam, ac inter damnatos libros collocatus est. Additque non ex ratione per me adducta, sed propter *Consentis* ... declarationem, alijsque ex ratione ... tentiam illam firmasse, quam ... sua ... pta, & decem & octo Doctorum cumulum, & tres alij ..., nempe *Vlyseus Danza*, *Vulpe*, & *Nauarius*, & *quòd ego viderim, cum ... defendum sit, an Gambacurtæ prob... opinionibus, vel suis?* hæc ille.

Quibus ..., & breuiter respondere libet, me nullam, ne ... Ordinem, sed neque *Dianæ* ipsi ignorantia notam inurere ... Nō prio ri, cum nec rectè arguatur liber Gambacurtæ *de immunitate* ... fuit à sacra Congregatione prohibitus: ergo qui aliquam opinionem in illo libro inter plura contentam ..., Congregationi notam ignorantiæ inurit. Nam licet liber ille prohibeatur, non per hoc omnia in eo scripta prohibita adeo censeri possunt, vt aliquam opinionem ex contentis in eo defendere non liceat, † 64 quæ non ex eo solùm libro, sed ab alijs Doctoribus tradita sit, licet ibi quoque legatur; nisi fortè ille liber in specie ex illa opinione damnatus esset, † tunc 65 enim & in cæteris libris damnata censetur; vt patet ex regulis ... à *Clemente Octauo* ... *per expurgatione librorum* repetitis, ac explicatis *per Cannon tractat. de locis*. Alioqui multæ, & vt sic dicã, innumeræ *Gambacurtæ* ... pijssimi viri pro Ecclesiastica immunitate opiniones, quas ipse *Diana* eo citato sæpius approbat, ab alijs quoque auctoribus expungi deberent, † qui eas sequuntur. 66 Quod sane omni absurdo absurdius esset. Cùm ergo sacra Congregatio nihil super hoc, legitime audiens Principibus decernauerit, vsque dum declaret, ob id illum librum (quod *Diana* asserit) vetuerit, omnes eius opiniones præcipuè ab alijs traditæ pro damnatis censeri non debent.

Quod verò hoc quoad hanc opinionem, prohibitionem emanasse suspicari

non possit, moneor etiam, quòd post hãc prohibitionẽ eadem opinio ab alijs doctissimis viris tradita sit, vt sunt *Gutierrez, Laymanus, Venerus* Archiepiscopus Montis Regalis apud Siciliam, ac alij permulti in quæstionibus particularibus *à Diana* ipso recensitis *in dicto tractatu de immunitate Ecclesiarum ex quæst. 1. ad 41.* vbi in vnaquaque quæstione multos citat Authores ius commune etiam post *Gregorianam* admittentes, qui omnes per id vitandi forent: & nouissimè D. Barb. *tom. 2. de vniu. iure Eccles. c. 3. ex num. 124. ad num. 135.* & infra vbi plures casus extra Bullam admittit.

Ac demum quia (vt ex superiùs traditis percipi potest) in hac opinione firmanda concurrunt omnes iuris regulæ de correctione præcedentium legum, ac
67 Canonũ, † quibus in hac materia Morali Philosophiæ magis standum est, quàm alijs Auctoribus, vt probat Fontanella *de pact. nuptial. clausf. 4. gloss. 1. n. 25. fol. 127. in 2. impressione Coloniensi,* vbi ait errare in his solitos Theologos, allegans ad id plures Authores; in materijs enim moralibus Iurisperitos excellere, in ea maximè parte, quæ ius Canonnum, & Ciuile respicit, vt sunt iurisdictionalia inter vtramque potestatem, ac rescriptorum interpretationes, plùs quã certum est. Legatur Canus *lib. 10. de locis cap. 7.* Ludon. Viues *de corrupt. discipl.* Inde videmus *Dianam* non ex alio fonte fundamenta suæ doctrinæ, quàm ex Canonibus, Legibus, ac Iurisperitis haurire, licèt sui instituti non sit eorum opinionem digerere, cùm resolutiuè, vt plurimùm scribat (vt statim dicam.) Item eundem hoc eodem argumento vti *tom. 6. tract. 2. de famil. laica resolut. 4. ex Filliucio, Azorio, Villalobo, Baldello, & Paulo Xamar. de offic. iud. part. 1. quæst. 3. num. 42.* & ego infra *q. 3. n. 15.*

Demum licèt opinionem oppositam (quam *Diana* tuetur) explicitè (quod negatur) *Sacra Congregatio* in alicuius casus decisione amplexaretur, nil aliud, quàm
68 aliqua maior † probabilitas ad eã, quã antea obtinebat, accederet, nisi concurrerẽt circũstantiæ nouissimè allatæ, vel ab ipso Pontif. eius decreta approbata fuissent, è Cathedra definiendo, vt probant Canus *de locis lib. 7. cap. 3. conclus. 2.* Castr. *lib. 1. aduersùs hæreses capit. 7.* qui perinde dicunt *Glossam in cap. Sancta Romana distinct. 15.* (existimantem opinionem sic approbatam effici infallibilem) manifestum errorem docuisse, ineptam, audacem, mendacem, & risu dignam esse. In idem sunt Horant. *lib. 5. locorum Catholicorum cap. 2. & 3.* Palat. *quæst. 8. prologi* Gilius *lib. 1. tract. 7. cap. 11.*

Habuerunt etenim Auctores isti à *D. Augustino* in pluribus locis à *Gratiano* relatis *in dist. 9. solis scriptoribus* † *Sacris,* 69
seu Canonicis, quod idem est, in Biblia contentis, id honoris deferendum esse, ne errare possint; cæteris verò credendum, quatenus auctoritate, & ratione probauerint, latè de hoc Henricus *in summa art. 16.* nam & multi Patres in multis errauere, vt probat Canus *dict. lib. 7. de locis cap. 3.* ex multiplicibus historijs, & auctoritatibus. Et vbi adest ratio in contrarium, putat ipse *Diana resolut. 13. tract. 1. tom. 6.* recedendum esse ab Auctoribus, & auctoritate.

Et in materia huiusmodi rescriptorum, & Bullarum ad ius Ciuile, vel Canonicum pertinentibus, etiam Pontificem † summum supra ex expressis iuri- 70
bus decipi posse diximus, præcipuè in dict. *cap. si quando de sent. excommunic.* ibi: *Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam per subreptionem contingat huiusmodi literas impetrari.* Exinde successorum Pontificum ad præcedentium decreta derogationes ortæ sunt, quæ si certæ, vt de fide tenendæ essent, derogari à successoribus non possent.

Non ergo tam absonum esset, nec mirum, ac singulare videri debet (vt putat *Diana*) si quis ex iuris rationibus etiã contra huiusmodi Declarationes argueret, quando præcipuè ius nouum † ex- 71
presse, & specificè derogato veteri, indu-

ducere non viderentur; de declarationibus Concilij Tridentini à Dominis Cardinalibus loquor. De quibus latè idē *Diana hac part. 1. tract. 10. de legibus, resolut. 29.* vbi concludit, nec vim legis habere, nec eis necessariò standum esse: accedit etiam Salgad. *loco citato, & cap. 30. §. 3. fol. 306. ad fol. 308* nam si Summus Pontifex admittit suorum rescriptorum discussionē, multò magis & ipsi admittent; magisque si aliquid ex declarationibus otiretur, non directè, sed interpretatiuè ex loquēdi modis, cum huiusmodi à iuris imperitis aliquando scribentibus, vel ob petentium importunam inhiationem formentur, qui intentionem Eminentissimorum constituentium, vel detorquent, vel implicant: imò & sæpissimè vnam declarationem ex inaduertentia alteri (quod & in hoc puncto euenit) opponunt. Nam multis à *Barbosa, & Nouario* declarationibus cumulatis probatur Sacrum illum Senatum pluries casus aliquos immunitatem excludentes, qui non in Bulla sunt, admisisse: hoc sumpto prætextu, quòd in iure cōmuni excipiebātur, vt in *homidio cū veneno*, plerisque alijs in præsenti libro cumulatis, vt apud eūdem Barbosam hac nouissima editione *tract. de iure Eccl. ef. tom. 2. c. 3.* videri potest.

Ex quibus identidem ad secundum excusatio oritur, de quo arguor, quòd invtbámus, & ipsi *R. Patri Dianæ* ignorati iuris notam intulerim; nam & ipse fatebitur, se (cùm Iureconsultus non sit) ius nostrum

72 ignorate † posse. Religioso enim vito licèt Theologo summo, si quis ius ignorare dixerit, iniuriam nō facit, vt plurimùm enim illud ignorant, sic affirmante Summo Pontifice in *capit. ex multa 9. de voto*, ibi: *Qui religionis habitum susceperunt, quorū plures idiota sunt, & IVRIS IGNARI*, quod notandum ait Bald. *in auth. de monach collat. 1.* cum & hæc studia eis regulariter prohibeantur, *l. repetita 41. l. placet, Cod. de Episcop. & Cleric. Nam Clericis*, inquit Imperator, *opprobriosum est, si peritos velint se ostendere disceptationum forensium, l. inconsulta 23. C. de testament.*

Quòd si dicat, se tanquam moralium quæstionum tractatorem ius callere debere; hæc enim, vt notum, dictumquè est, vt plurimùm à iuris dispositione pendent; respondebo, suum scribendi methodum, hoc necessario non suadere; dum resolutiones scribit, ac citatis in vtramque partem auctoribus, corūquè sententijs, vnis, vel alteris adhæret: ad hoc enim aliqua iuris scientia necessariò nō eget, sufficitque indigesta notitia, vt possit vnam, vel alteram opinionem (quæ probabilis naturali rationi videatur) amplecxari. Nā scire propter suas causas, illis necessarium omnino est, qui quæstiones per sua principia pertractant, & resoluunt, quod *Dianæ* nō contingit, nisi ex ore alterius referendo, qui † 73 modus recitatiuus à diffinitiuo mitificè distat, vt constat ex Turrecremata *in c. ego solis dist. 9.* De his videtur loqui ad literam *Cicero de oratore* dum ait: *Potius actluros, vt existimatores videantur, non Magistri.*

Dixi, necessariò hoc non suadere; nam si (quod vsque ad priora scripta mihi non innotuit) iuris scientiam se didicisse agnouissem, ac in ea adeo profecisse, vt gradū, & Doctoris, & Cathedratici meruerit, illo loquendi genere abstinuissem. Et verò id suadebat eius religionis institutum, in qua secularem Doctoris laureā nemo assequitur, quod si nesciui, nullam iniuriam (si ius ignorasse dixerim) fecisse videor, cum maximè in illa quæstione omnia argumēta minus iuridica, & quæ Iurisconsultum minime decent, viderentur. Fatebor enim *Dianam* optimum † esse scriptorem, 74 egregium Theologum, dignissimum Religiosum, quod vero summus Iurisconsultus fuerit, ingenuè fateor, ignorabam, ac quòd sit, edoceri libentissimè optabo; interim vt egregium virum venerari nō desinam; meque (si id asseruisse magnæ eius existimationi aliquid detrahat) libenter retracto, & in hac quæstione, sicut & in cæteris ex veris regulis edoceri opto, & nisi expressa, patens, & identifica Summi Pontificis declaratio, auditis Principibus (quod facilè euenire potest) accedat, hanc Bullam ius commune, nequaquam correxisse, ex fundamentis iuridicis hucusque

usque pro, & cōtra congestis, semper affirmabo. Video enim Sūmos Pontifices
75 † sæpius, præcipuè in *cap. inter corporalia de translat. Episcopi superstitiosos adinuētores* vocare eos, qui Pontificia decreta de vno ad alterū casum detorquent; cū potuerit Sūmus Pontifex, quod in vno casu dixit, & in alio itē expressisse, vt aiebat etiā Imperator in *l. vnic. §. Sin autem, C. de cad. tollend.* Nolo ergo interea aliud præsumere præter id, quod expressum sit, ne me præsumptuosum Pontifex dicat, vt ibi pronūtiauit, quod & ipsemet *P. Diana* agnouit *in resolut. 3. dict. tract. 1. tom. 1.* vbi cùm sibi prius objiciat de quadam *Clementis Octaui* constitutione, respondet, *quòd cùm illa resolutio fuerit in casu particulari, non est trahenda ad alios casus, nec tollit legē vniuersalē.* Quòd si ob id damnari debeam, quòd sic Pontificū præceptis, & regulis in iure Canonico antiquitus traditis adhæserim. Ex hoc non vnus Doctor, qui me culpet, sed alia Pontificalis determinatio (cui stare semper intendo) tantùm auertet. Quæ *Ephesini Concilij* regulæ de Ecclesiæ libertate secūdum antiquos mores metienda, ac *D. Isidori* sententiæ idem sentiētis, sola præiudicare potest, vbi explicitè secundùm Deum proferatur, vt *in præludio* traditum est.

QVÆSTIO SECVNDA.

EPITOME.

1 *Sodomitæ, stuprantes per vim, Monetæ corruptores secundùm* Dianam *immunitate gaudent.*

2 *Sodomitæ in Ecclesia turpe facinus committenti, illam etiam patrocinari* Diana *tenet.*

3 *Templorum immunitas quoad commissa scelera in eisdem maximi damni esse potest.*

4 *Sodomia in quacunque delictorum, etiam per verba complexiua, mentione, non venit.*

5 *Sodomia quare nefandum delictum dicitur?*

6 *Gregorij XIIII. Bulla de confugio Ecclesiæ, admittit & ipsa iuris interpretationes, etsi ius commune efficeret.*

7 *Homicidij, ac mutilationis in Ecclesia commissi exemplo cætera in ea patrata crimina excipiuntur.*

8 *Tridentinum Concilium iuridicas, verbalesque interpretationes admittit; vbi maximè lex vna cum altera concordatur.*

9 *Interpretatio iuridica ex verbis, non tollitur per clausulam* Sublata, &c.

10 *Argumentis, & collationibus veritas aperitur.*

11 *Ius commune per Bullam Gregorij sublatum non fuit.*

12 *Sodomitantes in Ecclesijs, ipsius refugio gaudere, nullus præter Farinacium, ante Dianam asseruit.*

13 ...... *illos non gaudere, communior opinio, etiam post Bullam docet.*

14 *Ecclesia, vbi ex delictis in eis admissis, non offenduntur tantùm, sed infamantur, ac dehonestantur, non possunt confugientes iuuare.*

15 *Sodomitas nullo fauore, vel misericordia dignos, Ecclesiæ confugio Pontificem dignarè voluisse nemo affirmabit.*

An qui commisit grauia delicta extra homicidium, & mutilationem mēbrorum in Ecclesijs, seu cæmeterijs, hac immunitate gaudeat?

HAnc quæstionem (grauissimā equidem, ac legentium oculis turpem) resoluit, paucis vsus *P. Diana tom. 1. resolut. 2.* Sodomitas † spurcissimos, Virginum violentos stupratores, Monetam falsam conflantes, vti nō tantùm refugio Ecclesiæ, si in profanis locis hæc committāt, verū quoque si ipsis † Ecclesijs ad sua facinora patranda, tāquam tutissimis asylis vtantur, nec tam grande, nefandumquè scelus, vnde ipsæ polluuntur, ac deturpātur, nocumento esse, quin hoc sine metu debitæ animaduersionis admittere liceat: vnica ratione motus, quòd cum *Bulla Gregorij* mutilationem, & homicidium in Ecclesia cōmissum excipiat, cætera in immunitate concludere censeatur; ac perinde, quòd correxerit, *cap. fin. de immunit. Eccles.* vbi omnes, qui in Ecclesiam committūt, ab eius protectione segregantur, citat Peregrinum *de immunit. cap. 6. num. 23.* Ricc. *collect. 1792. part. 5.* Bonacin. *de legibus disput. 3. quæst. 7. §. 4. n. 12.* Farinac. *in append. de immunit. cap. 16. num. 206. & 209.* Me-

Mogalã p. 3 lib. 4. c. 2. q. 2. n. 15. Scort. in Bull. epis. 153. Tutor. 385. dicens de bere scelestos istos, per iudicẽ Ecclesiastica puniri, vel Sũmo Põtifici referibi.

Iterumque Diana me viso non modo, nõ desistit, sed ne suit quidẽ; dicit enim agnoscere se, crimen atrocissimum esse, non tamen per hoc immunitate licèt in Ecclesia cõmissum fuerit, priuari, quod ex Auctoribus id, de commisso in loco profano docentibus, probat; sicuti est Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 10. num. 2. qui generatim dicit, quodcunque crimen, etiam grauissimum Ecclesiæ immunitate gaudere, allegat quoque attenta Bulla Eliseum Dãza in pugna Doctorum tom. 1 de immunit. Eccles. cap. 4. n. 10. & Ioan. Mariam Nouar. in Summa Bullar. tit. de immunit. num. 4.

Ego verò, qui generatim correctionẽ in superiori quæstione negaui, multomagis quoad Sodomiæ crimen negatiuam illã amplectendã existimo. Nam licèt in cæteris contraria sequenda, in hoc proculdubio reijcienda foret, ne vel minimum ex hoc attrocissimo delicto Ecclesijs dedecus, ac Catholicæ Reipublicæ scandalũ oriretur; possent enim Hæretici, ac Nouatores cæteri obijcere, nos nõ modo tanto crimini delendo, vires omnes non opponere, verũ spe impunitatis scelestissimos Sodomitas allicere, atq; Ecclesias magis, quã domos profanas habere, cũ polluentes sacra loca tuti à sæculari animaduersione euadãt, plectãtur

3 vero † qui domibus ad id facinus vtuntur, sicque cõtemptus nostræ disciplinæ enasceretur, & infantibus ad huiusmodi patranda daretur incentiuum, impunitas enim, dixit D. Chrisostomus maxima peccandi illecebra est. At quoad iuris argumenta, illa quoque potiora sunt.

Primo; quia nefandũ crimen, vti omniũ atrocissimũ, ac fœdissimũ in genera

4 li delictorũ mentione, † vt illi fauor aliquis, vel venia tribuatur, nequaquã venit; crimẽ enim irregulare est, ac ab omnibus exceptũ: unde licet generalis cõcedatur venia, vel indulgẽtia pro atrocioribus, quibuscunque verbis etiã generalissimis, semper hoc cẽsetur exceptum, ne gaudeat, vt magis semper sit, quàm dici possit, sicut docent Foller. ad pragmat. de Sudomia n. 56. qui proinde dicit, excipi ab indulgẽtia generali quacũque, melius Mastrill. de indultis c. 31. n. 4. Nec mirũ, nã per id dicitur nefandu crimẽ, ne fari de eo debeat nec in memoriã reduci: bene D. August. Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg. 44. post Azpilcuetam, alij tradunt D. Thom. 2. 2 q. 154. art. 11. D. Ioan. Vela de pœnis delict. c. 33. Ildeph. de Narbona relatus, per D. Didacum eius fratrem in erudita computatione ætatum anno 10. q. 10. n. 25. fol. 170. 5

Non est verò credendum Summũ Põtificem dũ de huiusmodi crimine in specie non quærebatur (vt in aliquibus euenit Bullis) de illo loqui voluisse, ac remisisse, quando leges id omnino refugiũt, vt in l. cũ vir, vbi inquit scelus est id, quod non proficit scire, C. ad l. Iul. de adult. inde exquisitis, idest insolitis pœnis vult puniri, vt est ipsum delictum.

Non potest ergo quoad nefandũ hoc delictũ argui, vt faciunt Casistæ: Non est in Bulla exceptũ; ergo remanet in regula fauorabili; quoniã nulla dispositio, nec tacita, nec expressa, quæ fauorabilis sit, illud comprehendit, nec enim in dispositione generali venire potest, dũ de eo fari nequidẽ liceat. Quod si Licurgus ob id laudatus, quòd nil de parricidio in legibus suis dispósuerit, tãquam impossibili, & nefando, quare in Summi Pontificis hominum purissimi legibus, adeo enorrmis delicti mentionem optamus?

Secũdo, quia Bulla licet corrigeret ius cõmune (quod semper citra specificam Põtificis declarationẽ nego) admitteret tamen ipsa interpretationes illas, †

6 quas ius cõmune admittit Card. Tusch. verb. Eccles. concl. 11. n. 19. in fine, vbi de hac Bulla loquitur Gutier. pract. lib. 5. q. 99. n. 27 quẽ noluit percipere Farinac. c. 10. n. 149. Ad summum enim ipsa ius cõmune (si correctio induceretur) efficeret, At c. fin. de immun. Eccles. excipit solũ eosdẽmet duos casus in Bulla cõtentos, mutilationẽ nẽpe membrorũ, & homi-

cidiũ in ea, & tamen à Doctoribus inter
7 pretatur, † vt aquè quodcunque sacrile-
giũ in Ecclesia cõmissum cõprehendat,
illosq; casus appositos magis exẽpli gra
tia, quã exclusionis aliorũ, dicũt Conar.
var. resolut. lib. 2. c. 20. num. 15. Nauar. *c.*
25 *Manualis n.* 20. qui dicit hãc esse cõ-
munẽ opinionẽ, latèque Remig. de Gõ
nis *de immunit. Eccles.* Decian. *tract. crim.*
lib. 6. *c.* 24. *n.* 17. Gutier. *practic. lib.* 3. *q.*
1. *n.* 17. Card. Thusch. *verb. immunitas*
concl. 59. *n.* 4. *&* 5. Suarez *de religione lib.*
3. *c.* 11. *n.* 6. Villag. *de extens. legum c. fin.*
n. 59. qui opinionem antiquiorũ super
hoc inconcussam sequũtur, Hostien. *verb.*
homicida n. 3. *vers. Dicas ergo*, Ioan. Andr.
in d. c. fin. n. 1. *verb. membrorum*, Anchar.
n. 1. *not.* 1. Abb. *n.* 9. Anan. *post num.* 1.
quos sequitur vir omnẽ laudẽ superans,
D. Barbos. *ibi n.* 4. *vers. Quartò amplia.* &
de facto idẽ confirmat in multis casibus
tom. 2. *de iure Eccles. c.* 3. vbi de tondẽte in
Ecclesia monetã põtificiam, declaratio
nẽ annectit, & in alijs casibus *ex n.* 124.
8 Nec enim Bulla hæc Gregorij inter-
pretationes iuridicas, & intelligẽtias ver
bales, quas & sacrum † ipsum *Tridentinũ*
admittit respuere potest, licèt interpre-
tationes ad illud prohibitæ fuerint, quo-
ties præcipuè ex nõ admissione aliquod
absurdum, & deforme resultaret, vt do-
cet Card. Thusc. *lit. A. conclus.* 66. *n.* 39.
9 allegans in id optimum *cons.* Alex. 50. *n.*
11. *vers. etiam ex hoc colligitur, lib.* 1. Item
quando hoc maximè, concordando †
vnã legem cum altera, vitãdi gratia cõ-
trarietatem, ac correctionem fit, summè
amplectẽda est, vt docet idẽ Alexand. *in*
l. si cum dotem, §. *Si maritus n.* 7. *D. soluto*
matrimon. Armend. *ad Recopilat. leg. Na-*
uarræ in proœmio num. 60. Inde Clausula
Sublata, nõ tollit, quin iudex cognoscat,
si casus comprehendatur, vel nec sub re-
scripto, Rota apud Farinac. *decis.* 560.
n. fin. part. 2. *recent.* Barbos. *claus.* 175. *n.*
3. nã scriptura scripturam, Canon Ca-
nonem aperit *cap.* 15. *relatum dist.* 37. &
per hoc cùm *Nicolaus Tertius* hanc inter-
pretandi facultatem substulisset in *extra*
uag. Exijt: super regula fratrum Minorũ,
adueniens *Ioannes XXII. in extrauag. Quia*
nonnunquam, tit. de verb. signific. hoc reuo-
cauit, motus consimili ratione, ibi: *Attẽ-*
dẽtes, quòd argumentis frequẽter, & collatio
nibus latens † veritas aperitur, quodque sub
eadem litera sæpè latet multiplex intellectus, 10
&c. ex quibus responsum patet Farinac.
cons. 76. *n.* 14. qui arguit ex hac clausula
in nostra Bulla apposita, contra quem
in illa causa, per Pontificẽ decisum fuit.
Tertiò denium ex rationibus in supe-
riori quæstione relatis, quibus fundasse
præsumimus, Bullam hanc nequaquam
ius † commune, & receptas ad illud Do
ctorũ sententias subtulisse. ante hæc au- 11
tem, vt dictum est, hoc idem nõ tantũ in
atrocissimo hoc delicto, sed in alijs lõgè
minoribus docebant, vt patet ex latè tra
ditis per D. Barbos. *in d. c. fin. de immunit.*
Eccles. vbi innumeros Doctores adducit.
Quod ex hoc maximè tenendũ puto,
dũ ex allegatis per *Dianã*, nemo præter
Farinaciũ id asserere † in Sodomita ne-
fandũ hoc scelus in Ecclesia exercente, 12
ausus est; cui sanè Farinacio viro laico
in hac materia (præcipuè cũ neminẽ alle-
get) deferendum non erit, quando in ad-
uersum † stẽt clarissimi Theologi *Regi-*
nald. in praxi lib. 9. *c.* 26. *n.* 38. *in fin. tom.* 13
1. Raff. Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *q.* 99. *artic.*
3. *disp.* 7. Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *cons. vnic. n.*
10. *&* 18. *de immun. Eccles.* Gambacurta
lib. 2. *cap.* 18. Portell. *in dubijs regul. verbo*
Eccles. immun. n. 15. Tanner. 2. 2. *disp.* 5.
q. 8. *dub.* 1. *n.* 16. Ex Iurisconsultis Villa
dieg. *in Polit. c.* 3. *n.* 206. Heuia *in Curia*
Phil. p. 3. §. 12. *n.* 20. Salc. ad Diaz *cap.*
86. *vers. Laicus, fol.* 341. Humad. ad Gre
gor. Lop. *in l.* 4. *tit.* 11. *n.* 5. *p.* 1. *fol.* 96.
Bobad. *in Polit. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 20. *&* 21.
& decisum refert *Castillus Siculus decis.*
155. ex voto sex virorũ ex doctioribus
Regni illius, quẽ attento iure communi
locutum esse, nescio qua ratione dixerit
Rouitus *ad Pragmat. de Sodomitis in rubric.*
in nouis add. licèt ipse *in Pragm.* 1. Sodo
mitã publicũ ab immunitate repellat, cũ
Eliseo Danza *in pugna Doctorum tit. de im*
mun. Eccles. c. 4. *& tit. de stupro c.* 1. *n.* 23.
sequentes, Sayr. *in Clem. Regia c.* 5. *n.* 15.

Nam

Nam licèt Bulla hæc per Siculos, vti ad eos non loquens (nisi vbi iuri Canonico concordet) recepta non fuerit; neque executa, attamen secundùm eius terminos disputatio processit. Idem etiam di-
14 cendum esset de alijs, ex quibus † Ecclesiæ non polluũtur tantùm, sed infamantur, ac de illibata deuotionis opinione decedũt, ex rationibus speciosè congestis à Iustiniano in *Auth. vt liceat matri & auiæ coll. 8. tit. 18. Nouella 117. capit. 15. vers. Quia verò, & vers. Non enim debent*, & à D. Bernardo *de consider at. ad Eugen.* loco relato *supra quæst. 1. n. 15.*

Puto ergo ex prædictis (etiam attenta hac Constitutione) infandos Sodomi-
15 tas, & sacrilegos ab Ecclesiæ refugio † (in quantum enormiter peccauerunt) excludendos esse, nec Pontificem Summum, per expressionem duorum casuum longè leuiorum sceleribus his aliquid indulgere voluisse, idque, vt oppositũ asserere, apud me sacrilegij instar foret. Quod partim in hoc puncto attingere videtur Decianus *tract. crimin. tom. 2. lib. 2. capit. 28. ante medium*, in hæc verba. *Sequeretur enim, quòd si quis commisisset incestum cum matre in Ecclesia, vel sodomiam, vel alia similia, quòd esset tutus: quod quidem absurdissimum foret*, hæc ille, & ego alia dicam alibi, vbi de commisso in loco profano agendum erit: nam hæc cum senioribus placuerint, ac templorum decori satis plus conueniant, alia confirmatione non egent. Videndus demum D. Barbos. *tom. 2. de vniuerso iure Eccles. capit. 3. ex num. 120. vers. Nihilominus ad n. 135.* vbi plures casus in Bulla non contentos refert, aliquosquè approbat, & de sodomita loquitur, sed non de eo qui Ecclesia abusus est.

QVÆSTIO TERTIA.

EPITOME.

1 *Delinquens prope Ecclesiam spe ad illam confugiendi, eius immunitate gaudet secundùm aliquos, sed contra alij.*

2 Gregorij Bulla, & Cap. fin. de immu. Eccles. cadẽ dictione *in Ecclesijs* vtũtur.

3 *Delictum prope Ecclesiam multa exturbare possunt, ne sequatur, vt spes non dicatur adfuisse confugij.*

4 *Spes gaudendi confugio, in casu cogitato exclusionis adesse non potest, sed in dubio.*

5 *Iuris publici ignorantia in pœnis nõ iuuat.*

6 *Sentiunt malè de Ecclesia, qui eius prætextu delinquunt, aliàs non commissuri.*

7 *Peccans spe indulgentiæ, illa vti nõ potest.*

8 *Immunitas, aut conceditur loco, vt loco, aut ei personarum ratione, vtroque casu delinquens prope Ecclesiam tuendus non est.*

9 *Fauor vnius, si in omnium odium vertatur, odium est, non fauor.*

10 *Delinquentem prope Ecclesiam, vt se ibi recipiat, nõ gaudere, cõmuniter receptũ est.*

11 *Pontifex Sum. si vni opinioni de duabus oppositis accedat, illam indubitabilẽ reddit.*

12 *Delinquens prope Ecclesiam casu, eius tutela non priuatur, secus si præmeditatò.*

13 *Indicia admittenda esse, vt casu quis prope Ecclesiam deliquisse dicatur.*

14 *Dictio IN plures sensus habet, posita in diuersis casibus.*

15 *Theologi Legistis in moralibus deferunt.*

An qui deliquit prope Ecclesiam spe confugiendi ad eam, gaudeat postea ipsius Ecclesiæ immunitate?

1 Resolutio *P. Dianæ* est affirmatiua † primò, ex ratione; quia, inquit, *Bulla Gregoriana* excipit homicidia, & mutilationes in Ecclesijs, & cœmeterijs, quæ dictio *(IN)* exclusiuæ virtutis est, & non comprehendit delicta extra Ecclesias, & cœmeteria. Secũdo auctoritate, allegãdo ante Bullam Decianum *tom. 2. cap. 28. n. 5. lib. 6.* & Suar. *de religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 11. n. 4.* Tablenã *verbo immunitas n. 10.* Syluest. *l. 3. n. 5.* Angel. *n. 17.* Armillã, *n. 12.* ambos *eodem verbo.* Post eam Fagũdez *de præcept. Eccles. tract. 1. lib. 4. c. 8. n. 45.* Ioan. de la Cruz *in direct. p. 1. præcept. 8. q. 3. art. 2. dub. 1. concl. 1.* Peregr. *de immunit. c. 6. conclus. 30.* miratur demum, quòd Gambacurta relictis in hac quæstione Theologis, Iuristis assensum præstiterit.

Ego verò, etiam attenta Bulla, verio rem, & communiorem esse negatiuam puto, rationibus primò, demum auctoritatibus. Ad quæ præmitto, delicta in
2 Ecclesia † commissa eisdem verbis excipi in *cap. fin. de immunitate Eccles.* quibus in relata *Bulla Gregorij XIV.* excipiũtur: ait enim capitulum, *Nõnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, vel eorum cœmeterijs committere non verentur.* Bulla autem omissa ratione ait: *Quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumquè cœmeterijs committere non verentur.* Et ideo, cùm eisdem verbis vterque Pontifex vtatur, nihil in posteriori hac Bulla, quoad hoc saltem innouatum fuisse dici debet, quodquè disputatio in eisdem terminis remaneat, quibus antea erat, nec, prout in cæteris quæstionibus, de correctione per *Bullam* inducta opponi posit; nam vt diximus *supra proxima quæstione* constitutio hæc glossas, ac interpretationes iuridicas respuere non potest, nec plus auctoritatis, quàm ius commune decretorum obtinere, quod illas admittit. Singula ergo antiquorum Doctorum argumenta excutienda sunt, vt veritas resolutionis elucescat.

Primò ergo, non esse iuuandum Ecclesiæ refugio arguebant, qui eam dehonorat, dum eius confugij spe licitè se delinquere putat, quæ ratio colligitur ex dicto *cap. fin.* Addit Alciatus, alijque per *Farmacium*, hunc identidem committere in legem illam Euangelicam; facit enim Dei templum speluncam lattronũ, ita Alciatus *præsumpt. 33. reg. 3* Fatinac. *quæst. 28. num. 56.* ex quo facto eijciendus venit. Facit apertè *D. Bernardi dictum supra q. 1. n. 14.*

Huic argumento respondet Decian. *tractat crim. lib. 6. cap. 28. n. 5. ante finem,*
3 quòd cum multa † accidere posint, per quæ hoc delinquentis propositum, & spes frustretur, non potest necessariò induci ex hoc motum fuisse; potuit enim casu obuium inimicum habuisse; obtinere autem locum hanc considerationẽ in eo, qui in Ecclesia deliquit, qui verè eius immunitate confisus scelus patrasse videtur.

At ego, eius pace, existimo spem immunitatis magis inducere posse delinquentem propè Ecclesiam, quàm in ipsa Ecclesia: nam exploratum apud omnes est, ratioque naturalis dictat, non esse adiuuandum ab Ecclesia, † qui in ea 4
deliquit. Vnde fit, vt nemo ram sensus expers sit, qui nesciat, se in huiusmodi casu repellendũ fore: ideoque spes propriè in eo cadere potest, qui probabiliter ob vicinum Ecclesiæ effugium impunè se euasurũ putat, suasus, quòd cùm in Ecclesiam non commiserit, nec sit hoc nominatim in iure exceptum, suscipiẽdus, ac tuendus erit: desperatarum enim rerum nulla spes est; cùm ius excludens delinquentes in Ecclesia ab immunitate, omnibus innotescere † cen- 5
sendum sit, vt nec proficiat ignorãtiam allegare, *l. iuris 7. & l. fin. D. de iur. sci. & ignor.* quod in delinquentibus prope Ecclesiam sub dubio est, vnde spes oriri potest.

Quòd verò ad offensam Ecclesiæ attinet, negari non potest, quin directè sensus Dominici dicti de eis, qui Ecclesias profanant, loquatur; sed non per hoc † 6
malè de Ecclesiæ asylo sentire desinũt, qui putãt, se ab ea amplectendos, quando sub illius colore delicta committũt, aliàs non commissuri, vt considerat Baiard. ad Clat. *quæst. 30 num. 20.* vbi alios allegat, fuitque originale dictum, Card. Hostiens. *in summa hoc tit. §. in quantum, vers. Si verò maleficiũ:* apertè post multos Gambacurta *lib. 5. cap. 19.* & nouissimè D. Barbosa *de vniu. iure Eccles. tom. 2. cap. 3. innumeris adductis.*

Secundò regulariter, omnis qui spe indulgentiæ (ex qua venia peccato conceditur) peccat, indulgentia † vti non 7
potest, vt *in cap. quando in 1. de consecrat. distinct. 3. cap. illud de Clericis excomm. ministr. l. 1. §. hæc autem actio, D. qui testam.*

lib.

lib. esse iust. quæ adducit Couarru. *dict. c. 20. variar. lib. 2. n. 5. versic. 26.* allegans quoque speciosum *Lactantij Firmiani* dictum *lib. 6. diuin. instit. cap. 13.* sic aientem, *nec tamen quia peccata largitione toluntur, dari tibi licentiam peccandi putes*, & statim, *nam si fiducia largiendi pecces, non abolentur*, quod ex pluribus quoque exornat Menoch. *præs. 10. num. 12. lib. 6.* qui licèt Alciati argumenta repudiet, hanc tamen rationem infallibilem esse tenet. Facit mirè sententia Diui Pauli ad Romanos, *cap. 6. Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, vt gratia abundet? absit.*

Tertiò ratione finis, & causæ huius immunitatis inducendæ, nam aut con-
8 cessa est ob loci reuerentiam, † locusque ipse priuilegiatur, & cum hic reus loci huiusmodi reuerentia abutatur, ob id maximè delinquens, quia propè Ecclesiam degit (ad eam statim se recepturus) & loci eiusdem fauore dignus non erit, ex ratione dicti *cap. fin.* & *Lactantij Firmiani*. Aut concessa est loco ratione personarum, quod verius esse probat D. Barb. citato loco, & cum id in earum perniciem vertatur (dum is hac loci sacri vicinitate vtitur ad homines perimendos, aut vulnerandos cōtra rationē textus in *cap. est iniusta 24. quæst. 4.*) Non est retorquendum in odium id, quod in
9 fauorem † totius humani generis inductum est, *cap. quod ob gratiam 16. de regulis iuris, l. quid fauore, C. eodem tit. l. nulla iuris ratio 2. de legibus*, quod euidens fit, dum sua culpa illo fauore indignus redditur, vt ex Surdo *decis. 195. n. 5.* Mantica, Moneta, & Gloricio docet Barbos. *axiom. 96.* quod & apertè dicta *D. Bernardi* auctoritas conuincit *sup. quæst. 1. num. 14.*

Vltimò attenta communissima opi-
10 nione, † ac plurium authorum in omni quasi Christiano orbe recepta, quòd ab immunitate excludatur, quā tenuit, primò Hostiēsis loco allegato, Ancharan. *in cap. vltim.* Henric. Boich. *in capit. Ecclesiæ col. 3. num. 9. de immunit. Ecclesiar.* Alciat. *præs. 33. reg. 3.* Nauar. *in Manual. cap. 25. num 22.* Couarru. *dict. cap. 20. vers. 26.* Ioan. de Vvisch. *de immunit. Eccles. num. 26.* Remigius de Gonn. *eodem tractat. n....* Iodoc. *pract. crim. cap. 107. de violat. templ. num. 28.* Vulpell. *respons. 130. num. 7.* Guido Papæ *decis. 20.* Clarus, *30. num. 13.* & Baiard. *num. 21.* I. Maria Monticell. *regul. 12. num. 25. versic. Limitaq.* Gigas *de crimine læsæ Maiest. rubr. qualiter, & a quibus, q. 10. n. 7.* Menoch. *dict. præs. 10. num. 12. lib. 6.* Farinac. recedens ab his, quæ vti aduocatus scripserat, *quæst. 27. num. 56.* Cardinal. Tusch. *tom. 3. conclus. 1240.* Villadiego *in Politic. cap. 3. quæst 206.* Gutier. *practicar. quæst. 1. num. 15. & 16. lib. 3.* Heuia *in Curia part. 5. §. 12. num. 21.* D. Barb. *in dict. cap. fin. num. 5.* ex Theologis vltra Hostiensem, Nauarrū, & Boic, Tann. *2. 2. quæstio. 5. dub. 1. num. 17.* Zanard. *in direct. conf. part. 1. de sacr. pot. capit. 18. cas. 5.* Gambacurta *dict. lib. 5. cap. 19.* qui omnes de consuetudine testantes refert, cum cæteris per D. Barb. loco infra citando.

Quorum opinio iam indubitabilis videtur, vt tenet Ambrosinus *cap. 5. num. 4. hoc tit.* postquam *Clemens Octauus* Pontif. Maxim. hanc partem in casu occurrenti interrogatus, hanc communem secutus est, vt refert Farinac. *d. quæst. 28. num. 56.* licèt ipse oppositam defendisset, & ita concludit Guazzinus. Aduocatus Romanus *de assension. reor. defens. 1. ex defect. iurisdict. num. 19. vers. Sed quidquid de iure*, dum enim Pontifex inter duas oppositas † opiniones, vnam iudicando elegit, censetur illam reddere tutissimam, cùm ipse plusquam omnes Doctores valeat. Addit Gambacurta apud Siculos de hac dubitari nō licere, attenta peculiari lege ab Ecclesiasticis recepta, vt superius in *quæst. 1.* dictum est ex *eodem lib. 3. cap. 13.* vt non semel practicari vidi. 11

At D. Barbosa *in dict. cap. fin.* has fœdere distinctionis concordare conatur, vt scilicet prima procedat, † quando 12
quis

quis prope Ecclesiam studiosè eo animo deliquit, vt post delictum ibi se facilius reciperet, & tueretur, & sic quando non casu, sed ex proposito ibi deliquit: altera quando casu ibi delinquat, aliàs facturus; aitque ita distinguere *Vitalinū, Alexand. Vulpell. Decianum, Gutierr. Thuschum*, ac alios, quos sequitur Farinac. *in tractat. de immunit. Eccles. num.* 212. & 214. quando autem, & quo pacto id facere dicatur, explicat Baiard. ad Clar. *dict. quæst.* 30. *num.* 21. & 22. Ego verò etsi ab hac distinctione, tanto viro placita, recedendum non putem, adderem tamen, nullatenus arbitrio iudicis relinquẽdum esse, vt Alciatus, & Menochius existimant, quando, & vbi ex proposito animo se in Ecclesiam recipiendi delicta patrasset; sed indicia, † quæ id suadeant distingui debere, nempe frequens circa locum sacrum deambulatio, ante & immediatè ad delictum, insidiæ, & speculatores ibi positi cum immediato homicidio, vel vulnere, nullis verbis præcedentibus, quæ sunt de mente relatorum Doctorum, & apud criminum quæstores recepta.

13

Quibus ita statutis, non obstat ratio *Suarij*, quam sequitur *Diana*, nẽpe quòd dictio (*IN*) ponatur cum virtute exclusiua: nam licèt id certum esset, vti dubium est per tradita à Menoch. *de arbitrar. casu* 495. attamen recipit quandoque latitudinem, & importat idẽ, quod *iuxta*, vt per *gloss. in l. si patroni num.* 1. *D. ad Trebellian.* & Surd. *decis.* 178. *num.* 3. immo dicit Menochius *ibidem*, quòd propter multiplicatam significationem erit iudicis arbitrio remittendum, quem probat D. Barbos. *dict.* 152. *num.* 2. *in fine*, & hæc mihi veriora videntur: nec per id culpandum esse *Gambacurtā*, quòd Legistis adhæresit: cum tutius sit in his eorum vestigia sequi, vt docet in censurarum, ac iurisdictionum materia, Bañez 1. *quæst.* 1. *art.* 8. *dub. vltim. in solut. ad vltimum*, Ludou. Carbo. *lib.* 5. *introduct. in Theolog. cap.* 10. *ad finem*, Saura *de Exam. Doctr. prælud.* 9. *de proprio Theolog. loco probabilit.* 1. *conclus. vers. Probatur*, ac *Diana ipse, tom.* 6. *tract.* 2. *resolut.* 4. *versic. Vnde ex his omnibus*, post alios, quos adducit, ego supra *quæst.* 1. *num.* 67. Etsi in hoc nec Theologorum cẽsura deficiat; quæ cum ad seruandam pristinam Ecclesijs reuerẽtiam tendat, ac inuiolatam de earum sanctitate opinionem, opposita sententiæ præponenda erit, hãcque tenet post Giurb. *cons.* 90. & alios idem D. Barbosa me citato *tom.* 2. *de vniu. iure Eccles. cap.* 3. *num.* 109. vltimæ editionis, qui hoc meritò ampliat, etiamsi in vna Ecclesia delinquens ad aliã se recipiat, illa enim vnica est per Siluest. *verb. immunitas* 3. *num.* 6. Hermon *c.* 16. *num.* 80. Azor *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 9. *versic. Sed si quis*, Gambac. *lib.* 5. *c.* 26. Correã *in cap. inter alia part.* 3. *n.* 36. Trullench. *dub.* 3. *num.* 15.

14

QVÆSTIO QVARTA.

EPITOME.

1 *Gregoriana de immunitate*, & cap. 1. de homicidio, *eodē termino* occiderit *vtitur, ad quæstionem, an debeat sequi mors?*
2 *Verbum* occiderit *denotat cædem, mortemquè secutam.*
3 *Verba humano modo intelligenda esse Suarius affirmat.*
4 *Affectum non vt effectum puniri, totius Orbis consuetudo seruat.*
5 *Pœna ordinaria sublata, & exclusio ab immunitate cessabit.*
6 *Immunitatis fauore verba sunt impropriã da, multòque magis propriè sumenda.*
7 *Occidere volens per insidias morte punitur in Exodo, & casu occidenti immunitas præstatur, ergo volenti occidere minimè.*
8 *Aduersatiua oppositum insinuat, eisdem terminis stantibus.*
9 *Conatum in atrocioribus puniri. In magnis, & laudabilibus tentatis laudari.*
10 *Affectus licèt non puniatur vti effectus, id quoad immunitatem non procedit.*
11 *Occisio hominis potest dari cœpta, non perfecta.*
12 *Homicidium secutū abhorrere debemus, & ne sequatur, tentantes grauiùs plectere.*

- Pœnæ augendæ,& [illegible]ueritas,ubi delicta concrescant.
- 14 Minora delicta, quæ non voluntate, sed casu maiora non sunt, grauissime puniendi, ne [illegible] lus sequantur.
- 15 Homicidium [illegible] intentatum à perfecto non differt.
- 16 Actus prob[illegible]ti, conatu [illegible] per agentem a[illegible]bito, effectum non requirunt.
- 17 Christianus perfectiorem legem assecutus ob tentatum facinus æquè, ac si complesset, tenetur.
- 18 Fauor est ex communi hominum consortio, non vnius scelesti metiendus.
- 19 Scelera, dum non resecantur, increscunt.
- 20 Verba impropriãda, vbi delictum sequeretur, fauorque est, in talibus figuratum sermonem non admittere.

An qui proditoriè voluit aliquem occidere, & deuenit ad actum proximum, sed casu non occidit, gaudeat immunitate?

1 EIsdem medijs, sicut antecedens præsens quæstio, discuti, ac decidi posset: cùm *Gregoriana Constitutio*, nihil in hoc de iure communi detraxerit, nec minùs diuersis † verbis, quibus ius cõmune, vsa fuerit, regulam à frequentioribus patrum traditionibus, per validiores, ac amplectendas rationes sumẽdam esse. Ecce enim *Exodi* locus inter ius Canonum collatus *in cap. 1. de homicid.* ait: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias*. Bulla verò vno verbo idẽ complexa est excipiendo, *eu qui proditoriè proximum suum occiderit*, sub qua a[illegible]atione, industria, & insidiæ includ[illegible]tur. Quamobrem cùm nec in minimo variauerint, nihil noui, quod nõ fuerit hucusque consideratum, adduci nouissimè poterit.

Primò, aiunt, qui affirmatiuam pro immunitate tuentur, textum, & Constitu[illegible]nem loqui identidẽm per verbum
2 *occiderit*, † quod cõsummationem actus denotat, *l. 1. §. Hæc verba, D. quod quisq. iur. l. 1. de extra. crimin.* Bald. *in l. damni infecti, §. Sabinus, D. de damno infect.* verbaque hæc intelligenda esse, [illegible] hun[illegible] modo dixit in terminis S[illegible] *tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 4. fol. 18* 3

Secundò, quia de co[illegible] Mundi etiam in atrocioribu[illegible] effectu † non secuto, nequaqu[illegible] m pun[illegible] tur: et [illegible] et verba de homicidio ex pto i[illegible]terpret[illegible]n possent, attamen pœna sub[illegible], & immunitatis pr[illegible]tio † ced[illegible] bit, vt arguit A[illegible] *ad l. 3. num. 9. tit. 2. lib. 1. Recopil.* [illegible] quem sequi Ioan. Franciscus Ca[illegible]lio *decis. 156. n. 45. cum sequent. & n[illegible]. 50.* quod autem in toto Orbe sit consuetum, non eadem pœna pu[illegible]ri affectum, testantur Clar. *§. fin. quæst. 92.* & innumeri propè per Farinac. *quæst. 17. num. 48.* Ceuall. *quæst. 540 & quæst. 901. num. 48.* Mastrillus *decis. 293. in princip.* & passim omnes, quos secutus sum *decis. 56. n. 40. tom. 2.* 4 5

Tertio, quia immunitas Ecclesiarum † fauorabilis materia est, in qua impropriare verba, ac strictè illa sumere ad exclusionem immunitatis non licet, vt in simili dixit Vincentius de Franch. *decis. 713. lib. 4.* M. Ant. Gen. *in praxi c. 94.* in hac specie, Castill. *decis. Sicilia 156. num. 42.* 6

Atque pro hac Diana *resolut. 4. tom. 1. de immunit. Ecclesiast.* citat Bonac. *de legib. disputat. 3. quæst. 7. §. 5. num. 16.* & Farinac. *de immunit. num. 145.* Ipse Diana iterum *resolut. 82. eodem tit. part. 4.* citatis Peregrin. *cap. 7. num. 13.* Tusch. *lit. E. conclus. 11. num. 7.* Italia *lib. 1. cap. 5. §. 4. ex num. 22.* Villag. *de extens. leg. de immunit. num. 54. & 58.* & Nauarro *in Summa num. 75.* quibus se subscribit.

Sed pro negatiua affertur primo locus *Exod. cap. 21.* vnde sumptum est *cap. 1. de homicid.* vbi parum ante duobus versibus interiectis dicitur: *Qui percusserit hominem, † VOLENS occidere, morte moriatur*: postmodum sequitur, *qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: constituam tibi locum, in quem fugere debeat:* nam vis illius aduersatiuæ (*qui autem*) illa est, vt in casu conuerso 7

se-

8 fecus euenire debeat, † nam fi volens occidere,mori debet, & qui infidiatus non eft,gaudet immunitate,fequitur eui denter,infidiofum percufforem ab Ecclefia tutandum non effe,vt probatur ex *l.fed etfi,l.25.§. Quod autem, D.de petit. heredit.l.fin.§. Sin autem, C.com.vtr.iud. cap.ftatutum,§.Cùm autem,vbi gloffa de refcript.lib.6.* benè, & ex multis Barbofa *Dict.47.* quod argumentum (licèt non ita explicitè) guftauit tamen Farinac. *quaeft.28.n.25.* refert Gambacurta *lib.5.cap.30.poft n.1.* quòdque is fit fenfus legis illius,probatur ex doctifsimi *Philonis* iunioris dicto *lib.de fpecul.lege,* per hæc verba: *Homicidæ cenfendi funt,non folùm,qui interimunt,fed etiam qui nihil non conantur clam,palamquè,vt interficiant,etiã fi non perpetrauerint facinus:quod fi præ metu,vel audacia,vitijs contrarijs in Templum irrumpere tentauerint,immunitatis inueniende gratia,prohibendi funt.*

9 Affertur fecundò, in atrocioribus † regulariter puniri affectum,ficuti effectum, *l.& generaliter 3. in principio, D. de calum. l.fi à feruo 5. D.de condit. ob turp.cauf.l.quifquis 5.C.ad l.Iuliam Maieftat. l.is qui cum telo 7. C. ad l. Cornel. de Sicar.l.fi quis feruo fuaferit 20.C. de furt.l.fi quis non dicam rapere 5. C.de Epifcop. & Cleric.* cum alijs eruditione plena locis ab Anneo Roberto collatis *in lib.1.rer.iud.capit.6.* vbi loquitur de tẽtara venenatione Papp.*lib.23.tit.10.* Arreft.Thefaur.*filius in addit.ad decif.243.fui parentis lit.A.*Peguer.*decif.43.num.2.*Gutier.*pract.lib.3.quaeft.7.num.44.verf.Sed conciliandum,*D.Ioan.Baptifta de Larrea *allegat.67.num.12.*alia in idem adduxi *in C.Politico ad leges Fiderici nota 3.fol.200.& fol.503. in gloff.dict. cap.3.concordatorum ann.1635.* quæ ibi commodè, & cum fructu legi poffunt: addo Apuleium *lib.4.Floridor.Omnibus,* ait, *bonis in rebus conatus in laude, effectus in cafu eft,& ficut ad pœnam fufficit meditari punienda,ita ad laudem fatis eft conari prædicanda,* & quæ de tentato affafsinio adducuntur infra ex D.Barbofa,&alijs.

Et licèt de Orbis Chriftiani recepta
confuetudine teftentur fuperius relati,
iam non eadem,fed mitiori pœna puniri;
attamen certum eft, impunitos non
euadere, fed pœna graui citra mortem
in ipfos animaduerti: qua ratione faci-
liùs debent immunitate † priuari ,dum 10
ab Ecclefia,non ad mortem deducuntur:
inde (hac tamen ratione, quæ elicitur ex
medulla Canonici iuris , non adducta)
dicunt omnes, quòd refpectu immunitatis amittẽdæ,hæc confuetudo parcendi ob effectum non fecutum , non procedit,ita Gutierrez *dict.lib.3.practicar.quaeft.7.num.28.* Ceuall.*commun.contra commun.quaeft.901.num.58.*Maftrill.*decif.293.num.9.& 10.* Iafon *de autefato, verf.13.obferu.3.num.35.*ex Fontanell.*de pactis,clauful 4.gloff.14.num.117.* Correa *in relect.de immun.Ecclef.part.3.quaeft.6.num.19.*alij à Tufch.*d.ẽf.lit.E.concl.11.num.8.*

Et præter iam relatos Ioan.Igneus *in l.fi Dominus num.7.D.ad Sillan.* Couar.*variar.lib.2.cap.20.num.7.* Gambacurta *dict.lib.5.cap.30.*citans Farinacium *quaeft.28.num.45.*qui tamen alibi fe retractat,ftante *Bulla*, an benè, ipfe viderit,cùm ius commune cum *Bulla*,vt prædiximus, pariformi locutione vtantur; putat tamen *Gambacurta* contrariam quoque probabilem effe.

Demum alia ratione vti poffumus,
quòd licèt occidere hominem fignificet
in poriori fignificatu † illum perimere, 11
ac in mortem cædere: attamen datur
quoque occifio cœpta,non tamen perfecta,
quæ initio operis infpecto, occifio dici poteft,ficut actus moriendi principium datur,vt in Euangelio dicitur de filio Centurionis,*quòd mori incipiebat*,cũ alijs ad propofitũ eruditifsimè congeftis à D.Ioan.Batp. de Larrea, iam nũc fummo honorũ gaudio (nã videtur, vt de Corbulone *Tacitus,locus virtutibus patefactus*) in Senatu Caftellæ Auditore *decif.40. ex n.37.ad 46.*ex Agellio *lib.6.noct.Attic.cap.3.& D.Bafilio de bapt.cap.9.*Vnde ego nefcio,an refpectu vulne-

nerâtis rectè distinguerem occisum hominem ab eo qui occiderit, nam occisus nō nisi, qui peremptus: occidere quis alium potest, nec interimere, quia finis cœdis non sequatur; textus accedit meo iudicio idem sentiens in *l.1.§.D. Adrianus, D. ad l. Cornel. de Sicar.* ibi: *Et qui hominem non occidit, sed vulnerauit, vt occidat, pro homicida damnandum*, optima auctoritas *Lucæ* in Actis Apostolorum, *c.25. vers.27.* ibi. *Virum hunc comprehēsum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cùm exercitu eripui.*

Cùm verò leges occidentes vindicēt, secutam peremptionem (contra naturæ
12 fas) requirere ad punitionem † non debemus, si illi inceperint, ac quoad se perfecerint: quæ opinio, ob frequentes huiusmodi ad necem hominum aggressiones, recipienda est, ne Christiana Respublica quotidie cultoribus depopuletur, neuè homines aduersùs alios insurgant. Nec quòd Deus sui populi seruator inceptam necem, ne omnino perficiatur, sua manu deuiter, per hoc malefactores tuendi sunt, quinimo exemplo qui spectant, quivè spectantur terrendi
13 † sunt: ne id alias perficere conētur, vt in *l. aut facta 16.§. vlt.* ibi: *Nonnunquam euenit, vt aliquot maleficiorum supplicia exacerbentur: quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus sit, D. de pœnis.* Simachus benè *epist.23. lib.3. tantum denuò legibus seueritatis addendum est, quantum flagitia creuerunt*, quòd etiam cum iniquitatis nota curandum sæpè est, vt publica mala vitentur, & homines pacificè viuant, iuxta illud Taciti *14. Annal.* *Habet*, inquit, *aliquid ex iniquo omne magnū exemplum, quod contra singulos pro vtilitate publica rependitur*, sunt enim minora (si
14 hæc dici possunt) † seuerius punienda, ne maiora omnimodo rigore digna sequantur: nam vt idem de Corbulone *11. Ann.* aiebat: *Putant omnes, videlicet in tentum, & magnis delictis inexorabilē sciēt, cui tantum asperitatis, etiam aduersùs leuia credebatur*, facitque Liban. Sophista *declamat.29. optimi quique Magistratus arbitrantur accuratam in paruis diligētiam maiorum parere securitatem. Parua enim, parua non sunt*, vt ait Damascenus *lib.2. de imagin. ex quibus magna proueniunt.*

Ex his ergo videtur in sacræ paginæ sensu incipientem occidere † omnique 15 conatu, per insidias id tentantem, cum sclopo maximè, vt Farinacius loquitur *dict. quæst.28.* cùm nihil, quo finalis peremptio sequeretur quoad se omiserit, immunitate minimè gaudere, nam de tractatu, & cogitatione occidendi secus sentio *ad l. cogitationis pœnam 18. D. de pœnis.*

Contraria verò sic tollitur. Ad primum, quòd verba ill. Constitutionis, & *cap.1* non sunt necessariò de omnimoda occisione respectu occisi, sed respectu occidentis † intelligenda, quem 16 æquiparant alia iura ei, qui hominem cū effectu peremit, ita tamen si omnem conatum adhibuerit, ac per eum non steterit, quo minus vulneratus, occisus sit, ex traditis *in 2. & v. tim. fundamentis huius secundæ opinionis*, nam in pœnis arduorum ius metimur ex persona peccātis, si quod in se est, fecerit, *l. respiciendum 11.§. fin. D. de pœn.* sicut in præmijs, vt dictum est, & in omni actione dictat textus in *l. sed an vltro 10. D. de negot. gestis*, ibi: *Sed sufficit si vtiliter gessit, etsi effectum non habuerit negotium*, & ita in simili speciè abolitionis concessæ à Principe in comitiorum solio Valentiæ hoc anno habito, audiui cōsultum à doctissimis, ac eruditissimis quatuor viris ex Senatu Aragoniæ, quòd nempe D. Ioannes de Roxas gauderet abolitione, licèt delictum morte post solij diem perfectum fuerit, dummodo ceptum antea fuisset, non tamen spe futuræ immunitatis, sed per accidens, quod summè notandū est, confirmatquè partim præmissa de homicidio cœpto, quòd pro perfecto habeatur pro indulgentia, sicut pro pœna firmatum est; addendus, *Cicero ad Heren. lib.2. ad finem*, ibi: *Sextus locus cùm ostendemus ex consilio factum, & dicemus voluntario facinori nullam esse excusationem, sed im-*

imprudentia iusta deprecationē paratam, Seneca *de ira lib. 1. cap. fin.* ibi. *Nonnunquā magna scelera leuius, quàm minora compescet si illa lapsu, non crudelitate commissa sint.*

Ad secundum iam supra dictum est, quoad immunitatem amittendam hoc non procedere, in qua non agitur de pœna ordinaria exequenda, & vbi speciali quadam ratione dici potest, quòd affectus instat effectus punitur; quoniam
17 quoad Deum † forumque interius *iam peccauit, qui peccare voluit*, vt in Euangelio *Matthæi cap. 5.* ibi: *Audistis, quòd dictū est antiquis, non occides; qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio*, idem & de Mœcho dicit paulò inferiùs; non debet autem lex vetus noua purior, & exquisitior esse, in qua ille, qui cœpit occidere, pro occisore habebatur: cùm contra Saluator noster Christus Dominus reiecto legis illius cortice suam perfectiorem induxerit; debet ergo hæc cōstitutio, ne priori cedere videatur, iuxta legem veterē accipi, quodque interpretationibus antiqui iuris remotis, ex lege Euangelica, iam non qui perfecit solùm, sed & qui occidere cogitauit, homicida sit. Attēdatur *Diuus Augustinus contra Faustum lib. 19. cap. 23. Homicidium lege vetitum putabatur, nō aliud esse, nisi corporis peremptio; aperuit ergo Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputati*: Dissimulantur ergo Theologiæ elementa, dum quæstiones mòre tantùm Canonistarū exagitantur, nec inter Christianam, & veterem legem fit distinctio.

Ad vltimum fatendum est, immunitatis materiam fauorabilem reis esse, dū per id condignam in exteriori foro punitionem fugiunt; sed longè aliter in hac fauoris, & odij materia (quam passim quidam faciunt) philosophandum puto, ne vnico hoc axiomate leges omnes eludantur. In hisce enim materijs bonum, paxquè publica priuato fauori
18 † præferēda, atque illud præcipuum doctiorum omnium assumendum, *Salus publica suprema lex esto.* hoc assumpto principio, fauor non ex vnius delinquentis impunitate metiēdus est, sed ex plurium enormiorumquè facinorum è Republica explosione, quòd nequaquam fauendo reis, illosque iuuādo, sed ex rigorosa animaduersione obtinetur, benè *Diuus Chrysostom.* sermone de Absalon: *Scelera*
† dum non resecantur, increscūt, & in aug- 19
menta facinorum resurgit, quoties secura impunitate peccatur, cum alijs per me *in C. fol. 357. num. 32.* quòdque maior, ac potior fauor spectandus sit, nec simpliciter recipiatur axioma cōtrarium, vbi damnum tertijs, maximè publico regimini sequatur, dixi latè, *in C. fol. 352. ex num. 13. ad 18. in cap. 1. discursus iurisdictionalis*: meliùs in his terminis Couar. *lib. 2. variar. cap. 20. num. 4. in fine*, quibus addenda venit insignis *Diui Ambrosij* doctrina *in cap. est iniusta misericordia 23. q. 4.* satiusque erit ex duobus Brochardicis alterum assumere, quòd vbi sequatur iniquitas, & delictum, fauor est impropriare verba, admittendo figuratum † 20
sermonem, vt per Couar. *3. variar. cap. 3.* Tiraquel *ad leg. connub. gloss. 5. n. 115.* quos secutus sum in C. *nota 107. ad leges Federici fo. 281.* addito text. in *l. vlt. C. de præpos. agent. in rebus lib. 12.* alijsquè scitu dignis apud Mornac. *ad l. 3. D. de consilit. Principum fol. 32.* quæ, ne longior sim, omitto, id tātùm pro coronide subdēs, quantum apud Pontificem Summum, æquosquè lectores auctoritatis vindicare sibi debeant rationes, quæ Augustinum fautorem habeant, quæve Ecclesiæ pristinum nitorem seruent. Nec à præmissis desisto, licèt post hæc viderim doctissimum Barbosam, me citato *tom. 2. cap. 3. n. 90. de vniu. iure* contrariam laudantem, vt meliorem: nam cum ipse rationes nullas præter nostrorum sententias adhibeat; ob id solùm ei subscribere contra *D. Augustini* auctoritatem, tantùmque rationum pondus, non possum.

QVÆ-

QVÆSTIO QVINTA.

EPITOME.

1 *Industriosus, item & insidiosus homicida diuina, lege ab Ecclesia, altarique remouetur, & num. 10.*

2 Gregoriana *excipit eum, qui* proditoriè *proximum suum occiderit.*

3 *Proditor semper appellatione insidiosi homicida venit.*

4 .... *secundùm* Bartholum *is tantùm dicitur, qui aliquem sub spe amicitiæ occidit, sed contra statim.*

5 *Proditoris definitionem scribentes ad Bullam Gregorij illa reccommodauerunt.*

6 ...... *nomē in ampliori significatu occidentem à tergo inimicum comprehendit.*

7 *Verba non sunt amplianda, nec latior significatio complectenda, vbi odium sequatur.*

8 *Farinacius super definitione proditoris plus nimiò variat.*

9 *Proditorium homicidium propriè dicitur, quod inimico incauto, & per insidias infligitur.*

10 *Insidiosus homicida immunitate Ecclesiæ secundùm Canonica iura non gaudet.*

11 *Homicidij triplex genus à Gambacurta distinctum.*

12 *Homicida industriosus, absq; insidijs, gaudeat ne immunitate? controuersa est opinio.*

13 *Verbum* per industriam, & per insidias, proditoriè *exponitur, & n. 20.*

14 *Homicidam industriosum immunitate, non gaudere apud Siculos verius est.*

15 *Proditores quot modis, & qui propriè dicantur?*

16 *Homicidiū armis patratū incauti tamen, & latenter adorti, proditorium dici potest.*

17 *Inimicum, ignea tormenta, vel vulnus post terga præcauere debere qui dixit, inimicos nunquam expertus est.*

18 *Diffidatio, siue* sfida, desafio, *militum, nobiliumque proprium est, quo omisso quis apud nobiles proditor dicitur?*

19 *Homicidium omne per insidias, proditorium dicitur.*

20 *Salomon insidiosum homicidam pro proditore occidi iuxta altare iussit.*

21 *Proditionis delictum & in amicum, & in inimicum committi potest.*

22 *Verbi Latini proprietas homicidio ex insidijs appropriata.*

23 *Proditores vulgus & eos appellat, qui à tergo inimicos adoriuntur.*

24 *Christiani ob fidem nobiles perfectiorem, quàm Iudæi, quamque cateræ Gentes, statum adepti.*

25 *Nobilibus inimicum licèt, monitione, siue diffidatione minimè præmissa, interficere infamè est.*

26 *Gentiles Romani insidias aduersùs inimicos oblatas spernebant.*

27 *Iudæi homicidæ, qui incautum inimicum occidissent, refugio non gaudebant, fortiùs & Christiani non gaudebunt.*

28 *Venenatio inimici pro proditione habetur, nec immunitate gaudet.*

29 *Proditionis doctrina, ac exemplū* Bart. *non procedit iuxta terminos immunitatis Ecclesiarum.*

30 *Pontifex noster non est credendus, velle Christianos Iudæis, & Gentilibus gloria, & decorè cedere.*

31 *Abolitio præteritorum criminū, vt quæ nō facit, vt alia incurrantur, fauorem, immunitas futurorum, odium continet.*

32 *Fauor potior de duobus amplectendus, vt nempe Christiana Religio benè audiat, atq; purior cæteris (vti reuera est) videatur.*

33 *Extensio in limitatorijs, ex identitate rationis fieri potest, vt quò minùs regula lædatur.*

34 *Exempla data, vt res clarior fiat, non tollunt alios genuinos sensus.*

35 *Amicitiæ iura à cognitione inter Christianos inducta, mirificè distant.*

An qui occiderit inimicum non proditoriè, sed per insidias, gaudeat immunitate?

QVæstio hæc per nostros Iurisconsultos suscitata, ac ex dignitate tractata fuit. Morales verò Casistæ mutuatis sibi sæpiùs nostrorum rationibus, ali qui mera Auctorum citatione contenti, nihil de suo (*Gābacurta* excepto, qui rem clariùs repetit) præstitere.

Potest autem duobus modis ad deter minationem agitari: primò iuxta terminos iuris communis: secundò attenta Gregoriana, dum non iisdem verbis (vt in pluribus) sed diuersis vsi sunt. Nam c.
1 1. *de homicidio*, quod desumptum est † ex *Exodo cap* 21. ait: *Si quis per industriã occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.* At consti
2 tutio † eos, qui proditoriè proximum suum occiderint, excipit, quæ verba diuersa cum illis *Exodi* videntur.

Ad terminos *capit.* 1. omnes scriben-
3 tes † proditorem amici, idest occidentem sub amicitiæ colore, includi in eius dispositione non dubitant: nam semper industria, ac insidiæ in amici nece concurrunt, qui cauere, nec potest, nec præuidere. Benè tamen in diuersa omnino quæstione dubitant, an & is proditor dicatur, qui de inimico non palàm vlciscitur, sed per insidias non præcauentem (ne resistat, ac se defendat) necat? Dubium ortum habet ex Bartoli doctrina in *l. prospiciendum*, §. *Delinquitur*, *D. de pœnis*, qui nomen proditoris ad amicum
4 † occidentem retulit, ac occisorem inimici excepit, definiendo *Proditorem eum esse, qui onum habet in corde, & aliud in ore, & actibus extrinsecis*, cuius distinctionem sequuntur, ac transcribunt Legistæ quamplures, qui Bartolo successere, vt dicit Igneus *in l. si certus*, §. *Si vnus ex Dominis, vers. Secundum quod*, *D. ad Sillanian. Clar.* §. *homicidium*, *vers. Proditoriè*, Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. titulo de homicid. num.* 5. Guttierrez *practicarum lib.* 1. *capit.* 2. *num.* 11. & 21. cum alijs apud Vincentium de Franchis *decisione* 713. *num.* 14. Idque ipsum superuenien
5 te *Gregorij Bulla* in terminis † immunitatis amplectuntur, Ambros. *cap.* 6 *num.* 5. Peregrin. Ricc. & Genuēsis citati per *Dianam*, idem docentem *resolut.* 5. *tom.* 1. hoc tit. Ioa. Franc. Castill. *decis.* 136. *num.* 3.

6 Ex hac doctrina arguunt, † quòd cùm proprietas sermonis suadeat, proditoris nomen, non nisi ad amicum (qui officio suo deest) referenda sit, ad indulgentiæ, & immunitatis materiam impropriari (adeo, vt odium sequatur) non debere, immo fauore † rei amplectendum latissimè significatum; vt in abo- 7
litione, siue indulgentia probat Franch. *ibidem num.* 15. *cum duobus sequentibus*, quam rationem ad se attrahunt Scribentes in causa immunitatis, vt per *Dianam* loco citato, nempe Genuēsis *in praxi capit.* 94. alios refert Gnazin *de def. reorum tit. ex defectu iurisdict. def.* 1. *post medium*.

Accedit his omnibus Farinacius, † 8
qui licet primò mordicus aduersam opinionem ad iuris terminos tutatus fuerat in *quæst.* 18. *ex num.* 74. *ad* 77. & visa *Bulla Gregorij* iterum *quæst.* 28. *num.* 24. confirmauerat. Postmodum vti aduocatus in quadam causa, per *Gambacurtam* relata, oppositum tenuit, motus, quia casus, in dicta *Gregoriana*, per clausulam taxatiuam excepti erant, qua extensio arcebatur. Item quia forma fuerat in ea inducta, à qua excedendum non erat: attenta maximè reuocatione contrariorum, & in pluribus correctione iuris communis, ex quibus postmodum specialem *de immunitate* suscipiens tractationem, hanc *Bartoli* definitionem secutus est *cap.* 9. *num.* 143. [illegible]

Aduersus quem (præcisa generali iuris correctione, quæ reuera, sicut in omnibus, minùs in hac specie sustineri potest) validissimis iuribus, ac fundatissimis, immo euidentibus rationibus surrexit Pater Gambacurta *de immunitate lib.* 5. *cap.* 3. *n.* in hoc casu nullam induci posse correctionem docens, quinimo etiam attento communi iure, & *Pontificia Constitutione* † proditorium propriè 9
dici & illud homicidium, quod inimico incauto paratur, nec ab insidioso, ac industrioso diuidi debere, cui nemo hucusque, quem viderim, satisfecit, cum tamē ipse tribus in locis latissimè, & ex iuris penitissimis regulis suam opinionem fulciat, nempe *lib.* 5. *c.* 4. & 31. sed spe-

ſpecioſiùs *cap.* 28. à *P. Diana* non viſus, vel ſaltem non perpenſus, nec adductus.

Cuius rationes, vt quæſtionis veritas queat obtineri, repetendæ omnino ſunt; cum maximè inter Hiſpanos agens, hæc ſcribam, vbi libet *Gambacurtæ* liberè legitur, quibus quoque nonnulla de meo addam, ſcitu haud indigna.

Ipſe enim iuris noſtri notitiam optimè callens, omnibus ſui Ordinis ſcriptoribus in hac parte præponendus, ex hoc ſaltem quòd primus de hac re ſcribenda Prouinciā ſuſcepit, *in d.c.4. lib.5.* octo ad *c.1. de homicid.* intellectus, cum ſuis ad vnumquodque animaduerſionibus, præmiſit: ex omnibus verò communem, & frequētiorem *Gloſſæ* probauit in verbo, *Per inſidias*, receptum per Felin. Anchar. Specul. Alex. Guid. Papæ Boer. Igneū; Couar. Clarum, Renug. Milleum Papienſ. Alciat. Caſſan. Monticell. Ioan. Barb. Iodoc. Gomeſ. Farinac. teſtantes de frequentiſsima omnium opinione,

10 nempe, per illud † inſidioſos homicidas ab Eccleſiæ immunitate excludi, quam opinionem Farinacius in prioribus ſcriptis indubitatam, attēta *Conſtitutione Gregorij* reddi affirmauit: *Nam dum* (ait ipſe) *proditorium occiſionem excepit, apertè & homicidam inſidioſum excludere intelligenda eſt.*

Pergit inde Gambacurta *ex n.13. ad*

11 *17.* diſtinguendo tria homicidiorum † genera *primum* caſuale, in quo & voluntarium, ſed tamen in rixa repentè exorta ex animo perpetratum includit *ſecundum* deliberatum cum induſtria, ſed nullis inſidijs perfectum, quod *appoſtatum*, vulgò vocari affirmat. *Tertium* per inſidias proditorium, quòd & amico nihil tale ſuſpicanti, & inimico incauto parari poteſt.

Ex tribus his homicidij ſpeciebus, quoad immunitatem attinet, primum gaudere immunitate ex omnium conſenſu affirmat; de ſecundo, duas inter ſe

12 diuerſas † ſententias recitat. Priorem Alexand. *in conſ.145. num.4. 6. & 11. lib.7.* tenentis ad immunitatem admittendum eſſe, idque communiter recipi affirmantem. Accedit Conradus, & alij per Clar. *§. fin. quæſt.30. verſic. Punctus eſt*, Couarru. *variar. lib.2. cap.2. verſic.* In his profectò caſibus, qui tres rationes, ſiue opiniones adducit, atque illam præcipuè, quod *cap.1.* duas illas qualitates copulatiuè requirat, *induſtriam* † nempe, & *inſidias*, quod exponunt, idest proditoriè, Abulenſ. *in cap.21. Exodi*, Felin. Anchar. & alij *in dict. cap.1.* quæ qualitas in homicidio per induſtriam ſecuto deficit. Oppoſitam vero huic opinionem dicit tenuiſſe poſt Plotum, Clarum *dicto verſ. Punctus eſt*, affirmantem eſſe communiter receptam, ac tradentē tres Senatus Mediolanenſis deciſiones. Alioſque Auctores de communi totius Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ obſeruantia refert *Gambacurta* elicitque ex ore ipſius *Couarruuiæ*, hanc certò frequentiorem eſſe: citat quoque Farinac. *dict. quæſt.28. n.23.* idem tenentem. 13

Atque demum cōcludit, poſteriorem hanc opinionem, iure communi attento veriorem videri, illamque quatuor argumentis nititur ſtabilire ex *dicto cap.1.* deſumptis, † affirmans etiam ex ſpeciali Regni Siciliæ lege, magnæque illius Curiæ praxi, hanc omnino (contrarijs rupudiatis actibus) eſſe tenendam: extra verò Siciliam ibi ſolùm, vbi ita receptum in praxi eſſet, vel etiam etſi non eſſet, propter *Alexand.* & ſequacium auctoritatem, priorem ſententiam ſequi poſſe. Reſpondit tamen ipſe argumentis, Couarru. tuentis, Alexand. opinionem. Hæc ex Gambacurt. *in d.c.4. lib.5.* 14

At in *cap.28. dict. lib.5.* (quem *Diana* non vidit, nec enim ſi vidiſſet, locum vbi ex profeſſo proditionis materia, ac ex ſuis principijs pertractatur, diſsimulaſſet) poſtquam in antecedenti, qui eſt *cap.27.* omnes proditionis ſpecies † diſtinxiſſet, ex Gloſſa *in c. Clericis*, & Paris de Puteo *in tract. de duello tit. quando prouocatur ad pugnam ratione proditionis*, illaſque in ſex contraxiſſet, propoſito primum *proditores propriè eſſe*, *eos qui Principem, vel patriam prodeunt*, quodque 15

is qui in priuatum aliquid huius generis committit,nō tam proditor,quàm proditoriè agere dicitur. Demum in *capit.* 28. quinque huius vltimi generis species,casusve proponit,ac in *secundo, tertio, & quarto* huiusmodi, de quibus agimus distinguit.

Prior casus eius homicidij est,quod licèt armis patretur, attamen à tergo, † & latenter incautus occiditur, firmatque ex Baldo, Afflicto, Placha, Couar. Gigante, Menochio, Farinacio, hoc proditorium dici, licèt inimicus occisus fuerit, accedit Guid. Papæ *decis.* 191.*n.* 5. ibi: *Item dicit* Ioan. An. quod mouentes bella, sine vlla diffidatione dicuntur agere proditoriè in *cap. pro human. de homicid. lib.* 6.

His Bartholumi *loco relato*, cum suis se quacibus opponit, lateque ipsius,& cæterorum rationes refert, nempe, quòd inimici insidias præcauere, scireque illas, sibi parari teneantur, neque incautus occidi dici posfit, etiam ille, qui à tergo peremptus est. Quos ipse meritò, tãquam eos, qui nimis in abstracto quæ-
21 stionem aggressi sunt, irridet, vt qui pacificè viuentes nullas vnquã inimicitias
17 gesserint, † vt in actu practico (vt aiũt) experiri potuissent; quo pacto, quanam via, quibusve modis inimici post terga adoriẽtes præcaueri possint, quibus oculis id prospicere, quibus armis defendere, quibus armatis socijs ictum tormentariæ pilæ, vel arcus vitare? *Nã*, ait ipse, *ratio huius sententiæ, vel nihil probat, vel plus: nihil probat; quia supponit impossibile: plus probat; quia si quid probat, certè probat, nullam vnquam omnino inimici occisionem proditoriam esse, quacunque fraude, dolo, insidijs, veneno etiam, aut qualibet alia forma sequatur; quia inspecta inimicitia hæc omnia sibi timere debuerat, atque prospicere*, quod quidem, vel saltem in veneno inimico propinato, falsum secundùm eosdem contrarios omnino est.

Alter casus est homicidij, sine diffida-
18 tione, † quàm diffidationũ ait propriã militum, ac nobilium, eorum quoque, qui honorem in armis æquè, ac vitam curant; indignum, ac vile existimantium aduersarium non monitum, nec cum armis paratum adoriri, quòd contumeliosum viro aulico,& nobili, atque proditorium vocant Ioan. Andr. Gemin. Franch. & Anchar. Gigas, Paris de Puteo, Afflict. *decis.* 265 *num.* 64. Farina. *quæst.* 18. *num.* 76. quod Gambacurta latè rationibus exornat.

Quartò (secundùm eius ordinem) loco, ponit omne homicidium, quod per insidias fit, idque proditorium † esse af- 19
firmat ex Abulensi *in dict. cap.* 21. *Exodi*, Felino,& Anchar. *in dict. cap.* 1. qui duo citant Anchar. Aretin. *in cap. cum non ab homine, col.* 10. *de iud.* Menoch. *de arbitrar. casu* 361. & ad immunitatem textum illum trahunt, Couar. *dict. cap.* 20. *n.* 15. *vers. Tandem*, Farinac. *ibidem ex n.* 74. *& q.* 28. *n.* 24. qui plerosquè refert, esseque communem docent Placha *in epitome de dict. cap.* 21. & Farinac. quibus addendi sunt, Caualcan. *de brachio Regio part.* 1. *n.* 81. Villad. *in Politic. cap.* 3. *n.* 208. Suar. *de Religione lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. Azcu. & alij per Franch. *dict. decis.* 73. *ex n.* 9. *ad* 11. Caballus *de omni genere homicidij n.* 436. *& n.* 460. vbi videtur sequi Afflictum,& in terminis immunitatis, etiam post hanc Bullam, Fagundez *de præcept. Eccles. tract.* 1. *lib.* 4. *num.* 46. Portell. *in dub. regul. verb. Eccles. immun. num.* 15. & Gambacurta *locis relatis*.

His ab eo suppositis, atque etiam homicidij proditorij sub amicitiæ colore, ac per venenum, demum *n.* 7. quosdam gradus proditoriæ qualitatis facit, ponit que *in primo*,& potiori homicidium sub specie amicitiæ, *in secundo* venenationẽ, *in tertio* occisionẽ à tergo, *in quarto* occisionem etiam à facie, sine tamen monitione, siue affidatione, affirmãs in singulis id ad proditorij qualitatem inspici, vt nẽpe occidatur incautus, ac ex improuiso adortus, quæ qualitates, sicut in exemplis minus, magisve cõcurrere possunt.

Ac vt nominis huius ethymologiam quoq; suis distinctionibus prodesse ostẽ-

de-

decret, *in cap.* 29. à *Diana* itidem omisso, definitionem, ac expositionem huius verbi, tam à Theologis, quàm à Canonistis receptam proponit; nempe, vt *bomicidium per insidias exponatur proditoriè*, hãc expositionem in scriptura approbatam referens ob missam à *Salomone*, † nec-
20 cem *Ioab*, eo quia *Abner*, & *Amasam* (inimicos licèt) proditoriè occidisset; eum etenim in templo Altaris cornu tenentem interfici iussit.

Sed quia, vt diximus, *Farinacius* suis prioribus scriptis infensus, tanquam melius aliquid ad *Gregorianam* excogitasset, per illam ius commune in hoc corrigi ex rationibus supra libaris affirmauit; idcirco Gambacurta *in cap.* 31. speciosissimis rationibus ostendit, id ab omnibus iuris regulis (iuxta quas illa constitutio interpretanda erat) abhorrere, per quinque argumenta *Farinacij* rationibus satisfaciens.

Nos verò præmissis his omnibus doctissimè per Scribentes hucusque in vtramque partem excogitatis, illa, atque alia ad ordinem redigentes, vim verbis vtriusque legis fieri putamus, si proditorium homicidium nõ nisi amicitiæ prætextu euenire posse dicatur.

21 *Primò*, quia si verbi definitionem, † ac significatum spectemus, dubium subesse non potest, quin proditoriè occisus propriè, veriùsque dici possit inimicus à tergo adortus, vel incautè quoquomodo interemptus, licèt magis propriè hoc idem amico cæso conueniat, vt patet ex frequentiori interpretatione ab Abulẽsi, Felino, Ancharano, alijsque recepta patet, ac à nobis supra relata ante *n.* 20. quam refert Gambacurta *dict. cap.* 29. qui ait, quòd *proditoriè occidere sit per latentes, occultasquè insidias in externum homicidij actum exire*. Proditorium verò à
22 prodendo † dictum *paulò* ante dixerat, *proderequè esse aliquid occultum, & latens in palam afferre*, quod & ego supra *quæst.* 1. *ad clausul.* 7. *ex Ciceronis* loco *ad Atticum lib.* 3. comprobaui, cui & *Suetonium* libet adiungere *in Augusto, quòd hic Mecœnas secretum de comperta Murenæ coniuratione vxori Terentiæ prodidisset*, cum alijs apud *Ambrosium Calepinum*, & *P. Syrum*, verbo *Prodo*, qui *procere, prouitor, proditum*, pro insidijs, pro occultorum patefactione, pro dolo, & fraude adhibita pluribus adductis auctoritatibus accipiunt. Addunt quoque promiscuè proditiones amicorum, ac sociorum: per quæ fit, vt aduerbium hoc *proditoriè* expositioni nostræ (Latini Sermonis proprietate attenta) nequaquam obstet, quibus & *Taciti* locus infra ad verbum adductus addendus erit. *Arcadiusquè*, atque *Honorius in l. quisquis* 5. §. *vltum* ibi: *Instam prodiderit factionem*, C. *ad Iul. Maiestat.*

Iterum *secundò*, huic explicationi nostrarum Pragmaticarum intellectus nequaquam aduersatur; cum illæ communem † loquendi vsum amplectantur, 23
qui ille est, vt proditoriè se gerere quoque dicantur, qui incautè inimicum suum opprimunt, vt patet ex traditis, apud Vincent. de Franchis *decis.* 713. *num.* 11. Nam ipse idẽ, qui contrarium in indulgentia tenuit *num.* 22. negare in hac specie ausus non est, immo verò ea quæ postmodum scripsit, mirificè eum præmissis conueniunt: putat enim adeò proditionis nomen, & eis, qui inimicum per insidias adoriuntur conuenire, vt ne termini confundantur, ita vtrumque distinguat, vt proditoriè occisum, & inimicum regulariter dicat, si per insidias occisus sit, at si de amici nece sermo fiat, addit hunc proditorium esse sub specie amicitiæ. Sunt autem verba, vt fert vsus accipienda, *l. librorum* 52. §. *quid*, ibi: *Nam & in vsu plerique libros cartas appellant*, D. *de legat.* 3. *l. Labeo.* 7. §. *Seruius*, ibi: *Nõ enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debere*, D. *de supell. legata*, & similia per Cardin. Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 8. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl. 5.* § *11. num.* 68. & 69. vbi quòd vulgaris appellatio pro lege habetur, dicebatque Cicero *loquẽdi vsum populo concessisse, peritiam sibi seruasse*.

Tertiò, quia inter Christianos quæstio versatur, † qui ob fidem, quam colimus, nobilissimis quibuscunque rectè comparamur, quique in operando perfectiores quàm Ethnici, quàm Barbari, & Turcæ, immo & Iudæi esse debemus, attenta maximè fraterna inter eiusdem religionis cultores cōmunione, à Christo Domino, etiam ad legis veteris differentiam tradita, vt est apud *Matth. cap. 5.* vbi in potioribus præceptis perfectiorem à nobis, quàm à Iudæis obseruationē exigit, indeque fit, vt secūdùm Patrum traditiones, nobis non tantùm iusta vltio, verùm quoque, & secundùm leges accusatio, ac manu iudicis vindicta interdicatur, vt patet ex Lactantio *lib. 6. cap. 10.* & *Etiberinæ Sinodi* Canone, alijsque locis per me relatis in *C. Polit. ad l. Federici nota 106. ex num. 3. fol. 278.* & supra *q. 4. n. 17.*
24

At inter nobiles viros, absque proditionis † nota hominem incautum (licèt inimicus ille sit) & à tergo occidere fas omnino non est, vocaturque proditorium, quodcūque homicidium, quòd non in conspectu, & citra diffidationem (quā vulgo dicunt) fiat, quæ prouocatio quædam ad arma est, vt probat Paris de Puteo *tract. de re militari, tit. quando prouocatur ad pugnam ratione proditionis, num. 5.* qui proprie loquitur de aggrediente hominem ex facie, sed sine monitione, & diffidatione, vt possit ad rixam se accingere, dicitque hunc qui id agat inhonoratum in Aulis Principum versari, Guid. Papæ *dict. decis. 191. num. 5.* quod benè explicat Gambacurta *lib. 5. capit. 28. num. 4. per totum*, post Ioan. Andr. Gemin. Franch. & Anchar. *in cap. 1. de homicidio lib. 6.* Farin. *quæst. 18. num. 76.* accedit Caballus *de omni genere homicidij num. 459. cum duobus sequentibus*, vbi dicit saltem hoc làrgè proditorium dici.
25

26 Inde † Romani licèt Gentiles, id genus vindictæ dedecori habebant, vt est videre apud Tacitum II. *Annal. in fine: Reperio* (inquit) *apud Scriptores, Senatoresque eorundem temporum Adgadestrij Principis Chattorum lectas in Senatu literas, quibus mortem Arminij promittebat, si patrandæ neci venenum mitteretur, responsumque esse non fraude, nec occultis, sed palam, & armatum Populum Romanum hostes suos vlcisci, qua gloria æquabat se Tiberius priscis Imperatoribus, qui venenū in Pyrrū Regem vetuerāt, prodiderantque.* Ipsi quoque Barbari, si tamen aliqua nobilitate, vel armorum gloria pollerent, nomē proditionis horrebāt, atque incauti hostis agresionem proditionē putabant. Ita Arminius apud *Tacitum P. Annal.* hoc exprobat Germanico, Catthos improuiso adorienti se aliter bellare, *Non enim*, inquit, *se proditione, neque aduersus fœminas grauidas, sed palam aduersùs armatos bellum tractare.*

Quoad Hebræos verò † iā diximus, ipsis nefas fuisse, occidere quemquam consultò; quodque propter deliberationem, & insidias à quacunque immunitate, vel refugio excludebātur, ex dicto *cap. 21. Exodi*, alijsque locis per Gamba curtā *lib. 1. cap. 8. & 9.* in vnum congestis. 27

Ne ergo cōtra Euangelica præcepta, Hebraica gente in moralibus deteriores videamur, dicēdum est per verba relata; necessariò homicidas ex insidijs ab hac immunitate exceptos esse: quòdque Summus Pontifex, cum de proditione locutus fuerit, nequaquā insidias exclusferit, nec voluerit Christianos ignobiliores, ac nequiores Iudæis esse, qui apud suum *Philonem* iactantur, *se non delectari vltione de inimico, cum ex sacris legibus didicerint hominum misereri*, quique si hominem incautum occiderēt, ciuitatum templique refugio, ex dicto *cap. 21. Exodi* non gauderent.

Quartò demum, quia communi consensu homicidium, cum veneno † proditorium censetur, licèt inimico propinatum fuerit, ac ab immunitate etiam attenta hac Gregoriana excluditur, vt tradit Farinac. *de immunit. cap. 9 n. 142.* Guazin. *de defensio. reor. defensione prima*, secundum quæ declaratio Cardinalium secuta est, quam Barbosa, & Nouarius 28

in

in Summa ad Bullas referunt *sub die 3. Decembris* 1632. Nos quoque latè *q.* 36. *hoc lib.* vbi alij habentur, & tamen certū est procedere in hac homicidij specie candē rationē, quam generatim, Bart. *in d. § delinquitur* considerauit, nempe, quod inimicus sibi prospicere debuerat, cum maxime facilius sit venenū, quàm post tergatum ignei tormēti, vel sagittæ ictū vitare; quòd si insidiæ aduersùs inimicū in proditionem non transirent, non vtique hoc delictum communi traditione exceptum esset: ergo & insidiæ quælibet quoad hoc proditiones sunt. Hac igitur retenta, quæ potioribus fundamentis innititur, & constitutioni non modò non contradicit, verùm quoque ex verbi significatione conuenit. Opposita ex Franco *dict. decis.* 713. cui tecentiores adhærent, minimè retragantur.

29 Nam ad primum de doctrina † Bartoli, & sequaci im respondetur, non procedere quoad immunitatem Ecclesiarum. nam interpretatio aduerbij *proditorie*, secundùm sensum scripturalium, & Theologorum potius quàm Iurisconsultorum sumenda est, illi enim in *cap.* 21. *Exodi*, insidias pro proditione accipiunt, vt dictum est ex Abulense, Felino, Anania, Anchar. & alijs pet Gamba curtam *capit.* 28 *num.* 5 *lib.* 5. & per *nos supra*, ne præcipuè religio nostra omniū perfectissima Iudæis ipsis cedere contra Euangelica instituta videatur, hoc enim absurdissimum esset, ad quod vitandum improptianda essent verba; multòque magis in ampliori significatu accipienda, vt probauimus *in C. ad leges Federici nota* 107. *fol.* 281. cum alijs supra citatis *quæst.* 4 *num.* 20. quod summum aduersarij prætendunt, longè nempe proditionem dici.

30 Quòd maximè in verborum Pontificis † interpretatione vitandum est, qui magis, magisquè puritati religionis nostræ fauere voluisse censendus est, vt Ethnicis hæreticisquè os resetetur, ne fortè *nomen Christi blasphemetur inter Gentes*, Iudæisquè, quod vitari debere sæpiùs nos *Apostolus* monet *ad Romanos cap.* 2. 24. & 1. *ad Timoth. cap.* 6. quæ sanè ratio in huiusmodi quæstionibus, magis quàm fauor vnius, vel alterius delinquētis, vel materialis templi attendenda est. Quibus concinunt, quæ *lib.* 2. *quæst.* 2. *consul.* 3 *num.* 12. de scandalo vitando congessimus, necnon *Diuus Gregorij Papæ* dictum in *cap. in sertis* 14. *quæst.* 6. cuius verba habentur infra *quæst.* 8. *n.* 14.

Non obstat *secundum*, de causa fauorabili, & de accipiendis in simili specie verbis in ampliori significatu. Nam Vincentius de Franchis in Principis indulgentia, siue † abolitione præteritorum 31 delictorum loquitur; quæ cum iam admissa facinora respiciat; nec insperata abolitio occasionem multiplicandi delicta præstet, immunitati Ecclesiarum æquiparari non potest, cum hæc pro futuris delictis, & præteritis concedatur, ob id enim, quod hoc delictum immunitate gaudet, alij faciliùs ad similia patranda accedunt, quo casu ipsemet de Franchis largè interpretandam esse admittit, vt similia delicta exclusa videantur, vt patet ibidem *num.* 4. & 5. vbi ex Follerio, & Alexandro inter vnum, alterumque casum, ita distinguit, docens indulgentiam, quæ delicta futura complectitur, odiosam esse, & per hoc restringendam.

Item vt aliàs dixi, fauor & odium † 32 non ita commensurantur, vt singulare bonum contineat, licèt enim immunitas hæc fauorabilis sit, non tamen vnaquæque talis censenda est, vt publico bono præualeat; vnus enim fauor cedit quandoque maiori, danturque inter fauorabilia gradus: primusquè, & potior est, vt puritas Christianæ Religionis illæsa seruetur: præualeantque spiritualia corporalibus, & substantialibus materialia cedant, vt dixi *in quæst.* 1. *ad clau*s. 7 *num.* 39. ne relicta substantia, legum verbis nimio plus inhereamus, contra id quod Dominus cauendum nobis esse præcepit à doctrina Pharisæorū apud *Matth. cap.* 15.

Item

Item iuridicè respōderi potest, quòd cùm lege veteri, communi, ac Canonū iure attento, omnis homicida insidiosus regulariter, sine immunitatis spe puniendus sit, limitatur tamen per priuilegium hoc, ex hac *Bulla* (vt aiunt) Ecclesijs no-
33 uissimè datum, & in limitatorijs † licitè sit extensio ex identitate rationis, iuxta doctrinam Imolæ *in l. de viro, §. Si verò lecta in l. dotalem, num. 11. cum plur. sequent. D. solut. matrimon.* Mathes. *tract. de interpret. extens. ex num. 35. ad plur. seq.* meritò proditorij nomine, & insidias, venire dici posset, vt quò minùs regula lædatur.

Quòd demum Vincentius de Franchis intentat, respondendo Auctoribus supra relatis, verbum illud *per insidias*, idest *proditoriè* exponentibus, nihil omnino probat eius, quod, assimit, dum ait *illos vsos exemplis Bartoli, quæ non concludunt, nisi in proditorio.* Nam explicatio
34 per exempla, † alios sensus non tollit, vt *in l. si seruus 27. §. & adeo eum concordantibus D. ad leg. Aquiliam*, ideò Ioannes Andreas loquens de diffidatione, illam occidēti hominem incautum opponit, quod non nisi præcedente odio, & inimicitia euenire solet. Nec valet dicere illum locutū de Christianis ob id, quod inter eos ius quoddam cognationis inductum est: ac perinde de Christianis amicis debere intelligi; quia responde-
35 tur, quòd cognatio naturalis, † inter omnes homines, vel ex coniunctione in vna fide, & vitæ professione indiuidua, satis differt ab amicitia accidentali, quæ ex conuersatione, & officijs mutuis amicorum oritur, vt patet ad sensum.

Cætera Franchi argumenta ad ampliandam indulgentiam, tanquam beneficium, contra concedentem tendunt, quæ huic termino non conueniunt, immo diuersitatē insinuant. Hæc quæ præmissa sunt argumenta (etiam si per *Bullam* correctio inducta esset) concludunt homicidium in hac materia proditoriū dici, si inimico per insidias illatum fuerit. Argumenta autem *Farinacij*, eorumque, qui eius doctrinam amplexi sunt, cùm tendant, ad diuersificandam omnino Pontificis dispositionem ab eo, quod iure Diuino, & Canonico statutum fuerat (attendi sanè non debent, cū maximè verba Bullæ, non tantùm manifestè illis aduersentur, verùm etiam verbi significatione attenta, summè cōueniant.) Cæterùm si responsione huiusmodi argumenta indigerent, cùm id doctissimè, & latè Gambacurta *lib. 5. cap. 31.* præstiterit, mihi omni iure tacēdum erit, ac in dubio si fortè (quod secus videtur) adesset, Sanctitatem suam rogandam, lectoremque monendū censeo, vt Diuinum ius, antiquos Canones, & priscam priorum seculorum obseruationem; dimissis alienis interpretationibus, amplectantur. Addendi plures pro hac à D. Barbosa adducti *tom. 2. de im. iur. Eccles. cap. 3. num. 91.* licèt ipse contrarios non sine fundamento moueri dicat, vltimoquè loco referat, melius, & apertiùs idem paulò inferius.

QVÆSTIO SEXTA.

EPITOME.

1 *Læsæ Maiestatis crimen attenta Gregoriana Constitutione in supremos tātùm Principes committitur secundùm aliquos.*
2 *Occidens Cardinales, Episcopos, ac quoscumque Principes viros, immunitate fruitur secundùm* Farinacium.
3 *Quæstiones, resolutionesque plurimæ, etiā quæ manifestissimæ essent, ob consequentias omitti deberent.*
4 *Disputātes illa, quæ non oportet sapere, culpari debent.*
5 *Propositiones, ex quibus seditiones promūtur, sunt expurgandæ.*
6 *Expurgari debent exempla, quæ Ecclesiasticos ordines in discrimen adducunt.*
7 *Opiniones, quæ perturbationem, & augmentum irreuerentiæ inducunt, reprobari debent.*
8 *....... quæ à Prædicatoribus dici populis prohibentur, multò magis in libris expungi debent.*

9 Re-

9 *Reuolutiones non debent inter resolutiones apponi.*

10 *Læsæ Maiestatis crimen iure ciuili latissimè accipiebatur.*

11 *Tiberius, qui legem Maiestatis ad facta restrictam, iterum ad verba ampliauit, à* Tacito *culpatur.*

12 *Leges Maiestatis à Iurisconsultis mitigatæ, à Christianis Imperatoribus omninò temperatæ fuere.*

13 *Maiestatis læsæ species in legibus expressæ referuntur.*

14 .... *crimen sicuti & hæresis ob id ab immunitate, per Canones exceptum nō est, quia per se omni fauore destituitur.*

15 *Regna vbi euertuntur, Religio quoque, & templa violantur, immo destruuntur.*

16 *Delicta omnia plectuntur iam admissa; Maiestatis verò ne admittantur, curādum est, ne admissis, potestas deficiat puniendi.*

17 *Maiestatem non tantùm supremi Principes suo iure habent, verùm quoque subalterni Domini in suos vassallos.*

18 *Magistratus maiestatem pro tempore, quo illum gerunt, obtinent.*

19 *Duces, Marchiones, Barones cum vassallis Magistratum perenne gerunt.*

20 *Si offendātur etiam à Clericis, læsæ Maiestatis crimen incurritur.*

21 *Summus Pontifex species aliquas criminis læsæ Maiestatis sustulit, personas Principum non distinxit.*

22 *Lex Christi æquè omnibus Præpositis obediendum esse præcepit, ne vanam libertatem Christianos affectos aliquis diceret.*

23 *Pontificum decreta cum Apostolorum doctrina concordari omnino debent.*

24 *Principis nomen latissimè patet, ac ad omnes primarios in ciuitatibus viros extenditur.*

25 .... *persona si tantùm exciperetur, immediatum successorem, Reginam, fratrem Regis si occidat quis, immunitate gaudebit.*

26 *Homicidam Cardinalis seruandum, dum Summus Pontifex consulitur, docet* Farinacius, *sed frustra.*

27 *Potentes, nobilesque scelera admittentes, qui à Potentibus fauentur, in Episcopi carceribus seruari posse, frustra asseritur.*

28 *Absurdum vt vitetur, verba impropriari debent; ac verisimilis mens Legislatoris attendi.*

29 .... *vt vitetur, fauor vnius causæ attendi non debet.*

An committens crimen læsæ Maiestatis in personam Principis superiorem recognoscentis, gaudeat hac immunitate?

De moderna quoque interpretatione verborum in hac quæstione agendum est: nam cum *Gregoriana Constitutio* læsæ Maiestatis in personam Principis reos excipiat, Principum † appellatione Supremos tātùm, qui neminem recognoscunt, venire dicit Peregrinus *de immunit. Eccles. cap. 9. num. 8.* Marius Italia *lib. 1. cap. 6. §. 7. num. 29. cum seq. & num. 36.* Farinac. *c. 13 num. 187.* & si quis alter hos referat, quos sequitur Diana *resolut. 6.* Aiunt enim, quod dato, crimen læsæ Maiestatis committerent, attamen *Bulla Gregoriana* de offendentibus personam Supremi Principis intelligi debet, cū in materia versemur odiosa, & pœnali, ac perinde in alios quoscunque viros Principes non extendēda, quinimo posse eorū interfectores ab Ecclesia defendi. Inde ex eadem ratione in *resolut. 20.* refert, ac sequitur eūdem Farinac. *ibidem num. 185.* dicentem immunitate quoque scelestos, ac sacrilegos † Cardinalium, & Episcoporum homicidas, immo patricidas gaudere, cum & isti Supremi Principes non sint.

1

2

Quæ Farinacij opiniones meo iudicio animaduersione, immò & censura indigent, cùm latā ansam turbandi Respublicas, viduādi Ecclesias Pastoribus, vniuersum fidelium cœtum columnis, ac maioribus adminiculis ciuitates, ac hominum communiones capitibus, ac parentibus præstent. Nam cùm hos antea ex prioribus Ecclesiæ moribus sen-

sibus

sibusquè inuiolabiles vulgus putaret, mo
dò, vt cæteros iniurijs subiacere agnos-
cit, ipsorumque violatores ab Ecclesia
3 tueri. Quæ omnia etsi † manifestissima
veritate niterētur, vt revera in iure sunt
incertissima, nedum inter præiudicatas
sententias certum quid continentes nō
recensenda, verùm ob pessimas conse-
quentias, ac maiora (quàm fructus elici
posset) scandala, tacenda, obliteranda-
què putarem. Vertitur enim in eis salu-
tis publicæ discrimē, ac omnium vtrius-
que Ordinis Ecclesiastici, ac secula-
ris dominantium nouissima iactura
de huiusmodi *Bonifacius Octauus* Ponti-
fex *in cap. 1. de renuntiat. in 6.* aiebat: *Ad-*
4 *esse aliquos † curiosos disceptantes de his, quæ*
non multùm expediunt, & plura sapere, quā
oportet, temerè appetentes, possentque non
immeritò ad propositiones illas referri,
quas *Alexander Quartus* notauit *Constit.*
5 *8.* his omnino verbis, † *Quia interserunt*
odia, rancores ingerunt, liuores accendunt, mo-
uent lites, iurgia suscitant, contentiones irri-
tant, promunt seditiones, dissensiones procu-
6 *rāt*, vel ad illas de quibus † *Clemens Octa-*
uus de correct. librorum, §. 2. vbi ait: *Explo-*
7 *dantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus † Re-*
ligiosorum Ordines, statum, dignitatem, ac
personas lædunt, ac violant: neque non est
dubium, quin *ex huiusmodi opinionibus* (vt
Sanct. Antoninus, aiebat, *3. part. tit. 8. cap.*
4.) *sequatur perturbatio, & augmentum ir-*
reuerentiæ, cùm facinorosi, illi quoque,
qui non sunt, sed odia, & rancores in pe
ctore tegunt, huiusmodi scelera cum spe
immunitatis perfici posse addiscant, ne-
que Episcopos, Cardinales, virosque
Principes inuiolabiles esse, vt putabant,
immo veriùs, & interimi posse, inter-
emptoresquè ab Ecclesia, vt præmisi-
8 mus tueri. Quòd si hæc à suggestis,
† ac pulpitis, ne dicta scandala genera-
rent, ac irreuerentiam, contemptum-
que tam excelsorum Ordinum indu-
cerent, eliminanda, Prædicatoresque
ipsi essent corripiendi, qui vel fugacissi-
mis id verbis, exponerent, quantò magis
qui æternitati per librorum euulgationē
has theses consignant? ita habemus ex
Constitut. Pauli Tertij Pontif. Maxim. in-
cipiente: *Apostolici culminis*, & ex Conci-
lio Coloniensi *part. 6. cap. 16. & 17.* ex
Senonensi in decretis morum *capit. 36.*
Hæc de Farinacio, qui prior in huiusmo
di incidit, dico, optassem autem, ne atro
cissimas, † atque inhumanas reuolutio- 9
num materias sequentes scriptores inter
Morales resolutiones retulissent, quin
priùs *Sacram Cardinalium Congregationem*,
quid de ipsorummet nece sentiret, in-
terrogassent.

Sed vt (vltra pessimum quoad mores
exemplum) aliqua quoque de opinionis
veritate, ex certis iuris nostri principijs
eruta tradantur, quibus Farinacij error
patefiat. Suppono iure Cæsarum secun
dario læsæ Maiestatis crimen latissimè
interpretatum, † ac quasi ad libitum 10
fuisse. Anterioribus enim temporibus,
etsi idem crimen leges persequebantur,
grauiora tamen in iudicium veniebant,
vt aduertit *Tacitus primo Annalium*, cul-
pans Tiberium, † vt *qui Maiestatis legem* 11
reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed
alia in iudicium veniebant, si quis proditione
exercitum, aut plebem seditionibus, denique
malè gesta Reipubl. Maiestatem populi Roma
ni minuissent, facta arguebantur, dicta impu-
nè erant. Postmodum verò melioribus
Principibus succedētibus, hæc mitigata
fuere, vt in commentis Iurisconsultorū
ad legem Iuliā † *Maiestatis* paret inter *Dig.* 12
composita meliùs per *Theodosium, Ar-*
cadium, & Honorium, qui verborum poe
nas omnino sustulere in *l. vnic. C. si quis*
Imperat. maledixerit, aliaque per alios tem
perata *in C. ad l. Iuliam Maiest.*

Contrahitur ergo crimen hoc ad in-
frascriptas species, † vt nempe lege Iu- 13
lia teneantur, *qui aduersùs Principem, vel*
Rempublicam, eorumque securitatem, consi-
lio, vel opere commiserint, sumptis armis ali-
quid publicum occupando, seditiones plebis,
vel militum mouendo; armatos inducendo, ob-
sides sponte, vel Magistratus occidendo; inimi-
cos consilio, ope fouendo, ac illis communican-
do: Prouinciam, vel exercitum inuito Prin-
cipe

cipe retinendo: exercitum deserendo, ad hostes perfugiendo. falsum in publicis tabulis scribendo: exercitum iniussu Principis comparando: arcem tenendo, [illegible] concedendo, pro potestate, dolo malo [illegible] gerendo, interne[illegible] hostium [illegible] illos quoquomodo iuuando, conf[illegible] reos [illegible] tendo; statuas Principi sacratas conflando, additum his est *in C. hoc titulo* teneri eadem pœna eos, *qui Consistorio, & consiliis Principis assidentes, vel quoquomodo ei militant, interimunt, vel interimere tentant*.

In omnibus his casibus in Maiestatem peccari perspicuum est, ignotum verò, an pro his omnibus admissis, vel pro qua horum parte, immunitate olim caruissent? Nam nec *Canones*, nec *Leges* aliquid de hoc delicti genere excipiendo statuerunt, non quia illa frui deberent,

14 † a[illegible] ssimis quibusque in [illegible] immunitare[illegible] [illegible] quia Pontifices, [illegible]gumque latores immanissimum, & supra omnia atrox delictum hoc excipi necessarium non existimanerunt, ad instar quasi diuinæ Maiestatis læsæ, cuius pariter nulla specialis mentio facta est, vt ex pluribus probat Gambacurta *lib.5. cap. 43*. Quamobrem existimo, committentes in personam, statumque Principis ab Ecclesia non fuisse defensos, quidquid in cæteris leuioribus, quæ ad primum caput non referebantur, seruatum fuerit. Inde *Arcadius*, qui aliàs immunitati huic fauit, *Gainam* & cum eo milites tyrannidem affectantes, ad [illegible]plum re fugientes, in eo cœdi, atque [illegible]buri iussit, vt in noua histor. Sozom. Comitis *lib.5.* refertur. Huiusmodi enim delicta cum ad euertēdam Rempublicam ten-

15 dant, † qua cum, & Templa, & Religio persæpè euertuntur, ac desolantur, fauore aliquo prosequi nequidem possunt, nec iudicialia hæc seruari, nam vt benè

16 aiebat Salustius *cætera delicta*, † *tunc persequare, vbi facta sunt; hoc, nisi prouideris, ne accidat, vbi euenerit, frustra iudicia implores*, & Dion. Halicarn *lib. 2. Cæteris delictis cum perpetrata sunt, irasci solent homines; si qua verò incidat proditionis suspicio, pruden-*

tius est, eam vel vano metu præcauere, quàm ea contemptu per socordiā opprimi; & in huiusmodi ait mandatum à Senatu: *puniat Præ[illegible] [illegible]nde rescribat.*

Supponendum quoque est, maiestatem habere non solum *Pontificem Maximum, Imperatorem, & Reges*, verùm † quo- 17 que omnes, qui iure proprio ex mandata sibi perpetuo iurisdictione in subditos sibi infeudatos, & concessos ius dicunt, quos tanquam vassallos subalternos cum iure vitæ, & necis, confiscationibus, mulctis, commodisque pœnarū, possident, quorum licèt aliqui ab Imperatore habuerunt, vel præscriptione, vel arrēta [illegible]mperiali concessione ius etiam superioritatis quoad impediendas ad eū a[illegible]pellationum delationes sibi quæsiuerunt; attamen reuera æquè omnes Beneficiarij, sunt in titulo illo iuris feudalis comprehensi, *quis dicatur Dux, Marchio, Comes, tit. 10. lib. 2.* Nam sicut Senatores, † & Magistratus, aliique Principis 18 Consiliarij pro quo tempore in officio, vel consilio sunt, iure Maiestatis, ob Principis repræsentationem fruuntur, quique eos offendit, hoc crimine tenentur, *l. 1.* ibi: *Quo quis Magistratus populi Romani, quive Imperium potestatemve habet, occidatur D. ad l. Iu. Maiestat. l. quisquis 5. C. eodem*. Ita & isti huiusmodi Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, cùm Magistratum † perennem 19 nomine Principis in homines infeudatas gerant, & Imperium, Potestatemque obtineant, iure quoque maiestatis, ne à subditis offendi possint, oppidò gaudēt, quod licèt mihi inde probetur, nostri tamen ad eliciunt ex textu in *l. 3. C. de Episcop. audientia*, ibi: *Reus etiam Maiestatis, de domino, aduersus quem talia molitus est, veniam sperare non debet*. Probatur quoque ex *c. ip is primis, §. Si verò de crimine Maiestatis in fine 2. quæst. 1.* vbi licèt dicatur, † *credi minimè debuisse Episcopum illum ob* 20 anteactam *vitam, & bonam opinionem in Maiestatem commisisse*, potuisse tamen in gloriosum illum Comitiolum committi non negatur; per quæ iura consuetu-

di-

dinem sic receptam frequentius Nostrates omnes tradunt, hoc crimine teneri subditos, Principes hos viros ad necem trahentes, in eosque conspirantes de hac testatur Clarus *lib. 5. sentent. §. læsæ Maiestat. vers. Dubium est*, vbi Baiardus alios adiunxit, latissimeque comprobat Farinacius *de crimine læsæ Maiest. quæst. 112. ex num. 176. ad num. 181.* dicens ab hac respectu Baronum, mero & mixto imperio inuestitorum recedendum non esse, de quo etiam scripsi *ad ll. Fiderici nota quæst. 7. post num. 3. vers. Item id probatur in C. Siculo, fol. 253.* sentitque in hac specie Ambrosinus *de immunitat. Eccles. cap. 9. num 5. in finalibus verbis, fol 73.* hunc reum secundùm *Bullæ* mentem extrahendum esse.

Sicut ergo Summus Pontifex crimē
21 † læsæ Maiestatis in Principis personam commissum excepit, ac cæteras species in legibus relatas (quæ personam non respiciunt) remouisse videtur, veluti est illud, quod in conflaudis statutis, quodve in publicis tabulis falsum scribendo, admittitur, aliave similia, quæ diuersa, ac distantia videntur ab ijs, quæ personam Principis attingunt; ita ad personarum qualitatem attendisse non videtur, sint ne illi Supremi, vel subalterni Principes, dummodo tales in aliquo loco sint, vt merito viri Principes dici possint.

Primò, quia lex Christiana non modò sine distinctione æquè omnibus su-
22 perioribus parendum esse iubet, † verùm in specie de subordinatis cauet secundùm Apostolorum doctrinam. *Petri epist. 1. cap. 2. subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei, omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regē honorificate.* Itē *Pauls ad Romanos cap. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*, & iterum ad Titum *cap. 3. admone illos, Principibus, & Potestatibus subditos esse, dicto obedire*, & in Apostolorum *Can. 83.* ita præcipitur, *Quisquis Imperatorem, aut Magistratum contumelia affecerit, supplicium luito, si Clericus fuerit, deponitor, si laicus communione remouetor.*

Arguendum verò est à dictis Apostolorum ad præcepta Pontificum, vt semper, quoad fieri potest, idem sensisse existimemus, † nec putemus illos distin- 23
guere, quos Apostoli non distinxerint, vt disertè ait, *Vrbanus Papa in capit. sunt quidem 25. quæst. 1.* cuius verba infra *q. 33. vers. In quo certè* referemus. Videmus etenim Principes, & Potestates, Reges, & Duces æquiparari quoad hoc, vt æquè eis pareamus, eosque in honore habeamus, siue principales, siue suffectos, siue qui propriam, siue qui mandatam iurisdictionem exerceant: hoc enim importat illud: *tanquam ab eo missis*, hoc nempe omne propter Deum fieri, qui loco sui in hoc seculo hos Principes instituit. Nam si ex hac Doctrina, & Constitutionis interpretatione, soli Reges, ac Reguli, qui neminem recognoscunt, inuiolabiles redderentur, dictis Apostolicis præceptis post habitis, impijs, ac pertinacibus aditus pateret occidendi cæteros Principes viros, ac Potestates, qui loco Regum populis præsunt, ac iura dicunt; dum templorum perfugium promittitur.

Secundò, quia nomen istud Principis † propriè ad omnes primarios ciuitatis 24
viros latè patet, vt est apud Plinium *lib. 7. cap. 3. fuit inter Principes ciuitates, siue potentia, siue inuidia*, & apud Ciceronem *in 8. Philip. ò Dy immortales, quàm magnum est in ciuitate locum tueri Principis!* quo fit, vt sine tituli huius aliqua concessione, qui mos nouissimis temporibus irrepsit, propriè *Princeps* appellari debuisset, quicunque primum ciuitate in aliqua locum obtinet, quem obtinere *Barones*

rones omnes in suis oppidis, & ciuitatibus, qui imperium concessum habent, nullus negabit.

Tertiò, vt videtur absurdū, de occisoribus Cardinaliū, Legatorum, Nunciorū, etiam cum potestate de Latere; Episcoporum (qui Principes viri sunt, nō tamē supremi, sed ad Summum Pontificem subordinati) ad immunitatem admittendis, quod rationi iterum, & antiquorum Patrum sententijs cōtradiceret, hos quodammodo Sum. Pontif. æquiparātibus, vt ex Cypriano, ac Leone Magno dicetur infra *lib. 2. q. 3. n. 16.* Idē quoque de

25 interficientibus † familiam Regiā, Reginam, filios, fratres: nā si Principis supremi appellatione comprehensus tantùm intelligeretur Rex, vel alter Princeps absolutus, propriè Regulus dictus, quoad eius personam, hi omnes exclusi ex illa appellatione censerentur, ac consequeretur, quod latro, qui particulares viatores ex insidijs aggreditur, nec occidit, sed spoliat, immunitatis expers esset, gauderet verò qui Cardinalem, Pontificis etiam Nepotem, qui filium Regis, qui fratrē interimeret; quod quàm absurdum, quàm à ratione deuium sit, nemo est, qui negare possit, ipsique contrarij dicunt, reum seruandum, ac monendum esse in his casibus Summum Ponti

26 ficem, qui hac *Bulla* minimè † refragante scelestos hos homines ab Ecclesia remoueri præcipiet, quasi absurdum quidem hoc agnoscant, ac friuola hac euasione effugiant. Videbatur enim *Farinacio*, qui Romæ scripsit, facile in Statu Ecclesiastico illi sceleri remedium ob Summi Pōtificis vicinitatem, sed quid agendum in remotissimis partibus, quæ à Curia longissimè distant? respondebit custodiendum supplicem in carceribus Episcopi, cui iterum respondeō, quæ securitas, ne interim aufugiat, ac pœnam, euadat? dicet, facilem custodiā fore militibus appositis. At ego puto, hæc in abstracto asseri: nam si penitiùs considerarentur, nemo quid tale assereret nobis, qui vidimus, ac in leuissimis quibusque (respectu horum delictorum) experti sumus, ridicula hæc, ac frustratoria videntur, reosque huiusmodi, nō ad custodiā, sed ad fugam seruari: nam & commētariensis, cui claues auferre, ordinario, & laico iudici licitum, cæterique vtriusq; iudicis satellites in dies pecunii corrupti ipsilimet reis viam aufugiendi indicant, opportunasque horas offerunt. carceres verò Episcopi in eorum Palatijs positi, omnino fragiles sunt; adeo vt finis contentionis, ac Pontificij responsi frequentius per rei fugā (licèt ille vilissimus sit) frustrari soleat. Quid verò † in Cardina 27 lis, vel magni alicuius Principis interfectore eueniret, quē ex magnitudine facinoris semper, vel conspicuum virū esse, vel à magnate aliquo missum, ac fautum fore supponitur? deficient isti forsan pecuniæ, mediatores, auxiliatores, vt è custodiā manu euadat? non vtique, si à frequentibus vilium hominum effugijs arguendum est: nam quod attinet ad honestiores, & nobiles, modus hic, vel forma per *Bullam* præscripta omniū delictorū animaduersionē frustrare solet, ac iustitiam in ludibriū vertere. Etenim quod sanctè fuit institutū (in partibus, vbi *Bulla* seruari contingat) ad omniū delictorum, etiam exceptorum euasionē cōuersa est, non tantum ob vinculoru fragilitatem, & carcerum infirmitatem, sed ob infirmorum ministrorum, custodumq; sæpissimè corruptelam, aliquando deditiam. Horum omnium exemplū, quod pro multis, quæ vidi, retulisse sufficiat, producā. Interficitur Panormi don Carolus Amatus, miles nobilissimus, ex insidijs igneo tormētō è fenestra in transeuntem, & incautum emisso. Parētes vnicū filium (& in quo omnis familia extinguebatur) vindicare omnibus viribus statuunt, Præsidē Prouinciæ adeunt, militū cohortē obtinent, satellites adhibent, vt reos (quorum aliqui nobilissimi quoque erāt) iam ab Ecclesia ad Archiepiscopales carceres eductos arctissima custodia vincirēt, ac ne euaderēt, curarēt, interim Romā adeunt, *Clementē Octaui*, tūc tēporis Pontificē exoraturi, ne Ecclesiæ munimine tuerentur, scripsit in hac causa

Farinacius, vt refert Gambacurta *lib.5. c.31.* scripserint celebriores Romani. Aduocati magna vtrinque cōtentione, nā & multi Romam ob id negotiū adiere, decisit Summus Pontifex, partim vt gauderent, alij vt seculari iudici traderentur, quam determinationem omnes scribentes referunt, ac ad suā vnusquisq; opinionem Pōtificiam sententiā trahit, vt per Mariū Italiam, Genuensem, Peregr. Ambrosinū, Dianā, & cæteros huiusmodi videre est, quos retuli supra *q. 3. & q. 5.* At post tot contentiones, post rei familiaris ex vtroque latere iacturā, post Pōtificiam sententiā maturrimā, & humanissimè latā, cū ad executionē rei ventum fuisset, singuli vnica nocte corruptis custodibus, perfracto carcere, omnibus illudentes aufugerūt. Ad quod respexisse videtur Gambacurta *lib. 6. cap. 6. num. 3. vers. Addo quod in hac ciuitate, folio* 497. Versantur ergo circa ens rationis, suntquè Metaphysica omnia quæcunque in hac materia à Scribentibus præcipuè Ecclesiasticis tradita sunt. Magis verò, magisquè in delictis, quorum in præsenti quæstione agimus, in quibus semper cogitandum est, ac firmiter tenendum, tales, qui immania hæc aggrediuntur, cum illa perfecerint, faciliùs euasionem consecuturos.

Absurdi ergo huius vitandi gratia impropianda essent verba, vbi propriè supremos Principes tantùm *Bulla* hæc cōplecteretur, multoquè magis amplectenda simpliciter, † dum de Principum personis absolutè loquitur, nihil addito, per quod hanc restrictionem patiatur argumēto textus in *l. scire oportet* 13. §. *Aliud etiam*, ibi: *Erit igitur in deteriori ordine, qui longiùs habitat eo, qui intra centum millaria est*, & statim; *sed etsi maximè verba legis hūc habeant intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult, D. de excusat. tutor.* cum alijs plusquam mille, per D. Barbos. adductis *loco 2. ab absurdo*, vbi *num.* 3. ampliat præualere rationem absurdi illi, quæ debet haberi fauore piæ causæ ex Card. Zabarel. *cons. 49. per totum maximè n. 3.* quem sequitur alter Cardinalis Thusc. *liter. A. concl. 66. num.* 351.

28

Ex his vnicum *Farinacij*, & sequacium effugium, quatenus hoc sub specioso immunitatis fauore scelestos tuetur (quod sæpiùs eos præcipites agit, maiora Ecclesiæ scandala non pensantes) cessare debet, nam præter illa, quæ in hac materia, similiquè argumētatione diximus supra *ad q. 5. vers. Item vt aliàs dixi n. 32.* responsum ex hac *Cardinales Zabarellæ* conclusione satis patet, ex qua huic quæstioni finis sit; cùm enim per nos tradita Apostolorum doctrinæ maximè conueniāt, de modernis priuatorum hominū interpretationibus curandū minimè videtur.

QVÆSTIO SEPTIMA.

EPITOME.

1 *Læsa Maiestatis crimen quoad priuationē immunitatis in homicidio Imperatoris, vel Regis consistit secundùm* Dianam.

2 *Euersores Regnorum fidelium, & Catholicorum, Imperij ipsius, occisores familiæ Regiæ, ac quoquomodo rebelles gaudent Ecclesiæ refugio secundùm* Dianam, *modò personam Regis non interimant.*

3 *Exterus indigena, vel quoquomodo nō subditus, si Imperatorem occidat, extrahi ab Ecclesijs eius dominij non poterit secundùm* Dianam.

4 *Subditi etiam, & vassalli scientes coniurationem aduersùs Principem, & non reuelantes gaudent Ecclesiæ refugio secundùm* Dianam.

5 *Pontificē Summū qui destituere, alio inducto, vellet, qui Regna Christianorū, Turcæ, vel Hereticis traderet, secundùm* Dianā *ab Ecclesia tuendus esset.*

6 *Sermo generalis aliqua tacitè excipere censendus est.*

7 *Personæ appellatione, non venit tantùm indiuidua, personalisque substantia, sed & personæ appendices, resquè continentur.*

8 *Personæ, vt sæpiùs pacto inseruntur, non vt personale pactum fiat, sed vt sciatur, cuius respectu factum sit.*

9 *Persona Principis ob dignitatem annexā, illa quoque amplectitur, sine quibus dignitas sustineri nequiret, nec Principis persona dici.*

10 *Ma-*

10 *Maiestatis substātia, quæ in Regno, ac iurisdictione cōsistit, sublata, & persona Principis offendi, sine maiestatis incursu possit.*
11 *Principis persona ob dignitatem multas personas comprehendit.*
12 *Cui res non conuenit, nec nomen conuenire certum est.*
13 *Fides Christiana Principes colēdos, Principatus incolumes seruandos omni studio subditis suis docet.*
14 *Votum speciale Christianorum est, Regna pacificè seruari, ac possideri.*
15 *Summus Pontifex, nullatenus credendus est Principes Catholicos, eorumque Regna alicui periculo subesse velle, quando Haeretici omnes in euersionem eorum scripto, & armis coniurauere.*
16 *Dominicana familia antiqui moris seruatrix, in qua priscus disciplina vigor adhuc manet.*
17 *Princeps, si à non subdito, Pontifex, si ab infideli occidatur, Ecclesiæ refugio certè homicidæ gaudebunt, secundum aliquos.*
18 *Læsæ Maiestatis crimen, nō nisi à subdito admitti, qui dicunt quomodo intelligēdi.*
19 *Principem tutè, ac impunè occidi posse ex multis Modernorum simul iunctis opinionibus colligitur.*
20 *Clericum minorum ordinum, qui in Dominum subalternum* reuolutionem inuit, Rolandus *defendit.*
21 *Subditus dicitur quisquis ratione delicti re ipsa loci Domino, ubi id admittit, se subijcit.*
22 *Dictio* quisquis, *omnes, qui quoquomodo subditi sint comprehendit.*
23 *Maiestatis crimen quoad punitionem à fœderatis, non subditis committi potest.*
24 *Forus rei sitæ in ciuilibus, forus delicti in criminalibus quuncunq; sunt foro potiores.*
25 *Sententia in nō subditum ex* Clement. Pastoralis de re iudicata *ex quibus capitibus nulla?*
26 *Citatio pro validitate debet esse in loco, quò tutus datur accessus.*
27 *Citatio in loco feudi, non semper valet.*
28 *Delinquens, licèt non subditus in loco delicti inuentus puniri poterit, vel remitti, si extra fuerit.*
29 *Regem Robertum Imperatori eo modo, quo reus maiestatis dici potuisset, non subfuisse, quo pacto intelligendum est?*
30 *Rex, si Pontifici iubsit, non per hoc supremus quoad cæteros non erit.*
31 *Ligius alicuius vassalius alteri subesse non potest.*
32 *Argumentum ex* Clementina Pastoralis de re iudicata, *non potest duci quoad homines diuersæ conditionis, quàm Regalis.*
33 *Verba legis cui non conueniunt, nec eius dispositio conuenit.*
34 *Rex omnibus legibus solutus, Deo soli tenetur obnoxius.*
35 *Subiectio Summo Pontifici, nihil derogat essentiæ Imperij, & quare?*
36 *Summus Pontifex, summus hominum est, decetque, vt idem nullis priuatis affectionibus subiaceat.*
37 *Lex territorij potentior lege Regia.*
38 *Crimen Maiestatis à quocunque subdi, cari potest, qui in loco reperiatur.*
39 *Pontifices semper cordi Principes, Principatusquè Christianos habuere, cùm & illis opus habeant.*
40 *Crimen læsæ Maiestatis, si in omissione consistat, immunitate an gaudeat?*
41 *Dictio in, an idem sit, quod* contra?
42 *Omissionis delictum in grauissimis, non excusandum.*
43 *Misericordia non est illa, quæ omnes in discrimen adducit.*

An rebellis, vel qui offendit statuas, vel imagines Principi dicatas, gaudeat immunitate? & de non subdito, vel non reuelante.

INhærent adeo verbis aliqui Scriptores, vt per expressionem personæ Principis, sublata capita omnia læsæ Maiestatis putent, vt qui in Regna, & cætera committunt, ab Ecclesia tueri debeant, dummodo personā, nempe corpus † solius Principis non lædant, ita Peregr. *de immun. c. 10. ex n. 8.* Farinac. n. 13. *cap.* 190. quos sequitur Diana, multos casus laconicè tamen, & cōcisè complectens *resolut. 7. tom. 1.* quos, & singulos persequ-

quemur. Licet ergo secundùm istos, occisoribus familiæ Regiæ, qui alium Regem, destituto vero; sibi constituunt, † euersa eius domo, ac successione, illoq; expoliato, atque è Regio solio deiecto, si à vero Rege prò delicti grauitate persequerentur, Ecclesias adire, ac in illis se tueri, fruique illarum immunitate eos, qui omnia cum templis ipsis sursum deorsum euertere conati sunt.

2

Dicit quoque Diana ex *Ambrosino de immunit. cap. 9. n. 6.* Megala 3. *part. lib. 4. c. 2. q. 5. n. 23.* Farinac. *c. 13 num. 191.* quòd si ipsa persona, & maiestas Principis ab eo, qui nec ratione originis, nec domicilij † subditus sit, lædatur, ex quo propriè hic læsæ Maiestatis crimen non committit, Ecclesiæ immunitate (etsi Pontificem, Imperatorem, Regemve interimat) gaudebit; sicuti esse potest, quoad Pontificem, si infidelis, Turca, vel alter Ethnicus, qui secundùm *Apostolum* foris sunt, & Pontifici non subsunt eum interficerent, ac statim extra Pontificis dictionem aufugeret: nam & isti secundùm Dianam alibi me increpato, Ecclesiæ immunitate gaudent, vt loco suo disputatum est.

3

Demum ex Peregrino *c. 10. num. 11.* contra Farinacium conscios perduellionis, ac proditionis † in Principem, neque reuelantes, hac immunitate gaudere docet, quoniam omissionis delictū est, in Bulla non comprehensum, quæ loquitur per dictionem *in*, quæ valet pro *contra*, & importat actionem in personā Principis, nō autem omissionem, quam subditus incurrit, licèt ex ea maximum Principi damnum sequeretur.

4

5 Ex quibus inferri posset, vt siquis † Canonicum Pontificem destituere vellet, tentaret, atque perficere inciperet, alio superinducto, si tamen personam eiusdem veri Pontificis nō tangeret, sed eum seruaret, tuendus ab Ecclesia esset, idē si quis Imperatorem, Reges Catholicum, & Christianissimū, aliosque maximos Reges, fideique columnas è statu deijcere tentaret, Inductis Turca immanissimo hoste, vel alio Lutheranæ, vel Caluinisticæ sectæ Principe; ac demū si omnem penè Christianam Rempublicam, omnia Regna, ac Christi fideles incolas extinguere, & cum illis templa, & sacra delere conaretur (si tamē personas Principum seruaret) tuendus ab Ecclesia esset, ex quo Bulla personam tantum Principis indicauit, hæc vero omnia extra illam sunt.

Ita sanè, quod abominer, si Scriptorū verbis (sicut ipsi Constitutionis) insisteremus, inferri posset, sed absit à me, vt dicam scriptorem vllum Christi fidelem cogitasse, tam infanda, ac ominosa euenire Christianæ Republicæ posse, cū illa scriberet, vel quòd ex suis hoc scriptis inferri posset; semper enim, vt ait Cōsultus in *l. si cui 9. D. de seruit.* † *quædam in sermone tacitè excipiuntur*, etsi locutio amplior, & vaga sit. Voluissēm (vt verū fatear) illos aliqua excepisse, ad vitandas huiusmodi consequētias, *sed præterita reuocari non possunt, futura prohibentur*, ideo mihi quoad potest, moderanda sunt, ac tali pacto interpretanda, vt absurda hæc omnino cessent. 6

Ac primò suppono personam in iure nostro, nō semper pro corpore materiali sumi, † & natura personali, ac indiuidua substantia, immo frequenter pro rebus ad personam pertinentibus; persona verò exprimitur, vt notū sit, cuius gratia dispositio processerit, vt elegāter diffinitum est in *l. iuris gentium 7. § Virū autem, D. de pactis*, ibi: *Plerūque enim*, † *vt Pedius ait, persona pacto inseritur, non vt personale pactum fiat, sed vt demonstraretur, cū quo factum est*, licèt ergo actiones in personā in oppositionem earum, quæ in rem sunt præstentur: attamen, quoties de persona quæritur, non vt distinguantur actiones ciuili hoc modo; sed vt quidquid ad personam attinet, vel in eā delinquitur, cōprehēdatur, toties ab indiuiduo illo simpliciter sumpto recedendū est, & ad personam pertinere dicitur quidquid illā tāgit, etiā respectu rerum, personarumve ei attinentium, vt eleganter describit 7 8

Vl-

Vlpianus in *l.* 1. §. *Omnemque iniuriam, D. de iniurijs*, inde ex persona vxoris filij, ac serui pati dicitur quis in se iniuriã, item persona ex rebus, ex dictis iuribus, offenditur *cap. ex literis* 29. *de offic. deleg.*

Secundò, Principis persona in hoc à
9 cæteris differt, † quòd respectu dignitatis, iam nõ rationalem, ac indiuiduam tantùm substantiam, prout homo quilibet præsefert, verùm etiam dignitatem, & sic accipitur eius persona, sicut & eius, qui in scæna aliquid repræsentat. Vnde *Cicero de lege Agraria*: *Vos mihi Prætori biennio ante Quirites hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vnà tuerer*, quò fit, vt hac appellatione omnia, quæ ad dignitatem conseruandam, & per quæ illa sustinetur, inclusa videantur; sine quibus licèt persona esset, non tamen Principis persona dici meritò posset, fitque per id ne putemus offensam solùm censeri debere personã Principis, cùm eius indiuiduum rangitur; atque huc pertinent, quæ *Tacitus* in morte Germanici 2. *Annalium* innuere vult, dum illum cum amicis loquentem, ita introducit. *Flebunt Germanicum etiam ignoti, vindicabitis vos, si me potius quàm fortunam meam fouebatis, &* 1. *hist.* ait Galbam ita Pisonem allocutum, *& iam ego, & tu simplicissimè inter nos hodie loquimur: cæteri libentius cum fortuna nostra, quàm nobiscũ*, Plinius quoque *in Panegyrico* post principiũ: *Agnoscit enim, sentitq; sibi, non Principi dici*, innuens Principis personã extra indiuiduum consistere, ac quid separatum constituere.

Tertiò, fortiùs, quia læsa Maiestas, vt supra dixisse meminimus, non datur, nisi eius, qui maiestatẽ habet; at si tollimus Imperium, Prouincias, ac statum, vt aiunt, auellimusquè à persona Regnum, alia suffecta, maiestatem consequenter præscindimus, qua præcisa, & persona
10 licitè lædi potest, vt illa quæ † maiestate destituta est, nec crimen huiusmodi incurreretur: efficiturque, vt quod vna via negatum est, altera concedi videatur, quod *Constitutioni* apertè repugnat; vt vitetur ergo hæc repugnantia, dicendum est, personam hic repræsentatiuè intelligendam, vt immunitate priuetur, qui dignitatem personæ annexam auellere quoquomodo conatur. Item & qui coniunctissimas Principum personas (quæve cum propria vnum reputantur) offendunt, vt in dict. cap. *ex literis* 29. *de offic. delegat.* vbi Pontifex propriam existimat offensam eam, quæ in Grandensem Patriarcham collata fuerat, quod & de offendentibus Principis Senatum dixerunt *Arcadius, & Honorius in l. quisquis* 5. *C. ad Iul. Maiestat.* addita ratione huic argumento satis congruente, ibi: *Nam ipsi pars corporis nostri sunt.* Persona
† enim Principis, vt dignitatem, ac esse 11
Principis sustinere valeat, omnibus his adminiculis eget, quibus sublatis ad fortunam, personamq; priuatã reducitur, sicut illismet alteri applicatis, priuatus statim Princeps efficitur, non sunt enim hæc appellationis nomina, sed substantiæ, hinc *Cicero ad Heren. lib.* 4. monet
nos, vt nomen † conueniat substantiæ, 12
& essentiæ per hæc verba: *Nominatio est prima, quæ nos admonet, vt cui rei nomen, aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa.* Ouid. benè *eleg.* 3. *de Tristib. lib.* 5. *Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abest.* Irridet hoc ex capite *Tacitus* Vitellium 2. *histor.* de quo ait: *Præmisisse in Vrbem, edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet, cùm de potestate nihil detraheret.* Idquè ipsum in caussa fuit, cur *Innocent.* 3. *in cap. petitio de iure iurando*, cùm defensionem rerum Ecclesiæ à iure iurando Regi præstito excepisset, vt illa aduersùs eum defendere liceret; hæc addidit verba. *Coercendo vos à machinatione duntaxat, per quam iustè Princeps deberet læsionem personæ, vel sui incurrere Principatus*: Nam ne in hæc committatur, lex diuina resistit, Principibus obedientiam præstandam præcipiens de qua Petrus *epist.* 1. Paulus *ad Romanos c.* 13. *& ad Tit. c.* 3. cæterique statim citãdi.

Demum pro constanti habeo ab initijs ipsius nascẽtis Ecclesiæ,ac quousque primatio charitatis feruore nostra religio viguit, semper magnam fuisse habi-
13 tam curam, † vt non solùm Principũ, ac Præpositorum personæ,sed Imperia, atque Prouinciæ,in quas dominarẽtur, salua essent,neque à Christianis quoquo modo publica pax etiam religionis prætextu,vel studio illam prouehendi,turbaretur,idque semper tradidit Ecclesia, id Pontifices rescripserunt, docuerunt *Patres*,id in *Concilijs* statutum fuit,vt patet ex *Apostol.ad Timoth*.1.*cap*.2.Constitut. Apostol. *Clem*.*lib*.4.*cap*.12.*& lib*.7.*cap*.17. Ignat.*in epist*.*ad Antioch*.& ad Smirnenses, Iustin.*in orat*.ad Anton. Pium,Iren. *lib*.5.*cap*.24.Orig.*lib*.9.*in epist.ad Roman*. Basil.Moral.*cap*.79.Gregor.Nazianz. *epist. ad Nazianzenos graui timore perculsos*,Ioan.Chrisostom.*homil. in Psalm*.148.*& ad cap*.13.*epist. ad Roman. homil*.23. Cyril. Alexand.*de recta ad Deum fide ad Imper.Theodos*. Ioan. Damasc.*orat*.2.*de imag*.Isidor.Pelus.*lib*.2. *epist*.216.Tertullian ad Scapulam *cap*.
14 2.*& Apolog.cap*.30.*&* 31. ibi: † *Vitam illis prolixam,imperium securum,domum tutam,exercitus fortes,senatum fidelem,populum probum,orbem quietum* Hieron.*ad cap*.3.*epist. ad* Titum, Augustin.*epist*.48.*&* 54.*& de ciuit.Dei lib*.5.*cap*.1. Ambros. *ad cap*.5.*Luca*, Grego.Mag.*lib*.1.*Regum cap*.10.*& lib*.4.*epist*.52.*lib*.7.*epist*.120. *Leo*.1.*epist*.82.Isidor.Hispalensis *de summo bono lib*.3.*capit*.49. Petrus Damian. *epist.ad Carolum, & epist. ad Henricum Regem*, Bernard. *epist*.170. *Concilium Tolet*. 4.*cap*.74.& in noua editione *capit*.75. *& conc*.12.*capit*.1.*conc*.6.*cap*.13. *Concil.Parisiens.lib*.2.*cap*.8.*Concil. Meldense cap*.15.ex quibus omnibus maxima erga Christianos Principes reuerentia,ac pàrendi amor, pacis ac augendi, seruandi eorum regalis status studium exuberat. Etenim omnes vnanimi consensione, maiestatem Regum,ac Principũ(quodque magis ad rem est quorumcumquè Imperium exercentium) extollunt, atque præstandam reuerentiam, tributa pendenda, vectigalia conferenda præscribũt, vtque eis omnes subditi præsto, atque ad omne opus parati esse deberent præcipiunt,vt quietam,& pacatam,iuxta *Apostoli* votum in Republica vitam gerant.

Quæ à propositionibus Farinacij, & aliorum præmissis satis,multumquè distant,dũ euertentes Respublicas, Regna tollentes,prodentes,destruentes, Ecclesiæ tutela iuuari dicuntur: quasi minimũ id sit,nec cum priuati cuiuslibet in publicis stratis spoliatione comparãdum, dum qui id committunt ab Ecclesia reijciuntur,qui Regna spoliant,admittuntur,vt fruantur.

Nec vnquam,his præcipuè periculosis Ecclesiæ temporibus, quando Luteri,ac Caluini,asseclæ,ac Ministri ex iniquissimis eorum pestilentiæ Cathedris oppositum clamant (Reges nempe interimendos,è solio destituendos,vti inimicos Crucis Christi persequẽdos,quòd què ex hoc obsequium Deo maximum præstetur) suaderi potero, mentem sacrosancti Pontificis fuisse † illam, quã 15
Farinacius,ac sequaces præsumũt:quòd nempe ab Ecclesia Christianorũ Principum destitutores,ac proditores admitti debeant, addita tantum Hebraica, ac Pharisaica expositione, ac exceptione *de seruanda Principis corporali persona*, immò putò,quòd statim ac is certior fiet, à sapientissimis maximè, † ac antiqui 16
moris seruatoribus Dominicanæ familiæ alumnis,qui librorum censuræ,sicut & morum student, omnia hæc corrigi, ac ad sanũ sensum explicari præcipiet. Neque à dictis recedo, quoniam ipse idem *Diana* alios Auctores cumulet *in* 4.*part.resolut*.103.nam cum nullam nouam rationem isti adducant,qua id mihi suadeant, in scriptis persisto, neque ex auctoritatibus recedo, sed rationibus ex D.Augustini *monito de ciuitate Dei; magis nempe attendendam esse rationem,sine auctoritate,quàm auctoritatem,sine ratione*.

Venio iam ad secundum,vbi nec indi-

di-

diuiduo personæ Principis, Farinacius, & sequaces parcunt; nam posse illum
17 absque læsæ Maiestatis incursu † à non subdito occidi, talemquè homicidam ad Ecclesiam confugientem tueri debere docent, declarantquè non subditum esse eum, qui nec originis, nec domicilij causa subsit, in quo etiam *Gambacurtam* cõsentientem habent *lib.5.cap.41.n.2.fol.558.in Lugdunensi*. Inde si Turca, si Sarracenus, si infidelis quipiã Principem non excluso Pontifice Summo, vt superiùs libauimus, interimaut, ab Ecclesia iuxta horum sententiam recipiendus erit. Nam & hi licèt extra Ecclesiã sint, secundùm eosdem quoad refugium de eius gremio esse existimantur. Idem ergo si aduena, si peregrinus, si exterus, scholaris etiam, qui domicilium nõ contraxit, vel alter huiusmodi Principem occiderit, firmandum esset. Aiunt, quia Rolandus *cons.4.num.5.lib.1.* rebellio-
18 nem † non nisi à subdito verè admitti dixit, sed proh Dei, & hominum fidem quot, quantique Auctores contrarium docent, vel id melius declarant? omnes penè. Ex vno ergo *Rolando* Principum Christianorum personæ in manifestum discrimen adduci debuerunt? Verùm enim verò si nouitiæ opiniones huiusmodi in vnam congerantur, apparebit
19 quoque, & opportunitatem † facilitatemquè ad hoc datam; quid enim Principibus magnus comitatus, quid militũ conspectus iuuabit, si particida tormento igneo vtatur, illudque è turri, vel etiam campanario Ecclesiæ, seu ab Ecclesia ipsa in Principem inde transeuntem eijciat, atque exoneret? nonne per hoc faciliter poterit Principi insidiari, ac eũ de medio tollere, Principatumquè euertere, Nam secundùm *Dianam*, & hic ratione loci non priuatur immunitate, quia homicidium non est in Ecclesia, sed extra; literæ autem sensus est, vt dictio illa (*IN*) locum circũscribat, Ecclesiæ adhærentia, ac appendices excludat; ita ipse contra omnes *resolut.9.hoc tomo*, quibus duabus doctrinis simul iũctis, itẽ altera, quòd homicidium ex insidijs non sit exceptum, quod & ipse tuetur, facilis Principis cuiuspiam occisio, immunitate hoc suadente, vel saltem auxiliante, ac animum instillante, sequetur, quod absit, vt quisquam recipiat.

Venio attamẽ ad *Rolandi* doctrinam, tam præter rem expensam, præmittoquè *Rolandum* in sua specie defendisse quendam Minorum Ordinum Clericum, † qui tempore, quo Marchio Mõ- 20
tis Ferrati decessit, vacante dominio tumultum Casalensis ciuitatis iniuit, præsupponendò, quòd à non subdito hoc crimen non admittatur, ex textu iuncta *Glossa in verbo non subfuit in Clement. Pastoralis de re iudicat.* & alijs Doctoribus indistinctè loquentibus, præcipuequè vtitur Boerio *de seditiosis col.18.vers. Præsuppono etiam sexto*, loquente dè forensi non reuelante proditionem ciuitatis. Agnouit tamen *Rolandus* difficultatem in cæteris forensibus; qui licet ratione originis, & domicilij non subessent, † 21
attamen ratione loci delicti, vti subditi tenebantur ex *auth. si qua in Prouincia, C. vbi de crimine agi oporteat*, ideo *num.34.* respondet, quòd licèt hoc verissimum sit, attamen debet punitio sequi per specialem iudicem Clerici; nam licèt locus faciat quem subditum, non tamen iudicem mutat.

Hoc supposito, quodquè quæstio nostra sit in laico occidente Principem in suo Regno, ibiquè reperto, ad vindictã; *Rolandum*, nec quempiam alium posse pro hac parte iuridicè allegari constanter affirmo, nam ius ciuile, quod in terris Imperij, & vbique, immo & in ipso Ecclesiæ statu inter laicos seruandum est, vt *in can. de capitulis, can. certum, can. vestram dist.11.* vbi de lædentibus maiestatem loquitur, non vtique subditos ab exteris, siue forẽses à ciuibus distinguit, sed omnem, qui in maiestatem cõmittit, complectitur, vt *in l.5.* ibi: *Quo tenetur is, & l. vlt.* ibi: *Nam quisque legis Iuliæ, D. ad l. Iul. Maiestat. l. quisquis 5. C. eod.* dicto enim hæc † generalis est, ac vniuersos 22
sine

sine vlla exceptione comprehendit ex
gloss. in l. si necessaria, §. Si annum, vers. His
verbis, D. de pign. & alijs, D. Barbos. *Dict.*
324. quòd si locutio vniuersalis est, Do
ctorum distinctio admittenda non erit,
immo potiùs generaliter accipienda ex
vulgatis ab eodem in *axiomate* 136.

Secundò id clarè deducitur ex elegã-
ti, apertissimoquè textu in *l. non dubito*
7. D. de cap. & postlim. reuers. quem (quia
omnem controuersiam dirimit, ac à ne-
mine horum adducitur) ex integro tran-
23 scribam. Ait ibi Proculus: † *Non dubito,*
quin fœderati, & liberi nobis externi sint, nõ
inter nos, atque eos postliminium esse; etenim
quid inter nos, atque eos postliminij opus est,
cum & illi apud nos & libertatem suam, &
dominium rerum suarum æquè, atque apud
se retineant, & eadem nobis apud eos contin-
gant? Liber autem populus est is, qui nullius
alterius populi potestati est subiectus, siue is
fœderatus est; item siue æquo fœdere in ami-
citiam venit, siue fœdere comprehensum est,
vt is populus alterius populi Maiestatem co-
miter conseruaret; hoc enim adijcitur, vt in-
telligatur, alterum populum superiorem esse,
non vt intelligatur, alterum liberum non esse;
& quemadmodum clientes nostros intelligimus
liberos esse, etiamsi neque auctoritate, neque
dignitate, neque iure omni nobis pares sunt;
sic eos, qui maiestatem nostram comiter conser-
uare debent, liberos esse intelligendum est. At
fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, &
in eos damnatos animaduertimus, hæc *Procu-*
lus.

Ex quo habemus, maiestatem quoque
in non subditos, & liberos, etiam datò
æquo fœdere retineri, posseque in eos
animaduerti; faciũt, quæ in hunc sensum
dicit Cicero *in oratione pro Cornelio Bal-*
bo, ac illa quoque, quæ ad hunc textum
adnotant Budæus, & Alciat. *lib. 1. parer-*
gon. cap. 14.

24 Iterum præmitto forum † rei sitæ in
ciuilibus, atque loci delicti in crimini-
bus quolibet foro etiam originis, & do-
micilij potentiorem esse, ex dicta *au-*
thent. si qua in Prouincia, C. vbi de crimine
agi oporteat, & in corpore *auth. de consult.*
& auth. de mandat. Principum, capit. postu-
lasti 14. de foro competent. cap. 2. de constit.
lib. 6. cap. 1. de rapt. capit. 1. de priuileg. lib.
6. Concil. Trident. de reformat. sess. 7. capit.
14. dictatquè expresse ipsa *Clement. Pa-*
storalis, vt ego antehac adnotaui *in C.*
Siculo ad leg. Petri nota 7. num. 9. & 10.
addo Donellum *comm. iur. ciuil. lib. 17. c.*
16. col. 2. Morlan. *in empor. part. 1. tit. 2.*
quæst. 20. num. 10. vers. Sed vera, Caued.
decis. 26. part. 1. Cald. *consil. 23. num. 5.*
aliosque permultos, per D. Barbos. *ap-*
pellat. 101. num. 4. & 5. vbi in id differre
iudicia ciuilia à criminalibus affirmat,
quòd scilicet si his in personã agatur, fo-
rus loci delicti potentior sit foro domi-
cilij: allegat Hieron. Buccat. *in differ. iu-*
dic. ciuil. & crimin. differen. 130. num. 16.
post medium.

Per hæc facilis redditur solutio ad do
ctrinã *Rolandi*, & cæterorum, si qui sunt,
qui moti sunt ex textu illius *Clementinæ*
Pastoralis. Nam in ea non deciditur pun-
ctus, de quo est controuersia, hoc pacto,
vt censent *Gambacurta*, atque cæteri Mo
rales Theologiæ scriptores, quòd nem-
pe crimen hoc per nõ subditum admitti
nõ possit, nec animaduerti, nisi in eum,
qui originis, vel domicilij ratione sub-
sit. Immo verò respectu fori loci delicti
oppositum determinatur, vt patebit cui-
cunque, qui decretalem illam attentè
considerauerit. Etenim cum in eius ini-
tio *Clemens* facti speciem narrauisset, *ex*
vers. Notorium quippe, ac indubitatum, vs-
que ad, *vers. Vt istud tanquam notissimum*
primam Imperialis † sententiæ nullita- 25
tem refert, citationis nempe ad locum,
ad quem haud tutus † erat accessus. At 26
ex dicto, *vers. Vt illud*, vsque ad, *vers. Nos*
quoque Regis, secundam recitat nullita-
tem citationis in loco continuæ, noto-
riæquè residentiæ non factæ. Indequè
subdit aliam, quòd ipse Pontifex Regis
ordinarius Iudex minimè pro eo citan-
do fuisset requisitus. Demum in *vers. De-*
nique licèt Rex, respõdet ad obiectionem
primam de citatione facta in loco feu-
di, non fuisse † nempe locum tali cita- 27
tio-

tioni,etiam feudali iure attento, quoad
pœnas in ſententia contentas. In termi-
nis verò, de quibus agitur,non tantum
potuiſſe contra Regem ferri ſententiam
minimè negat ; in quantum id fieri po-
tuiſſe manifeſtiſsimè affirmat,ibi: *Quòd*
ſi punitio criminis intra diſtrictum Imperia-
lem commiſsi ad Imperatorem forſan perti-
nuiſſe aſſeratur. Verum eſt quidem, ſi in eodem
diſtrictu fuiſſet inuentus delinquens; vel ad
ipſum de more remiſſus. Quibus verbis ni-
hil apertiùs dici poteſt, vt probemus id
de quo quærimus,de cætero, aduena fo-
renſi in maieſtatem committente,in lo
co tamen (licèt ſacro) reperto, vbi cri-
28 men admiſit, † vel altero ſub Principis
tamen eiuſdem ditione exiſtente,puniri
eum poſſe læſæ Maieſtatis pœnis. Nam
Pontifex Summus in hoc caſu ſenten-
tiam in hoc crimine benè probatã exi-
ſtimat, licèt illo in caſu diuerſum in fa-
cto accidiſſe affirmet, atque ob id ſta-
tim ex illis capitibus ſententiam nullam
fuiſſe dicat,nempe ex verſ. *Dici ne ergo*,
ad verſ. *Rurſus non eſt.* Quo loci alteram
in præmiſſorum auxilium rationem ſub
nectit,ex qua aduerſam opiniõnem fal-
sò tamen *Rolandus* fundari dicit, verba
textus hæc ſunt. *Rurſus nõ eſt ſilentio relin-*
quendum, quòd ipſe Rex noſter, & Eccleſiæ
Romanæ ratione Regni prædicti notoriè ſub-
ditus, homoque ligius,& vaſſallus, ac in eo-
dem Regno,non (vt præmittitur) in Imperio
certum continuum, & notorium ſuum habens
domicilium, ac originem inde trahens, Impe-
ratori eo modo non ſubfuit, quòd in eum cri-
men læſæ Maieſtatis commiſerit, hæc enim
locutio non id continet,quod poſt *Gloſ-*
ſam aliqui autumant,generaliter firman-
tes, non ſubditum maieſtatem lædere
non poſſe; ſed quòd Rex ille,qui abſolu
tus quoque , ac præexcelſus Princeps
erat,dum in territorio,& Prouincia Im
peratori nullo pacto ſubiecta aduersùs
eum arma mouerat, vel aliquid aduer-
29 sùs † eum, eiuſque Imperiũ attentarat,
nullatenus poterat dici taliter Impera-
tori ſubfuiſſe,vt in crimẽ Maieſtatis in-
cidiſſet: id enim important illa verba *eo*
modo, nempe in Rege conditiones requi-
ſitas ad crimen illud incurrendum de-
feciſſe: nã id Regibus agere contra alios
Reges,& Imperatorem iure quaſi gen-
tium in bello iuſto licet, vt per nos in *C.*
Politico ad ll. Petri nota 4. ex num. 21. nec
in hoc Rex ad paria cum quolibet pri-
uato iudicari poterat, nec poteſt; nam
quod dicit Summus Pontifex, Regem
fuiſſe hominem ligium Romanæ Eccle
ſiæ,id ad tacitam ſoluendam obiectio-
nem dictum fuit , quod nempe Rex li-
cèt eſſet, vaſſallus tamẽ erat,& ſuberat;
reſpondet enim *Clemens*, quòd licèt ita
eſſet, attamen etiam quà vaſſallus Im-
peratori tamen non ſuberat, immò quo
ad eum ſupremus quoque Princeps erat;
nec enim quia Eccleſiæ ſuberat, ideo
ad paria cum cæteris vaſſallis exiſtimari
debuerat, nam hoc † nihil ſupremo, ac 30
excelſo eius ſtatui derogat, vt ex dicto
textu in *l. non dubito*, rectè concludi po-
teſt, & per hoc ſubdit Pontifex Regem,
non tantùm ſuum notorium ſubditum,
verùm quoque ligium hominem eſſe,
quod idem erat, ac dicere, † quòd alte- 31
ri omnino ſubeſſe non poterat, vt ex di-
ctis per Aponte *conſ. 131. ex num. 81. lib.*
2. ac per me *nota 23. ad leges Federici num.*
17. in C. fol. 163. colligi poteſt præci-
puè,quia Rex Neapolitanus, & Siculus
acquiſita armorum iure Prouincia, Im-
perium iam non recognoſcit, vt perſpi-
cuè oſtendi in eodem *C. nota 53. ad leges*
Federici num. 2. fol. 77. Pontifici verò ſe
ipſum volens ſubdiderat, quod poterat
in ſui ſaltem præiudicium.

Elicere vero ex hac ſpeciali ad Regẽ
Siculum locutione generalem quoad
cæteros particulares nefarios, † ſcele- 32
ſtoſquè concluſionem, quòd ſi foren-
ſes, aduenæquè ſint, Principes occidere
poſsint, vel aliquid in eos nefarium ab-
ſque læſæ pœnarum Maieſtatis incurſu
moliri, quàm remotum , ac diuerſum à
Pontificis ſenſu appareat, nemo eſt, qui
non videat, cùm vt ex capitulo illo vni-
uerſalis concluſio eliciatur, neceſſe eſ-
ſet, omnes, qui tali crimine notãtur Re-
ges

ges esse, illisque qualitatibus, ac requisitis potiri, quibus *Robertus* fruebatur, cũ
33 ergo alijs verba legis non † conueniāt, non possunt legis dispositione vti, *l. quod constitutum est* 2 1. ibi: *Vt testamentum militiæ tempore factum, etiam intra annum post missionem valere quantum ad verba eius, ad eos duntaxat, qui mitti solent, id beneficium pertinere existimaunt*, D. *de milit. testament.* alia iura, & Authores citat Barbos. *axiomat.* 136 *num.* 8.

Accedit alterum, quo aduersariorum argumentatio omnino destruitur, nempe Summum Pontificem apertissimè, conceptis, repetitisquè verbis concedere, quòd si *Robertus*, alijque complices intra fines Imperij deliquissent, ibique fuissent reperti, vtique Imperator in eos sententiam in maiestatis causa proferre, exequique potuisset, idem licèt non reperti, attamen remissi à iudice eorum domicilij fuissent, vt ex verbis supra relatis, vers. *Quod si punitio*, omnino constat. Item ex pluribus subsequentibus clausulis, vbi id Pontifex sæpiùs suæ decisionis fundamentum inculcat, vt in versic. *Cùm & si illa fuissent*, & iterum, vers. *Cũ debitores*, ibi: *Extra Imperium, & in Regno constituti prædicto*, & demum epilogando nullitates expressas, per hæc verba: *Cùm nullam super præmissis potestatem haberet Imperator in Regem, sibi altàs, quam vt præfertur, non subditum, non citatum legitimè, aut renuissum, & extra districtum ipsius continuè, ac notoriè consistentem*, quibus dictis statim conclusit, sententiam nullam fuisse, quoniam his requisitis caruit, ibi: *Igitur, sicut memorata sententia iuris caret effectu, sic auctoritate, & nomine rei careat iudicatæ, &c. Sententiam, & processus omnes prædictos, &c. Declaramus fuisse, & esse omnino irritos, & inanes, &c.*

Iterum in tantum Summus Pontifex nullitatem sententiæ sua sententia declarat, in quantum ille Rex erat, ac sui com
34 pos, & legibus ipsis maiestatis, † sicut & cæteris solutus, qui, *quà* Rex ab alijs iudicari nõ poterat, vt optimè suo more aduertit D. Hieronymus *ad Psalm. Tibi soli peccaui*, quòd nempe *Dauid*, vt Rex loquebatur, *quia liberi sunt Reges à vinculis delictorum. Neque enim vllis ad pœnam vocantur legibus, tuti Imperij potestate, homini ergo non peccauit, cui non tenebatur obnoxius*, quod & *Isidorus Pelusiota* confirmat *Epistol.* 383. *in nouiter editis*, nos quoque in affinibus omninò terminis docueramus *in C. ad leg. Petri nota* 4. *ex num.* 21. *ad* 25. *fo.* 289. permultis summis viris in nostram sententiam adductis.

At in ea parte, quà *Clemens* Pontifex dixit, *Robertum* suum fuisse, eiusquè vassallum, occurrit, vt diximus, tacitæ Imperatoris assertioni, quòd nempe ille non absolutus, verusquè Rex erat, sed Imperij subditus, quasi nomen hoc non sit appellationis, sed substātiæ, ideo què impropriè talis erat. Respondet nã que illum non Imperio, sed Romanæ Ecclesiæ subesse, quod idem importat, ac dicere, tantam esse Summi Pontificis † ad omnes præeminentiā, quã Pon 35
tifex est, vt nihil Regis, immò, & Imperatoris substantiæ derogetur, neque supremæ eorum maiestati, ex quo Romano Præsuli subsint; cum quã Pontifex est, nulla ad eos comparatio detur, super ascendit enim omnem terminum humanæ potentiæ, cuius maximè in bellis inter Christianos Principes gerendis, vel vitandis maxima potestas elucet, de qua diximus dicta *nota* 4. *num.* 21. ex Sancto Thoma, Victoria, Bañez, & alijs. Veriùs propriusquè de eo dici potest illud Taciti 3. *annal.* *Nec † Dei munere Summũ* 36
Pontificem, etiam summum hominum esse, nec æmulatione, non odio, aut priuatis affectionibus obnoxium, ac Tertulliani aliud *à Deo secundum, & solo Deo minorem, ante omnes homines, & post Deum.*

Quoniam verò lex territorij † natu- 37
ræ lex est, primarij nempe iuris gētium, vt luculentissimis probaui testimonijs in *C. ad leges Martini nota* 66. *fol.* 606. cum auctoritatibus ex Niceno, alijsque Concilijs cumulatis *in tractat. de primis instantijs fol.* 81. 82. & 83. quæ perindè legi secundariæ, quã Reges instituti sunt domi-

minatur, ideo rectè Summus Pontifex illam exceptionem addere debuit, *nisi Rex in Imperij districtu, vbi deliquisset, reperiretur*. Haud dubium enim, quin in eum ex legibus territorij illius animaduerti potuisset. Quantò ergo magis in particularem quempiam, qui nulla personali exceptione se tueri posit?

Perperam ideo Decretalis illa (in qua neutiquam Pontifex ius nouum constituit, sed ex veteri nullitatem sententiæ declarauit) à Doctoribus ad hunc sensum trahitur, vt omnem non subditum, etiam in territorio comprehensum contineat, quodquè ius nouum in hoc constituat, licèt revera nullus præter *Gambacurtam, & Dianam* id firmauerit, nisi in quantum aduena extra Prouinciæ terminos reperiretur. vel quia iudici illius non subesset, vtputa Clericus, de quo nobis alibi disputatio erit, nempe *lib. 2. quæst. 2.*

Rectiùs putarunt alij, qui læsam Ma-
38 iestatem, † in quoscunque vindicari posse decreuerunt, modò id ex rei persona præcapta exequi posit, qui sunt Bart. *in extrauagan. qui sint rebelles, verbo, Rebellando num. 9. vers. Sed an contra hominem*, Bonifac. de Vitalin. *in dict. Clement. Pastoralis, §. Nos ex num. 65. ad 73*, Decian. *lib. 7. cap. 38. num. 7. tractat. criminal.* cum traditis dicta *quæst. 20.* infrà *lib. 2.* habet enim illi pro se textum expressum dictæ *Clementinæ*, qui cum apertissimè loquatur, parum curãdum est, quod ex *Glossa* sensum distorquente, nonnulli contrarium sustineant.

Non est ergo credendum Rom. Pon-
39 tificem, † cui Christiani Principes eorumque status maximè cordi sunt, quibusquè ad pacem Ecclesiæ tuendam, inimicosque repellendos maximopere indigent, vt ex Isidor. *de summo bono* concluditur in *cap. Principes sæculi 19. causa 23. quæst. 5.* Item ex Pelagio Papa in *c. non vos 41. & cap. seq. eadem causa, & quæstione*, eos in discrimẽ adducere, scelestis fauendo, voluisse, immo verò, quod maiestatem lædentes omnes, & quoscũque è templis excluserit, cùm iam expressa ex lege Maiestatem quoque à libero populo, vel homine lædi posse probauerimus ex dicta *l. nõ dubito*: maiorem etiam curam in Pontifice supponimus illam, qua Principum salutem tueatur, hoc enim sibi quoque interest; vt benè aiebat Arnolfus ad Alex. 3. P. M. *quasi quiuasdam complexibus dignitas Ecclesiastica, & regalis occurrit, cùm nec Reges salutem sine Ecclesia, nec Ecclesiæ pacem sine protectione Regia consequantur.* D. Augustinus *in cap. 35. quando vult, vers. Mirantur 23. quæst. 4.*

Pergunt ijdem auctores ad aliud, nam vt indigenæ Principibus insidiantes subditorum etiam auxilio, sine præstantium periculo vti posint, quærunt: an subditi scientes nefarias has proditiones ab alienigenis moliri, neque, vt tenentur, reuelantes, ac per hoc ad Ecclesias confugiẽtes earum immunitate gaudeant? asseruntque, gaudere, iam non ex eo quòd crimen Maiestatis † non sit, sed quia di 40
cunt, id in omittendo consistere, Pontificem verò de cõmissione, nõ de omissione, locutum, dum dixit *in personam Principis*, quod idem est, ac si contra personam dixisset: dico ergo, ne latior sim, nullibi in iure probari omissionis delicta, per quæ persona in periculum incidere posit, non dici admissa in personam, vel contra personam, immò verò Imperatores *in l. quisquis* toties citata conscios non reuelantes principalibus factiosis æquiparant, tam quoad eorum personas, quam quoad eorum filios, nã & isti in personam † delinquunt, dum 41
reuelando, ne quid ei deterius eueniat, prohibere possint, & non faciunt, idemque continetur in *can. si quis 6. quæst 1.* in Euangelio quoque cõtra esse dicitur, qui pro me esse negligit, Matth. *cap. 12.* ait enim Dominus, *qui non est mecum, contra me est*, multa vero in hũc sensum collegit, edixitque *Ioannes Octauus* in *capit. facientis distinct. 86.* quæ, ne paginam expleam, legenti videnda remitto, ex illis verò aduersariorum axioma apertè cõ-

nin-

An ministri laicis iurisdictionis possint in Ecclesia auferre à reo arma prohibita?

1 QVòd minimè possint, adducitur † Farinacius *hoc eodem tractat. cap.* 16. *num.* 148. vbi ait, quòd attento textu in *cap.* 1. *extra de immunitate Ecclesiarii,* & *cap.* 2. *eodem tit. lib.* 6. cùm prohibiti
2 sint seculares iudices, † quamlibet iurisdictionis speciem in Ecclesia exercere, nec arma auferre poterunt, hic enim actus iurisdictionis existimatur.

At Peregrinus *de immunitate Ecclesiarum, cap.* 13 *num.* 5. vtitur altera ratione, quòd sicut iudici laico interdicta est extractio rei ex Ecclesia, etiam in casibus
3 exceptis, † nisi Episcopus licentiam impartiatur, attenta Constitutione *Gregorij*, ita & ex eius mente, neque licebit, citra eiusdem licentiam, arma ei auferre; quoniam accessorium hoc iuxta principalis naturam est iudicandum, his assentitur *Diana resolut.* 8. innumeris auctoribus, grauissimisquè in oppositum stantibus, omnino spretis.

Nam ex antiquioribus docuerat, licere armis reos spoliare, vir omniū cōsensu doctrina insignis Couarru. *lib.* 2. *variarum cap.* 20. *num.* 12. accedit Villadieg. *in Politica cap.* 3. *num.* 214. Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *consi. cnic. num* 19. *de immunitat. Eccles.* Suarez *de religion. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. Ioan. de la Cruz *direct. conscient. part.* 1 *praecept.* 8. *quaest.* 3. *artic.* 1. *dub.* 1. Fagund. *de praecept. Eccles. pract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 55. Laurent. de Portellis *in dub. regular. verb. Eccles. immunitas num.* 15. citatur etiam Gambacurta *lib.* 4. *c.* 16. *num.* 11. sed nihil hoc loci asserit in *capit.* vero 17. aliquid dicit, sed non explicitè de hoc casu; est ergo locus in *cap.* 26. *num.* 11.

Pro quorum sententia militant & leges, & rationes, etenim id expressè statutum est in *l.* 3. §. *Arma, C. de his qui ad Eccles. confugiunt*, ibi: *Arma quoque in quouis telo, ferro,* † *vel specie eos, qui confugiunt*
4 *minimè intra Ecclesias habere praecipimus*, idque tam enixè seruari praecipitur, vt si moriturus confuga illis carere nolit, ab Ecclesia immissis (si res exegerit) armaris, abstrahi debeat, ac omnibus aduersis casibus subijci, quæ dispositio per Canones sublata non est, † cum Canones ex- 5
tractionem ad pœnam interdicant, non autem cætera; quinimo in cæteris iuri ciuili se conformare videntur in *capit. inter alia* 6. *de immunitate Eccles.* ibi: *Iuxta sacrorum statuta Canonum, & traditionis legum ciuilium*, nec diuersum in cæteris decretalibus, nec in praesenti *Bulla Gregorij* disponitur, vt dici possit ciuilis legis dispositionem correctam esse; scimus autem ei standum esse in hac materia, quoties Canones non contradicunt, vt post alios idem Peregrin. docet *de immunitate capit.* 12. *num.* 4. *vers. Et probatur fol.* 115. aliique per me *quaest.* 22. *num.* 22. Item, quia hoc immunitatis priuilegium † ab Imperatorum concessione primum 6
emanauit; quod quidem hac exceptione processit, ne confugae armis Ecclesiae pacem turbarent, neque honos diuinis debitus locis (ob quem immunitas processit) hac via minueretur, quæ causa cum Ecclesiæ fauorabilis sit, † eo ma- 7
gis amplectenda est; hoc enim ad aliquam iurisdictionem exercendam non fit; sed vt magis sacrorum reuerentia augeatur, cesset verò ibi profanus, & turbidus armorum vsus, † ne conqueri Do- 8
minus possit, orationis domum latronum speluncam effectam. Inde confugis in lege fiducia datur, *quòd religionis nomine meliùs, quàm armorum praesidio muniantur*, latè D. Barbos. *tom.* 2. *de vtiu. iur. Eccles. capit.* 1. *per totum principium*, vbi omnia de Ecclesiæ, & templi veneratione.

Quæ cùm apertissima sint, ac iuris regulis conformia, nullatenus per contraria argumenta tolluntur. Et primò non obstat *cap.* 2. *de immun. Eccles. lib.* 6. quoniā hic textus, si quis alter est inter Canones, magis nostrū assumptum † proba- 9
re videtur. Nā in eo Summus Pontifex,

quid in Ecclesijs geri,& quo pacto fideles in eis se gerere debeant, edoceat; incipit enim: *Decet domum Domini sanctitudo, vt cuius in pace factus est locus, eius cultus sit cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad Ecclesias humilis, & deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio*, & post aliqua: *Nullus in locis eisdem, in quibus cum pace, & quiete vota conuenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moueat, impetumque committat*, & in fine: *Cessent in Ecclesijs, earumque cœmeterijs negociationes, & praesipuè nundinarum, ac fori cuiuscunque tumultus, omnis in eis secularium iudiciorũ strepitus conquiescat, nullaque mihi causa per laicos, criminalis maximè agitetur; sint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena*: hucusque Summus Pontifex, ex quo primò adnotare licet, maximam inesse Pontifici curam, ne Ecclesiæ rumoribus, ac strepitibus ingredientium profanentur, earumque pax quoquomodo turbetur; quod ex armatorum ingressu, mora, ac residentia magis, magisque sequitur. Arma enim de directo pacifico statui opponuntur, vt per *Barbosam* præ citato loco. In hoc ergo conueniunt Decretalis præmissa, dictusque textus *in l. 3. §. Arma*, dũ vterque textus omnem rumoris, ac irreuerentiæ causam auertere contendunt. At seditiones, conclamationes, ac impetus ex armorum gestatione, & tractatione vel oriuntur, vel fouentur, *l. 1. C. vt arm. vsus lib. 11.* vbi Constantius. Const. Regni *intentionis nostræ*, latè Menoch. *cas. 394.* ego quoque in *C. ad leges Iacobi nota 66. num. 2. fol. 91.* nec alio post monitionem remedio sedantur, quàm vt maiori vi militum, satellitumque manu facinorosi compescantur, armisque exuantur: nec enim violentia, impetusve ille dici potest, qui armis etiam geritur ad seditionem comprimendam, impetumque sedandum.

10 † In omnibus enim, quæ eueniunt, origo, & quidnam causam dederit, spectandum est. Nam id, quod sequitur, dicitur consequens ad primum, atque in se necessitatem habet; hinc ait Consultus in *l. iniuriarum 13. §. Is qui, D. de iniurijs: Iuris executionem iniuriam non continere*, quia hæc euenit, vt iniuria repellatur, & iustitiæ punitiuæ satisfiat: nam & qui occasionem præstat, *damnũ dedisse videtur*, ait Consultus *in l. quemadmodum 19. §. fin. D. ad leg. Aquiliam*, & *Liuius Decad. 3. lib. 15. n. 25. causa & origo omnis furoris penes auctores est*, meliùs *D. Augustinus in c. 36. qui peccat. 23. quæst. 4. & capit. 38. Si Ecclesia ob id, & in cap. 18. cum homo 23. quæst. 5.* eleganter D. Chrisostomus *homil. 17. in Euangel Matth. Non solùm respiciamus ad opera, sed ad tempus, & ad causam, & ad voluntatem, personarum quoque differentiam*, non enim possumus ad veritatem aliter peruenire, iure nempe, an iniuria factum quid sit? immo inter priuatos iure gentium hoc prouenire, † *vt arma armis propulsentur*, dixit Liuius *lib. 42. historiarum*, ex Cassio Vlpianus *in l. 1. §. Crim. D. de vi, & vi armata, & in l. 3. §. Si quis autem eodem tit.* dicitur cum, qui cum armis venit, posse armis repelli, nomm verò est, iuregentium introducta nullo iure tolli posse. 11

At quod attinet ad posteriorem † Decretalis partem, quæ in Ecclesijs iudicia exerceri prohibet, esseque loca à cognitionibus laicorum aliena, id ad hanc quæstionem referri minimè potest: agitur enim ibi de prædicamento *vbi*, quatenus prohibet Pontifex Ecclesiam in forum, vel Prætorium, vbi iudicia exerceantur conuerti; neu autem prohibet eã iuris executionem, quæ necessariò in Ecclesia fieri debet, *ad l. factum 151. Non videtur D. de reg. iuris*, dum qui armis exuendi sunt, in Ecclesia inueniuntur, & in eo peccant; quòd ibi armati morentur. Id enim non est ius dicere in Ecclesia, sed consecutiuum actum exercere, ac executionem iuris præcisè necessariã, sine qua non, peragere ad *l. nam origo 8. D. quod vi, aut clam. l. vnic. in fine, C. de imp. lucrat. describ. lib. 10.* in executione contra exemptos loquitur, Boer. *decis. 146. n. 4.* cũ multis per Lasarte de Gabellis *c. 19. n. 84.* & per me in *C. ad leg. Iacobi* 12

nota

nota 75.*n*.5.*fol*.107.est enim concessæ actioni insitum, † vt media concessa
13 videantur, *vt Suarez* benè aduertit *ad Regem Angliæ lib*.3.*cap*.3.*num* 42. & post *D. Thom. & Aristotelem* probauimus in *patrocinio cap*.4.*num*.39.*in C.folio* 393. & infra latius *lib*.2.*quæst*.10.*vers.Iterum cum clerici*. Hinc communiter reum, qui necessariò per Ecclesiam ad supplicium trahendus est, non posse eius se refugio committere, sed omnino sententiã exequendam fortè *Doctores* docent, quorum dicta in fine *quæst*.30.*hoc libro* per me firmata sunt.

Ad rationem *Peregrini*, quòd hoc tanquam accessorium ad prohibitam rei extractionem *per Bullam* quoque vetitum censeatur, facilè respondetur, hæc inter se eximiè, totoquè vt aiunt cœlo differre. Extrahere enim, est Ecclesiæ venerationem violare: auferre autem arma, est, ne aliqua, & fortè maior irreuerentia, & violatio eueniat, auertere. Inde fit, nullo pacto accessorium ad extractionem dici posse, cùm sit separatum, & differentem † habeat rationem, vt
14 per Menoch.*cons*.18.*in fine, vers.Ita etiã non refragatur*, vbi eodem modo respondet Cardin. Thusc. *lit.A conclus*.76.*n*.36.*concl*.79.*num*.4. & alij per eos, reus enim in tantum non extrahitur, in quantum auferuntur ea, quæ immunitati contraria sunt, vt diximus. Pergit *Diana* reprobando *Gambacurtam* asserentem posse ministros seculares tollere res furtiuas è manu confugientiũ. ad quod probandum *Gambacurta* tantùm vsus est Couarru. dict. *cap*.20.*num*.15.*in fine*, dicit ergo cautè legendam hanc propositionem ex rationibus allatis à Peregrin. *loco citato*, & *cap*.12.*num*.8.

Ego verò puto in opposita opinione firmanda cautionem adhiberi potuisse; quandoquidem Christus Dominus è tẽplo vendentes, ac ementes eiecit, ac nummulariorum mensas euertit, licitum etiã iure naturæ emptionis contractum in Ecclesijs, ne gereretur, deuitans, *Matth*. 21.*vers*.13. per hoc autem, quòd fures ad recepranda eorum furta, eis vti impunè valerent, vel vt ratione loci difficiliùs domini rebus suis iterum potiri possint manifestiùs spelunca latronum efficitur: nam & earum sanctitas violatur, fures animantur, restitutio differtur, atque sæpesæpius aufertur, dominisque ingens ex mora damnum euenit, quod seculi Principes vitare † cupientes, non 15
tantùm rapta per furem, sed per fraudatorem, † fugitiuumquè debitorem etiã 16
à posse clericorum, vel ex Ecclesiæ capsis, per eiusdem Oeconomum auferri debere, ac iudici ordinario (vt creditoribus satisfaciat) proferri, statuerunt, ita *Leo* Imperator *in l. præsenti* 6.5. *Santè si intra fines, C. de his qui ad Eccles. confug*. optimè ad rem *D. Gregorius Papa*, in *c. hic qui in furtis* 14.*quæst*.6. *His*, inquit, *qui in furtis publicis inquinati sunt, à nobis non videantur iniustè defendi, ne opinionem malè agentium ex indiscreta defensionis ausu in nos vllo modo transferamus, sed quantum decet Ecclesiam admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis, succurrite, et alijs opem feratis, & opinionem Sanctæ Ecclesiæ non inquinetis*.

Item furti natura attenta, res apertior est, cùm dominum † rei furatæ 17
apud dominum sit, liceatquè ei illam quocunque ex loco obtinere possit, eruere; esset sanè dominum iure suo priuare, si ob loci sacri reuerentiam rem suam repetere prohiberetur, vel litem aliter instituere, sicut *Vlpianus* inquit in *l. serui* 17.*D. de furtis, neque enim* ait ipse, *qui potest in furem statuere, necesse habet aduersùs furem litigare*, humanius ergo est id ministrorum officio peragi: putarem tamen † semper Ecclesiæ quemcunque 18
Præpositum requirendum, vt ipse hoc præstet, quòd si renuat, occurri periculo posse, atque à laicis ministris res furatas exigi; moueor adhoc eodem, quo *Gambacurta*, argumento ex *Gregorij Bulla* ad aliud tamen elicito; quòd nempe per ipsam permittatur, reũ ipsum extrahi,

ac ordinarijs ministris (si Ecclesiæ Propositi renuant) confugam mancipare,
ac tradere; quòd si id in personæ extractione permittitur, magis & in furatæ rei
licitum erit; certum autem est, quòd vbi
parti aliquid tributiur, vt se vindicare, sine iudice possit, iudex si quid gerat
non censetur iurisdictionem exercere,
sed maius periculum vitare, ne priuatus
id agat, vt ex D. Augustino, & alijs fundabimus infra *lib. 2. quæst. 12. & quæst.*
13. ideoquè & non habenti iurisdictio-
19 nem † id permittitur, vt dicitur de incompetente, vt ob competentis defe-
ctum procedere possit, de quo nos in *C.
nota 24 ad l. Feder. vers. Item pro Regibus
fol.* 145. ex Criuello, & communiter
omnes fatentur de debitore à creditore
(absente iudice) retento, alijsque exemplis ad *l. 1. C. quando liceat vnicuique sine
iud. vindicare*, inde etiam fit, vt contra nocturnum furem, vnusquisque sit iudex, *l.
si in pignore, §. Furem, D. de furtis, l. furtum, D. ad l. Corn. de sicarijs*, ob defectum
nempe illius, qui iniuriam auertere possit.

Nec absterreor, quòd *Diana* huiusmo
di *Gambacurtæ* argumentum ad hoc propositum improbarit, putans insolentiæ
laicæ familiæ in locorum sacrorū irreuerentiam deferri non debere; nam in
illo casu timoris, quòd reus aufugiat, vel
quòd ab Ecclesiasticis dimittatur, item
quòd res furatæ occultentur, ac domino pereant, satius est fauere bono publico naturæ iure prouenienti animaduersionis flagitiorum, & priuati domini
commodo, quàm furi; eximiè ad rem,
cap. vt fama. 35. de sentent. excommun. vbi
per hoc laicis Clericorum captura permittitur. Talibus enim hominibus, ali-
20 quid largiri † species furti est, vt *Consultus*, ait in *l. si pignore 54. D. de furtis*; item
eorum receptatio cum furto, furtum
quoque est, *l. qui vas 48. §. Qui furem, D.
eodem. tol. 3. D. de receptor.* Nam licèt quoad pœnam personalem pro reo Ecclesia, ne ei infligatur, intercedat, quoad
rei restitutionem attinet, cùm non damnum, sed lucrum sit, id non agit, immò
actori læso fauet, cùm iure Canonum
attento delinquens impunitus recedere
non debeat, *capit. inter alia de immunitate
Eccles.* ibi: *Super hoc tamen, quòd iniquè fecit, est aliàs legitimè puniēdus*, ne Ecclesiæ,
vt verè Diuus Gregorius aduertit *dicto
cap. bis, qui* nota aliqua dissimulationis
impingatur; legitima verò, ac primitiua
punitio est, vt simplum, resque furata
restituatur; aliàs ex ingressu in Ecclesiā,
illam lucraretur, quod asserere ridiculum esset, vt sentire videtur Celsus in *l.
inficiendo 67. §. Infans, D. eodem*, ibi: *Et
quid tam ridiculum est, quàm meliorem furis conditionem esse, propter continuationem
furti existimare?* Iterum Canones expres-
sime præcipiunt, † reum in quocunque 21
euentu parti læsæ satisfacere debere, vt
in Canone *id constituimus 17. quæst. 4.*
alijsque in locis per me *quæst. 12 per totam*, adductis; potior autem satisfactio
est furti restitutio.

Nam considerata loci sacri reuerentia, licèt immunitatis potissima causa
existimetur, non tamen tanti à Summis
Pontificibus fit, vt velint Ecclesias omnino iniquorum omnium confugium
esse, nec quòd Ecclesiæ ministri dissimulatione, vel conniuentia, iustitiæ finem, ac effectum penitus frustrare possint, vt sæpius repetitum est, & hanc
opinionem tenuit Couarru. *lib. 2. variarum cap. 20. num. 15. in fine*, qui mihi
pro multis est, & cum licentia Episcopi permittit Peregrinus *de immunitate
capit. 12. num. 8. vers. Aduerte*, secutus † 22
Couarru. & Farinac. *quæst. 28. num. 58.*
cum maximè Canones in hoc leges nō
tantùm correxerint, verùm quoque id
ipsum, quod leges statuerant, seruare
præceperint, vt patet ex relatis Decretalibus, præcipuè ex D. Gregorio in *dict.
capit. his, qui in furtis*, & post hæc scripta
relatiuè ad me D. Barbos. *de immun. iure
Eccles. tom. 2. cap. 3. num. 55. fol. 22. in postrema impressione.*

QVÆ-

QVÆSTIO NONA.

EPITOME.

1 *Homicidium in Ecclesia cœptum, perfectū verò extra Ecclesiam, an gaudeat immunitate?*

2 .... *an in Ecclesia commissum fuerit? spectatur actio occidentis, non occisi.*

3 *Ecclesia summè contemnitur, vbi quis ex ea inimicum foris existentem iaculatur.*

4 *Templa ad preces fundendas, non debent in occasionem iniuriæ infligendæ conuerti.*

5 *Drusus Anniam Rufillam ex templo probra in transeuntes iacientē protrahi iussit.*

6 *Homicidium ex Ecclesia foris commissum, proditorium est, specie amici loci commissum.*

7 *Templa pacis loca, securitatis Asyla, fidelitatis confugia.*

8 *Ab Ecclesijs proiecta iacula etiam Principes viros incautos perimere possunt.*

9 *De Ecclesiæ confugio malè sentiunt, qui eo ad malefaciendum abutuntur.*

10 *Confuga ob hoc apud Siculos exclusus, quòd ex Ecclesia hominem iaculauerit.*

11 *Bullæ Pontificum easdem cum iure communi interpretationes patiuntur.*

12 *Iure communi vulnerans ex Ecclesia immunitate excluditur.*

An existens in Ecclesia, vel in aliquo Monasterio, qui ex fenestra pilam tormentariam iecit in alium extra Ecclesiam existentem, & illum occidit, gaudeat immunitate?

PRæsens quæstio eiusdem farinæ est; † putat enim Bonacina de legibus,
1 nullam grauitatem accedere delicto, vbi quis Ecclesia, locoue sacro ad maleficia perpetranda vtitur, si tamen illa extra Ecclesiam perficiat; locus Bonacinæ *est in tractat. de legib. disputat. 3. quæst. 7. §. 4. num. 8.* huiusmodi homicidam insidiosum, ac amplo sensu proditorem, qui ex loco sacto transeuntem incautum, sub spe etiam securitatis, quæ ex eo loco sperari debet, igneo tormēto interimit, eiusdem refugio gaudere. Nam, inquit, *Gregorij Constitutio* homicidia in Ecclesia excepit, hoc autem licèt ex ea ortum habeat, effectum tamen extra Ecclesiam, perfectionemque recipit, huic refert & sequitur *P. Diana resolut. 9.*

Sufficit autem Bonacinæ propria, vt à reliquorum omnium opinione discedat; in oppositum enim sunt omnes illi, ob quorum alterum, frequentissimè à communi recedit, *Farinacius* maximè, qui fimbrias in his mirificè dilatauit. At *P. Diana* pro nostra sententia citat Gambacurtam *lib. 5. c. 24. n. 2.* Villad. *in Polit. c. 3. n. 106.* Ioan. Heu. *in Curia Philip. p. 3. §. 12. n. 22.* Graff. *tom. 1. lib. 3. consil. vnic. num. 10. de immunitat. Eccles.* P. Megala *part. 3. lib. 4. c. 2. quæst. 1. num. 12.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib. 2. can. 15. quæst. 16. num. 23.* Farinac. *de immunit. cap. 16. num. 223.* Portell. *in dub. regul. vers. Ecclesiæ immunit. num. 15.* Ambrosin. *de immunitat. Eccles. capit. 15. num. 8.* Præter hos etiam ex antiquis id ipsum ad iuris communis terminos disputantes citantur Panormitan. *in cap. immunitatem de immunitat. Eccles.* Angel. *in Summa, verbo, Immunitas, §. 23.* Syluest. *eodem verbo 3. num. 8.* prædoctus Nauarrus *in Manual. cap. 25. num. 21.* Suarez *de relig. tom. 1. tractat. 2. cap. 11. lib. 3.* qui omnes arguunt ad partes, & contraria recepto more refellunt.

Sunt autem pro hac posteriori sententia, vltra præmissos Auctores infrascripta argumenta. *Primò*, quia dum *Constitutio* excepit homicidium in Ecclesia commissum, principaliter ad homicidā,
† (qui immunitate excludendus est) nō 2
ad occisum (an in Ecclesia interemptus fuerit) respexit; ille enim quod ad se pertinuit ad rationem delicti, illud in Ecclesia perfecit. Inde verè, & propriè dici potest, quòd homicidium in Ecclesia commisit, qui illud in ea quod ad se attinet, incepit, ac expleuit, nam committere homicidium, & illud incipere: incipere autem, & perficere idem est, vt ex Suetonio, Salustio, Virgilio, Gellio, probat *Calepinus, verbo, Committo*, & dum

 ver-

verba referuntur ad committentes, eorum spectanda est actio, an in Ecclesia fuerit?

Secundò, quia maior malitia in hoc delicto, quàm in homicidio in Ecclesia perfecto, etiam in ordine ad patientem, & offensum interuenit; quoniam vltra irreuerentiam maior proditio, grauio-
3 res insidiæ, maximus † Ecclesiæ contẽptus accedit; abutitur enim re sacra ad malum faciliùs (ac certa sibi impunitatè proposita) perpetrandum, quæ in posteriori casu cessant. nã interimens quis dum est in Ecclesia aliquem ibi existentem, vel casu hoc facit, & excusandus est, vel consultò ob immanem rabiem, ac maximum proximi odium; & is loco sacro ad malum, quia alibi erat facturus, non vtitur; item inimicus aliquomodo præcauere potest, vel saltem defensionẽ arripere, sed vbi ex Ecclesia quis iaculum, sagittam, igneumve tormẽtum proijcit, securitate loci confisus id agit; patiens verò exinde mortem recipit, vn-
4 de id timere nõ poterat. Templa enim † ad preces fundendas, ac inde medelam malis animæ petendam, consequendamque constituta sunt, vt ait Summus Pontifex in *cap. 2. de immunit. Eccles. lib. 6.* ibi: *Ne vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi*, benè in *c. in audientia 25. de sentent. excommunic.* inde Tacitus, licèt Ethnicus *annal. 3.* improbans morem fænendi confugis, qui locis sacris, religiosisve abutebantur, ait. *Principes quidẽ instar Deorum esse, sed nec à Dijs, nisi iustas supplicum preces audiri, neque quẽquam in Capitolium, aliave Vrbis templa perfugere, vt eo subsidio ad flagitia vtatur, refert*
5 *què Druso* mandante † *Anniam* quandam *Rufillam*, ita templis abusam, quòd ex illis iniurias, & probra in transeuntes iaceret, inde abstractam, ac ad carceres perductam; faciunt peroptimè rationes *Iustiniani* in *auth. vt liceat matri, & auiæ nouell. 117. cap. 15.* omnino relegendæ indecorum verò esset religioni nostræ integritate ab Ethnicis vinci.

Tertiò, quia delictum hoc propriè, ac verè proditorium est † sub specie amici loci commissum: nam non tantum in 6
cautus quis præteriens interimitur, sed ex hoc tutus, quod ex amico sibi loco iniuriam præter expectationem accipit, tale enim templum est, † pacis nempe 7
domus, securitatis Asylum, fidelium confugium, tutissima statio, pacata omnium mansio, ac perinde qui sub eius scuto inimicum etiam offendit, proditor dicendus est, & secundùm vtramque opinionem à sacrorum tutela repellendus, iuxta ea, quæ supra *quæst. 5.* disputata sunt.

Quartò, ob pessimas (quæ ex hac sperata immunitate oriuntur) consequentias; possunt enim, vt consideratum est supra *quæst. 7. vers. Venio iam ad secundum*, hac credita impunitate nefarij quique † 8
ad Principes viros facilè perimendos abuti, in nihilo eis comitatu, ac armatis, proficientibus; quod omnino vitandũm est, nec Ecclesiarum venerabilis religio tantum arrogantiæ sceleftis præstare debet, vt tam grande scelus, postquam impunitatem didicerint, audeant.

Quintò, quoniam nefarij huiusmodi † malè videntur de Ecclesiæ immunitate, ac religiositate sentire, dum apud eos 9
vti profana habetur, iuxta illud *Apostoli ad Corinth. 1. c. 11.* in re minoris scandali prolatũ: *Numquid domos non habetis, ad mãducandum, & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* putantque, posse eius confugio vti ad flagitia, impietatesque committendas, vt tangit Couarru. *dict. lib. 2. cap. 20. num. 15.* idque cum maximè vitandum sit, videtur ex hac assertione (vt falsa hæc credulitas inducatur) aditus præstari.

Præcipuè dum Summi Põtifices expressis rationibus id ex animis omnium eradicare pijssimè conati sunt: nam præter rationem præmissam in dicto *cap. 2.* idem apertiùs *in c. cum Ecclesias*, & ad rem magis in *c. fin. de immunit. Eccles.* declaratur, ibi: *Quæ nisi per Ecclesiã, ad quam fugerint, crederent, se defendi, nullatenus fuerant com-*

commissuri, & statim *mandamus*, inquit,
*quatenus publicè nuncietis, tales non debere
gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt
se indignos*. Vult ergo Summus Pontifex
palam hoc omnibus fieri, & in vulgus
proferri, ne falsò sibi persuadeant Eccle
sijs ad flagitia abuti posse, quod hi Scri-
ptores adeo nõ præstant, vt suis scriptis
nitorem Ecclesiæ decolorent, vt ad pro
positum *S. Bonauentura* docebat *in 4. di-
stinct.* 19. dum illam contra se pugnanti-
bus præstò esse docent.

Meritò ergo eium apud Leontinos
10 multis † abhinc annis casus hic euenis-
set tempore, quo Comes Castrensis, de
mum Lemensis sapientissimus, ac Reli-
giosissimus Princeps Siculum Regnum
pro Rege moderabatur, ob homicidiũ
in personam Marcelli Beneuentano Ba
ronis Boschi patratum; postquam Syra-
cusanus Episcopus interfectorem im-
munitate Ecclesiæ non gaudere, decla-
rauit, homicida capite mulctatus fuit.

Contrariæ autem Bonacinæ rationi
ex nostris argumentis, præcipuè ex pri-
mo, patet responsum; addo tantùm *Gre-
gorianam Bullam*, vbi recepta sit, ex com-
11 muni † iure semper interpretandam, vbi
apertissimè illud non corrigat, ex pluri-
bus quæ tradidimus in priori *quæstione
num.* 14. 15. *cum plurib. sequentibus*, in hac
autem exceptione cùm eisdem verbis,
quibus ius commune, *Gregorius* Summ.
Pontif. vsus sit, eandem intelligentiam
recipere certum erit, vt ibi dixi *num.* 37.
At communiter Canonistæ, ac Summi-
12 stæ id tenuerunt † ad *cap. fin. de immunit.
Eccles.* sicut prædiximus, ergò id quoque
ad hos Constitutionis terminos dicen-
dum videtur, nec plus nonnullorum re-
centiorum sensibus, ac interpretationi-
bus defetendum, quàm vetustis ad ius
commune interpretibus, qui Canonum
rationibus (remota etiam litera, vel cess-
sante) diuersos casus à delictorum odio,
excluserunt, & in hac specie multos ad-
ducit, & me quoque D. Barbos. *tom. 2.
de vniu. iure Eccles. cap.* 3. *num.* 111. vbi
reprobat contrarios.

QVÆSTIO DECIMA.

EPITOME.

1 *Mandans homicidium in Ecclesia committi, an immunitate priuetur?*

2 *Minor in delictis non restituitur, nec vllo fauore iuuatur.*

3 *Vtilitas communis, quæ in delictorum punitione consistit, fauore prosequenda est, non particularium delinquentium.*

4 *Mandans omnino pro homicida habetur, etiam quoad pœnam ordinariam.*

5 *Actus tribuitur mandanti, & non exequenti.*

6 *Origo, malique auctor in pœnis incurrendis spectandus est.*

7 *Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur.*

8 *Mandans tenetur in vtroque foro de occiso, & in foro interiori de percussore.*

9 *Pontifices ciuilibus modis locuti intelliguntur in legibus condendis.*

10 *Homicida propriè dicitur, cuius consilio, & ope homicidium factum est.*

11 *Iudæi non crucifixerunt proprijs manibus Dominum, & tamen magis peccarunt, quàm Ethnici executores.*

12 *Verè homicida dicitur mandans.*

13 *Pœna debet habere æqualitatem ad culpam.*

14 *Peccata ignorantiæ habent latentem culpam, vbi non latet pœna.*

15 *Pœna vbi excusatur, id fit deficiente culpa.*

An existens in Ecclesia mandans homicidium extra illam committi, vel existens extra Ecclesiam mandans homicidium intra illam cõmitti, gaudeat hac immunitate?

ALteram *P. Diana* quæstionem ag-
greditur de mandantibus, an ad
instar mandatariorũ † immunitate Ec- 1
clesiæ priuentur? in qua Gambacutta
lib. 5. *cap.* 25. refert doctrinam Bartol.
in l. sicut proponitur, D. de fideiuss. & alte-
ram

ram eiusdem in *l. non solum*, §. *Si mandato, D. de iniurijs*, quem ad rem sequuntur Panormit. *in cap. immunitas de immunitat. Eccles.* Ioan. de Vvisch. *hoc tit.* Syluest. *verbo, Immunitas, quæst.* 25. Nauar. *in Manuali cap.* 25. *num.* 21. & in ambobus casibus post latas, & magistrales distinctiones, putat in atrocioribus, sicuti est homicidium, siue ratione executionis, siue ratione mandati, mandantem immunitate carere, citat in hoc ipsum, Heuiam *in Curia Philip. part.* 3. §. 12. *num.* 23. Suarez *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 16. *n.* 23. Portell. *in dub. regul. verbo, Ecclesiæ immunitas, num.* 15. & in vno ex duobus, Peregrin. *de immunit. cap.* 6. *num.* 36.

At nouissimi Scribentes occasione *Bullæ Gregorianæ* arrepta, omnia recepta iam placita inuertentes, cōtrarium post illam verius esse aiunt, Megala nempe *part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. *quæst.* 1. *num.* 13. Farinac. *de immunit. cap.* 16. *num.* 231. Bonacina *de legib. disputat.* 3. *quæst.* 7. §. 4. *n.* 11. relati à Diana *resolut.* 10. qui horum sententiam tenendam esse ex vnica ratione affirmat, quòd cùm *Bulla* loquatur de occidente, & mandans non dicatur verè, & propriè occisor, dispositio Bullæ ad eū in materia pœnali, & odiosa cōtra Ecclesiasticam immunitatem, & libertatem delinquentium, quæ sunt fauore prosequenda, extendenda non sunt. At salua tantorum virorum religione, & reuerentia, rationes hæ, atque argumenta parum ponderis habent: nam antiquiores Canonistæ regulas hasce fauoris, & odij non ignorarunt, & tamen oppositam sentētiam iisdem Canonum verbis attentis, firmarunt. Nemo autem dicet, *Bullam Gregorij* magis ad vnguem, quàm sacratissimum ius Canonicum in omnem Orbem Christianorum euulgatum, ac receptum, amplectendam esse. Illud autē de facinorosis fauore prosequendis, dum dicitur, dispositionem contra eorum libertatē extendēdam nō esse, videtur mihi regulis iuris vsq, huc receptis mirè pugnare. Etenim iura delinquentibus maximè aduersantur, nec ipsis ætate minoribus aliquid fauoris indulgent, in his delictis, quorum grauitas ad publicum exemplum animaduersionem desiderat, huic enim causæ primariò fauent, vt percipimus *ex l. auxilium* 37. *D. de minor. In delictis*, ait Consultus, *minor* 25. *annis*, † *non meretur in integrum restitutionem, vtique in atrocioribus*, & statim in fine, *non fit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit*, accedit quoque, *cap.* 1. *de delictis puerorum*, & generaliter fauorabilem, † & vtilem esse causam, quæ pro punitione delictorum vertitur, dixit Iulianus in *l. ita vulneratus* 51. §. *Quod si quis absurdè, D. ad l. Aquiliam*, vbi cùm videretur absurdum, plures de vno delicto æquè puniri, quod vnus tantùm fecerit, respōdet, *longè absurdius esse, neutrum teneri*, addita ratione, *quia impunita maleficia esse non oporteat, quòdque multa in iure ciuili ad hunc finem contra rationem disputandi constituta sunt, ac pro communi vtilitate recepta*, accedit apertissimus textus *in cap. vt famæ* 31. *verf. Respondemus de sentent. excommunic.* ibi: *Publicæ vtilitatis interfit, ne crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores, l. si à reo* 70. §. *fin. ff. de fideiuss.* ibi: *Nam pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet*, multa cumulaht Villagut. *de extens. legum tit. de extens. quoad ordin. pœn. num.* 23. & Solorzanus *de Iure Indiar. lib.* 2. *cap.* 15. *ex num.* 55. 2 3

Pro opinione ergo antiquorum, nulla sunt iuridica fundamenta, quæ immunitatem mandātibus non deberi, suadent primò; quia mandantes homicidiū † perpetrari pro homicidis omnino habentur, vt in *l. vtrum* 6. *D. ad leg. Pomp. de Parricidijs, l. non solum* 11. §. *Si mandato meo, D. de iniur. l. non ideo minus* 5. *C. de accusat.* & vtrobiquè omnes Scribentes, præcipuè Cin. Bart. Bald. Salic. Clarus, qui de communi obseruantia testantur, *quæst* 89. Hieron. de Laur. *decis.* 114. *n.* 6. *post verf. Prima numquid*, Caballus latis- 4

tissimè *centur.* 3. *casu* 241. hi loquuntur quoad pœnam ordinariam, quam nos quoque sæpius infligi vidimus, & inflixiumus præcipuè in mandante *media pecunia* ad terminos, *cap. pro humani de homicidio lib.* 6. vbi tam in Ecclesiasticos, quàm in seculares eadem pœna mandantibus, quæ manda tarijs imponitur, vel morte non secuta.

Quod enunciatum suas euidẽ tissimas rationes habet. Prior, quia actus tribui-
5 tur † mandanti, & non exequenti, *l. item eorum* 6. §. *Decuriones, D. quod cuiusque vniuersit. nom. l. vnum ex familia* 67. §. 1. *D. de leg.* 2. *l. omnia, C. de veter. iur. enucl. c. super literis, & cap. cum aliquibus de rescript.* magis ad rem in dict. *cap. vt famæ tuæ* 31. *in fine, vers. Cùm hoc non ipsi de sentent. excommunicat.* Secunda, quia cuiuscunque ne-
6 gotij † principium attenditur, & quisnam fuerit mali auctor, *l. nam origo* 8. *D. quod vi, aut clam, l. si procuratorem* 8. *D. mandati, l. vnic. C. de imp. lucrat. descript. lib.* 10. cum alijs similibus *supra quæst.* 8. *num.* 1.

Secundò principaliter, quia ex lege Christiana agentes, & consentientes †
7 pari pœna puniuntur, vt ex *Apostolo* habemus in *epist. ad Romanos capit.* 1. in postremis verbis, *Quoniam*, inquit, *qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, quòd esse axioma Catholicum dixit Sũmus Pontifex in *cap. quantæ* 47. *de sent. excommun.* eos pro fautoribus facinorũ interpretando, *qui manifestis delictis desinunt obuiare*, expressiùs *in c.* 5. *omnes* 17. *quæst.* 4. quòd si ex consensu, vel nõ prohibitione eadem pœna incurritur, quantò maior esse debet contra impellẽtes, & mandantes, qui & de occiso tenẽtur,
8 & de percussore, † quem ad tam scelestum facinus immisere, alterius consciẽtiam, ad tertij perniciem prægrauantes, vnius corpus, alterius animam deperdendo?

Tertiò, quia Summi Pontifices, tam in dicto *cap. fin.* quàm *in Bulla* ciuilibus
9 † modis loqui censendi sunt, secundùm quos homicidia illi quoque committere dicuntur, qui per alios illa perficiunt, item & qui ad talia homines hortantur. Optimè ad rem *Augustinus* relatus in *capit. perniciosè* 23. *de pœnitent. distinct.* 1. *Perniciosè, inquit, accipitur, qui existimãt, eos tantùm homicidas esse, qui manibus homines occidunt, † & non potiùs eos, per quo-* 10
rum consilium, fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudæi nequaquam proprijs manibus Christum occiderunt, sicut scriptum est, nobis non licet occidere quẽquam, sed tamen illis mors Domini † impu- 11
tatur, quia ipsi lingua eum interfecerunt, dicentes: crucifige, crucifige eum, & statim *qui ergo hominem tradit, ille interficit eum, Domino dicente: maius peccatum habet, qui me tradidit tibi.* At quòd verè † mandans 12
dicatur occidere, contra prædictos, considero textum expressum *in cap. mulieres* 6. §. *Ille verò de sentent. excommunicat.* ibi: *Cùm is committat verè, cuius auctoritate, vel mandato delictum committi probatur.* Itẽ *cap. si quis* 23. *quæst.* 8.

Ad rationes contrariorum patet responsum ex præmissis, maximè ex *D. Augustini*, ac Pontificis auctoritate, qua probatur, homicidam magis propriè esse hortantem, & mandantem, quàm exequentem, immeritò ergo dicitur hanc esse extensionem, atque ideo in materia odiosa vitandam; nam neque extensio est, neque secundùm diuina, canonicaque iura odium reputatur, nefarios condigna pœna puniri, atque immunitate priuari, vt probaui ex duobus Canonibus in præcedenti quæstione *in* 2. *argumento, vers. Templa enim ad preces fundatas num.* 4.

Vnum quoque non dissimulandum putaui, dictum nempe Auilæ *de censuris part.* 2. *cap.* 5. *disputat.* 3. *dub.* 2. asserentis, axioma illud: *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur*, procedere quoad culpam, non verò quoad pœnam: nam licèt nos ad nostram opinionem hoc axiomate nequaquam vtamur, vt ex præmissis patet; attamen respondemus, hoc enunciatum in his, quæ scienter admit-

mittuntur, diuino, humanoquè iuri aduersari, quibus secundùm iustitiam pu-
13 nitiuam † pœnæ debent correspondere, & habere mensuram, & æqualitatem ad culpam, quicquid sit, vbi in actu plus fuerit ignorantiæ, quàm malitiæ, vt ex *Augustino 1. retract. cap. 9.* didicimus; ipse enim postquam asseruit, *omnem pœnam, quæ iusta sit, peccati pœnam esse*, loquendo de pœnis, quæ à Deo irro-
14 gantur, excipit ignoranter admissa, † *in quibus latet culpa, vbi non latet pœna.* Hinc in *Deuteronomio cap. 25. pro mensura peccati erit & plagarum modus.* Iure autem humano idem esse probauimus in *C. ad l. Martini nota 50 fol. 553.* ex textu in *lege sancimus, C. de pœnis.* Platonis autem verba ad hanc rem citaui in eodem *C. ad leg. Federici nota 72. folio 209.* firmantis in Cratilo, *nec Deum, nec hominum quemquam hoc dicere ausum, iniustè agenti non luendam pœnã*, immò & Poetæ laxioris censuræ viri id non inficiarunt.

Cur non
Ponderibus, modulisque suis ratio vtitur, ac res,
Vt quaquè est, ita supplicijs delicta coercet?

Ac iterum idem Horatius.

Adsit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Videant ergo, quo pactò velint homines, doctiquè videri ij, qui culpam à pœna separant, quivè vbi culpa æqualis est, volunt pœnam esse diuersam, cùm maximè *Diui Pauli* locus relatus de pœna loquatur ei infligenda, qui non tantùm effecit, sed consensit, vt fieret, idemque expresè affirmant cœteri supra adducti. Inde etiam, vbi excusatur pœna, il-
15 lud est, † quia æquè excusatur culpa, vt in malo, quod calore iracúdiæ fit, Abb. & Felin. *n. 12. in c. dilectiisi. y de except.* Aretin. *cons. 34. & cons. 80.* Butr. *in c. olim 1.* vbi Abbas *n. 15. de rest. spoliat.* vel in delicto furiosi *l. Diuus, D. de offic. Præsidis.*

QVÆSTIO VNDECIMA.

EPITOME.

1 *Homicidium, vel mutilatio in rixa accidentali in Ecclesia secuta, an immunitatem habeant?*
2 *Excusatio pœnæ delicti ex aliqua circumstantia, non præstat immunitatem, si aliàs est de exceptis.*
3 *Vitio manu iudicis non vim, sed vitium animi continet.*
4 *Extrahentes per iniuriam ab Ecclesijs eorum immunitate non gaudent.*
5 *Ira ob Ecclesiæ reuerentiam temperanda, vel differenda, animi passiones ex libero arbitrio temperandæ.*
6 *Pœna ordinaria minoratio ob aliquam circunstantiam immunitatem non præstat, immo aufert.*
7 *Pontifex vbi non distinxit, nec nos distinguere debemus.*

An qui in Ecclesia commisit homicidium, vel membrum mutilauit, non deliberatè, sed accidentaliter, & calore iracundiæ, & prouocatus, gaudeat immunitate?

FArinacius ad terminos *Bullæ Gregorianæ cap. 16. num. 240.* tenuit idem quod ad iuris communis intelligentiam docuerant Gutierrez *practicar. qq. lib. 3. quæst. 1. ex num. 3.* & Sesse *decis. 141. n. 7.* qui putarũt, ius commune loquens
† de homicida, & mutilatore, esse intelligendum de illo, qui ex proposito talia 1
committat, non de homicidijs per accidens in rixa secutis, vel admissis ab eis, qui prouocati fuerint, fortiusquè si se defenderent, quoniam isti huiusmodi non irreuerenter se habent ad Ecclesias, sed vel casu, vel necessitate ad talia patranda efferuntur, hæc alijs licèt verbis Diana, qui hos sequitur *resolut. 11.*

Sed falluntur egregiè, qui putant † 2
excusationes delictorum quoad pœnã, speciem delicti, pro immunitate, vel pro foro

foro fortiẽdo, vel ad aliud mutare cum hæc fint inter fe fatis diuerfa, vt aduerfùm Ildeph. à Narbon. ex ipfomet, alio tamen in loco, & ex Catleualio *de iudicijs quæft. 6. n. 116. fol. 220.* dixi in *controuerf. 1. num. 24. & 25. fol. 418. in C.* non poteft enim ex vno ad aliud argui, neque vno conceffo, alterum neceffariò fequitur.

Aliud eft etenim ex circunftantijs effici leuius, vt pœna debeat temperari, aliud erit delictum ex vna in aliam fpeciem tranfire, vel amittere vnam qualitatem, alteramque induere, benè *Plutarchus*, cum de vltione agit: *Illã effe ait, quæ manu iudicis fit, licèt honeftior, & magis licita: Vitionem*, inquit, *legis arbitria* † *iuftiorem*
3 *cenferi, illata iniuria, at fi natura fpectetur, ex eodem animi morbo nafci.* Inde in omnibus *Canonum*, & legum titulis, vbi de delictis agitur, manente eadem delicti fpecie, fubijciuntur aliquæ exceptiones, fiue ex circunftantijs excufationes, quæ delictum, quoad pœnam alleuiant, naturam tamen non mutant.

Secundò, in hac fpecie confiderandũ eft, iura, & conftitutionem in ijs, qui talia admittunt, maiorem fupponere irreuerentiam, quàm in illis, qui reos ab Ecclefijs extrahunt, eos iure fuo id agere exiftimantes: & tamen ifti, cùm non occidant, nec mutilent in Ecclefia, fed tantùm confugas manucapiant, non folùm communione priuatur, verùm quoque, & immunitate † expertes fiunt, fi ad Ec-
4 clefiam fe ob aliud crimen recipere contingat; ita *Gelafius* Pontifex *in cap. frater 10. caufa 17. quæft. 4.* vbi præcipit *Maurum, & Benenatum*, qui eorum Curialem ab Ecclefia extraxerant, ad eam fupplices non admitti. *Nec enim*, inquit, *ad fupplicandum debet admitti, qui admittere facrilegium non dubitauit. Nullus enim inter limina tantæ venerationi deputata vtrumque fibi licere exiftimet pro fua voluntatis arbitrio, vt humanitatem fibi vendicet, & furorem*; multò ergo magis quicunque homicidia, & mutilationes exercent, etiam prouocati: nam licèt facile non fit, vel continere manus, † vel iram in rixa re- 5
primere, facillimum tamen eft limites Ecclefiæ præterire, ac ob loci facri reuerẽtiam manus tantifper, dũ ab ea inimici difcedant, detinere, vltionemque modicis interuallis differre, quod vt cogitent, ac præueniant, nullum validius remedium eft, quàm fcire fe ab Ecclefia, fi quid tale in ea admiferint, non defendi, nec irafcibilis impetũ excufari. *Deus enim*, inquit Apoftolus, *ad Corinth. 10. fidelis eft, qui non patitur nos tentari fupra id, quod poffumus, fed facit etiam, cum tentatione prouentum, vt poffimus fuftinere*, optimè *Ambrofius* 1. Hexame. cap. 8. *Certè*, ait, *in nobis eft moderari ftudia, cohibere iracundiam, coercere cupiditates: in nobis eft etiã indulgere luxuriæ, adolere libidines, inflammare iracundiam, vel inflammanti aurem accommodare, eleuari magis fuperbia, effundi in fæuitiam, quàm reprimi humilitate, diligere manfuetudinem*, ne aliàs abfolutam arbitrij noftri libertatem cum Luthero, Caluinoquè compreffam dicamus, fati, diuinæque difpofitionis, ac præordinationis omnino pedifequam, ac feruam.

Tertiò, quia minoratio pœnæ † con- 6
fecutionem immunitatis non operatur, immo fi iuris rationem introfpiciamus, eo ipfo, quòd vitæ, & membrorum periculum ceffaret, immunitas petenda nõ effet, nec ab Ecclefia pro fupplice deprecandum, ita ex contrario fenfu textus elicimus in *cap. inter alia 6. de immun. Ecclef.* ibi: *Quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non eft violenter ab Ecclefia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, fed Rectores Ecclefiarum fibi obtinere debent membra, & vitam, fuper hoc tamen, quod iniquè fecit eft aliàs legitimè puniendus*, ad idem eft *capit. 34. id conftituimus, & cap. reum 17. q. 4.* ex *Concilio Aurelianenfi*. Quo circa ita arguere licet, quòd aut delictum homicidij, vel mutilationis ex circunftantijs leuiori pœna plectendum eft, quàm morte, vel membrorum abfcifsione, ea nempe, quam dicimus extraordinariam, & ceffat ratio ob quam immunitas exoptatur: nam loci

et reuerentiæ, ac decori ex extractione manu Episcopi facienda satisfieri potest; aut homicidium, vel mutilatio adeo grauis est, vt ordinariam pœnam mereatur, & ipsi oppositores fatentur immunitate exclusum, puta, si ex proposito admissa fuerint, vel aliter quàm, quòd excusatione digni sint.

Meritò ergo Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 23. Peregrin. *capit.* 6. *num.* 15. ambo *in tractat. de immunitate Eccles.* docent, nul-
7 lam esse distinctionem adhibendam, † vbi Summus Pontifex non distinxit, nec commentanda verba clara, quæ nec aliã interpretationem necessariò, neque ex alijs iuribus admittunt; cùm opposita videatur iuri magis conuenire, dum vitata corporali pœna, ratio immunitatis, ne tradantur, cessat, manente semper altera, ne citra Episcopi traditionem, vel requisitionem extrahantur, hanc eandem opinionem docet latissimè *D. Barbosa*, plures more suo adducens, *tom.* 2. *de iure Ecclesi. capit.* 3. *ex num.* 102. *ad* 105. me quoque secutus.

QVÆSTIO DVODECIMA.

EPITOME.

1 *Confugæ an omnino impunes euadant, vel aliquam pœnam citra mortem, & mutilationem sustineant?*
2 *Exilium, ac perpetuus carcer dantur in pœnam, suntque corporis quodammodò afflictiui.*
3 *Ecclesiæ decori, & reuerentiæ per impetrationem vitæ, & membrorum satisfit.*
4 *Inimici vindictæ cupiditas ex aliqua punitione expletur, ac tollitur.*
5 *Confugæ maximè vtile est (ne perpetuò latere cogatur) aliquam pœnam subire.*
6 *Compositio reum ab inimicis, & satellitibus tutum reddit.*
7 *Iudex ordinarius iure naturæ vtitur, exĕptos è medio tollẽdo, atque ius hoc iure immunitatis potius est, & post num. 9. & n. 16. in fine.*
8 *Defensio naturalis quoque est, cauere inimicum certò sequendam.*
9 *Occidere possum inimicum, à quo certò scio aliàs me occisum iri, etiamsi ad manus mecum deuentum non sit.*
10 *Concordia cum inimicis, item & inter cõtendentes, Christianæ professioni conuenit.*
11 *Iudices Ecclesiasticus, ac sæcularis, inuito confuga, transigere possunt.*
12 *Delinquentis consensum ad coercitionem lex fingit.*
13 *Bona plura præstantur inuitis, dum consulitur eorum vtilitati, non voluntati.*
14 *Exilium, & carcer ad tempus possunt confugæ ab vtroque iudice imponi.*
15 *Ramirus Guzmanus vir Princeps multis laudibus dignus.*
16 *Decedere de proprio iure, non solùm liberalitatis, sed necessitatis esse solet.*
17 *Exilium, & carcer vel dantur ad pœnam, vel ad custodiam, & cautionem.*
18 *Correctio iuris communis in vno casu inducta, non pertinet ad alios, immo eos confirmat.*
19 *Pœna remigandi vti corporis afflictiua, non potest confugis infligi.*
20 *Raptor virginis nullo pacto parenti raptæ seruire hodie potest.*
21 *Confuga ob delicta, non potest ab Ecclesiastico iudice puniri, & quare latissimè.*
22 *Pœnæ ab eo infliguntur, qui vel domicilij, vel originis, vel loci delicti iudex est.*
23 *Delinquens in Ecclesia, vbi immunitate non gaudet, à laico iudice, cui traditur, puniendus est.*

An reus confugiens ad Ecclesiam possit per iudices Ecclesiasticos, vel laicos puniri pœna exilij, vel ad perpetuum carcerem?

HÆc disputatio pẽdet ex intelligẽtia trium, iam relatorum Canonum, nempe *can. id constituimus, & can. reum* 17. *quæst.* 4. *& capit. inter alia* 6. *de immunitate Eccles.* huius posterioris tenorem *in præcedenti quæstione num.* 6. retuli, addam propterea priorũ quoque ipsissima verba, & primò Concilium Aurelia-

lanense in dicto *can. id constituimus*, sic ait. *Id constituimus obseruandum, quod Ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex Romana constituit, vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi eos abstrahere omnino non liceat*, † *sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis Sacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi: ita vt ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conueniat*. & in *cap. reum* dicitur: *Reum ad Ecclesiam fugientem nemo abstrahere audeat, neque inde dannare ad pœnam, vel ad mortem, vt honor Ecclesiarum conseruetur, sed Rectores Ecclesiæ pacem eius, & vitam, & membra obtinere studeant: tamen legitimè componat, quod iniquè fecit*. & ex Concilio Arausicensi relato in *cap. eos distinct.* 87. *eos*, inquit, *qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportet, sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi*. In legibus autem Romanis, quoad seruos fures, ita statuitur in *l. præsenti* 6. *§. Sanè si seruus, C. de his qui ad Eccles. confug. A religiosis Oeconomis, siue defensoribus, vbi primùm hoc scire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipsis præsentibus, pro Ecclesiastica disciplina, & qualitate commissi, aut vltione competenti, aut intercessione humanissima procedente, remissione veniæ, & Sacramenti interuentione securi ad locum, statumque proprium reuertantur*.

Quibus ita relatis, videndum erit, an carceris perpetui, vel exilij pœna, in relatis iuribus contineatur? Et primo aspectu videtur, omnem pœnam ex indefinita pœnæ prolatione inhibitam esse; exilium namque, ac carcer in pœnam dantur, † vt discurrit Belluga *in speculo rubric.* 24. *§. Mixtum, & §. Videamus nu.* 4. *vers. Item bannimentum fol.* 133. ego quoque in *C. ad leges Martini nota* 16. vsus verbis scripturæ Genesis, vbi Caino exilium indicitur, atque ibidem *controu.* 13. *num.* 1. *fol.* 456. vbi de carcere, & exilio addo textum in *l. relegati* 4. *D. de pœnis*, accedit, id negans fieri posse, *Diana* ex pluribus, quos contra *Gambacurtam* conducit *resolut.* 12.

Sed contra, quòd immo neque Ecclesiæ decori, nec delinquentis vtilitati, per huiusmodi damnationes derogetur, in promptu sunt efficacissimæ rationes, quod enim ad Ecclesiam spectat, satis ei factum censeri debet ex indulgentia † obtêta, ad necem, & corporis afflictionem à confuga vitandam, qui ex exilio, vel carcere non subijcitur pœnæ, sed vel paternè corrigitur, vel ab imminenti vitæ periculo abducitur, etenim occasio tollitur, ne offensi cupiditate vindictæ inimicum ad mortem persequantur, neue aliquid deterius paci publicæ eueniat, vt satis præfatæ Decretales innuunt, dum eodem pacto vitæ, & membrorum rei periculum vitare cupiunt, quo offensorum satisfactionem exquirunt, quod vt plurimùm, sine aliqua saltem moderata delinquentis animaduersione, fieri non potest; nam iniuria affecti, offendentis præsentiam, quàm maximè abhorrêt: de absentia, vel carcere, † non minimè consolantur: sedataque ira iniuriam omnem condonare solent. Itaque dum inde non rapiuntur ad pœnam, sed pacifica compositione carceri consignantur, vel è loco, vbi deliquerunt, arcentur, Ecclesia nedum non læditur, verùm summè colitur, & veneratur; eius enim intercessione maiores pœnæ indulgentur, ac à rigore suppliciorum per modicam coercitionem resilitur, iniuriam etiam passo consulitur.

Conuenit quoque confugæ ob plurima † vitanda pericula, quæ ei imminent, huiusmodi coercitioni se subijcere, ac illam ardentissimè optare; nam cùm hodie ab Ecclesijs refugæ non alantur, sibi de victu, ac vestitu consulere opus habent, quod vt efficiant, exire ab Ecclesijs, aliòque se recipere, vel spatiari coguntur, sæpiùsque vel in offensorum manus, vel militum, laicæve familiæ (qui in hoc non parum inuigilant) incidunt, vnde eis, vel inexpectata cædes, sine iustû supplicium infligitur, quod quidem, si vel publico carceri, exilio vè subijcerentur, vitarent; nam ex compositione † tum à satellitum manu, tû à iudicis rigore tuti redderetur, quibus gratissima in-

dicitur pœna, si transactionem non seruauerint in *capit.* 34 *id constituimus, vers. Qui sacramenta sua* 17. *quæ.* 4. ac demũ ab offensis, dum longè ab eorum conspectu degunt, vel ratione carceris, inuiolabiles redduntur.

Tertiò, certum est, ad vitanda scãdala, vel vt pax firmissima sequatur, posse è loco, vbi hæc maximè timentur, etiam exemptos à iurisdictione ordinaria separari, per eum, qui Prouinciæ præest, *Cui conuenit pacatam regionem habere, quam regit*, vt in *l. congruit* 13. *D. de officio Præsidis*, non enim per hoc in eos ius dicitur, sed occasiones delictorum auertuntur, remotis causis, ac si gladius furioso tolleretur, vel aditus forefvè irato, ac furenti, ne aliquod scelus præuisum admittat, præcluderentur, qui potiùs sunt

7 effectus † naturalis defensionis, quæ omni humano positiuoq; iuri dominatur; nec enim cautela à defensione distat, nisi ordine. Cauemus enim, antequam aggressi, defendimus nos aggresione † iã

8 cœpta, vt & ipse Diana agnoscit *part.* 1. *tract.* 15. *Miscellaneo resol.* 15. *vers. Sed magis clarebit.* Vnde & apud Theologos nõnullos, item & apud Iurisconsultos interfectio iure naturæ æquè licita reputatur, si in actu nocendi inimicum occidam, vel si dum probabiliter interfici timeam, cum interimendo præueniam,

9 si malum aliter vitare non possim. † Ita Bañez *quæst.* 64 *art.* 7 *dub.* 4. Bal. *in l. in multis, C. de lib. causa*, quæ opinio, & Dianæ probabilis videtur, licèt contrariam laudet *resolut.* 90. *tract.* 5 *part.* 3. quod & in Ecclesia, absque immunitatis amissio ne admitti posse, idem docuit supra *resolut.* 11. secutus nonnullorum sententiã. Quod si ita est, iustiùs per concordiam inter vtrumque iudicem ob homicidij, vel alterius grauis perturbationis metũ poterit confuga carceri ad tempus mancipari, vel alibi relegari, vt hæc vitentur, nec discordant Canones, etenim præcipit Summus Pontifex Calistus *epist.* 2. *cap.* 3 *causas huiusmodi terminari per Ecclesiasticos iudices, non aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi administratione.*

Quòd verò iudex ordinarius territorij, vitandi id gratia hoc possit (aliter, si iure ciuili ageretur, prorsus incõpetens) docuit Cardinalis Caietanus *in Summa verbo excommunicatio cap.* 20. Henriquez *in Summa part.* 2. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 6. ex Theologis quoque Gambacurta *de immunitate Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 4. Ecclesiastici quoque viri, Cened. *coll.* 37. *num.* 9. *collect.* 51. *num.* 3. *part.* 1. Salced. ad Diaz *in praxi c.* 103. Episcopus Couarrn. *practic. c.* 35. *n.* 3. Grass. *de effect. cleric. eff.* 1. *n.* 1011. Ceuall. *p.* 4. *in discursu ad Regem n.* 46. pluraque iura, & seculares Authores adduxi *controu.* 13. *n.* 3. *in C. fol.* 457. quod bona fide quoque agnouerunt duo Ecclesiastici iuris insignis literaturæ, ac Supremorũ Consiliorum Senatores D. Petrus Paciecus nobilissimæ stirpis germẽ, & Pater Ferdinandus Salazarius Episcopus Malacitanus electus in eiusdẽ controuersiæ definitione, vt ibi retuli. At si hoc ei absolutè præcipere in exemptas personas cõcessum est, magis, magisq; hoc media trãsactione in laicos confugas licebit: ita enim relata iura dictãt. Neque enim ego sæculari iudici, vt solus id agere possit concedo (esset enim id ex se præcipere; eripereque reo immunitatis effectus, & illã violare) sed ex consensu, ac expressa voluntate iudicis Ecclesiastici, vt ambo rũ suasu reus ipse se huic coercitioni sub ijciat, quod † Christianæ professioni, 10 quàm maximè conuenit, vt patet ex cõstitutione Clementis *lib.* 1. *c.* 45. *Dēt operam, inquit, vt transigãt, etiam si quid damni accipiendum sit, hoc enim de facili euenire potest. Quid fiet*, inquit Lactantius, *si omnes in concordiam consenserint? quod certè fieri poterit, si pernitioso, & impio furore proiecto, innocentes, & iusti esse velint.*

Quod si reus tam insanus sit, ac pertinax, vt nolit ex bono, & æquo cũ iudice, & parte pacisci, poterit † vterque iudex 11 id exequi, ac pactionẽ mutuã inter se inire, vt ille nolens, etiam coerceatur, iuxta textũ in *l. æquissimum* 18. *D. de vsufruct.* ibi:

ibi: *Cur enim ad arma, & rixas procedere patiatur Prætor, quos potest sua iurisdictione eõ poneret?* benè Vvesemb. *in contr. ad decret. lib. 1. tit. 31. de tregua, & pace*, Menoch. *de arbitr. casu 442. num. 8.* Ego in *principio patrociny in C. fol. 344. num. 6.* cum præced. vbi alia dixi, peruicacis esse id non admittere, adde & contra Christianum officium agere eum, qui neget, ad tradita per Molin. *de iust. tract. 2. disput. 103.* Ægid. *de act. superius disputat. 31. dub. 7. num. 107.* Lorca *disput. 153. n. 2.* Recti ergo iudices corruptum animum, saluta rem condonationem, cum coercitione permixtam non admittentem, emendẽt,
12 † nam consensus eius, qui deliquit, in pœnam tacitus, & à lege inductus censetur, vt probaui speciosis auctoritatibus *nota 5. n. 3. ad leges Petri meo in C. fol. 291.* egregiè Diuus Augustinus in *Enchirid. c. 72. Multa*, inquit, *bona præstantur inuitis,*
13 † *quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati, quia ipsi inueniuntur sibi inimici.* Iterum *lib. 2. q. 27. vers. Iterum.*

Quamobrem duobus his præmissis temperamentis, hanc posteriorem opinionem veriorem esse putarem, nempè, primò, vt non perpetuo ad carceres, vel
14 exilium damnentur, † sed ad beneplacitum, quousquè pacem ab offensis obtinuerint, vel occasio deterioris mali cessauerit. Item secundò, vt hoc ex concordia inter vtrumque iudicem, medicinæ ratione, non iurisdictionis exercẽdæ gratia peragatur, & ita sæpius seruatum vidi, præcipuè dum Neapoli moram ducerem, ex concordia inter Eminen. Cardinalem, ac humanissimum Principem Boncompagnum illius vrbis Archiepiscopum, & Præexcelsum, Excellentissimumque Ramirum Guzmanum Metinæ
15 Turrium, † & Sablonetæ Ducem, atque illius Regni Proregem, Principẽ omni virtute conspicuum, siue sapiẽtia, atque iustitia, siue animi, & mansuẽ moderatione, ac innocentia. Præcipuè cum Duce San. Ac. Agatæ Coxia, & alio nobili Brancatio, & iterum cum D. Gundisaluo Segri Hispano, *nã sapiẽtis est*, vt ait Xenoph. *sexto histor. Græcarum, nec nisi ob graues quasdam causas contentiones, & bella suscipere*, immo vt ait D. Ambros. *off. 2. c. 2. de suo iure bonum aliquid relaxare, non solũ liberalitatis,* † *sed plerumquè etiam neces-* 16
sitatis est, & Aristides suadet Ciuitatibus, *vt concedant, & largiantur, si quid sit mediocre, nam & priuati homines laudantur, qui facilis sunt ingenio, & damni aliquid subire malunt, quàm litigare*, cõcedit id quoque Peregrin. *de immunit. Eccles. cap. 24. num. 3. & capit. 12. num. 9. vers. Vel si expediens.* Quod verò diximus, defensionẽ, ac cautionem, ne offensio sequatur, ad potiora naturæ iura referri, cui hoc immunitatis ius cedere debet, probatur euidẽtissimè *ex c. constitut. 17. q. 4.* vbi ius domini in seruos nõ obstante immunitatis lege seruatur, ibi: *Ne reuerentia religionis dominos suos iure fraudaret*; potior autem est defensionis ratio, quàm dominij ex iure gentium, vt ad sensum patet.

Non obstant obiectiones, sed neque auctoritates; nam respondetur, exilium, & carcerem quandoque † ad pœnam, 17
quãdoque ad remedium, custodiam, aut cautionem, atque ad peiora vitãda infligi. In priori specie, cum ex sentẽtia post processum, vel iudicialem cognitionem sequantur, effectus iurisdictionis sunt, & propriè ad pœnã referũtur, quæ delicto correspondet, & in hac loquuntur citati in contrarium, egoque consentio, *Gãbacurta* verò, in relato per *Dianam* loco, intelligendus est loqui de secunda specie, quando id generis remedium ad maiorẽ pœnam, & mala vitanda, adhibetur, vel vt offensis satisfiat, vel vt tumultus, scãdala, commotionesquè vitẽtur, aut saltẽ ipsius confugæ saluti cõsulatur; his enim omnibus casibus, vel his simillimis, nulla iurisdictio exercetur, sed in modum Oeconomicæ, vel paternæ correctionis aliquid in bonum delinquẽtis, & offensi statuitur, Reipublicæ quoque cõsulitur, ne delicta omnino impunita remanere videantur, & ita ex Carolo de Grassalijs *de Regal. Franciæ cap. 16. lib. 2.* consimile substuli argumẽtum *controu. 13. post num.*

num. 13 *.in C.fol.* 458 .Quibus addi pos-
sunt illa, quæ scripsi eodem C. *nota* 16.
ad leges Martini fol. 331. Curare autem
debere Ecclesiæ Præsules, vt similia ex
concordia transigãtur, probauimus su-
pra *num.* 9 .quòdque hoc agendo Eccle-
siarum, & Ecclesiæ immunitati potiùs
adijcitur, quàm detrahitur.

Hæc autem ex sacris Canonibus, legi-
busque elicita, cùm sublata per *Gregoria
nam* non fuerint, non est dubium mane-
re seruanda, neque oppositum ob id so-
lum firmandum esse, quòd nihil in ea su-
per hoc statutum appareat, cùm verius
sit, per hoc tantum esse seruanda, quòd
18 tacuerit; diximus enim † neu semel cor-
rectionem iuris communis plura in vna
dispositione statuentis non induci, nisi
in specificè correctis, cæteris in suo ro-
bore manentibus, vt ex textu in *cap. Ec-
clesia* 57 *de elect.* ibi: *Non autem alia, quæ
ponuntur ibidem, l. alumnæ* 30. §. 3. *D. de
adim. legatis*, & probauimus supra *in* 1 *.q.
vers. Immo fortiùs aiunt Nostrates*, post 1.
argumentum *num.* 16.

Accedat, quòd cùm *Constitutio* ad illa
mala vitanda, quæ in præfatione expres-
sa sunt, manauerit, nihilque eorum ibi
narretur (vt ne cogitatum quidem de his
videri possit) sequitur manifestè, ad hæc
porrigi non posse.

Ex his etiam patet, quid de altera *Gã-
bacurtæ* opinione dicendum sit, de dam-
19 nando hoc confuga, vt in triremi † re-
miget, cùm hæc corporalis pœna sit, li-
cèt verberibus non afficeretur, quæve in
coercitionis definitione venire non po-
test. Nec puto, practicari posse illud de
20 raptore, quod raptæ, vel eius † parenti
seruiat, de quo in *cap. de raptoribus* 36 *.q.*
1. nam neque honestum, neque tutum
est, iniuriantem, ac reum ei seruire, cui
nocuit: nec tanta mansuetudo in Chri-
stiano viro requirenda erit, vt eum, qui
honorem, ac existimationẽ lædere vio-
lenter tentauit, ac perfecit, in eisdem la-
ribus seruiẽtem, indemnatumquè ferat.

Sicuti id ferre non possum, quòd Fa-
rinacius Canonibus, ac Iurisprudentia
penitus inuitis, docuit in *tract. de immu
nit. Eccles. cap.* 21 *.num.* 39 .relatus à Dia-
na *resolut. præallc.* 12 .nempe, quod cõ-
fuga, licèt non debeat absque punitione
recedere, illa tamen non ab Ordinario,
& laico iudice, sed ab Ecclesiastico † 21
imponẽda sit. Quo pacto enim vult ipse
punitionem ad Ecclesiasticum deferri?
an ratione loci, vbi reperitur, quasi ob
confugium subditus fiat, & domino lo-
ci sacri iurisdictio quæratur? an vero,
per suppletionẽ ob denegatã suo iudici
facultatem, ob id quod in sacro reperi-
tur? Iterum quæro, erit ne ista finalis de-
licti pœna, adeo vt recedẽte ab Ecclesia
reo, captoquè à satellitibus laici iudicis,
possit illud opponere, quod in punitiõ-
ne delictorum mixti fori obijci solet,
nempe se fuisse à præueniente iudice pu
nitum? an verò sit quædam particulata,
ac dimidiata punitio, quæ præ oculis à
laico iudice, ne aliam maiorem irroget,
hac non deducta, haberi debeat? Nam si
nullum horum contingere potest, immo
firmum est, manere laico iudici potesta-
tem (si reus foris capiatur) omnem pœ-
nam legibus indictam exequendi, sequi-
tur, nullo iure, nullaque ratione hoc *Fa-
rinacij* dictum sustineri posse, multumq;
aberrasse à iuris tramite, cùm hoc dixit,
immo derogasse apertissimè sacrorum
immunitati, dum manentibus delictorũ
pœnis contra confugam (suspensis licèt,
dum in sacro moratur) alias superaddit
ex hoc, quòd in Ecclesiam se receperit,
cui potiùs spectat pœnam à Magistratu
inferendam, vt minuatur, vel remittatur
deprecari, vt ex iuribus patet in *quæstio-
nis principio præmissis.*

Nã quod diximus, quæratur ne iuris-
dictio Ecclesiastico iudici, ex eo quod
reus in Ecclesiam se recipiat? nemo, vt
existimo, dixerit, ex hoc motum Farina
cium, vel ita interpretandum Sũmi Pon
tificis dictũ in *c. inter alia* 6 *.de immun. Ec
cles.* dũ ait, *super hoc tamẽ, quod iniquè fecit,
est alias legitimè puniẽdus*, vt legitimã dicat
punitionẽ, quæ à non suo iudice fiat: le-
ges enim delicti pœnã ei iudici deferũt,
qui

† qui vel originis, vel domicilij, vel loci, vbi delictũ patratũ est, ratione iuris dicẽdi potestate fruitur. Quòd si Sũmus Põtifex loco verbi *legitime* dixisset *Canonicè*, nõ tamen per hoc iurisdictio Ecclesiasticò deferretur; neq; enim in Sacrorũ Canonum corpore, hoc in casu iurisdictio ad Ecclesiasticum defertur, immo expressissimis verbis docetur, apud seculares manere, si confuga ab Ecclesia recedat, nec debere Ecclesiasticum aliud aliquid inquirere, vt in dict. *cap. 34. id constituimus 17. quæst. 4.* ibi: *Et ipse reus actus timore de Ecclesia discesserit; ab Ecclesiæ Clericis non quæratur*, patetque ad seculum, confugam extra Ecclesiam repertum ex integro puniri posse, & solere.

Cæterùm etiam in delicto in Ecclesia commisso in eo casu, vbi debeat reus seculari iudici remitti, quia immunitate frui non debeat, ad terminos *cap. finál. de immunitat. Eccles.* tenent Doctores, & pœnam à seculari irrogãdam, licèt aliàs ratione sacrilegij iudex Ecclesiasticus competens effectus fuerit, tanquam Ecclesia exemptus sit locus à territorio, separatumque cõstituat, cuius ratione Ecclesiasticus, quasi iudex loci delicti cognoscere possit, cuius conclusionis illa
13 ratio redditur, quòd cùm abstrahẽdum, † ac dedendum Pontifex dicat, censetur quoque & plectendum consignare; vt post antiquiores docuit Couarr. *lib. 2. variar. cap. 20. num. 16. vers. Trigesimo quinto*, ex quibus satis constare potest, quàm longè à recto absit id, quod vidi ab aliquibus affirmari, posse, nempe, pecuniariam pœnam ab huiusmodi scelestis (qui ob grauia delicta Ecclesias adeunt) exigi; cùm hoc, nec delicto, nec iurisdictioni, neque Ecclesiæ integritati, ac decori conueniat, sed iam ad sequentia.

QVÆSTIO XIII.

EPITOME.

1 *Vulnerans Ministrum, vel Lictorem, ac cũ illo in Ecclesiam captus ingrediens, an immunitate gaudeat?*
2 *Magistratus Principem repræsentat.*
3 *Executio demum ad Lictores, & milites deuenit.*
4 *Obedientiæ vinculo Princeps, & subditi colligantur.*
5 *Confuga, qui non peruenit ad Ecclesiam, libere inde abstrahi potest.*
6 *Captus, si per Ecclesiam ad carcerem necessariò ducitur, liberè extrahi poterit.*
7 *Delictũ nouũ nõ allcuiat, sed auget vetus.*
8 *Interpretationes iuridicæ nunquam prohibitæ censentur.*
9 *Res magis, quàm verba in quocunque negotio attendenda.*

An qui Vicinus Ecclesiæ, cum ipso satellite per vim intrat in Ecclesiam, & vt sese de illius manibus eximat, vulnerat illum cum magna sanguinis effusione, gaudeat immunitate?

DVabus ex causis hic reus † ab immunitate excludi posset, prior quã rum est illa, quam ex Gambacurta *lib. 4. cap. 18. n. 4.* Villadieg. *Polit. c. 3. n. 206.* refert Diana, simulque improbat *resolut. 13.* ratione nempe excessus in Ecclesia contra satellitẽ, vel alterum iustitiæ ministrum commissi, qui non rãtùm ex vulnere, sed ex persona, item, & causa grauis videtur; persona enim † Magistratũ, 2
vel Principem repræsentat, qui capturã decreuit; causa autem est executio iustitiæ, cui si resistatur, nullo pacto Respublica gubernari, nec contineri poterit, cùm omnia, quæ per iustitiam decernuntur † ad manus executorum demũ, tan- 3
quam ad compendium deferãtur. Vnde omnia non tantùm perturbatum irent, sed omnino deturparentur, vt in *l. 2. §. Post originem, verf. Leges inutiles, D. de origine iuris*, hinc huiusmodi delictum læsæ Maiestatis dicitur, quò nullum per homines, & in homines grauius, meritò sacrilegio comparatur; sacrũ est enim † quo- 4
dãmodo obedientiæ, ac subiectionis vinculum inter subditos, quã subditi sunt, & Principem, quã Princeps eorum est, ex Diuo Paulo *ad Roman. cap. 13.* & alijs ac alibi *in 2 libro quæst. 8.* & supra *quæst. 6.*

6.*num.*22.*& quæst.*7.*num.*12. Ita in resistētia Ildephonsi à Narbona post omnes ad *l.*2.*gloss.*7.*num.*96.& in tota *gloss.* 18.*lib.*3. *Recopilat.* probauimus nos quoque pluribus medijs *contro.* 1.*num.* 6.*in C.fol.*410.*& nota* 32.*fol.*325.*per totum*, apertius, ac expressioribus diuini, ac humani iuris fundamentis *nota* 32. *fol.* 311.*in eodem C.* quæ non repetenda, sed reuidenda, ac pōderanda sunt; Christianis namque quàm maximè conuenire probatur, vt superioribus pareant, magisque Regno officere resistentes, quàm ipsi Regum percussores propriùs parricidæ dicti.

Altera exclusionis causa illa esse potest, quòd cum iste captus, non liber ad Ecclesiam † perueniat, sed iam in 5 possessatellitum inueniatur, ab Ecclesia extractus qui manu iam tenetur, nullatenus dici potest. Canones enim, & constitutio impediūt, quòd quis, cū liber ad Ecclesiam peruenerit, ac cōfugerit, inde abripiatur: ita enim docuit Archid. *in c. sicut antiquitus* 17.*q.*4. nec enim, inquit, verè is à tēplo violēter auellitur, sed per id templum captus extra Ecclesiam ad carcerē adducitur. Sequitur Ioan. Lup. *in cap. per vestras*, §.8.*num.*4. Igneus *in l.* 1.*in princip. col.* 6. *D. ad Sillan.* Oldrad. *cons.* 54. Couarru. *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 20.*num.*13. qui allegat in id textum in *l. si quis post hanc* 6.*C. de ædif. priuat.* nam 6 si captus potest, dum per Ecclesiam † ducitur, ex ea abduci ad carcerē, ex hoc, quia liber non introiuit, nulla alia culpa admissa, quod & Diana ex pluribus firmare cogitur infra *resolut.* 30. (licèt dicat oppositum seruari debere, tanquam magis pium) quantò magis dum per violentiam ibi captus ingreditur, ac veteri delicto nouum adiungit, vulnus nempe satelliti infligendo, ac Ecclesiam sanguine polluendo? cæteroqui melior esset conditio eorum, qui delictum iterauerunt 7 † contra iuris rationē in *l.*3. *D. de donat. inter vir. & uxor.* & in *l. si à Domino* 36.§. *Si prædo, D. de petit. hæreditatis*; quodque augere deberet pœnam, illam alleuiaret, ac immunitatem tribueret.

His attentis non esset dubium, quòd in terminis iuris communis Canonum ad *cap. fin. de immunitate Eccles.* hic confuga extrahi licitè posset, essetque expeditum secundùm eosdem contrarios, nisi Cōstitutio aduenisset, expeditum. Præcipuè in locis illis, vbi hoc recens ius receptum est. Ex hoc enim Farinac. *de immunit. cap.* 16.*num.*227. ac Diana *resolut.* 13. negant extrahi posse, quia in Bulla excluduntur homicidium, ac mutilatio in Ecclesia; quælibet verò, enormia licèt, aut enormissima, tanquam nō expressa ferri debent; nec immunitatis exclusionem operare possunt; vt arguit ipse Diana, referendo se ad *resolut.* 2. vbi idem in nefandissimis delictis quoque (eodem ductus argumento) firmauit.

Sed nos, iam ad ipsammet resolutionem annotauimus, hanc *Bullam*, licèt correctoriā iuris communis diceretur (quod omni modo negamus) admittere tamen easdem, quæ ius commune admittit interpretationes, † vbi maximè eis- 8 dem omnino verbis vsa est, nec putandum ius nouum, si tale est, tanquam ad gentem Hebræam latum, à verborum cortice separari, ac per causas, & rationes sensum eius percipi nō posse; scimus enim scripturæ, etiam sacræ literam occidere, viuificare autem eius spiritum, ac nucleum; in quo Christiani ab Hebræis, Catholici Romani à Puritanis, & Euangelicis distinguimur, vt per Barclaium in *Parenesi ad Sectar lib.*1.*cap.*12. *de expositione scripturarum*, benè Hilarius relatus in *c. intelligentia* 6.& Gregorius in *c. propterea* 8. *de verbor. significat.* apertissimè quoque Ioannes XXII. *in extrauag. ad conditoris* 3. *ante fin. vers. Nos itaque de verb. signific.* ibi: *Volentes in sancta Dei Ecclesia, quæ non verbo obtinent † tantùm, sed quæ re potius obseruari, &c.* 9 quæ cùm posuerimus in dicta *q.*2. *vers.*2. *quia Bulla* hunc legentis humanitate, transferenda sunt, ex quo fit, vt hac interpretatione iuris communis attenta, hic reus etiam attenta *Bulla* extrahi licitè posset.

QVÆ-

QVÆSTIO XIV.

EPITOME.

1 *Confuga nullo vnquam tempore ab Eccleſia, ſine Epiſcopi licentia, pro quolibet delicto extrahi potuerunt.*

2 *Eccleſia ante traditionem reorum debet pro eis intercedere.*

3 *Epiſcopi licentiam, non requiri in delictis exceptis, qui dixerint.*

4 *Licentia vrbanitatis, ab illa neceſſitatis ſatis diſtat.*

5 *Notorium, an releuet ab onere probandi, vbi probatio requiritur pro forma?*

6 *Licentia, & interuẽtus ſunt de forma, quæ non ſupplentur.*

7 *Cognitio debet fieri præcedentibus probationibus, per ſpecies à iure inductas.*

8 *Notorium notiſſima probatio eſt.*

9 *Factum præteritum alia teſtatione, quã notorium indiget.*

10 *Forma quoad probationem ſuppletur per notorium.*

11 *[illegible] impletur per æquipollens, vbi effectus attenditur.*

An ſi conſtaret notoriè, reum non gaudere immunitate Eccleſiæ, poſsit illum iudex ſecularis extrahere ab Eccleſia, ſine licentia Epiſcopi?

INitio huius immunitatis Chriſtianorum templis tributæ, hoc apud omnes
1 cõſtitit, † reos, etiam vbi ex qualitate
criminis ab Eccleſijs arcendi eſſent, inde ſine Antiſtitum, Præpoſitorumve licentia abduci non debere; ita expreſsè dictat textus in *l. 3 in fine*, ibi: *Sed neque Epiſcopo inconſulto, nec ſine noſtra, ſiue iudicum in hac alma Vrbe, vel vbicumque iuſsione armatum quempiam ab Eccleſijs abſtrahi oportebit: ne ſi multis paſsim hoc liceat, confuſio generetur, C. de his qui ad Eccleſ. confug.* expreſsiùs in authentic. *vt liceat matri, & auiæ coll. 8. tit. 18. num. 117. cap. 15.* ibi: *Donec iudex hoc cognoſcens mittat ad Epiſcopum ciuitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſuſtinere tormentum, ſecundùm leges, quæ interdicunt adulteros à ſanctiſsimis Eccleſijs vindicari*, hoc quoque in ſacris
Canonibus continetur, † dum præcipi- 2
tur pro reis primitus deprecandum, antequam tradantur, vt in *can. 34. id conſtituimus*, ibi: *Eos abſtrahere omnino non liceat, ſed nec alteri conſignare, niſi ad Euangelia datis Sacramẽtis, &c. Cauſa 17. quæſt. 4.* hinc Gelaſius Pontifex de Mauro, & Benenato conqueritur, *quòd hominem in ſanctuarijs conſtitutum (captata Sacerdotis abſentia) reluctantem, reclamantemquè abſtraxiſſent*, in *capit. frater 10. eadem cauſa, & quæſtione* in idem eſt ſenſus, *c. inter alia 6. de immunitat. Eccleſiarum*, & hanc ob dictam *auth.* auctoritatem tenuerunt Cin. & Salicet. in auth. *ſi quis ei, C. ad l. Iul. de adult.* Belllug. *in Speculo Principum rubric. 11. §. & quia num. 27.*

Neque his reſiſtit, quòd ex Guidone Papa *decis. 121.* & Benedicto in *capit. Raynuntius verbo, & vxorem num. 444. de teſtament.* dixit Couarr. *dicto lib. 2. variar. capit. 20. num. 18. verſ. 34.* quòd nempe
moribus, & praxi Chriſtiani orbis † re- 3
ceptum ſit, abſque alia Epiſcopi licentia eos, quos Canones ab immunitate repulerunt, ſine aliqua Eccleſiæ iniuria abduci poſſe, cui multos ſequaces addidimus in *1. quæſt. in gloſſ. ad clauſ. 9. verſ. At quod diximus.*

Nam reſponderi poteſt, non loqui eos de ſimplici licentia ad notitiam, atque ad traditionem, ſi velit Epiſcopus intereſſe; nec enim hæc vrbanitas, quòd
inquam † remiſſa fuerit, cenſendum eſt; 4
ſed de iudiciali illa licentia, quæ conceſsionem ſonat, quæ vel denegare, vel retardare (ſaltem donec cognitum ſit) abductionem poſsit; poſterius enim hoc genus licentiæ putant omnes illi, quos ibi citauimus, Martinus, nempe, del Rio, Suarez, Gutierrez, Carraſcus, Clarus, Bobadilla, Villadiego, & alij, quibus accedit Gambacurta *lib. 6. cap. 14. & lib. 8. cap. 10.* non eſſe neceſſarium, vbi per notorium facti conſtat, reum confugam talia admiſiſſe, quæ Eccleſiæ fauorem

non

non mercantur, quod omnium apertiùs
Gambacurta distinguere mihi videtur.
Quæritur modò à Diana *resolut*. 14.
an attenta Gregorij Constitutione, per
quam certa forma in tradendis huiusmodi
modi confugis inducta est, de qua in di-
cta *clauf*. 9. posit ratione notorij crimi-
nis excepti, præmissorum opinio serua-
ri, forma ipsa nec adimpleta, in locis,
vbi constitutio recepta est: & relatis pro
affirmatiua ad terminos constitutionis
Gambacurta, & Villadiego, & ad iuris
communis Canonum Suario, conclu-
dit pro negatiua, additque priorem sen-
tentiam prorsus refellendam esse, alle-
gato Duardo *ad Bullam Cœnæ lib*. 2. *can*.
15. *quæst*. 16. *num*. 31. Filiucio *tom*. 1.
tract 15. *cap*. 6. *num*. 154. refert quoque
in Neapolitana Curia decisum ex Ge-
nuensi *in praxi cap*. 17. *num*. 5. Ricc. *col-
lect*. 17. *quæst*. 2. *p*. 5. Lazario *de blasph*. *q*.
5. *num*. 71. Farinac. *capit*. 22. *num*. 359.
Rain. *in Cathalogo cens*. *cap*. 9. *excom*. 31.
notab. 3. Zipeos *in Annal. iur. can. lib*. 3.
de immunitate Eccles. *num*. 12. Megala *p*.
3. *lib*. 4. *cap*. 2. *quæst*. 1. *num*. 31. qui om-
5 nes affirmant † notorium in hoc casu
non releuare ab onere probandi, dum
probatio requiritur pro forma.

Ego verò nullatenus per formam il-
lam probationis delicti, alteram legalem
quoque per notorium sublatam fuisse
existimo; fallique apertissimè, & fallere
qui docent per formam traditam, quo-
ad causæ institutionem, & probationes
notorio præiudicatum fuisse, quod vt
clarissimè probem, duæ Constitutionis
ipsius partes in *claus*. 9. contentæ, assu-
mendæ sunt; prior quarum est illa, qua
reos delictorum exceptorũ prohibet ex-
trahi, vel carcerari, sine expressa licentia
Episcopi, vel ab eo deputati, nisi vbi re-
quisiti in delictis expressis *culpabiles tra-
dere, & capturæ, ac carcerationi interesse, &
assistere recusarent*; tunc enim, vt illos si-
ne tumultu, & scandalo extrahere pos-
sint, constituitur. Altera pars est, quòd
extracti nullatenus tradi debeant, *nisi co-
gnito priùs per prædictos, an ipsi verè crimi-
na excepta commiserint?* Dico ergo formã
traditam in priori parte, nõ suppleri per
notorium, quia licentia, † & interuen- 6
tus sunt formæ formalis, & debent inter
uenire in eodem actu, vt dici solet de au-
ctoritate tutoris, & licentia contrahen-
di, danda vxori ex Bart. *in l*. 1. *§*. *Sed fi-
lius num*. 2. *&* 3. *D. de legat*. 3. latè Gon-
çal. *ad regulas Cancellariæ reg*. 8. *gloss*. 47.
ex num. 14. Surdus latè *decis*. 206. *num*.
9. alijque per me *in* 1. *tom*. *de donat*. *di-
scursu* 1. *ex num*. 165. *ad num*. 170. *fol*.
54. omniumquè est sententia.

At statutum in posteriori parte, dum
conditionem continet, scilicet ne fiat
traditio, nisi *cognito priùs*. Hæc cognitio
† intelligenda est prout de iure, nempe 7.
per probationum species à iure statutas;
de quibus in *capit*. *cum olim* 24. *de verbor*.
significat. ibi: *Quæ vel per confessionem, vel
probationem legitimè nota fuerit, aut euiden-
tiam rei, quæ nulla possit tergiuersatione ce-
lari*. Quoties ergo notorium est, consi-
gam tale delictum commisisse, quo ab
immunitate excludatur, posterior hæc di
spositio cessabit, ac petita licentia, illa-
que concessa reus abstrahi poterit: idem
si non concedatur, dummodo petita fue-
rit, ac negata, vt præmissum est. Nam
nulla alia † est opus probatione in no- 8
torio, vt docet latissimè Farinac. *quæst*.
116. *ex num*. 66. nos in *C. Siculo ad leges
Martini nota* 50. *num*. 7. præ omnibus D.
Ambrosius *in cap. manifesta, & capit. seq*.
112. *quæst*. 1. *cap. euidenter de accusat*.

Quòd autem dicitur per *Megalam*, no-
torium probationem illam, quæ requi-
ritur de forma, minimè supplere: in pro
batione facti præteriti † quoad futuram 9
in actis testationem procedere posset,
puta si ageretur de probando decreto iu
dicis, auctoritate mariti, quæve alia re-
quirunt scripturam pro forma, ad te-
standum illa interuenisse, de quo in *l. mi-
norum* 9. ibi: *Apud acta causis probatis*, C.
de prædijs minorũ, nam si hoc esset in om-
nibus probationibus de iure requisitis,
cessaret omnino notorium; quoniam
semper requiruntur pro forma; & tamẽ
hæc

10 hæc forma suppletur † per notorium, vt bellè deciditur in *cap.tua nos 8.de cohabit.Cleric.& mulier.* vbi quæritur, an indicij,& probationum forma, accusatoris nempe, & testium contra clericum notoriè cōcubinarium omitti posit? & respondet Pontifex posse,his verbis. *Si crimen eorum ita publicum est, vt meritò debeat appellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator est necessarius, cùm huiusmodi crimen nulla posit tergiuersatione cœlari,* vsus eisdem verbis positis in dicto *capit. cum olim de verbor. significat.* omnis enim forma sufficit,quòd impleatur per æqui

11 pollens,vbi † effectus attenditur,etiam quòd certam probandi speciem exprimeret:quantò magis vbi nil exprimitur, prout in præsenti? ita docent Decius in *cap.de appellatione num.5.de appellat.* Cephal.*consil.35.num.46.lib.1.* Menoch. *consi.131.num.15.* Osasc.*decis.92.num.15.* Thusc.*liter.F.conclus.414.num.38.* D.Barbos.*axiom.100.num.5.*

Rectiùs ergo sensisse videntur post Ioannem de Vvisch. Suarez *de Religione tom.1.tractat.2.lib.3.cap.11.* Gambacurta, qui ex penitissimis iuris regulis materiam examinat, *lib.6.capit.14.fol.527.* Bobadilla,& alij per Villadiego in *Politica cap.3.num.238.* tenentes,ex notorio probationem in hoc secundo casu suppleri, per quod ritus M.C.Vicariæ Neapolitanæ fuit inductus,quo huiusmodi declarationes ei tribuuntur, probato,ac notorio effecto delicto, quo Ecclesiæ immunitate excluduntur.

QVÆSTIO XV.

EPITOME.

1 *Attentatus actus an ad incursum censurarum satis sit?*
2 Attentare *in Bulla capitur pro peruertere dispoſita in ea,& eis contrauenire.*
3 *Verbi* attentare *multiplex explicatio.*
4 *Legi qui contradicere tentat, dicitur attentare.*
5 *Clericum qui percutere tentat, non incurrit censuras.*
6 *Attentare præsumere, est factum perficere.*
7 *Constitutio Gregorij punit attētantes prætextu consuetudinum.*
8 *Attentare contra constitutiones, est auctoritate iudiciali illas spernere.*

An ad incurrendam excommunicationem huius Bullæ, sufficiat actus attentatus?

SVfficere affirmat Diana *resolut.15.* ex verbis illis Bullæ. *Quidquam præter,aut † contra huius nostræ Constitutionis* 1 *tenorem attentare præsumpserit, declaramus &c.* Et priùs quàm ipse, tenuerat Peregrinus *de immunitate Eccles. cap.14.num.15.* Marius Italia *lib.1.cap.6 §.2.num.60.* Farinac.*cap.20.num.322.* ex textu in *l.2.C.de his qui ad Eccles.confug.* qui eisdem vsus fuerat verbis, Megala *part.3.lib.4.cap.2.quæst.1.num.30.* extendens, etiam si nullus subsecutus fuerit effectus.

Inde si quis Minister,satelles, vel miles hoc animo ingrediatur Ecclesiam,vt extrahat,idque agere occipiat,postmodum quiescente ira,ac animo pacatiore effecto,desistat,reumve eximere cesset ob hoc attentatum excommunicationi subiacebit secundùm prædictos, qui illos tantùm excludunt, qui id cogitauerint,nihil aliud intentando.

At non esse hunc sensum illius *clausulæ* manifestissimè contendo ; loquitur enim ibi Pontifex de illis,qui vigore *indultorum*,per hanc *Bullam* reuocatorum, *contrarium præsumerent attentare*; non autem de ministris,ac satellitibus, qui extractionem reorum perficere conarentur,nec opere complerent, vt in *clausul.9.* ibi. *Quòd si quis quacunque dignitate, & auctoritate præditus præmissorum, aut quouis alio prætextu quicquam præter,aut contra huius Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eo ipso facto censuras,& pœnas,&c.* Hæc enim clausula nullatenus executores respicit,sed eos † qui 2 iure

iure suo oppositum seruare posse con-
tendunt, eius, quod in *Bulla* præcipitur,
fræti antiquioribus concessionibus, vel
alio colore obseruantiæ, & vsus, post-
quam concessiones illæ manauere. At si
quis non hoc titulo id agat, sed ex impe-
tu, primoquè motu publicæ vindictæ,
vel falso etiam zelo iustitiæ, non tamen
ad perfectam extractionem perueniat,
hoc sermone non comprehendetur.

3 Iterum *attentare* in hoc casu, † sicut
in omnibus rescriptis, non significat idē
quod pertentare, periculum facere, in-
choare, intentare, sed accipitur pro con-
tradicere, contraire, destruere, retracta-
re, ac id, quod per Constitutionem de-
finitum est, peruertere, vt in *l. eleganter*
23. §. Si post rem, ibi: *Tunc enim rescriptis*
locum esse credendum est, cùm de sententia in-
dubitata, quæ nullo remedio attentari potest
transigitur, D. de condit. indebit. vbi atten-
tari, pro contradici, retractari, restagari.
In idem est textus in *cap. cum inter 13. in*
corpore, vnde sumitur, ibi: *Cuius sententia,*
cùm nulla fuerit appellatione suspensa, in rem
transijt iudicatam, quam asserebat, nullo posse
iuris remedio attentari, de sentent. & re iudi-
cata, & apud omnes Iurisconsultos *at-*
tentare post rescriptum sententiam, quæ
appellatione suspensa sit, vel cuius ad
appellandum tempus duret; est nouare,
statum rei immutare, variare, etiam si
iure aliàs id fieri liceret, si sententia lata,
vel Principis rescripto terminatio secu-
ta non fuisset, vt latè explicat Couarru-
uias *practic. quæst. cap. 23. in princip.* Lan-
cellotus quoque, qui mirificè declarat
in principio operis de attentatis appellat. pen-
dente in præfatione ex num. 6. præcipuè
post num. 13. ex Geminian. in capit. quamuis
1. not. num. 1. de off. ordin. num. 6.

Errauit ergo Farinacius allegando in
id textum in *l. 2.* item & glossam in ver-
bo, *Tentauerit, C. de his qui ad Eccles. confu-*
giunt, nam Latini verbi proprietatem,
vel non percepit, vel scire dissimulauit,
4 qui enim contra legem † venire tentat,
quoquomodo id incipiat experiri, dici-
tur tentare, opus aggredi, estque æquiuo-
cum verbum, vt patet ex mille exemplis
positis ab Ambrosio *hoc verbo*. At atten-
tare, & præsumere attentare, post legem
rescriptum, sententiam, est constitutioni
contraire, illi non obedire, ac de facto
resistere, vt patet ex infra dicendis, *vers.*
Et in specie quod hæc verba.

Nec ad excommunicationem incur-
rendam in iure tentatus actus sufficit, vt
si quis clericum † non percuteret, sed id 5
intentaret per textum in *cap. peruenit 17.*
firmant omnes *de sentent. excommunicat.*
facit *can. Episcopi*, ibi: *Aut minimis 11. q.*
3. & in *cap. si quis Romipetas 23. causa 24.*
quæst. 3. ibi: *Molestare tentauerit*, vbi tan-
diu excommunicatio indicitur, dum ex-
actionem illicitam perfecerit, & non re
stituerit, vel satisfecerit, idque importat
locutio illa *attentare præsumpserit*, factū,
nempe, † illudquè perfectum, vt in *Cle-* 6
ment. 1. de priuileg. ibi: *Si qui verò præmis-*
sa, vel aliquid de præmissis, attentare præ-
sumpserint, id enim requiritur, quando
hoc verbum iungitur infinito, vt ex *ca-*
pit. veritatis de dolo, & contumacia, & cap.
fraternitati de eo, qui cogn. consang. vxor.
suæ, probat in puncto Barbos. *Dict. 288.*
num. 2. vbi quòd non potest verificari
in solo conatu, allegat Tiraquellum in
l. si vnquam, verbo generaliter, quæst. 25. n.
93. C. de reuocandis donat. quòdque factū
completum importet, dictat hæc eadem
Constitutio in *clausula 4.* dum vtitur eis-
dem verbis, ponderando excessus, à qui-
busdam leguleis occasione indultorum
commissos.

Ex his quoque patet responsum ad
rationes *Dianæ*, quæ cùm fundentur in
verbis Constitutionis, corruūt, vbi om-
nino diuersus sit earum sensus. Et præ-
cipuè, dū constitutio † respicit ad eos, 7
qui vigore antiquarum concessionum,
per illam iam reuocatarū attentare præ-
sumerent, nec illos comprehendit, qui
citra hunc prætextum contrauenire in-
tentant, vel ex ira, vel impetu, primoquè
motu; ad quod faciunt omnia illa argu-
menta, quibus id probare conatus sum
in *quæst. 1.* illam nempe directam fuisse

ad

ad Principes, & Prouincias, quæ concessionibus innitebantur.

Et in specie, quòd hæc verba, *Attentare præsumpserint* referantur ad eum, qui

5 iudiciaria † auctoritate id sibi arroget, est *cap. decernimus, vbi gloss. verb. Præsumat de iudicijs*, Alexand. *cons.* 123 *num.* 9. *ver sic Quinimo plus dico lib.* 4. Card. Thusc. *lit. B. conclus.* 339. refert D. Barbosam, qui ad omnia, & pro omnibus scripsit dicta *Dict.* 288. *verbo, Præsumere*, referrque ibi D. Thom. dicentem, hoc verbum esse æquiuocum apud Iuristas, & Morales Theologos. *in* 2. 2. *quæst.* 21. *art.* 1. benè Lancellotus *præmisso loco ex num.* 18.

Hanc partem ex diuersis omnino fundamentis fortè melioribus defendit Gambacurta *lib.* 8. *cap.* 17. qui omnino, vbi Codices percurrant, vbi ve expurgētur, relegendus erit.

QVÆSTIO XVI.

EPITOME.

1 *Iudex, qui captum, ac ab alijs, sine mandato suo extractum detinet, an in censuras incurrat, si non restituit?*

2 *Reus à quocunque extractus, dicitur transire, cum onere restitutionis.*

3 *Appellatione prohibita, etiam permissa à lege vetita censentur.*

4 *Iudex, qui ab alijs extractum nō restituit, an attentare dicatur?*

5 *Excommunicatio in iudices, qui assasinum ab occisi consanguineis extractum non restituerunt.*

6 *Censura non incurritur, nisi præcedente facto iniusto lege Diuina, vel Canonica prohibito.*

7 ...... *ex Doctorum interpretatione etiam communi, nisi ad literam Canon loquatur, non sustinetur.*

8 *Excommunicatio iniusta non ligat, timenda tamen exterius, donec de eius iniustitia populo innotescat.*

9 *Immunitatis violatio supponit facti violentum ex parte extrahentis.*

10 *Prohibita in efficiente, sunt absque pœna apud tertios.*

11 *Furtiuum ad Dominum perductum omne exuit vitium.*

12 *Iniustè agere, ab eo, qui iniustum desinit agere, satis differt.*

13 *Excommunicatio ex facto alterius, etiā rato habito non incurritur, si mandatum deficiat.*

14 *Gaudere damno alterius aliud est, aliud damni causam dare.*

15 *Res non transit cum vitio, vbi reuertatur ad Dominum.*

16 *Censura non ligat eum, qui iure aliquid agit.*

17 *Verba sunt nominibus, sicut nomina verbis, singula singulis referenda.*

An iudex, qui non mandauit extrahi reum ab Ecclesia, sed satellites, vel alij extraxerunt vi, vel dolo, teneatur restituere reum in Ecclesia, vel possit contra eum agi?

PAucis Farinacius vsus, iudicem ad huiusmodi † capti restitutionem teneri, atque censuris compelli posse, docuit *in tractat. de immunitat. cap.* 20. *num.* 224. Peregrinus *eodem tractat. capit.* 14. *num.* 10. Megala *in* 3. *part. lib.* 4. *capit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 31. Diana *resolut.* 16. cuius opinionis tres afferuntur rationes. Prior est, quòd reus, qui extractus ab alijs est, licèt ex horum † manibus ad iudicem perueniat, iam est affectus, & obnoxius ad restitutionem Ecclesiæ fiendam, quæ dici potest dolo, & vi spoliata. Ad quēcunque ergo transeat, cum tali onere (meliùs dicerent vitio) trāsibit, ad instar rei furtiuæ; quæ cum onere restitutionis transit in quemcunque, affecta fauore eius, cui ablata fuit. 1 2

Altera ratio deducitur ex ipsa Constitutione Gregoriana, dum dicitur *extrahunt, capiunt, incarcerant*, hæc enim verba, vt suum operētur effectum, sunt hoc pacto intelligenda, *capiunt, & incarcerant, scilicet extractum*, arguunt hoc ex *cap. Pastoralis* 53 *de appellationibus*, vbi prohibi-

ta omni appellatione, intelligitur non tantùm de frustratoria, sed de omni appellatione, quæ permissa expressè non sit à iure, ne verba superflua, vel inania sint.

Tertia adducitur ratio ex *clausula* in antecedenti *quæstione* allata, vbi puniuntur *attentantes aliquid præter*, vel *contra*
4 *formam Constitutionis Gregorianæ*. Iudex † enim, qui extractum non restituit, licèt ipse non mandauerit, contra Bullam attentare dicitur, quò fit vt eius pœnas incurrat.

Et in hanc sententiam refertur ex *Genuensi in praxi cap.* 17. *num.* 5. determina-
5 tio Curiæ Archiepiscopalis † Neapolitanæ contra omnes Iudices magnæ Curiæ Vicariæ, Fisci Aduocatum, & Procuratorem Regni eiusdem, qui assasinum ex Ecclesia à consanguineis occisi, ac satellitibus extractum, eisque traditum, non restituerunt, vt moniti fuerant, sed furca suspendi pro meritis iusserunt.

Sed contra, quòd iudex, qui sine mādato proprio extractum reum, iamque in suo posse absque propria culpa, & vitio existentem, restituere rennit, in censuras minimè incurrat, nec excommunicari rectè posit, multa suadent. Primum natura censurarum, quæ talis est,
6 quæ † iniustum factum, lege Diuina, Canonicave directè prohibitum, vel ab homine, in iuris executionem requirat, vt patet ex *cap.* 40. *nemo Episcoporum*, ibi: *Sine certa, & manifesta peccati causa*, & statim, *nisi vnde Canonica docet auctoritas*, & can. sequēti, ibi: *Præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri ab Ecclesia sufferūt committētes*, 11. *quæst.* 3. in idem est text. in c. *Sacro approbante Concil.* 48. ibi: *Absque manifesta, & rationabili causa, de sentent. excommunicat. & in cap. venerabilibus* 7. §. *Sanè*, ibi. *Velut cum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata*, eodem tit. lib. 6. S. Thom. *in supplement. quæst.* 21. *art.* 3. Couar *in cap. alma mater*, *part.* 1. §. 9. *num.* 2. Sairus *de censuris lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. Toletus *Instruct. Sacerdotum lib.* 1 *cap.* 8. Sousa *in relectione de censuris cap.* 8. *disputat.* 51. *num.* 3. Inde si non adsit manifesta culpa (quæ illa dicitur, quæ aduersatur de directo, † non per inter- 7
pretationem, vel extensionem præcepto Ecclesiæ) nunquam, nec censuræ incurruntur, nec minùs declarari possunt, in quo maximus error hodiernorum temporum detegitur, qui ex ceruicosis Doctorum interpretationibus, ac contentionibus, pluribusque ex eis in propriæ sententiæ, meliùs dicam, erroris munimen scriptis, vel depromptis cōtra manifestum legis Pontificiæ casum, ad censuras recurrunt, quas postmodum, vel spretas cū Ecclesiasticæ disciplinæ contemptu, atque inspicientium scandalo videmus, vel maxima cum leuitatis nota à superioribus reuocatas. Huiusmodi enim cēnsuræ, postquam doctioribus † 8
primò, demum vulgò de earum iniustitia, atque nullitate innotescat, nullius effectus in vtroque foro reputantur, vt communis Theologorum schola docet, & patet per Angelum declaratio, *verbo excommunicatio* el 2. *num.* 1. D. Thom. *q.* 43. *art.* 7. & 8. Suarez *de cens. disputat.* 4. *sectio.* 7. *num.* 19. Tolet. *in compend. sum. cap.* 97. *num.* 10. *ad verbum*, Miranda *in Manuali Prælat. tom.* 2. *quæst.* 35. *art.* 14. *conclus.* 2. Vega *cap.* 75. *casu* 58. Armilla *verbo excommun. num.* 10. Tabiena *eodem verbo* 1. *num.* 17. Emanuel Rodrig. *in Summ. de excommunicat. cap.* 74. *conclus.* 4. de Cruce *art.* 2. *dub.* 3. apertiùs Gregor. de Valentia *tom.* 4. *in* 3. *part.* D. Thom. *disputat.* 7. *q.* 11. *de excommunic. puncl.* 2.

Secundùm elicitur argumentum ex causa huius censuræ, de qua quæritur, incurrendæ, est enim irreuerentia, † ac de- 9
spectus loci sacri, ac violationis immunitatis ipsius in eius personam, qui ad templum accurrit, vt habemus ex *capit. sicut antiquitus*, ibi: *Qui autem confinia eorū confringere tentauerit*, & in *cap. miror*, ibi: *Hominem de Ecclesia rapuisti*, & post aliqua *Ecclesiæ igitur illæsum reuoca, quem irreligiosissimè rapuisti*, & in *cap. frater*, ibi: *In contumeliam religionis acerba nimis, & plectibili* con-

contumacia prosiluisse, qui confugientem ad Ecclesiæ septa Curialem suum, nec ibi quidē tutum de iniuria sua securum esse dimiserint, & infra, ibi: *Hi, qui in iniuriam sanctorum locorum prosiluisse probantur, &c.* & in *Can. si quis cōtumax*, ibi: *Timorem Dei, vel reuerentiam sanctarum Ecclesiarum nō habuerit,* contra hos omnes excommunicationis pœna comminatur; supposito semper hoc facinus perpetrasse, ac effectu cōfugā extraxisse: nullibi verò de ijs fit mentio, qui in sic alieno nisu extractum, sine suo cōsilio, ac extra limites Ecclesiæ inuentum animaduertunt; quod non casu euenisse, sed consultò omissum censere debemus, cùm multa, quæ à sui exordio
10 prohibita inspiciuntur, † ac in priores effectores pœnā habent, sint sine crimine, & pœna penes tertios, *l. qui vas 48. §. Ancilla, & §. cur fur, D. de furtis,* fortiùsque, si is tertius ius ad rem habebat,
11 † vt de re furtiua ad dominum peruēta ait Consultus *l. si vendidero 80. §. Cum raptor, vers. Quòd si pecunia fuit debita, & in l. si ad dominum 86. D. de furtis.* His conuenit illud Aristotelis, distinguētis inter
12 eum, † qui iniustè agit, & illū, qui quod iustum non est, agit; is enim, qui reum ad se ductum, & per alium iniustè ab Ecclesia abstractum punit, iniustè non agit positiuè, licèt negatiuè possit dici iustū non agere, per quod in censuras contra iniustè agentes latas incidere non poterit. Denium facit egregius textus in *l. si donaturus 9. §. Si quis indebitam, D. de cond. caus. data,* ibi: *Maritus enim suum negotium gerit, & nihil dolo facit,* vbi Paulus debitum solutum marito iussu vxoris nō reuocari, nec cōdici à marito docet, neq; prætextu erroris, sed contra vxorē agi.

Tertium desumitur ex egregio textu in *c. cum quis 23. de sent. excom. lib. 6.* vbi Summus Pōtifex ait: *Cùm quis absque tuo mandato manus injicit in clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris excommunicationē latam à Canone incessanter incurris, cum ratihabitio retrotrahatur, & mādato debeat comparari. Si verò intectio eadem tuo nomine facta non sit, tūc, licèt pecces, ratam habendo eandem, non tamen propter hoc excōmunicationis illius vinculo innodaris,* ex quo elicitur manifestissimè, censurām † nō in- 13
curri, nisi vel per admittentem, vel per mandantem, de quo in *c. mulieres 6. §. Illi verò de sent. excomm.* vel per eum, cuius nomine delictū perpetratur, si ratum habeat, nullū autem horum iudici cōuenit, qui reū ab alijs, nec suo mādato, nec nomine extractū, supplicio afficit, licèt tali
† extractione gaudeat, atq; per hoc peccet; sunt enim hæc satis distantia quoad 14
pœnā; speciosè Tacitus 3. *Ann.* in morte Germanici. *Nā si cuiusquam morte, & luctu meo lætatus est, odero, separāque à domo mea, & priuatas inimicitias, nō Principis vlciscar,* & Liuius *lib. 45.* dixit: *Ne vnius amentiam ciuitati assignarent, suo quemque periculo furere,* sicut ergo nō per id excōmunicatio incurritur, quòd quis percussionē clerici ratā habeat, nisi præceperit, ita neque ab eo incurretur, qui extractionē factā, quā non mandauit, probat; faciūt Caietanus *ad q. 62. art. 6. ad 2.* Lessius *lib. 2. c. 13. dub. 5.* Et hāc opinionem, alijs tamē fundamentis tenuit Suarez *de religion. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 13. n. 17,* cui addēdus est Gambacurta *lib. 8. c. 7.* dū tenet, priuatas pērsonas expellentes, vel extrahentes ex Ecclesijs cōfugas, huius cōstitutionis pœnas non incurrere, quod apud me dubiū est, nisi dicas cū Lancelloto, & supra scriptis, Pontificē cēsuris subijcere eos, qui iudiciali auctoritate confugas extrahūt in Bullæ cōtemptum; quidquid verò sit, iure optimo arguitur, fauore iudicū extractū semel plectentium, qui omni ex iure tenerentur tāiùm ad deditionē eorū qui extraxissent, & noxā intulissent, vel ad animaduertendū in eos, vt in *l. 1* ibi: *Liceat nobis deditione ipsius corporis, quod deliquerit, euitare litis æstimationē, D. de noxal. act.* De hac deditione nocentum Valer. Max. *lib. 6. c. 6.* Liu. *lib. 7. de Caritis,* eos *seu dedi placeat, dedere separatos esse, si supplicio affici, daturos pœnas,* & in Scriptura Sacra in *d. c. 15.* Philistæi petūt dedi Samsonē, vt maleficū, & Israelitæ à Beniamitis, vt facinorosos dederent; est enim

H dis-

disiunctiua hæc obligatio, vt vel plectãt, vel dedant, Modernus *de iure belli lib. 2. de pœnarum communicatione n. 4. in medio, vers. Quæ omnia tamen sic intelligẽda.*

Nec aliquid contrariæ rationes euincunt; nã ad primã de vitio extractionis, semel incurso in quascunque manus res transierit, responsum patet ex eo, quòd iudex tanquam à iure exactor pœnarum
15 † à reis commissorum constitutus quacunque via, citra propriam violentiã, re sua potiatur, restituere non tenetur, quia vitium violentiæ in eum nõ transit, vt in *d. l. si vendidero 80. §. Cùm raptor, nec dolo facit, qui suum gerit negotium. dict. §. Si quis indebitum*, optimè ad rem Consultus in *l. bona fides 31. D. depositi*, ibi: *Probo hanc esse iustitiam, quæ suum cuique ita tribuit, vt non distrahatur ab vllius personæ iustiore repetitione*, deciditur ex hoc *textu*, rem depositam priori domino restituendã, non depositario, si ablata sit, ideo cõfuga rectè retinetur per iudicem suum, qui in eum jus habet pœnæ infligẽdæ, nec debet Ecclesiæ restitui; vnde ablatus est, semel quod non iudicis consilio, sed casu ad originariũ iudicem, ac dominum redit, qui textus indiuidualis est, regula enim quòd res transit cum vitio, etiam si per mille manos ambulauerit, de qua in *l. sed etsi lege 25. de petit. hæredit. & in l. sed vbi 15. D. de minoribus*, non sibi vendicat locũ, vbi res ad dominum peruenerit, quia vitium purgatur, si Dominus vt suam recipiat, & iure suo retineat, vt in dict. *l. si ad Dominum 86. D. de furtis, & dict. l. bona fides*. Vbi enim prohibetur actio, non censetur prohibita retẽtio, *l. patre furioso, 140. D. de ijs qui sui, vel alieni, l. pluribus 8. D. de verbor. oblig.* inde datur etiã in rebus spoliatis, si ad Dominum perueniãt Gratianus latè *discept. 353. num. 18. & 19.* quia retẽtio facti est, ad primæua naturæ principia pertinens, nunquam, vt cætera remedia, iuris rigori subiacens, *§. Interdum instit. de rerum diuis.*

16 Quòd si iure retinet, censuras † incurrere nõ potest, ex doctrinis apertissimis in terminis Canonũ, Bullæ Cœnæ, Sair. *de censuris lib. 3. c. 19. n. 5.* Card. Tolet. *Instruct. Sacerd. lib. 1. c. 27. n. 3.* Scula *in relect. Bullæ cap. 16. n. 1.* Suarez *de censuris disput. 21. sect. 2. n. 78. in fin. vers. Nihilominus tamen*, qui allegat in idem Nauarrum, quos adduxi *controu. 13. num. 9. in C. fol. 478.* addo nunc Doctores in *c. in præsentia de probationibus*, qui tutè docent, nõ incurrere in pœnas inflictas cõtrauenïẽtibus Constitutionibus, ac Bullis Pontificijs eos, qui non de facto id agunt, sed de iure ex congrua interpretatione, alijsque remedijs, ac exceptionibus iuridicis, atque ita saluant multas oppositiones de iure Flaminius Paris. *de resig. beneficior. lib. 8. q. 7. n. 169.* Marchesanus *de commissionibus p. 2. fol. 422. in vlt. impressione*, Marta *clausula 314. p. 1. n. 1. in vlt. impressione*, D. Barbosa *clausula 91. n. 5.* satis ad rem Sairus *in Thesauro Cas. Consc. lib. 3. c. 17.* Malder. *2. 2. q. 1. art. 10. dub. 8.*

Ad secundam potest excusari respon sum, ne plùs nimio inconsultè dictũ appareat, quòd à tãtis viris excogitatũ est, ac vti singulare scriptum. Bulla enim sic ait. *Declaramus, vt Curia secularis, eiusque Iudices, & Officiales ab Ecclesijs, Monasterijs, locisve sacris prædictis laicum aliquẽ, vt præfertur, delinquentẽ, &c. Sine expressa licentia Episcopi, vel &c. Capere, extrahere, aut carcerare nõ possint, nisi eo casu, &c.* quæ verba sunt eius facti expressiua, eiusque processus significatiua, quod in huiusmodi accidere solet. Laica enim familia, & satellites reũ sic in Ecclesia repertũ capiũt primùm, postmodũ captum ab Ecclesia extrahunt, foris trahunt, è sacris separãt, demũque in carcerẽ detrudũt: sunt ergo hi termini proprij, ac aptissimi eorum, quæ euenire solent, nec tortionẽ tã manifestã, & præposterationẽ verborum incongruam patiuntur, quæ illa est, dũ posterg atis verbis ponitur in vltimo loco, quod in secũdò rectè à Sũmo Pontifice positũ est, nẽpe pro *capere, extrahere, aut carcerare non possint*, subuertere illa hunc in modũ, *capiunt carcerant extractũ*. Et cũ omnia hæc verba ad Iudices, atque Officia-

ficiales referantur,atque in eos cōminatio pœnarū procedat,vt qui illa omnia ordine suo gesserint,diuidere actiones, velleque,vt Iudices laici,etiam de iusta carceratione teneantur,durissimū est,cū tandiu illa iniusta sit,quandiu extraċrio per eosdē facta præcedat:vnde verus, & iuridicus sensus is est,vt in vno quoque eorū verbo repeti debeat nomen antece
17 dens, † nempe Curia secularis, Iudices, eorumque Officiales,ne possint *capere*, ijdem *nec extrahere*, & demum ipsi, nec hos,ita per se extractos *carcerare*, singula singulis referendo,vt docet Decian.*consil*.70.*num*.19.*& seq.lib*. 3. Cardinal. Thusc.*concl*.291.*ex n*.11.*ad* 14.*lit.C*. D.Barb.*claus*.70.*n*.4.

Ad tertiā respōsum apertius patet ex traditis *in quæst.antecedenti*,dū ibi attenta tū quid sit,satis explicatū est,præcipuè, quia ex relatis in præsēti argumētatione apertè,ni fallor,elicitur,iudicem,qui id agat,nisi mandauerit,vel suo nomine id actum fuerit,nihil mali agere,nec attentare videri.

QVÆSTIO XVII.

EPITOME.

1 *Arma prohibita gestans in Ecclesia,an immunitate careat?*
2 *Delicta ratione loci fiunt maiora,non verò minuuntur.*
3 *Arma (si tumultus timeatur) existentibus in Ecclesia auferri debent.*
4 *Principi spectat armorum vsum, vel inhibere,vel permittere.*
5 *Sclopos breuiores Romæ deferens crimine maiestatis tenetur.*
6 *Confuga,si post admissum delictum armatus se in Ecclesiam recipiat, non per hoc gaudere deberet.*
7 *Armati,alijque scelesti ex Bullis Clementis non eijciuntur,quia non gaudent, sed ne Ecclesias profanent.*
8 *Specialia rescripta,si causam, rationemque generalem habent,ad omnes pertinent.*
9 *Arma tractare post delictum,nouus excessus est..*
10 *Delictum non exceptum,si ex noua lege cōuertatur in exceptū,immunitate carebit.*
11 *Appellantes ad futurum Concilium immunitate minimè gaudent.*
12 *Fur rerum Ecclesiæ,an eius immunitate gaudeat, cum nec iure, nec per Bullam expressè reijciatur?*

An confugiens ad Ecclesiam, gestando secum sclopettones, seu archibussettos, gaudeat immunitate?

HÆc quæstio aliquā cum his, † quæ disputata sunt supra *quæst*.8.connexitatem habet;ex armorum tamen genere per Constitutiones Regnorum sub capitis pœna prohibito augetur;vt ergo præsens Thesis perfectè percipiatur, plura sunt præmittenda. 1

Primò, armorū simplicē delationē, vbi extra tēpla omnibus pateat, in eis similiter nequaquā prohiberi;vbi verò in profanis locis vetita sit,incongruū,inde coruḿquè esse in Ecclesijs (vbi nullus armorū vsus esse potest)id licere,cū in eis quæ illicita per se alibi sunt,magis ob loci reuerentiam reddātur,atque grauiora fiāt;etenim delicta ratione † loci nō quidē minuuntur,nec desinunt esse scelera, sed increscunt *l.aut facta* 16.§.*Locus facit,D.de pœnis*,is ergo, qui cùm in Vrbe arma gestare nō possit, ad hoc Ecclesia abvtitur, ob exceptum, exemptumquè locum,pœna minimè carebit,nō tamen ex hoc eius immunitate carere debet,dū in ea manet,poterit tamen,si maximè † tumultus aliquis timeatur, armis spoliari ex traditis per Couar.*lib*.2.*var.c*.20. *in fin.vers.Trig.si.nosexto*,& alijs per nos dicta *quæst*.8. 2 3

Secundò armorū vsum ad pacē inter ciues tuendā,vel ad scelera virāda,posse in totū,vel in partē † lege lata interdici; hocquè Principi spectare,ac æquè tā per clericos,quàm per laicos seruādum esse, *l*.1.*C.vt arm.vsus lib*.11.*c*.1.§.*Si clericus de pace tenenda in vsibus feud.* probauimus in *C.ad leg.Federici nota* 89.*ad c*.109.*fol*. 261.vbi quòd Pius IV.itidē & V.Pontifices Maiestatis crimine teneri voluerūt eos,qui in statu † Ecclesiæ breuiora ignis tormēta gestarēt,in Bulla incipit. *Vices eius*, & eos, qui id agant, Ecclesiæ immunitate non gaudere, ibi compertū 4 5

eſt, nō ob armorum geſtationem, ſed ob Maieſtatis crimen, mutata enim eſt ſpecies delicti, ad illud Taciti 3. *Annal.* Nā, inquit, *legē maieſtatis reduxerat, cuius nomē apud veteres idē, ſed alia in iudiciū veniebāt: facta arguebātur, dicta impunè erāt.* Quapropter, vbi ſimilis lex vigeret, idem firmādum eſſet. Atque ita accipiendi, qui id abſolutè docēt, per ea, quæ ex Farinacio dicemus infra de mutatā delicti ſpecie.

Tertiò, delinquentem, qui poſt ſcelus admiſſum in Eccleſiā ſe recipiat, nō ideo
6 immunitate carere, † quòd armis ſtipatus ſit; licèt enim ex textu *in l. 3. §. Arma, C. de his qui ad Eccleſ. confug.* præcipiatur cōfugis, ne præſidio armorū ſe tutos velint, *ſecuri tēpli reuerentia*. Atque vt ſi moniti ab Epiſcopo, illis potiùs fidere velint, quā factorū tutela expelli debeant, hæc tamē expulſio non ſupponit, confugas immunitate non debuiſſe ab initio gaudere, ſed immo quod debuerunt admitti, reddere ſe tamen indignos, ac expellendos, quia eorū ex parte tū ex in cōfidentia ſacri refugij, tū ex indecētia ar-
7 ma ibi tractandi; † tū denique ex periculo tumultus, ac rixarū, & animo, & factis templū profanare videntur, ac per hoc ab eo eijci debent, per rationē adductam in *c. fin. de immun. Eccleſ. & in c. decet. 2. eodem tit. lib. 6.* Ex qua intelligētia duo Clemētis Octaui Pontificis Maximi reſcripta lucē quoquè recipiūt, quibus Bononiēſi Vicario, atque Neapolitano Archiepiſcopo præcepit, vt facinoroſos, atque obæratos è tēplis eijcerēt, itē & eodem natos, bannitos, atque fures, ſceleſtoſq; alios; nam licèt ſupponat à principio recte admiſſos, decernit tamē eijci debere, ſi ex poſt facto, nō iam ad refugium, ſed ad perpetuā receptationē, ac aſylū Eccleſijs vtātur, quæ reſcripta, attēto exordio generalia ſunt, ibi: *Vt in omnibus locis, præcipuè in Eccleſiæ ſtatu ſeruetur*, & in altera, *non placet Sanctiſsimo Eccleſijs cæteriſque ſacris abuti ſceleſtos ad Aſylū receptaculūque*, errauerunt que per quàm maximè, qui illa localia exiſtimarunt, cùm Cano-
8 nes omnes, atque reſcripta Pontificū † ſpecialibus perſonis directa, ſi rationem generalē habeant, in omnē Eccleſiā pro diſſe cenſenda ſint, nec vt pars, ſed totū eius corpus curetur, *l. 1. D. à quib. appell. non licet, l. quod Principis 28. D. de aqua pluu. arcend. l. fin. C. de legib.* expreſsè *in c. ſi Romanorum Pontificum 19. diſt. incl.*

Lapſus ergo Scriptorū Moraliū in quæſtione hac ex eo detegitur, quòd ratione delicti delationis armorū confugas à ſacris locis excludi poſſe, vel minimè putarint: arguentes ex tenore Gregorianæ Conſtitutionis, vt aſſolēt, quòd dū in ea huiuſmodi delictū excep tū nō ſit, excludi ab immunitate non debeant: nā Gallis Scriptoribus eiuſq; gentis more ſeclu ſis, vel Romanis: vbi id genus armorū ſub Maieſtatis crimine geſtari nō licet; nemo dixit ob hoc delictū confugientes immunitate non frui, benè tamen, quòd vel debeant armis ſpoliari, vt docet Couarruuias, vel ab Eccleſia vti illā profanātes eijci: hoc verò nō fuit in Gregoriana prouiſum, nec pacto aliquo ex eius verbis definiri poteſt, quoniā de delictis loquitur, quibus quis ex initio immunitate priuatur. Ideo in locis etiā, pro quibus proceſsit, nullū præſtat impedimentū, quin & diuerſa, non oppoſita ex iure communi ſtatuta ſeruanda ſint, *vt priori quæſtione* diximus, & ſæpiùs inculcatum eſt. Cùm ex armorū in Eccleſijs tractatione, † tanquam ex rei vetitæ cōtracta- 9
tione, noua cauſa, ſeparata ab ipſo delicto oriatur, argumēto *l. ſerui. 17. §. Vnde eſt quæſitū, verſ. Vnde hodie furtū facit, D. de furtis*, quod nouā delictū licèt immunitate nō priuet cōfugam, vt per hoc peti, ac vindicari ob Ordinario iudice poſsit, ſatis tamē eſt, vt expellatur, ac armis priuetur, niſi fortè genus hoc armorū adeo vetitū ſit, † vt in aliā delicti ſpeciē eius ge- 10
ſtatio mutetur, & vt tale de exceptis efficiatur, vt de Statu Pōtificio dictum eſt. Apud Hiſpanos quoq; Pragmaticali lege cauetur, vt qui talia geſtēt, proditores dicantur, vulgò *Aleuoſos*, ex quo delicto immunitate nō gauderet, vt in *l. 5 1. ord. lib. 8.* vbi pleniſsimè, & ſatis ad rē Did. Perez. Itaquè de Statu Eccleſiæ loquens intelligendus eſt Farinac. *q. 28. num. 66.*

Vi-

Villadieg. apud Hiſpanos *cap 3. Polit.*
num. 244. nec enim ex ſola ratione pœ-
næ ab immunitate quis eſt ſecludendus,
ſed ob delicti grauitatem, neque ob quã
cunq; grauitatem damnabilem, ſed dã-
noſam quoque, iuxta egregium Canonẽ
in *cap. nouimus* 27. §. *Cum enim de verbor.*
ſignificat. Hinc licèt Farinac. *q.* 8. *n.* 130.
& 133. *de immunit.* plures caſus excipiat,
ne qui illa committunt, immunitate pri-
uentur, declarat tamen in duobus nõ va-
lere limitationes, attentis ſcilicet bannis
à Gubernatore Vrbis promulgatis, quò
rum vigore aliqui pro aſſaſsinis haben-
tur, qui iure communi attento aſſaſsinij
pœna puniri non deberent; nam Statu-
tum, & lex requiſita iuris communis ad
omnes effectus supplere poteſt; facit
quoque Gambacurta *lib.* 7. *cap.* 5. *in fine,*
11 *verſ. In his*, vbi firmat † appellantes à Pa
pa ad futurum Concilium non gaudere
immunitate, quia ex Conſtitutione Pij
II. & Iulij II. id agentes in crimen læſæ
Maieſtatis incidunt, quod exceptum eſt.

Hoc autem delictum, cum ingraueſ-
cẽte hominum temeritate in aliquibus
præcipuè Prouincijs dãnoſiſsimum eſſe
peſsimique exempli cõpertum ſit, vt ex
narratiuis Bullarũ præmiſſarum inſpici
liquidò poteſt, meritò rigor pœnarũ ſuc
ceſsit. Maxima autẽ Eccleſiæ irreueren-
tia ex parte geſtantis oritur, dũ qui non
in profanis, hæc tam grauiſsima pœna in
dicta, vetita eſſe, putat ex loco exempto
effici licita, & impunibilia, ex quo dete-
gitur æquiuocum Peregr. *de immunit. c.*
12. *n.* 12. *verſ. Probatur primo*, dum putat
minorem eſſe irreuerentiã, geſtare arma
lõga, quæ videri poſsint, quàm hæc bre-
uia, quæ faciliùs latent; nam irreuerens,
vt quis ſit, actio agentis irreuerenter attẽ
ditur ex *cap. fin. de immunit. Eccleſ.* per cũ
citato, non verò conſideratur aliorum
exiſtimatio & iudicium. Itẽ Theſis quæ-
ſtionis eſt de geſtare cæteris aſpicienti-
bus, non verò de eo, qui ſecretè adeo il-
lis vtatur, vt neſciri poſsit; agimus enim
de exteriori foro, quod per externas
actiones regitur; vnde eius in hac ſpe-
cie dicta non ſunt attendenda.

Illationem alterã ex hac propoſitio-
ne elicit Diana *reſolut.* 17. quòd nempe,
ſicut armorum ſic prohibitorũ delator,
ac quodammodo cõtrectator Eccleſiæ
confugio non priuetur; ita & is, qui in ea
furtũ tam de aliena, quàm de ipſius Ec-
cleſiæ ſubſtantia † cõmittat, ſecutus Fa- 12
rinacium *de immunit. cap.* 16. *n.* 217. qui
relatis omnibus quaſi Canoniſtis con-
trarium tenentibus, ex hoc ratum, quòd
in Bulla Gregorij exceptũ crimen iſtud
nominatim non ſit, oppoſitum docuit
nullo alio Duce, quàm Mario Italia Si-
culo, apud nos inferioris notæ, nulliuſ-
que auctoritatis Scriptore.

At ego puto, Farinaciũ ſequendo Ma
riũ Italiam, tot grauiſsimis Auctoribus
omiſsis, ac ſuã ſententiã illa ratione tuẽ-
do, nõ leuiter erraſſe; nã duo Eccleſiaſti-
ci ordinis Cardines, Hoſtienſis in *c. fin.*
n. 3. *in fin. verſ. Quid ergo, ſi quis committat*
furtũ in Eccleſiã, & Zabarella, *col.* 1. *verſ.*
Per ea de immunitat. Eccleſ. oppoſito ſibi,
quod per Canones is caſus in ſpecie, nõ
exceptus fuerat, contrariũ tamẽ Eccle-
ſiæ decori, ac verbis Domini noſtri in-
telligentiæ cõuenire putarunt, ne qui illã
latronũ ſpeluncã faciunt, tandẽ propitiã
habiturã exiſtiment, atque per hoc Ho-
ſtienſis in ſumma Gotofredũ contrariũ
dicentẽ acriter increpat, quibus quoque
conſentiunt Ioannes Andreas, ibi *nu.* 5.
Anchar. *n.* 1. Butrius *n.* 6. *gloſ. in verb. Ab*
omnibus in c. frater 17. *q.* 4. Imol. *in Clem.*
1. *n.* 11. *in fine, verſ. Quid autem ſi commit-*
titur furtum in Eccleſ. de pœnit. & remiſ.
Paul. de Caſtro, Mileus, & Clarus, quos
ipſe Farinac. ſecutus fuerat *q.* 28. *n.* 57.
addito altero Cardin. Thuſc. *verbo, Ec-*
cleſ. concluſ. 11. *num.* 19. poſt Caſt. teſtan
tem de communi accedunt Decian. *tom.*
2. *lib.* 6. *capit.* 26. *num.* 7. Bobadilla *tom.*
1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 8.

Nam vt alibi, atque ſæpiùs diximus
Bulla hæc Doctorum interpretationes
non reſpuit, nec illas ſemel præſtitas, cõ-
munique Eccleſiæ conſenſu receptas ta-
cendo, vel prætermittendo ſuſtulit.

to fugeret, grauius damnum inureret, quàm domino serui; huic enim noceret quoad dominium pretio æstimabile, viliqu (vt ita dicam) iactura. At alterius quidem periculum summum esset, ob pœnæ corporalis grauitatem, ac vitæ sæpius discrimen; quoties ergo maius foret damnum, quod inde timeretur in personam custodis carcerum, quàm eius qui aufugit, si (impetrato vitæ discrimine) traderetur sacris, vt dixi, Canonibus
5 conforme esset, ne huic † reo in damnū alterius faueatur, neuè ad aliquā coercitionem vitandam, vitæ alienæ periculum succederet, vt patet ex ratione D. Hieronymi in *capit. sed illud distinct.* 45. estque apertissima *regula* iuris Pontificij in *cap. quod ob gratiam de regulis iuris in* 6. vitæ autem innocui seruandæ ratio, vt supra immediata *quæstione num.* 16. dictum est, iure immunitatis potior semper esse debet, argumento ducto ex proximè citato, *Can. constituit.*

Secundò sic argui potest; quòd aut delictum, pro quo manebat in vinculis, graue erat, ob quod immunitate minimè gaudere debuisset, vel ob quod illa
6 exclusus † iam fuerat, & non est dubiū eandem causam manere, qua illa frui nō debeat; delictum enim, quousque pœna purgatum sit, idem quoad omnes effectus reputatur, nec ex fuga fit leuius, immo augetur *l. inficiādo* 67. §. *Infans, vers. Et quia D. de furtis,* naturaque æquum est (vt aiebat Vlpianus in *l.* 1. *D. si is testam. liber esse iusserit, &c.*) *non esse impunitum eū, qui sub hac spe audacior factus est.* Benè Peguera *decis.* 17. vbi de indicio fugæ.

Aut verò delictum tale erat, pro quo (si de immunitate ageretur) ab Ecclesia recipiendus foret, nec ab ea auelli posset & tunc, cùm supponatur, delictum pœnam mortis non mereri, custodem verò ad mortem naturalem duci posse, nō esset æquum, vt vulgò aiunt, vt altare vnum pro altero vestiendo, exueretur, vt arguit Antonius de Butrio *consil.* 40. *in fine.* Immo hic, qui aufugit, tamque
7 grande custodis damnum † meditatus est, non abs re proditor proximi diceretur, per easdem rationes, quibus id tenēt Italia, & Peregrin. adducti per Dianam *resolut.* 19. *tom.* 1. *tract.* 1. in teste, qui falsum contra proximum deposuit, qui ad mortem ductus est; & in his terminis propriè docet Augustinus *Epistol.* 54. *ad Macedonium* relatus in *capit.* 18. *cum bono* 23. *quæst.* 5. *Aliquādo qui causa mortis fuit potius in culpa est, quàm ille, qui occidit, velut si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto legitimum supplicium luat.* Vnde maius delictū reputatur, quàm homicidium ab Augustino causam mortis præstare, fallendo.

Vltimò, quia custos carceris loco De-
positarij † habetur, ac sub eadem pœna 8
depositum reum restituere tenetur: depositum verò vbicumque, etiā in loco
sacro repertum † repeti potest, vt in *l.* 9
præsenti 6. §. *Si res mobiles, C. de his qui ad Eccles. confug.* quod à Canonibus nequaquam immutatum est, sed nec à Bulla, cui scriptores innituntur. Per hæc
enim fauetur † confugis, qui iam deli- 10
cta in proximorum damnum patrauere, nec nouum ex fuga ad Ecclesiam, proximi viuentis discrimen timetur, vt in præsenti euenit; Ecclesia enim materna pietate, cùm præterita reuocari nō posse conspiciat, ac quod factum infectum fieri nequeat, reum amplectitur, vt huius saltem filij saluti consulatur. At si id in alterius innocui quidem detrimento cederet, rigorem seruandum esse, si interrogaretur, responderet, nec negādum esse depositum in Ecclesia existens, si ob id, quod negatur, depositarius vitæ, vel libertatis iacturam faceret; nam inter duo extrema, cuinam debeat faueri, recipienda illa Ciceronis distinctio 2. *De*
inuentione † *misereri oportere eorum, qui* 11
propter fortunam, non eorum, qui propter malitiā in miserijs sunt, nec enim debet quis ob alterius culpam puniri, vt in *l. sancimus, C. de pœnis,* immo ibi esse pœnam vbi est noxa, vt & Philo *lib.* 2. *de speculan da lege* aiebat.

Hæc de eo, qui ex carceribus in Ec-

cle-

clesiam se recipit, modò de teste, cuius ex dicto, quis ad mortem ductus est, vel duci potest, disputatio sequitur, & securè dicendum est, tam in posterio-
12 ri casu ad vitandam innocentis † mortem, si opus esset, testem falsum dedi, ob rationem iam expressam, quàm in priori, quoniam hic proditor propriè dici potest, vti multi apud Marium Italiam citati probauerunt *lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5.* immunitate priuandum esse; falliquè Farinacium, qui casum ex iure communi, & Bullæ apertissimum per comprehensionem, non verò extensionem, ea dubietate dubium putat, vt Summus Pontifex consuli debeat; hoc enim haberet fortè locum, si casus in iure, vel *Bulla*
13 expressi † extendi deberent ea extensione, vt casus nouus per similia, quæ idem non sunt, decidendus veniret, cùm præsens idẽtificè, & per naturalem comprehensionem sit idem cum proditorio homicida, & venefico Clar. *in §. Falsum in principio*, Menoch. *de arbitr. casu 306. centur. 4.* Tiraquel. *de pœnis temperãdis, causa 31. num. 23.* vbi quòd est affinis, & cognata proditionis, & quod per hoc non gaudet immunitate, vt per eum *n. 24.* & Menoch. *ibidem num. 12*, Ioseph. Ludouic. *decis. 15. num. 32. vsque ad 36.* in Lucensibus, videndus D. Barbosa me citato *tom. 2. de iure Eccles. capit. 3. num. 129.* qui alios adducit, quo casu sub eisdem legibus, absque alia extensione comprehenditur, *cap. per exemptionem 9.* cum ibi notatis de *priuilegijs lib. 6.* Mandos. *de priuileg. ad instar gloss. 71. ex num. 3.* ego de donationibus *tom. 2. speciali 14. num. 13. in fine.*

Deceptus quoque est Peregrinus *capit. 7. num. 43.* quem sequitur Diana dicta *resolut. 19.* dum vltra falsitatem in te-
14 ste, † requirit, quòd pecunia corruptus falsum dixerit; nam hæc duo iure Canonum, & per Constitutionem, suam separatam causam habent; nam æquo iure excluditur, qui proditoriè hominem, quàm qui pecunia, assasinioquè occidit: dum ergo admittunt assasini appellatione testem, qui pecunia corruptus homicidij causa fuit comprehendi, nil impediente, Canonum, & Bullæ locutione, & litera, quo nam pacto id negẽt in teste, quid simile ex odio, sine pecunia admittente, ex hoc quòd literaliter cum proditore non conueniat, non video? Quòd si dixerint, singula, quæ non prosunt, collecta iuuare, quòdque per duo in idem cõcurrentia possit suppleri vniuscuiusque defectus, ijdem meminerint † 15
ex pluribus sua specie imperfectis, non posse vnum perfectum conflari, *§. Ex eo instituit. quib. mod. testam. infirm.* Menoch. *præsumpt. 39. num. 6. lib. 3.* D. Barbosa *axiom. 219. num. 2.* ita limitans priorem regulam, præcipuè in pœnis criminibus ex Cardinal. Thusc. *liter. S. conclus. 276. num. 14.* Sit ergo conclusio, pietati, simulatquè iustitiæ Ecclesiæ magis conuenire, Patrum quoque sententijs conformius esse, nocuo tradito innocẽtem è periculo eruere, quàm inculpatum pœnæ reo debitæ grauare: postquè carceris custodẽ, carceratum, qui aufugit vi etiam vndecumque sibi vendicare, vt diximus de domino rei furtæ supra *quæst. 16. num. 10.* benè Demosthenes *orat.* in Histor. Craten. *Nonne hoc, per Deum, durũ atque iniustum est, nec scriptis tantùm legibus, sed communi inter homines legi contrarium, vt non sinant vi vti aduersus eum, qui hostiliter rem meam retineat?*

QVÆSTIO XX.

EPITOME.

1 *Homicida Præsidis S.C. vel alterius Tribunalis Iustitiæ, vel Aduocati Fiscalis, an immunitate fruatur?*
2 *Princeps vnum delictum ex causa, quoad omnia facit alterum.*
3 *Delictum mutat ex edicto naturam, etiam quoad immunitatem.*
4 *Cardinales æquales Regibus, faciunt cum Pontifice vnum Tribunal.*
5 *Consiliarij, Senatus, Summi Magistratus, pars Principis sunt.*
6 *Pontificatus, Principatusque exterioribus adminiculis egent.*

7

7 .... *substantia, ac re non nomine, & titulis præfulget.*
8 *Diuitiæ ad communem Ecclesiæ statum incolumnem seruandum necessariæ, priuatis voluptatibus non expendendæ.*
9 *Princeps remotis Ministris, iam Princeps non est.*
10 *Magistratum offendens ex Cān. Apostolico, ac si Regem offendisset, habetur.*
11 *Laicus caret immunitate, vbi Clericus priuatur foro.*
12 *Maiestatem Principis cum Magistratibus vnam ex doctrina Apostolorum esse probatur.*

An siquis occideret Fiscum Regium, vel Præsidem iustitiæ, gauderet immunitate Ecclesiæ?

PArcerem huic Scribētium traditioni, si infra limites præpositæ quæstionis resolutio contineretur, sed dum id dissimulare cogitabam, quod in primis asseritur verbis, illationem ferre nō potui: ait enim Farinacius *de immunitate cap.* 13. *num.* 185. & 192. quem sequuntur Bonacina *de legibus, disputat.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 4. *num.* 22. Ambrosinus *cap.* 9. *num.* 7. quibus Diana se subscribit *resol.* 20. Pontificem, dum in Bulla homicidas Summorum Principum excipit, eos,
1 qui quacunque dignitate † præditos, inferiores tamen viris Principibus, interimunt, ab Ecclesia non reijciendos, inferuntque ex hoc idem de Cardinalium homicidis euenire, *Bulla* Pontificia aduersante.

Idcirco existimo, errorem hunc Reipublicæ Christianæ bono conuincēdum esse. At quia plura, quæ in hoc idem rendunt supra *in quæst.* 6. dicta sunt, quæ semel tradidisse sufficit, ideo nonnulla alia in præsenti, iam dictis inhærendo, adiungam.

Et primò suppono, Principem lege, vel constitutione leuem alioqui delicti speciem, in eodē tamen genere contentam grauiori speciei, iustam ob aliquam causam † æquiparare, ac quoad pœnam 2
actiones, ac cætera, eādem efficere posse, puta, quia in Prouincia frequentius in hac peccatur, vt in *l. aut facta* 16. §. *vlt. D. de pœnis*, ibi: *Nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbētur, &c.* quod & ante Aristoteles in *problematibus* dixerat *sectio.* 29. *Legis auctor, cū sciret illis in locis dominos res suas custodire non posse, custodem legem addidit*, hoc adeo, vt ex æquiparatione † hac legali, etiam 3
immunitatis exclusio sequatur, vt idem Farinacius fateri cogitur *tractat. de immunit. quæst.* 8. *n.* 130. & 133. vbi eos, qui per proclamata Gubernatoris Vrbis pro assasinis habentur, immunitate excludi docet, licèt aliàs de iure assasini dici non possent, cum alijs, quos ad hoc idem citaui supra *q.* 17. *vers. Hinc licèt Farinacius.* Ex lege enim delictum, & ipsius qualitas hominibus innotescit ex D. Paulo *ad Romanos capit.* 5. *Vsque ad legem enim, ait, peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.*

Secundò quoque supponendum est, Summos Pontifices in omnibus rescriptis Cardinales, non solùm fratres, verū quoque & corporis proprij partes appellare, vt qui vnū cum ipso Consistorium efficiunt. Ideoque æquales Regibus, nō ex eo quòd Cardinales sunt, sed vt qui cum Pontifice participant, dicuntur, vt latè Iacobatius *in speciali tractatu*, itemque & Pater Diana in altero eiusdem Thesis, pluribus in id collatis iuribus probāt, Clarus in §. *læsæ Maiestatis, vers. Quæro nunquid num.* 4. & Post. Boss. Gomet. & Gigantem, Peregrin. *de immunit. cap.* 9. *n.* 5. *vers. Quinto committitur.*

Sicut & Imperator Cōsiliarios, summosque Magistratus suo lateri assidēres
5 † partē proprij corporis, principalisque personæ appellare solet, vt eadem pœna illos offendentes plecti debeāt, sicut qui in ipsum Imperatorem conspirant, *l. quisquis* 5. *C. ad l. Iul. Maiestat.* ibi: *De nece etiā virorū Illustriū, qui Consilijs, & Cōsistorio nostro interfunt, Senatorū etiā (nā & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremò,* qui

qui nobis militat, agitauerit, &c. facit *l. 3. C. de dignit. lib. 12. ego in C. nota 20 ad leges Martini num. 3.*

Demum suppono, personam Principis, quà Princeps est, quodque magis videtur, ipsiusmet Pontificis (cuius à Christo Domino Vicariam in spiritualibus
6 potestatē ex fide habemus) egere † adminiculis ad hoc, vt talis à subditis habeatur, adoretur, obediatur, humanus enim intellectus per exteriora percipiēs, his maximè mouetur, quæ in pretio habet: sunt autem potiora dominantis instrumenta, Consistoriū, Cardinales, Senatus, Consilium; illisque remotis, licèt per se Pontificia, Imperialisve potestas non cessaret, vt nō cessat, cùm alibi fortiùs adhæreat, quoad existimationē tamē, siue dicamus opinionem, plùs merito vilesceret, immo effectu in minimum redigeretur, sunt enim hæc non nuda no
7 mina; nec appellatione, † sed operatione, atque efficientia cognoscuntur, & per hæc diuinæ Scripturæ loca saluātur, quæ exteriora hæc Ecclesiasticis ordi-
8 nibus † negare videntur, vt sæpiùs dixi, ac in hæreticas propositiones inuchendo probaui in *C. ad leg. Fedriei nota 87. per totam*, & alibi.

Esset autem nimis Stoicum his attētis, & (vt apertiùs dicam) satis vitiosum adeo verbis Bullæ inhærere, & vocum proprietati inniti, vt à rei substantia recedamus *Vitiosum est*, inquit Cicero (siue quisuis ille sit Scriptor ad Herennium) *controuersiam intendere propter nominum mutationem*. Quod esset, si Principatum abstractum ab eius muneribus, ac concomitantibus ipsum consideraremus; nam & hæc adeo inhærent, vt sine ipsis consistere nequeat, atque personæ Principis,
9 vt Princeps est † detraheretur, si illa remoueamus, vnde meritò Cōsiliarij pars corporis dicuntur, vt eos offendentes personam Principis offendisse censeantur, dataquè æquiparatione legali pœnæ, ac culpæ, iure merito & in Bulla cōprehensi dici debeant, cùm & personæ appellatio latè pateat, ex traditis per me supra *q. 7. vers. A: primò suppono n. 7.* vt iuri diuino Euangelico hanc opinionem conuenire diximus, dum ex Petri, ac Pauli Apostolicis doctrinis monemur, non tantùm Regibus parere, ac eos in honore habere, sed alios quoque, qui ab eis ad ius dicendum, potestatemquè exercendam missi sunt, quibus Apostolorum *Canon* 84. addendus est, quo Regum, & Magistratuum personæ ad paria indicantur, ibi: *Quisquis Imperatorem, aut Magistratum † contumelia affecerit, supplicium luitor, si clericus sit, deponitor; si laicus à communione remouetor.* At 10
vbi clericus ob aliquod delictum remouendus venit, per hoc idem laicus † im- 11
munitate carebit, vt sæpiùs diximus, ex Gambacurta *lib. 5. capit. 33. ante num. 6. fol. 433.* & Farinac. *quæstione 28. numero 26.*

Meritò ergo ex secunda huius discursus suppositione id in Cardinalibus, attenta Bulla, tenuit Peregrinus loco per Dianam citato, cui & ipse contrariè ausus non est, licèt subdubius subsistat, quæ cum pro cæteris Principum Ministris in *l. quisquis* relatis ex eadem ratione in ipsa lege † contenta procedant, 12
idem firmari debere consequitur, ac non benè Dianam, rationibus, non perpensis in *resolut. 20.* respondisse, occidentem nempe iustitiæ Præsidem, Fisciquè Principalem Aduocatum Ecclesiæ immunitate gaudere, cùm oppositum ex prædictis (si vera sunt) concludi posit, tam iure communi attento, quàm Bullæ, si persona Principis latè patet, necessarioque, si hos omnes ad nomen, & substantiam retinendam continet, idque cum Apostolicis doctrinis conuenit, omnino amplectendum esse videtur.

QVÆSTIO XXI.

EPITOME.

1 *Incendiarij Ecclesiæ gaudent secundùm Dianam, quia non excepti in Bulla.*

2 *Ecclesia magis offenditur in suo corpore, quàm respectu hominum in ea existentium.*

3 Sa-

3 *Sacrilegi qui, & ob quod ab Ecclesia arcendit?*

4 *Sacrilegium quibus definiatur, & quo pacto committatur?*

5 *Templis Romani,& Græci, immo & Barbari aliqui pepercerunt.*

6 *Homicida in templo, & in templum excidium patrans, exclusus censeri debet illius refugio.*

7 *Populator agri, si immunitate non fruitur, idem & de agri Dominici vastatore.*

8 *Delictum quodlibet graue in Ecclesia commissum, ab eius refugio admittentem excludit.*

9 *Speciei expressione, iuri communi generaliter disponenti nequaquam derogatum censetur.*

10 *Correctio vt vitetur, species expressa censetur loco exempli.*

An violantes Ecclesias, frangendo fores, vel comburendo eas, gaudeant immunitate?

VNico, ac solito nominum, & vocum refugio moderni Scribentes
quæstiones huiusmodi de incendiarijs,
1 ac Ecclesiarum † effractoribus resoluunt, solitario etiam argumento; aiunt
enim. per *Bullam Gregorij* non excipiuntur, nisi homicidia, vel mutilationes in
Ecclesia; ergo qui alia, licèt maiora flagitia committunt, immunitate frui debent. Et ita in hac quæstione arguit Peregrinus *cap.* 13 *num.* 15 *fol.* 165. sequiturque Diana *reso ut.* 21.

Huius verò argumentationis fragilitas ex multis, hoc præcipuè in casu, detegitur, quorum per nos aliqua supra *in quæstionis secundæ* examinatione dicta sunt, quæ licèt per se ad id conuincendũ satis essent, alia tamen huius argumenti magis propria aduertenda putaui.

Primum, maius esse delictum illud, quòd contra ipsam Ecclesiam commit-
2 titur, quàm quod in alium † in ipsa patratum est; in priori enim non solùm irreuerentia, verùm quoque & odium ac malus in Ecclesiam Dei, & Domini mãsionem animus, in altero passionum animi, ac iræ incontinentia arguitur, dum non cõsiderata loci securitate, ac sanctitate præceps in ea flagitium admittitur. Inde Summus Pontifex in *capit. fin. de immunitate Eccles.* non vnam, sed tres rationes, quibus ad priuandos huiusmodi
irreuerẽtes † Ecclesiæ immunitate mo- 3
uetur (quasi obiectionibus satisfacturus) adduxit. At in *cap. ad Episcopos* 17. *quæst.* 4. nulla præmissa ratione, nec expressa causa, ait, *ad Episcopos cunctos direxisse iussionem, vt eos, qui Ecclesias violasse perhiberentur, accessu earum iudicarent esse indignos.*
Sacrilegi enim sunt, † qui Ecclesiæ in- 4
tegritate manente, aliquid ex ea detrahunt, ex tribus relatis modis in *cap. si quis contumax* 20. *eadem causa* 17. *quæst.* 4. nã sacrilegium à *legere sacra*, idest, sacra furari prouenit. at qui illam deuastant, incendunt, destruunt, populantur, non sacrilegi tantùm, sed nefarij templorum violatores, ac contemptores, & aduersarij potius dicendi sunt, vt Cicero de Verre aiebat, *in 7. Verr. Cæteros item Deos, Deasque omnes imploro, & obtestor, quorum templis, & religionibus iste nefario quodam furore, & audacia instinctus, bellum sacrilegum semper, impiumque habuit indictum,* & Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 5. *ignes sacrilegos admouere templis.* Vnde & ipso iure belli † 5
inter ipsas quoque barbaras gentes receptum erat, vt non tantùm templis, verùm & hostibus ob templa parceretur. Diodorus noster *lib.* 19. & de Gothis, D. Augustin. *lib.* 1. *de ciuit. Dei*, de Græcis verò, & Romanis inter alia, per quæ à prioribus distinguebãtur, hoc adnotatunt. De prioribus Thucidides dicit *Ius fuisse, vt qui hosticum impetum facerent, à locis sacris abstinerent*, & Liuius de Alba capta, Silius quoque Italicus *lib.* 13. de Capua.

Ne flammam, tædasque velint, ne templa sub vno
In cinerem sedisse rogo.

Quòd si maius hoc delictum est homicidio, ac mutilatione, sique maius animi vi-

6 vitium continet, † ita iure veteri habi-
tum, nemo certè dicet, Summum Ponti
ficem in hac Bulla per diuersam casus
expresſionem tam grande flagitium fo-
uere voluiſſe, vt idem & templorum in-
cola, & euerſor eſſet, contra id, quod di-
ſertè Gelaſius edixit in *cap. frater 10 di-
cta causa 17 quæſt. 4. Nullus enim*, inquit,
*inter limina istæ venerationi deputata vtri-
que ſibi licere æſtimet pro ſua voluntatis
arbitrio, vt & humanitatem ſibi vendicet, &
furorem.*

Secundum, quod aduertēdum puto,
7 illud eſt, depopulatorem † agrorum in
hac ipſa (qua vtuntur) Conſtitutione ab
Immunitate excludi, quem ita definitum
habemus à Gambacurta *lib. 5. cap. 13. n.
4.* ex Innocentio, & Abbate in *cap. inter
alia de immunitat. Eccleſ.* illum eſſe, *qui odio
boni publici, vel ex peruerſa voluntate, ferro,
& flamma omnia vaſtat, ſegetes incendio tra-
dendo, deſtruendoue, fructus ex arboribus in
terram excutiendo, notabili damno illato.* In-
cludi, ac fouēri ab Eccleſia, qui eam de-
ſtruit, ac incendit, modò quis dixerit, dū
Summi Pontifices agris ſeruandis tali
pacto conſuluerūt qui forſan agros, vel
ſegetes ſeculi interituras pretioſiores ha-
bent Eccleſijs, quæ agri Domini Augu-
ſtino, Ambroſio, & cæteris ſunt, quod
vix credam, cogitauiſſe, qui hæc ſcripſit,
vnum alterumq; religioſiſſimum virū.

Vltimum illud eſt, quod communi
conſenſu Scriptores affirmauere, quòd
8 vis nempe graue delictum † in Eccleſia
commiſſum immunitatis priuilegio ca-
rere, ita Abb. *in cap. fin. de immunit. Eccleſ.*
Silueſter *in Summa verbo immunitas 3 n.
2.* Epiſcopus Conarru *lib. 2. var. cap. 20.
num. 12. verſ. 25.* Ioannes de Vyſch. *de
lib. Eccleſ. num. 3.* Remig. *de immunit. fall.
3 num. 5.* Boer. *deciſ. 109. num. 5.* Clar.
§. fin. quæſt. 30. verſ. Item quæro, Farinac.
quæſt. 28 poſt hos, & alios ad partes P.
Gambacurta *lib. 5. cap. 18.* qui reproba-
tis omnibus cōtrarijs probat, *Bullā Gre-
gorij* in hoc à iure communi non diſcre-
paſſe, minuſquè illud correxiſſe, licèt il-
las ſpecies expreſſerit. At iure communi
omnes Eccleſiæ violatores excludūtur,
vt locis relatis, & expreſſius in *cap. omnes
17. quæſt. 4.* ibi: *A liminibus eiuſdem matris
Eccleſiæ anathematizamus Apostolica aucto-
ritate, pellimus, damnamus, atque ſacrilegos
iudicamus.*

His animaduerſionibus propoſitis,
affirmandum eſt, expreſſionem delicti
per ſpeciē, nempe violationis Eccleſiæ
per homicidium, vel per mutilationem,
tanquam magis frequentē, non in æqua-
lium delictorum excluſionem, † multo- 9
què minùs maiorum, appoſitum fuiſſe,
vt pluribus fundat Gambacurta *loco præ-
miſſo ante num. 4.* addo doctrinam Fede-
rici de Senis *conſ. 233. col. penult. num. 3.
verſ. Non obſtat*, Caſtrenſ. *conſ. 41. in cauſa
appellationis num. 9. & 10. lib. 7.* Alexand.
conſ. 130 in cauſa num. 4. & 6. lib. 4. quos
ſequitur D. Barboſ. *axiomat. 85. num. 5.*
probantes, nō excludi per exceptionem
ſpeciei, etiam verbis limitatiuis ſimiles
caſus, immo haberi pro comprehenſis,
ac ſi exempli gratia dicti eſſent, vbi maxi
mè iuris communis, † vel receptæ apud 10
omnes opinionis correctio ſequeretur,
quod multis in *quæſt. 1.* & ſæpius proba-
tum eſt.

Oppoſita inde argumentatio parum
tuta eſt, vt quæ tantummodo ſuper ſpe-
cialium caſuum expreſſione fundatur,
quæ à Summis Pontificibus nō ad tur-
piora, ac maiora facinora fouenda ex-
preſſa cenſeri debent, ſed vt frequentio-
res caſus referrēt, alijs vt impoſſibilibus
ſilentio obuolutis, vt de parricidio non
comprehenſo in Licurgi legibus omiſſo
Seneca diſcurrit, ne dicamus ſacrorum
populatores Sāctiſſimæ Euchariſtiæ ere
ptores, mutilantibus hominum mem-
bra, culpa, & pœna inferiores eſſe, quod
(vt dixi) animus referre horret. Dicendū
eſt ergo, Eccleſiarum incenſores Eccle-
ſiæ immunitate frui nō poſſe, nec Eccle-
ſiam contra ſeipſam leges tuliſſe credē-
dum, cum perſona loquentis in generali
ſermōne excepta ſemper ſit, D. Barboſa
axiom. 206 num. 2. cum alijs ſupra *quæſt.
1 num. 41.*

QVÆSTIO XXII.

EPITOME.

1 *Iudæi an Ecclesiarũ immunitate gaudeant, si maximè contra fideles flagitia exerceant?*
2 *Priuilegia locis concessa, nullum discrimen personarum admittunt.*
3 *Confugium ad Ciuitates à Moyse distinctas Iudæis tantum patebat.*
4 *Templum Salomonis soli Iudæi adibant.*
5 *Refugij loca aduenis, peregrinisque, ex eadem tamen lege patebant.*
6 *Moysis lex Peregrinos, Aduenasque amplectebatur, si eiusdem ritus essent.*
7 *Proseliti qui apud Iudæos.*
8 *Confugij locorum Constitutio ad iudicialia pertinuit, ac ideo lege noua sublata.*
9 *Pontificis potestas eadem cum illa, quæ Petro concessa fuit.*
10 .... *ad omnes vilis Christi, non ad infideles extenditur.*
11 *Indefinita locutio ex ratione adiecta restringitur, vel ampliatur.*
12 *Infidelitate peccatum nullum maius eis, qui Christi fidem nouerunt.*
13 *Infideles licèt ex infidelitate non puniantur, fauorem certè non merentur.*
14 *Laicorum appellatione infideles non veniunt.*
15 *Christianorum duo genera, clerici, & laici.*
16 *Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.*
17 *Declaratio verbi dubij per Pontificẽ facta, omnem dubietatem eximit.*
18 *Lex ciuilis excludens Iudæos immunitate, non contradicit Canonibus, dum illi ad fideles referri debent.*
19 *Canones, & legibus concordari possunt, id maximè amplectendum est.*
20 .... *quidquid in materia immunitatis, ex legibus non corrigunt, probant.*
21 *Fideles ob fauorem infidelium exagitari, iniquissimum est.*
22 *Infidelis, si ex corde baptismũ petat, immunitate fruetur.*
23 ......*si gauderet, Pontificem sub immunitatis spe occidere posset, si dictæ Dianæ opiniones in vnum ponantur.*
24 *Infideles non admittendos ad Ecclesias communis docet.*

An Iudæus, Paganus, Saracenus, vel quilibet infidelis gaudeat immunitate Ecclesiæ?

PRobabiliter teneri posse, affirmat Diana *resolut.* 22. hos omnes æquis fauoribus, ac cæteros Christi fideles 1
prosequendos esse quoad immunitatem eis impartiendam, tacita suppositione præmissa, quod contra fideles flagitia exerceant, motus (præter auctoritatem infrascriptorum) ex Bart. & Bald. traditionibus de priuilegijs † locis ipsis con- 2
cessis, omnes personas comprehendentibus, nam prior id docet *in l. fin. C. de testamen.* & *in l. cunctos populos, C. de Summ. Trinitat. & Fide Catholic.* Baldus *in l. si non speciale, C. de testament.* Atque pro hac citat Gloss. Hostiens. Innocent. Cardinal. qui probabile hoc esse dicunt Sanctum Anton. *part.* 2. § 1. *vers. His ergo exceptis,* Siluest. *verb. Immunitas* 3. *num.* 2. *vers. Secundò.* De Pagano id probat ex Azorio *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 9. Riccius *de iure person. lib.* 2. *cap.* 13. *per totum,* Barb. *in l.* 5. *decret. tit.* 49. *cap.* 6. *n.* 50. Ioan. Fab. *in l.* 2. *C. de his qui ad Eccles. confug.*

Iterum verò prioribus scriptis alios Auctores addit Diana *resolut.* 30. *tractat.* 1. *part.* 4. dicens, scita absolutè tenere, quibus, atque alijs aduersus me *tomo* 5. *tractat.* 1. *resolut.* 2. *vers. Notandum* conductis, suo quoque loco respondendum erit.

Ego verò, sicut & olim in *C. Politico ad l. Federici nota* 81. *fol.* 222. & nunc teneo, hanc sententiam Diuino, Canonicoque iuri omnino aduersari: verùm enim verò, si Diuinum per Moysem da-

datum ius attendimus, ciuitates refugij
3 ad recipiendos confugas † cõstituit, de
quibus *in quæst.* 1. expressè de Iudæis, &
fratribus eorũ; sicut & in tota Moysi le-
ge disponitur, illa enim tota ad popu-
lũ electum directa fuit, nec gentes vilate
nus complectitur, vt disertè Dauid Psal.
149. Apostol. *ad Roman.* 2. 14. affirmãt.
4 Ad Salomonis autẽ † templũ (quod vni
cum in omni Iudæa erat) alienigenas re-
cipi, vel limine tenus illud attingere ne
quidẽ licebat. Tacitus 5. *Historiarũ*, vbi
quòd *Pompeius*, prior *illud iure victoriæ in
gressus est*, quod & D. Augustinus refert
de ciuitate Dei lib. 18. *c.* 45. illum, nempe,
*templum adysse, non deuotione supplicis, sed
iure victoris*, immo nec ipsis Iudæis ad sa
cra introire fas erat, *num.* 187. ibi: *Si quis
externus accesserit, occidetur.*

Nec quòd in Num. *c.* 35. refugij loca
5 aduenis, peregrinisquè patere † dicãtur,
id ad Gentiles, Idololatrasquè referen-
dum est, nam in Sacra pagina aduenæ,
ac peregrini, qui ad paria cũ filijs Israel
tractari præcipiuntur, illi sunt, qui eun-
dem Deum, eademque præcepta, cere-
monias, ac sacrificia colebant, vt patet
eodem libro *Num. cap.* 15. *Tam indigenæ,*
6 *† quàm peregrini eodem ritu offerent sacrifi-
cia, vnum præceptum erit, atque iudicium
tam vobis, quàm aduenis terræ*, hi Proseliti
7 vocabantur, † qui iure ciuitatis fruerен-
tur, vel promissionum participes fierẽt,
circuncidebantur, ac legi se subijciebãt,
quorum meminit Dominus noster apud
Matthæum 23. Apostolus 5. *cap. ad Ga-
latas*, Ioseph *histor. lib.* 22. tangit & Ta-
citus *dict. lib.* 5.

Quoties ergo immunitatis sacrorum
nostrorum infideles participes fiant, id
contra legis veteris suppositionẽm do-
cetur, qua confugæ, qui ex circuncisione
erant, solùm ad eas recipiebãtur, modo
Moysis lex, quoad hæc confugij loca cũ
cæteris moralibus præceptis ad nos trãs-
lata fuerit; nam Diuus Thomas, & rectè
8 hanc partem ad iudicialia pertinere †
putat, atque ideo abrogatam, siue, vt me
liùs dicam, mortificatam fuisse. Ita ille
1. 2. *quæst.* 105. *artic.* 2. *ad* 10. benè Co-
uarru. *lib.* 2. *capit.* 20. *num.* 2. *vers. Prima
conclusio*, dum probat immunitatis hoc
ius iure Pontificio, & Cæsareo sustine-
ri, de quo nobis alibi disputatio suscı-
pienda erit.

At quod spectat ad Canones; de fide-
libus confugis illos accipi debere extra
dubium est; siue consti tuentis potesta-
tem, siue verba spectemus. Nam quoad
primam, † omnis Pontificis, siue in sa- 9
cris, siue in profanis in ordine ad sacra
dispositio, à tributa per Dominum Pe-
tro potestate dependet; illi verò licèt di-
catur apud Ioannem 21. 18. *pasce oues
meas*, ne fortè id ad omnes mundi inco-
las, iuxta proferentis dominium referre-
tur, † prius apud eundem declaratũ fue- 10
rat, *cap.* 10. 16. cum dixisset: *Alias oues ha
beo, quæ non sunt ex hoc ouili, illas oportet me
adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor*,
vt non omnium Pastorem, sed fidelium
tantum se esse sciret. Inde Apostolus nõ
semel de ijs, quæ foris sunt, nihil ad Ec-
clesiam pertinere docuit, *ad Corinth.* 1.
cap. 5. 12. latissimè Victoria *in relectio-
ne de Indis ex num.* 21. & hoc textu non
adducto Pater Gambacurta *de immunit.
Eccles. cap.* 7. *num.* 10. *lib.* 4.

Verba autem Canonum, quòd ad fi-
deles referri debeant, extra dubium quo
que est; nam licèt indefinitè prolata fue-
rint, ne eos, qui ad Ecclesias confuge-
rint, abstrahere liceat, † attamen ex ra- 11
tione, *cap. fin. de immunit. Eccles.* apertis-
simè infertur, eos, qui se immunitate in-
dignos faciunt, illa frui non debere; nec
enim ambigitur, quin Iudæi, atque infi-
deles, inter fideles præcipuè agentes, ex
pertinacia, atque infidelitate † magis, 12
quàm ex alia in Ecclesiam iniuria pec-
cent; cùm enim inter nos degant, Chri-
stiquè legem intueantur, pertinaces ta-
men in infidelitate manent, atque adeo
licèt puniri pœna non possint, gaudere,
tamen † priuilegio aliquo non meren- 13
tur, *l. priuilegia, C. de Hæret. & Manich.* D.
Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 6. & *q.* 12. *art.* 2.

Accedit præsentis Pontificiæ Consti

est, nō ob armorum gestationem, sed ob Maiestatis crimen, mutata enim est species delicti, ad illud Taciti 3. *Annal. Nā*, inquit, *legē maiestatis reduxerat, cuius nomē apud veteres idē, sed alia in iudiciū veniebāt: facta arguebātur, dicta impunè erāt*. Quapropter, vbi similis lex vigeret, idem firmādum esset. Atque ita accipiendi, qui id absolutè docēt, per ea, quæ ex Farinacio dicemus infra de mutatà delicti specie.

Tertiò, delinquentem, qui post scelus admissum in Ecclesiā se recipiat, nō ideo
6 immunitate carere, † quòd armis stipatus sit; licèt enim ex textu *in l. 3. §. Arma, C. de his qui ad Eccles. confug.* præcipiatur cōfugis, ne præsidio armorū se tutos velint, *securi tēpli reuerentia*. Atque vt si moniti ab Episcopo, illis potiùs fidere velint, quā sacrorū tutela expelli debeant, hæc tamē expulsio non supponit, confugas immunitate non debuisse ab initio gaudere, sed immo quod debuerunt admitti, reddere se tamen indignos, ac expellendos, quia eorū ex parte tū ex in cō fidentia sacri refugij, tū ex indecētia arma ibi tractandi; † tū denique ex periculo
7 tumultus, ac rixarū, & animo, & factis templū profanare videtur, ac per hoc ab eo eijci debent, per rationē adductam in *c. fin. de immun. Eccles. & in c. decet. 2. eodem tit. lib. 6*. Ex qua intelligētia duo Clemētis Octaui Pontificis Maximi rescripta lucē quoquè recipiūt, quibus Bononiēsi Vicario, atque Neapolitano Archiepiscopo præcepit, vt facinorosos, atque obæratos è tēplis eijceret, itē & eōdem natos, bannitos, atque fures, scelestosq; alios; nam licèt supponat à principio recètè admissos, decernit tamē eijcidebere, si ex post facto, nō iam ad refugium, sed ad perpetuā receptationē, ac asylū Ecclesijs vtātur, quæ rescripta, attēto exordio generalia sunt, ibi: *Vt in omnibus locis, præcipuè in Ecclesiæ statu seruetur*, & in altera, *non placet Sanctissimo Ecclesijs cæterisque sacris abuti scelestos ad Asylū receptaculūquè*, errauerūntque perquàm maximè, qui illa localia existimarunt, cùm Canones omnes, atque rescripta Pontificū †
8 specialibus personis directa, si rationem generalē habeant, in omnē Ecclesiā pro dispositione censenda sint, nec vt pars, sed totū eius corpus curetur, *l. 1. D. à quib. appell. non licet, l. quod Principis 28. D. de aqua pluu. arcend. l. fin. C. de legib.* expressè *in c. si Romanorum Pontificum 19. dist. in c.l.*

Lapsus ergo Scriptorū Moraliū in quæstione hac ex eo detegitur, quòd ratione delicti delationis armorū confugas à sacris locis excludi posse, vel minimè putarint: arguentes ex tenore Gregorianæ Constitutionis, vt assolet, quòd cū in ea huiusmodi delictū exceptū nō sit, excludi ab immunitate non debeant: nā Gallis Scriptoribus eiusq; gentis more seclusis, vel Romanis: vbi id genus armorū sub Maiestatis crimine gestari nō licet; nemo dixit ob hoc delictū confugientes immunitate non frui, benè tamen, quòd vel debeant armis spoliari, vt docet Couarruuias, vel ab Ecclesia vti illā profanātes eijci: hoc verò nō fuit in Gregoriana prouisum, nec pacto aliquo ex eius verbis definiri potest, quoniā de delictis loquitur, quibus quis ex initio immunitate priuatur. Ideo in locis etiā, pro quibus processit, nullū præstat impedimentū, quin & diuersa, non opposita ex iure communi statuta seruanda sint, *vt priori quæstione* diximus, & sæpiùs inculcatum est. Cùm ex armorū in Ecclesijs tractatione, † tanquam ex rei vetitæ cōtrectatione, noua causa, separata ab ipso delicto oriatur, argumēto *l. serui. 17. §. Vnde est quæsitū, vers. Vnde hodie furtū facit, D. de furtis*, quod nouū delictū licèt immunitate nō priuet cōfugam, vt per hoc peti, ac vindicari ob Ordinario iudice possit, satis tamē est, vt expellatur, ac armis priuetur, nisi fortè genus hoc armorū adeo vetitū sit, † vt in aliā delicti speciē eius gestatio mutetur, & vt tale de exceptis efficiatur, vt de Statu Pōtificio dictum est. Apud Hispanos quoq; Pragmaticali lege cauetur, vt qui talia gestēt, proditores dicantur, vulgò *Aleuosos*, ex quo delicto immunitate nō gauderēt, vt in *l. 51. ord. lib. 8.* vbi plenissimè, & satis ad rē Did. Perez. Iraquè de Statu Ecclesiæ loquens intelligendus est Farinac. *q. 28. num. 66*.

Vi-

Villadieg. apud Hispanos *cap* 3. *Polit. num.* 244. nec enim ex sola ratione pœnæ ab immunitate quis est secludendus, sed ob delicti grauitatem, neque ob quā cunq; grauitatem damnabilem, sed dānosam quoque, iuxta egregium Canonē in *cap. nouimus* 27. §. *Cùm enim de verbor. significat.* Hinc licèt Farinac. *q.* 8. *n.* 130. & 133. *de immunit.* plures casus excipiat, ne qui illa committunt, immunitate priuentur, declarat tamen in duobus nō valere limitationes, attentis scilicet bannis à Gubernatore Vrbis promulgatis, quorum vigore aliqui pro assassinis habentur, qui iure communi attento assassinij pœna puniri non deberent; nam Statutum, & lex requisita iuris communis ad omnes effectus supplere potest; facit quoque Gambacurta *lib.* 7. *cap.* 5. *in fine,*
11 *vers. In his*, vbi firmat † appellantes à Papa ad futurum Concilium non gaudere immunitate, quia ex Constitutione Pij II. & Iulij II. id agentes in crimen læsæ Maiestatis incidunt, quod exceptum est.

Hoc autem delictum, cum ingrauescēte hominum temeritate in aliquibus præcipuè Prouincijs dānosissimum esse pessimique exempli cōpertum sit, vt ex narratiuis Bullarū præmissarum inspici liquidò potest, meritò rigor pœnarū successit. Maxima autē Ecclesiæ irreuerentia ex parte gestantis oritur, dū qui noluit in profanis, hæc tam grauissimā pœna indicta, vetita esse, putat ex loco exempto effici licita, & impunibilia, ex quo detegitur æquiuocum Peregr. *de immunit. c.* 12. *n.* 12. *vers. Probatur primo*, dum putat minorem esse irreuerentiā, gestare arma lōga, quæ videri possint, quàm hæc breuia, quæ faciliùs latent; nam irreuerens, vt quis sit, actio agentis irreuerenter attēditur ex *cap. fin. de immunit. Eccles.* per eū citato, non verò consideratur aliorum existimatio & iudicium. Itē Thesis quæstionis est de gestāte exteris aspicientibus, non verò de eo, qui secretè adeo illis vtatur, vt nesciri possit; agimus enim de exteriori foro, quod per externas actiones regitur; vnde eius in hac specie dicta non sunt attendenda.

Illationem alterā ex hac præpositione elicit Diana *resolut.* 17. quòd nempe, sicut armorum sic prohibitorū delator, ac quodammodo cōtrectator Ecclesiæ confugio non priuetur; ita & is, qui in ea furtū tam de aliena, quàm de ipsius Ecclesiæ substantia † cōmittat, secutus Fa- 12
rinaceum *de immunit. cap.* 16. *n.* 217. qui relatis omnibus quasi Canonistis contrarium tenentibus, ex hoc tātùm, quòd in Bulla Gregorij exceptū crimen istud nominatim non sit, oppositum docuit nullo alio Duce, quàm Mario Italia Siculo, apud nos inferioris notæ, nulliusque auctoritatis Scriptore.

At ego puto, Farinaciū sequendo Mariū Italiam, tot grauissimis Auctoribus omissis, ac suā sententiā illa ratione mēdo, nō leuiter errasse; nā duo Ecclesiastici ordinis Cardines, Hostiensis in *c. fin. n.* 3. *in fin. vers. Quid ergo, si quis committat furtū in Ecclesiā*, & Zabarella, *col.* 1. *vers. Per ea de immunitas. Eccles.* opposito sibi, quod per Canones is casus in specie, nō exceptus fuerat, contrariū tamē Ecclesiæ decori, ac verbis Domini nostri intelligentiæ cōuenire putarunt, ne qui illā latronū speluncā faciunt, randē propitiā habiturā existiment, atque per hoc Hostiensis in summa Gorofredū contrariū dicentē acriter increpat, quibus quoque consentiunt Ioannes Andreas, ibi *nu.* 5. Anchar. *n.* 1. Butrius *n.* 6. *glos. in verb. Ab omnibus in c. frater* 17. *q.* 4. Imol. *in Clem.* 1. *n.* 11. *in fine, vers. Quid autem si committitur furtum in Eccles. de pœnit. & remis.* Paul. de Castro, Milens, & Clarus, quos ipse Farinac. secutus fuerat *q.* 28. *n.* 57. addito altero Cardin. Thusc. *verbo, Eccles. conclus.* 11 *num.* 19. post Cast. testantem de communi accedunt Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *capit.* 26. *num.* 7. Bobadilla *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 8.

Nam vt alibi, atque sæpiùs diximus Bulla hæc Doctorum interpretationes non respuit, nec illas semel præstitas, cōmunique Ecclesiæ consensu receptas tacendo, vel prætermittendo sustulit.

QVÆSTIO XVIII.

EPITOME.

1 *Assassinus, qui non perfecit, an immunitate gaudeat?*
2 *Affectus assassini, an vti effectus puniatur?*
3 *Bulla assassinium per nomen delicti excipit, nec effectum considerat.*
4 *Assassinij pœna vbi incurritur de iure, immunitas quoque cessabit.*
5 *Pontificum Constitutiones, eorumque verba, iuxta iuris communis intelligentiam capienda sunt.*
6 *Pœna assassinij quæ sit?*

An reus, qui attentauit occidere aliquem proditoriè, effectu, & morte non secuta, gaudeat immunitate?

SImilem huic omninò quæstionem,
multis hinc inde consideratis agitauimus
supra *quæst.* 4. quò fit inane futurum
aliam addere tractationem, nec
percipio, quo pacto præsentem ab illa
Diana noster distinguat, cum eisdem
Auctoribus, ac verbis hanc absoluat, nisi
fortè, vt insinuet cum Farinacio, *cap.*
8. *num.* 125. etiam intentatam mortem
1 per assassinum, † ab immunitate non se
clusam, sicuti illam, quæ per proditionē
attentata fuerit.

In quo Farinacius non leuiter deceptus
est, nullisque fundamentis à scriptis
per semet in *quæst.* 28. *num.* 26. recessit;
putat enim ipse ex hoc, assassinum, qui
non perfecerit, posse ad immunitatem
admitti, quia generalis consuetudo ex-
2 cipiens à pœna ordinaria † delinquentem,
qui nō perfecerit, porrigitur etiam
ad assassinum, ex traditis per eundem
quæst. 123. *num.* 15. Vnde arguit, cessante
pœna ordinaria, debere quoque
immunitate frui; cum tamen certum sit
dari delicta, tā in iure Canonico, quàm
hac in constitutione, quæ pœnam mortis
non merentur, quæ tamen immunitate
carent, vt est mutilatio in Ecclesia,
vel homicidium in ea casuale. Hæreticus
quoque non relapsus morte ex consuetudine
minimè mulctatur; quibus
exemplis fit, argumentum nequaquam
stringere.

Iterum, cùm Summus Pontifex homicidium
à proditore requirat, dato, illud
perfectum intellexerit, quod semper
negabo, hoc tamen in assassinio non optauit,
immo vero, cùm potuisset homicidium
proditoriè, vel per assassinium
dicere, diuersas confecit clausulas, ibi:
Aut qui proditoriè proximum occiderit, &
deinde, *aut assassini, vel hæresis, lesæ
Maiestatis in personam Principis rei.* Dum
ergo Bulla † nomen delicti excipit, at- 3
que à sacris Canonibus, tam morte secuta,
quàm intentata perfici dicitur, vt
in *cap.* 1. *de homicid. lib.* 6. ibi. *Quamquam
mors ex hoc forsitan non sequatur*, sequi videtur,
omnes casus, † quibus pœna as- 4
sassinij incurritur, in Bulla comprehensos
esse, quòd si id iuris Canonici dispositio
dictat, atque verbum, quo in hac
Bulla Gregorius vsus est, iuxta Canonū
intelligentiam † accipiendum, non re- 5
pugnat, vt idem Farinac. fatetur in *cap.*
10. *num.* 149. ex optima doctrina Cardinal.
Tusc. *conclus.* 11. *num.* 15. *in fine,
verbo, Ecclesia*; per Canones verò & is,
qui non perfecit, in crimen assassinij incidit,
quo titulo Farinacius à iam firmatis
recedat, non percipio. Cùm præcipuè
frequentior Doctorum opinio in
hanc in terminis immunitatis inclinet,
vt patet ex multis per eū adductis *quæst.*
28. *num.* 26. quibus addit Gutierrez *lib.*
3. *quæst.* 17. *ex num.* 26. *ad* 59. sequuntur
quoque Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *num.*
31. Gambacurta *capit.* 34. *num.* 12. *fol.*
437. *lib.* 5. ac ferè omnes Farinacio, ac
Diana exceptis.

Nec Tribunalia pœnæ minorationē
† in assassinio, prout in aliquibus deli- 6
ctis, vbi perfecta nō sint, semper admittunt,
quinimo in dies pœnam ordinariā
infligi (si modò delinquens diffamatus
similium sit, & res ad manus deuenerit,

vt

vtque aiunt ad actum proximum) experimur, vidimuſque Panormi duos D. Petri Monteaperti ſeparatis temporibus,per aſſaſsinium aggreſſores furca ſuſpenſos, licèt neuter perfeciſſet, & poſt hæc hanc amplectitur,me,& alijs citatis D. Barboſa *tom.2.de vniu.iure Eccleſ.cap.3.num.97.* vbi extendit ad cooperatores, mediatores, receptatores, quem libentiſsimè ſequor.

QVÆSTIO XIX.

EPITOME.

1 *Carceris effractor, qui liber ad Eccleſiam peruenit,immunitate gaudet.*

2 *Confugæ impetrata vita,& membris,tradi debent,vbi maximè ex hoc alteri impunitas præſtatur.*

3 *Omiſsio,& negligentia in Commentarienſi acerrimè punitur.*

4 *Eccleſia ſumma iuſtitiæ cultrix.*

5 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri.*

6 *Carceris effractor,qui ex delicto immunitate priuabatur,vel priuatus fuerat,iterum reſtituendus.*

7 .... *qui vitæ periculum timens, cuſtodem in eius diſcrimen addacit, proditor quaſi dicitur.*

8 *Cuſtos carceris loco depoſitarij eſt.*

9 *Depoſita res,etiam in Eccleſia exiſtens recuperari poteſt.*

10 *Immunitas per Canones, & Bullam pro delictis geſtis,non vt ſequantur,data.*

11 *Miſericordia eius,qui caſu peccauit, non qui conſultò.*

12 *Teſtis, qui ex ſuo falſo teſtimonio cauſa mortis proximo fuit,immunitate nõ gaudebit.*

13 *Extenſio in lege differt à caſu ſimili per comprehenſionem,nam hic idem exiſtimatur.*

14 *Teſtis,qui pecunia falſum dixit,aſſaſsino comparatur.*

15 *Perfectum ex pluribus ſua ſpecie imperfectis non fit.*

An teſtis,qui ſua falſa depoſitione fuit cauſa, vt quis morti traderetur, fugiens effracto carcere in Eccleſiam immunitate gaudeat?

CONfugam,qui effracto carcere liber ad Eccleſiam ſe recipiat † apud me, nullum poteſt ſuboriri dubiũ, quin immunitate frui debeat; nec reperio Gãbacurtam in loco per Dianam *reſol.19.* adducto, quid ſimile docuiſſe; cùm ipſe toto *cap.18.lib.4.* diſputet de primandis, vel ne immunitate illis,qui armati ſe in Eccleſiam recipiunt,nec illa deponunt, aſſumendo ſibi ex iure ciuili materiam, illud à Canonico in hoc nequaquam ſublatum exiſtimans; concludit tamẽ pro immunitate, excepto vbi conſuetudo aliud obtinuiſſet, nec verbum quidem de carceratis aufugientibus apponit. 1

Puto tamen,quæſtionem alijs medijs examinari poſſe; nam cũ firmauerimus ſupra *quæſt.12.n.3.* poſſe hodie Eccleſiaſticos Prælatos,impetrata mortis, † ac corporali pœna,reos ex Eccleſia extrahere,ac Ordinario iudici conſignare, non tantùm abſonum eſſet,ſed Canonibus apptime congruum, vt carceris cuſtodi, vel Commentarienſi conſuleretur,vbi in fuga non culpa,vel dolus,ſed tantùm negligentia interueniſſet,quæ † acerrimè ad inſtar culpæ vindicari ſolet; vitandæ ergo pœnæ huius gratia,cenſeo poſſe, immo & debere impetrata vita, ac mẽbris, reum ad aliquam coercitionem tradi,id enim non tantùm æquiſsimum, verùm & iuſtiſsimum eſſet. 2 3

Primò,quia Eccleſia iuſtitiæ † ſumma cultrix, *cap.ſuper 28.de priuileg. cap. ſi clientulus, §.Sed diuerſum de diuenat. ſendorū lib.1.tit.13. in vſib.feud.* nequaquã vni cum alterius damno fauere ſolet, vt in his terminis ait, *Can.conſtituit 29.cauſa 17.quæſt.4.* ibi: *Ne reuerentiã religionis dominos ſuos iure fraudaret,* ad idem capit. *metuentes 30. Can.id conſtituimus 34.eadem cauſa, & quæſt.* at ſi huic (qui carcerem fregit) cum Commentarienſis detrimẽ- 4

to

to falleret, grauius damnum inureret,
quàm domino serui; huic enim noceret
quoad dominium pretio æstimabile, vi-
lique (vt ita dicam) iactura. At alterius
quidem periculum summum esset, ob
pœnæ corporalis grauitatem, ac vitæ sæ
pius discrimen; quoties ergo maius fo-
ret damnum, quod inde timeretur in per
sonam custodis carcerum, quàm eius
qui aufugit, si (impetrato vitæ discrimi-
ne) traderetur sacris, vt dixi, Canonibus
5 conforme esset, ne huic † reo in dam-
nũ alterius faueatur, neuè ad aliquã co-
ercitionem vitandam, vitæ alienæ peri-
culum succederet, vt patet ex ratione
D. Hieronymi in *capit. sed illud distinct.*
45. estque apertissima *regula* iuris Pon-
tificij in *cap quod ob gratiam de regulis iu-
ris in* 6. vitæ autem innocui seruandæ
ratio, vt supra immediata *quæstione num.*
16. dictum est, iure immunitatis potior
semper esse debet, argumento ducto ex
proximè citato, *Can. constituit.*

Secundò sic argui potest, quòd aut
delictum, pro quo manebat in vinculis,
graue erat, ob quod immunitate mini-
mè gaudere debuisset, vel ob quod illa
6 exclusus † iam fuerat, & non est dubiũ
eandem causam manere, qua illa frui nõ
debeat; delictum enim, quousque pœna
purgatum sit, idem quoad omnes effe-
ctus reputatur, nec ex fuga fit leuius, im-
mo augetur *l. inficiãdo 67. §. Infans, vers.
Et quia D. de furtis,* naturaque æquum est
(vt aiebat Vlpianus in *l. 1. D. si is testam.
liber esse iusserit, &c.*) *non esse impunitum eũ,
qui sub hac spe audacior factus est.* Benè Pe
guera *decis. 17.* vbi de indicio fugæ.

Aut verò delictum tale erat, pro quo
(si de immunitate ageretur) ab Ecclesia
recipiendus foret, nec ab ea auelli posset
& tunc, cùm supponatur, delictum pœ-
nam mortis non mereri, custodem ve-
rò ad mortem naturalem duci posse, nõ
esset æquum, vt vulgò aiunt, vt altare
vnum pro altero vestiendo, exueretur,
vt arguit Antonius de Butrio *consil. 40.
in fine.* Immo hic, qui aufugit, tamque
7 grande custodis damnum † meditatus
est, non abs re proditor proximi dicere-
tur, per easdem rationes, quibus id tenẽt
Italia, & Peregrin. adducti per Dianam
resolut. 19. tom. 1. tract. 1. in teste, qui fal
sum contra proximum deposuit, qui ad
mortem ductus est: & in his terminis
propriè docet Augustinus *Epistol. 54. ad
Macedonium* relatus in *capit. 18. cum bono
23. quæst. 5. Aliquãdo qui causa mortis fuit
potius in culpa est, quàm ille, qui occidit, velut
si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque
ille pro isto legitimum supplicium luat.* Vn-
de maius delictũ reputatur, quàm homi-
cidium ab Augustino causam mortis
præstare, fallendo.

Vltimò, quia custos carceris loco De
positarij † habetur, ac sub eadem pœna 8
depositum reum restituere tenetur: de-
positum verò vbicumque, etiã in loco
sacro repertum † repeti potest, vt in *l.* 9
*præsentis 6. §. Si res mobiles, C. de his qui ad
Eccles. confug.* quod à Canonibus nequa-
quam immutatum est, sed nec à Bul-
la, cui scriptores innituntur. Per hæc
enim fauetur † confugis, qui iam deli- 10
cta in proximorum damnum patrauere,
nec nouum ex fuga ad Ecclesiam, pro-
ximi viuentis discrimen timetur, vt in
præsenti euenit; Ecclesia enim materna
pietate, cùm præterita reuocari nõ pos-
se conspiciat, ac quod factum infectum
fieri nequeat, reum amplectitur, vt hu-
ius saltem filij saluti consulatur. At si id
in alterius innocui quidem detrimento
cederet, rigorem seruandum esse, si in-
terrogaretur, responderet, nec negãdum
esse depositum in Ecclesia existens, si ob
id, quod negatur, depositarius vitæ, vel
libertatis iacturam faceret; nam inter
duo extrema, cuinam debeat faueri, re-
cipienda illa Ciceronis distinctio 2. *De
inuentione* † *misereri oportere eorum, qui* 11
*propter fortunam, non eorum, qui propter ma-
litiã in miserijs sunt,* nec enim debet quis
ob alterius culpam puniri, vt in *l. sanci-
mus, C. de pœnis,* immo ibi esse pœnam
vbi est noxa, vt & Philo *lib. 2. de specular
da lege aiebat.*

Hæc de eo, qui ex carceribus in Ec-
cle-

clesiam se recipit, modò de teste, cuius ex dicto, quis ad mortem ductus est, vel duci potest, disputatio sequitur, & securè dicendum est, tam in posterio-
12 ri casu ad vitandam innocentis † mortem, si opus esset, testem falsum dedi, ob rationem iam expressam, quàm in priori, quoniam hic proditor propriè dici potest, vti multi apud Marium Italiam citati probauerunt *lib.1.cap.5.§.4.& 5.* immunitate priuandum esse; falliquè Farinacium, qui casum ex iure communi, & Bullæ apertissimum per comprehensionem, non verò extensionem, ea dubietate dubium putat, vt Summus Pontifex consuli debeat; hoc enim haberet fortè locum, si casus in iure, vel *Bulla*
13 expressi † extendi deberent ea extensione, vt casus nouus per similia, quæ idem non sunt, decidendus veniret, cùm præsens idētificè, & per naturalem comprehensionem sit idem cum proditorio homicida, & venefico Clar. *in §. Falsum in principio*, Menoch. *de arbitr. casu 306. centur. 4.* Tiraquel. *de pœnis temperādis, causa 31. num. 23.* vbi quòd est affinis, & cognata proditionis, & quod per hoc non gaudet immunitate, vt per eum *n. 24.* & Menoch. *ibidem num. 12.* Ioseph. Ludouic. *decis. 15. num. 32. vsque ad 36.* in Lucensibus, videndus D. Barbosa me citato *tom. 2. de iure Eccles. capit. 3. num. 129.* qui alios adducit, quo casu sub eisdem legibus, absque alia extensione comprehenditur, *cap. per exemptionem 9.* cum ibi notatis de *priuilegijs lib. 6.* Mandos. *de priuileg. ad instar gloss. 71. ex num. 3.* ego de donationibus *tom. 2. speciali 14. num. 13. in fine.*

Deceptus quoque est Peregrinus *capit. 7. num. 43.* quem sequitur Diana dicta *resolut. 19.* dùm vltra falsitatem in te-
14 ste, † requirit, quòd pecunia corruptus falsum dixerit; nam hæc duo iure Canonum, & per Constitutionem, suam separatam causam habent; nam æquo iure excluditur, qui proditoriè hominem, quàm qui pecunia, assassinioquè occidit: dum ergo admittunt assassini appellatione testem, qui pecunia corruptus homicidij causa fuit, comprehendi, nil impediente, Canonum, & Bullæ locutione, & litera, quo nam pacto id negèt in teste, quid simile ex odio, sine pecunia admittente, ex hoc quòd literaliter cum proditore non conueniat, non video: Quòd si dixerint, singula, quæ non prosint, collecta iuuare, quòdque per duo in idem cōcurrentia possit suppleri vniuscuiusque defectus, ijdem meminerint † 15
ex pluribus sua specie imperfectis, non posse vnum perfectum constari, *§. Ex eo instit. quib. mod. testam. infirm.* Menoch. *præsumpt. 39. num. 6. lib. 3.* D. Barbosa *axiom. 219. num. 2.* ita limitans priorem regulam, præcipuè in pœnis criminum ex Cardinal. Thusc. *liter. S. conclus. 276. num. 14.* Sit ergo conclusio, pietati, simulatquè institiæ Ecclesiæ magis conuenire, Patrum quoque sententijs conformius esse, nocuo tradito innocentem è periculo eruere, quàm inculpatum pœnæ reo debitæ grauare: posseque carceris custodē, carceratum, qui aufugit vi etiam vndecumque sibi vendicare, vt diximus de domino rei furtæ supra *quæst. 16. num. 10.* benè Demosthenes *orat.* in Histor. Craten. *Nonne hoc, per Deum, durū atque iniustum est, nec scriptis tantùm legibus, sed communi inter homines legi contrarium, vt non sinant vi uti aduersus eum, qui hostiliter rem meam retineat?*

QVÆSTIO XX.

EPITOME.

1 *Homicida Præsidis S.C. vel alterius Tribunalis Iustitiæ, vel Aduocati Fiscalis, an immunitate fruatur?*
2 *Princeps vnum delictum ex causa, quoad omnia facit alterum.*
3 *Delictum mutat ex edicto naturam, etiam quoad immunitatem.*
4 *Cardinales æquales Regibus, faciunt cum Pontifice vnum Tribunal.*
5 *Consiliarij, Senatus, Summi Magistratus, pars Principis sunt.*
6 *Pontificatus, Principatusque exterioribus adminiculis egent.*

7 .... *substantia, ac re non nomine, & titulis præfulget.*

8 *Diuitiæ ad commune Ecclesiæ statum incolumem seruandum necessariæ, priuatis voluptatibus non expendendæ.*

9 *Princeps remotis Ministris, iam Princeps non est.*

10 *Magistratum offendens ex Cãn. Apostolico, ac si Regem offendisset, habetur.*

11 *Laicus caret immunitate, vbi Clericus priuatur foro.*

12 *Maiestatem Principis cum Magistratibus vnam ex doctrina Apostolorum esse probatur.*

An siquis occideret Fiscum Regium, vel Præsidem iustitiæ, gauderet immunitate Ecclesiæ?

PArcerem huic Scribẽtium traditioni, si infra limites præpositæ quæstionis resolutio contineretur, sed dum id dissimulare cogitabam, quod in primis asseritur verbis, illationem ferre nõ potui: ait enim Farinacius *de immunitate cap. 1 3 num. 1 8 5. & 1 9 2.* quem sequuntur Bonacina *de legibus, disputat. 3. quæst. 7. punct. 4 num. 2 2.* Ambrosinus *cap. 9. num. 7.* quibus Diana se subscribit *resol. 20.* Pontificem, dum in Bulla homicidas Summorum Principum excipit, eos,
1 qui quacunque dignitate † præditos, inferiores tamen viris Principibus, interimunt, ab Ecclesia non reijciendos, inferuntque ex hoc idem de Cardinalium homicidis euenire, *Bulla* Pontificia aduersante.

Idcirco existimo, errorem hunc Reipublicæ Christianæ bono conuincẽdum esse. At quia plura, quæ in hoc idem tendunt supra *in quæst. 6.* dicta sunt, quæ semel tradidisse sufficit, ideo nonnulla alia in præsenti, iam dictis inhærendo, adiungam.

Et primò suppono, Principem lege, vel constitutione leuem alioqui delicti speciem, in eodẽ tamen genere conrentam grauiori speciei, instar ob aliquam causam † æquiparare, ac quoad pœnam 2
actiones, ac cætera, eãdem efficere posse, puta, quia in Prouincia frequentius in hac peccatur, vt in *l. aut facta 1 6. § vlt. D. de pœnis*, ibi: *Nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbẽtur, &c.* quod & ante Aristoteles in *problematibus* dixerat *sectio. 29. Legis auctor, cũ sciret illis in locis dominos res suas custodire non posse, custodem legem addidit*, hoc adeo, vt ex æquiparatione † hac legali, etiam 3
immunitatis exclusio sequatur, vt idem Farinacius fateri cogitur *tractat. de immunit. quæst. 8. n. 1 3 0. & 1 3 3.* vbi eos, qui per proclamata Gubernatoris Vrbis pro assassinis habentur, immunitate excludi docet, licèt aliàs de iure assassini dici non possent, cum alijs, quos ad hoc idem citaui supra *q. 1 7. vers. Hinc licèt Farinacius.* Ex lege enim delictum, & ipsius qualitas hominibus innotescit ex D. Paulo *ad Romanos capit. 5 Vsque ad legem enim*, ait, *peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.*

Secundò quoque supponendum est, Summos Pontifices in omnibus rescriptis Cardinales, non solùm fratres, verũ quoque & corporis proprij partes appellare, vt qui vnũ cum ipso Concistorium efficiunt. Ideoque æquales Regibus, nõ ex eo quòd Cardinales sunt, sed vt qui cum Pontifice participant, dicuntur, vt latè Iacobatius *in speciali tractatu*, itemque & Pater Diana in altero eiusdem Thesis, pluribus in id collatis iuribus probat, Clarus in *§ læsæ Maiestatis, vers. Quæro nunquid num. 4.* & Post. Boss. Gomet. & Gigantem, Peregrin. *de immunit. cap. 9. n. 5. vers. Quinto committitur.*

Sicut & Imperator Cõsiliarios, summosque Magistratus suo lateri assidẽtes † partẽ proprij corporis, principalisque 5
personæ appellare solet, vt eadem pœna illos offendentes plecti debeãt, sicut qui in ipsum Imperatorem conspirant, *l. quisquis 5. C. ad l. Iul. Maiestat.* ibi: *De nece etiã virorũ Illustriũ, qui Consilijs, & Cõcistorio nostro interfunt, Senatorũ etiã (nã ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremò, qui*

qui nobis militat, agitauerit, &c. facit *l. 3. C. de dignit. lib. 12. ego in C. nota 20. ad leges Martini, num. 3.*

Demum suppono, personam Principis, quà Princeps est, quodque magis videtur, ipsiusmet Pontificis (cuius à Christo Domino Vicariam in spiritualibus
6 potestatē ex fide habemus) egere † adminiculis ad hoc, vt talis à subditis habeatur, adoretur, obediatur, humanus enim intellectus per exteriora percipiēs, his maximè mouetur, quæ in pretio habet: sunt autem potiora dominantis instrumenta, Consistoriū, Cardinales, Senatus, Consilium; illisque remotis, licèt per se Pontificia, Imperialisve potestas non cessaret, vt nō cessat, cùm alibi fortiùs adhæreat, quoad existimationē tamē, sine dicamus opinionem, plùs merito vilesceret, immo effectu in minimum redigeretur, sunt enim hæc non nuda no-
7 mina; nec appellatione, † sed operatione, atque efficientia cognoscuntur, & per hæc diuinæ Scripturæ loca saluātur, quæ exteriora hæc Ecclesiasticis ordi-
8 nibus † negare videntur, vt sæpius dixi, ac in hæreticas propositiones inuehendo probaui in *C. ad leg. Federici nota 87. per totam*, & alibi.

Esset autem nimis Stoicum his attētis, & (vt apertiùs dicam) satis vitiosum adeo verbis Bullæ inhærere, & vocum proprietati inniti, vt à rei substantia recedamus *Vitiosum est*, inquit Cicero (siue quisuis ille sit Scriptor ad Herennium) *controuersiam intendere propter nominum mutationem*. Quod esset, si Principatum abstractum ab eius muneribus, ac concomitantibus ipsum consideraremus; nam & hæc adeo inhærent, vt sine ipsis consistere nequeat, atque personæ Principis,
9 vt Princeps est † detraheretur, si illa remoueamus, vnde meritò Cōsiliarij pars corporis dicuntur, vt eos offendentes personam Principis offendisse censeantur, dataque æquiparatione legali pœnæ, ac culpæ, iure merito & in Bulla cōprehensi dici debeant, cùm & personæ appellatio latè pateat, ex traditis per me supra *q. 7. vers. A: primò suppono n. 7.* vbi iuri diuino Euangelico hanc opinionem conuenire diximus, dum ex Petri, ac Pauli Apostolicis doctrinis monemur, non tantùm Regibus parere, ac eos in honore habere, sed alios quoque, qui ab eis ad ius dicendum, potestatemque exercendam missi sunt, quibus Apostolorum *Canon* 84. addendus est, quo Regum, & Magistratuum personæ ad paria indicantur, ibi: *Quisquis Imperatorem, aut Magistratum † contumelia affecerit, supplicium, luitor, si clericus sit; deponitor; si laicus à communione remouetor*. At 10
vbi clericus ob aliquod delictum remouendus venit, per hoc idem laicus † im- 11
munitate carebit, vt sæpiùs diximus, ex Gambacurta *lib. 5. capit. 33. ante num. 6. fol. 433.* & Farinac. *quæstione 28. numero 26.*

Meritò ergo ex secunda huius discursus suppositione id in Cardinalibus, attenta Bulla, tenuit Peregrinus loco per Dianam citato, cui & ipse contraire ausus non est, licèt subdubius subsistat, quæ cum pro cæteris Principum Ministris in *l. quisquis* relatis ex eadem ratione in ipsa lege † contenta procedant, 12
idem firmari debere consequitur, ac non benè Dianam, rationibus, non perpensis in *resolut.* 30. respondisse, occidentem nempe iustitiæ Præsidem, Fiscique Principalem Aduocatum Ecclesiæ immunitate gaudere, cùm oppositum ex prædictis (si vera sunt) concludi possit, tam iure communi attento, quàm Bullæ, si persona Principis latè patet, necessariòque, si hos omnes ad nomen, & substantiam retinendam continet, idque cum Apostolicis doctrinis conuenit, omnino amplectendum esse videtur.

QVÆSTIO XXI.

EPITOME.

1 *Incendiarij Ecclesiæ gaudent secundùm Dianam, quia non excepti in Bulla.*
2 *Ecclesia magis offenditur in suo corpore, quàm respectu bonorum in ea existentium.*

3 *Sa-*

3 *Sacrilegi qui, & ob quod ab Ecclesia arcendi?*
4 *Sacrilegium quibus definiatur, & quo pacto committatur?*
5 *Templis Romani, & Graeci, immo & Barbari aliqui pepercerunt.*
6 *Homicida in templo, & in templum excidium patrans, exclusus censeri debet illius refugio.*
7 *Populator agri, si immunitate non fruitur, idem & de agri Dominici vastatore.*
8 *Delictum quodlibet graue in Ecclesia commissum, ab eius refugio admittentem excludit.*
9 *Speciei expressione, iuri communi generaliter disponenti nequaquam derogatum censetur.*
10 *Correctio vt vitetur, species expressa censetur loco exempli.*

An violantes Ecclesias, frangendo fores, vel comburendo eas, gaudeant immunitate?

VNico, ac solito nominum, & vocum refugio moderni Scribentes
quæstiones huiusmodi de incendiarijs,
1 ac Ecclesiarum † effractoribus resol-
uunt, solitario etiam argumento; aiunt
enim per *Bullam Gregorij* non excipiuntur,
nisi homicidia, vel mutilationes in
Ecclesia; ergo qui alia, licèt maiora flagitia
committunt, immunitate frui debent.
Et ita in hac quæstione arguit Peregrinus
cap. 13 *num.* 15 *fol.* 165. sequiturque
Diana *resol.* 21.

Huius verò argumentationis fragilitas
ex multis, hoc præcipuè in casu, detegitur,
quorum per nos aliqua supra *in quæstionis
secundæ* examinatione dicta sunt, quæ licèt
per se ad id conuincendū satis essent, alia
tamen huius argumenti magis propria
aduertenda putaui.

Primum, maius esse delictum illud,
quod contra ipsam Ecclesiam commit-
2 titur, quàm quod in alium † in ipsa pa-
tratum est; in priori enim non solùm ir-
reuerentia, verùm quoque & odium ac
malus in Ecclesiam Dei, & Domini mā-
sionem animus, in altero passionum ani
mi, ac iræ incontinentia arguitur, cùm
non cōsiderata loci securitate, ac furiositate
præceps in ea flagitium admittitur.
Inde Summus Pontifex in *capit. fin. de
immunitate Eccles.* non vnam, sed tres rā-
tiones, quibus ad priuandos huiusmodi
irreuerētes † Ecclesiæ immunitate mo- 3
uetur (quasi obiectionibus satisfacturus)
adduxit. At in *cap. ad Episcopos* 17. *quæst.*
4. nulla præmissa ratione, nec expressa
causa, ait, *ad Episcopos cunctos direxisse iussionem,
vt eos, qui Ecclesias violasse perhiberentur,
accessu earum iudicarent esse indignos.*
Sacrilegi enim sunt, † qui Ecclesiæ in- 4
tegritate manente, aliquid ex ea detra-
hunt, ex tribus relatis modis in *cap. si quis
contumax* 20. *eadem causa* 17. *quæst.* 4. nā
sacrilegium à *legere sacra*, idest, sacra furari
prouenit. at qui illam deuastant, incendunt,
destruunt, populantur, non sacrilegi
tantùm, sed nefarij templorum
violatores, ac contemptores, & aduersarij
potiùs dicendi sunt, vt Cicero de
Verre aiebat, *in 7. Verr. Cæteros item Deos,
Deasque omnes implorō, & obtestor, quorum
templis, & religionibus iste nefario quodam
furore, & audacia instinctus, bellum sacrilegum
semper, impiumque habuit indictum*, &
Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 5. *ignes sacrilegos admouere
templis*. Vnde & ipso iure belli † 5
inter ipsas quoque barbaras gentes receptum
erat, vt non tantùm templis, verùm
& hostibus ob templa parceretur.
Diodorus noster *lib.* 19. & de Gothis,
D. Augustin. *lib.* 1. *de ciuit. Dei*, de Græcis
verò, & Romanis inter alia, per quæ
à prioribus distinguebātur, hoc adnotarunt.
De prioribus Thucidides dicit *Ius
fuisse, vt qui hosticum impetum facerent, à locis
sacris abstinerent*, & Liuius de Alba capta,
Silius quoque Italicus *lib.* 13. de Capua.

*Ne flammam, tædasque velint, ne templa sub
uno*
In cinerem sedisse rogo.

Quòd si maius hoc delictum est homicidio,
ac mutilatione, siquè maius animi

vi-

6 vitium continet, † ita iure veteri habitum, nemo certè dicet, Summum Pontificem in hac Bulla per diuersam casus expresſionem tam grande flagitium fouere voluiſſe, vt idem & templorum incola, & euerſor eſſet, contra id, quod diſertè Gelaſius edixit in *cap. frater 10 dicta cauſa 17 quæſt. 4. Nullus enim*, inquit, *inter limina tâta venerationi deputata vtrumque ſibi licere existimet pro ſua voluntatis arbitrio, vt & humanitatem ſibi vendicet, & furorem.*

Secundum, quod aduertẽdum puto, illud eſt, depopulatorem † agrorum in
7 hac ipſa (qua vtuntur) Conſtitutione ab immunitate excludi, quem ita definitum habemus à Gambacurta *lib. 5. cap. 13. n. 4.* ex Innocentio, & Abbate in *cap. inter alia de immunitat. Eccleſ.* illum eſſe, *qui odio boni publici, vel ex peruerſa voluntate, ferro, & flamma omnia vaſtat, ſegetes incendio tradendo, destruendove, fructus ex arboribus in terram excutiendo, notabili damno illato.* Includi, ac foueri ab Eccleſia, qui eam deſtruit, ac incendit, modò quis dixerit, dũ Summi Pontifices agris ſeruandis tali pacto conſuluere? qui forſan agros, vel ſegetes ſeculi intentatas pretioſiores habent Eccleſijs, quæ agri Domini Auguſtino, Ambroſio, & cæteris ſunt, quod vix credam cogitauiſſe, qui hæc ſcripſit, vnum alterumq; religioſiſsimum virũ.

Vltimum illud eſt, quod communi conſenſu Scriptores affirmauere, quòd
8 vis nempe graue delictum † in Eccleſia commiſſum immunitatis priuilegio carere, ita Abb. *in cap. fin. de immunit. Eccleſ.* Silueſter *in Summa verbo immunitas 3 n. 2.* Epiſcopus Conarru. *lib. 2. var. cap. 20. num. 12. verſ. 25.* Ioannes de Vy. ſch. *de lib. Eccleſ. num. 3.* Remig. *de immunit. fall. 3 num. 5.* Boer. *deciſ. 109. num. 5.* Clar. *§. fin. quæſt. 30. verſ. Item quæro*, Farinac. *quæſt. 28.* poſt hos, & alios ad partes P. Gambacurta *lib. 5. cap. 18.* qui reprobatis omnibus cõtrarijs probat, *Bullã Gregorij* in hoc à iure communi non diſcrepaſſe, minuſquè illud correxiſſe, licèt illas ſpecies expreſſerit. At iure communi omnes Eccleſiæ violatores excludũtur, vt locis relatis, & expreſſius in *cap. omnes 17. quæſt. 4.* ibi: *A liminibus etiam ſanctæ matris Eccleſiæ anathematizamus, Apoſtolica auctoritate, pellimus, damnamus, atque ſacrilegos iudicamus.*

His animaduerſionibus propoſitis, affirmandum eſt, expreſsionem delicti per ſpeciẽ, nempe violationis Eccleſiæ per homicidium, vel per mutilationem, tanquam magis frequentẽ, non in æqualium delictorum excluſionem, † multo-
què minùs maiorum, appoſitum fuiſſe, 9
vt pluribus fundat Gambacurta *loco præmiſſo ante num. 4.* addo doctrinam Federici de Senis *conſ. 233. col. penu. t. num. 3. verſ. Non obſtat*, Caſtrenſ. *conſ. 41. in cauſa appellationis num. 9. & 10. lib. 7.* Alexand. *conſ. 130 in cauſa num. 4. & 6. lib. 2.* quos ſequitur D. Barboſ. *axiomat. 85. num. 5.* probantes, nõ excludi per exceptionem ſpeciei, etiam verbis limitatiuis ſimiles caſus, immo haberi pro comprehenſis, ac ſi exempli gratia dicti eſſent, vbi maxi-
mè iuris communis, † vel receptæ apud 10
omnes opinionis correctio ſequeretur, quod multis in *quæſt. 1.* & ſæpius probatum eſt.

Oppoſita inde argumentatio parùm tuta eſt, vt quæ tantummodo ſuper ſpecialium caſuum expreſsione fundatur, quæ à Summis Pontificibus nõ ad turpiora, ac maiora facinora fouenda expreſſa cenſeri debẽt, ſed vt frequentiores caſus referrẽt, alijs vt impoſsibilibus ſilentio obuolutis, vt de parricidio non comprehenſo in Licurgi legibus omiſſo Seneca diſcurrit, ne dicamus ſacrorum populatores Sãctiſsimæ Euchariſtiæ erematores, mutilantibus hominum membra, culpa, & pœna inferiores eſſe, quod (vt dixi) animus referre horret. Dicendũ eſt ergo, Eccleſiarum incenſores Eccleſiæ immunitate frui nõ poſſe, nec Eccleſiam contra ſe ipſam leges tuliſſe eredẽdum, cum perſona loquentis in generali ſermõne excepta ſemper ſit, D. Barboſa *axiom. 206 num. 2.* cum alijs ſupra *quæſt. 1 num. 41.*

QVÆSTIO XXII.

EPITOME.

1 *Iudæi an Ecclesiarũ immunitate gaudeant, si maximè contra fideles flagitia exerceant?*

2 *Priuilegia locis concessa, nullum discrimen personarum admittunt.*

3 *Confugium ad Ciuitates à Moyse distinctas Iudæis tantum patebat.*

4 *Templum Salomonis soli Iudæi adibant.*

5 *Refugij loca aduenis, peregrinisque, ex eadem tamen lege patebant.*

6 *Moysis lex Peregrinos, Aduenasque amplectebatur, si eiusdem ritus essent.*

7 *Proseliti qui apud Iudæos.*

8 *Confugij locorum Constitutio ad iudicialia pertinuit, ac ideo lege noua sublata.*

9 *Pontificis potestas eadem cum illa, quæ Petro concessa fuit.*

10 ...... *actiones ouilis Christi, non ad infideles extenditur.*

11 *Indefinita locutio ex ratione adiecta restringitur, vel ampliatur.*

12 *Infidelitate peccatum nullum maius est, qui Christi fidem nouerunt.*

13 *Infideles licèt ex infidelitate non puniantur, fauorem certè non merentur.*

14 *Laicorum appellatione infideles non veniunt.*

15 *Christianorum duo genera, clerici, & laici.*

16 *Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.*

17 *Declaratio verbi dubij per Pontificẽ facta, omnem dubietatem eximit.*

18 *Lex ciuilis excludens Iudæos immunitate, non contradicit Canonibus, dum illi ad fideles referri debent.*

19 *Canones, si legibus concordari possunt, id maximè amplectendum est.*

20 ...... *quidquid in materia immunitatis, ex legibus non corrigunt, probant.*

21 *Fideles ob fauorem infidelium exagitari, iniquissimum est.*

22 *Infidelis, si ex corde baptisma petat, immunitate fruetur.*

23 ...... *si gauderet, Pontificem sub immunitatis spe occidere posset, si dictæ Dianæ opiniones in vnum ponantur.*

24 *Infideles non admittendos ad Ecclesias communis docet.*

An Iudæus, Paganus, Saracenus, vel quilibet infidelis gaudeat immunitate Ecclesiæ?

PRobabiliter teneri posse, affirmat
Diana *resolut.* 22. hos omnes æquis
fauoribus, ac cæteros Christi fideles † 1
prosequendos esse quoad immunitatem
eis impartiendam, tacita suppositione
præmissa, quod contra fideles flagitia
exerceant, motus (præter auctoritatem
infrascriptorum) ex Bart. & Bald. tradi-
tionibus de priuilegijs † locis ipsis con- 2
cessis, omnes personas comprehenden-
tibus, nam prior id docet *in l. fin. C. de testament. & in l. cunctos populos, C. de Summ. Trinitat. & Fide Catholic.* Baldus *in l. si non speciale, C. de testament.* Atque pro hac citat Gloss. Hostiens. Innocent. Cardinal. qui probabile hoc esse dicunt Sanctum Anton. *part. 3. § 2. vers. His ergo acceptis,* Siluest. *verb. Immunitas 3. num. 2. vers. Secundò.* De Pagano id probat ex Azorio *part. 2. lib. 9. cap. 9. quæst. 9.* Riccius *de iure person. lib. 2. cap. 13. per totum,* Barb. *in l. 5. decret. tit. 49. cap. 6. n. 50.* Ioan. Fab. *in l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug.*

Iterum verò prioribus scriptis alios Auctores addit Diana *resolut. 30. tract. 1. part. 4.* dicens, se ita absolutè tenere, quibus, atque alijs aduersus me *tomo 5. tract. 1. resolut. 2. vers. Notandum* conductis, suo quoque loco respondendum erit.

Ego verò, sicut & olim in *C. Politico ad l. Friderici noth. 81. fol. 222.* & nunc teneo, hanc sententiam Diuino, Canonicoque iuri omnino aduersari: verùm enim verò, si Diuinum per Moysem

da-

datum ius attendimus, ciuitates refugij
3 ad recipiendos confugas † cõstitutæ, de quibus *in quæst.* 1. expreſſè de Iudæis, & fratribus corũ; ſicut & in tota Moyſi lege diſponitur, illa enim tota ad populũ electum directa fuit, nec gentes vllatenus complectitur, vt diſertè Dauid Pſal. 149. Apoſtol. *ad Roman.* 2. 14. affirmãt.
4 Ad Salomonis autẽ † templũ (quod vnicum in omni Iudæa erat) alienigenas recipi, vel limine tenus illud attingere ne quidẽ licebat. Tacitus 5. *Hiſtoriarũ*, vbi quod *Pompeius*, prior *illud iure victoriæ ingreſſus eſt*, quod & D. Auguſtinus refert *de ciuitate Dei lib.* 18. *c.* 45. illum, nempe, *templum adiiſſe, non deuotione ſupplicis, ſed iure victoris*, immo nec ipſis Iudæis ad ſacra introire fas erat, *num.* 187. ibi: *Si quis externus acceſſerit, occidetur.*

5 Nec quòd in Num. *c.* 35. refugij loca aduenis, peregriniſque patere † dicãtur, id ad Gentiles, Idololatraſque referendum eſt, nam in Sacra pagina aduenæ, ac peregrini, qui ad paria cũ filijs Iſrael tractari præcipiuntur, illi ſunt, qui eundem Deum, eademque præcepta, ceremonias, ac ſacrificia colebant, vt patet eodem libro *Num. cap.* 15. *Tam indigenæ,*
6 † *quàm peregrini eodem ritu offerent ſacrificia, vnum præceptum erit, atque iudicium tam vobis, quàm aduenis terræ*, hi Proſeliti
7 vocabantur, † qui iure ciuitatis fruerentur, vel promiſsionum participes fierẽt, circuncidebantur, ac legi ſe ſubijciebãt, quorum meminit Dominus noſter apud Matthæum 23. Apoſtolus 5. *cap. ad Galatas*, Ioſeph. *hiſtor. lib.* 22. tangit & Tacitus *dict. lib.* 5.

Quoties ergo immunitatis ſacrorum noſtrorum infideles participes fiant, id contra legis veteris ſuppoſitionẽm docetur, qua confugæ, qui ex circuncisione erant, ſolũm ad eas recipiebãtur, modo Moyſis lex, quoad hæc confugij loca cũ cæteris moralibus præceptis ad nos trãſlata fuerit; nam Diuus Thomas, & rectè
8 hanc partem ad iudicialia pertinere † putat, atque ideo abrogatam, ſiue, vt melius dicam, mortificatam fuiſſe. Ita ille 1. 2. *quæſt.* 105. *artic.* 2. *ad* 10. benè Couarru. *lib.* 2. *capit.* 20. *num.* 2. *verſ. Prima conc. uſio*, dum probat immunitatis hoc ius iure Pontificio, & Cæſareo ſuſtineri, de quo nobis alibi diſputatio ſuſcipienda erit.

At quod ſpectat ad Canones; de fidelibus confugis illos accipi debere extra dubium eſt; iuxe conſtituentis poteſtatem, (ina verba ſpectemus. Nam quoad primum, † omnis Pontificis, ſiue in ſa- 9
cris, ſiue in profanis in ordine ad ſacra diſpoſitio, à tributa per Dominum Petro poteſtate dependet; illi verò licèt dicitur apud Ioannem 21. 18. *paſce oues meas*, ne fortè id ad omnes mundi incolas, iuxta proferentis dominium referre-
tur, † prius apud eundem declaratũ fuerat, *cap.* 10. 16. cum dixiſſet: *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor*; vt non omnium Paſtorem, ſed fidelium tantum ſe eſſe ſciret. Inde Apoſtolus nõ ſemel de iis, quæ foris ſunt, nihil ad Eccleſiam pertinere docuit, ad *Corinth.* 1. *cap.* 5. 12. latiſsimè Victoria *in relectione de Indis ex num.* 21. & hoc textu non adducto Pater Gambacurta *de immunit. Eccleſ. cap.* 7. *num.* 10. *lib.* 4. 10

Verba autem Canonum, quòd ad fideles referri debeant, extra dubium quoque eſt; nam licèt indefinitè prolata fuerint, ne eos, qui ad Eccleſias confugerint, abſtrahere liceat, † attamen ex ra- 11
tione, *cap. fin. de immunit. Eccleſ.* apertiſſimè infertur, eos, qui ſe immunitate indignos faciunt, illa frui non debere; nec enim ambigitur, quin Iudæi, atque infideles, inter fideles præcipuè agentes, ex
pertinacia, atque infidelitate † magis, 12
quàm ex alia in Eccleſiam iniuria peccent; cùm enim inter nos degant, Chriſtiquè legem intueantur, pertinaces tamen in infidelitate manent, atque adeo licèt puniri pœna non poſsint, gaudere,
tamen † priuilegio aliquo non meren- 13
tur, *l. priuilegia, C. de Heret. & Manich.* D. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 6. *& q.* 12. *art.* 2.

Accedit præſentis Pontificiæ Conſti-

I 2 tu-

tutionis declaratio, *Gregorij* nēpe XIV. dum in ea conceptis verbis *laicis* tantùm *hominibus* immunitatem suffragari decla ratur, vt in Bulla dispositiuis verbis cōtinetur, ibi. *Vt laicis ad Eccl. eius, locaque sacra confugiētibus, &c.* & iterum in clau. 9. vbi de modo extrahendi agitur, *Volumus dictaque, &c. vt Curia secularis, eiusque Iudices, & Officiales ab Ecclesijs, &c. laicū aliquem, vt præsertim delinquentē, &c.* laico-
14 rū verò † appellatione, neque infideles, neque Iudæi comprehenduntur, sed fidelium vna species, quæ à clericis distinguitur, vt dilertè definit D. Hieronymus ad quēdam Leuitā de duobus generibus hominū in c. 7. *duo. sunt* 12. q. 1. *Duo sunt,*
15 inquit, *genera † Christianorum; est autē vnū genus, quod mancipatū Officio Diuino, & deditum cōtemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporaliū cessare conuenit, vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi κλῆρος enim Græcè, Latinè sors; inde huiusmodi vocantur clerici, id est sorte electi,* & post aliqua: *aliud vero est genus Christianorū, vt sunt laici, λαὸς enim Græcè, est populus Latinè; his licet tēporalia possidere, sed non nisi ad vsum: nihil enim miserius est, quàm propter nummū Deū contemnere: his concessum est vxorē ducere, terrā colere, inter virū, & virū iudicare, causas agere, oblationes super altaria apponere, decimas reddere, & ita saluari poterunt, si vitia tamen, benè faciēdo, vitauerint.* Ante eū id docuerat Dion. Areopagita *de diuinis nominibus cap.* 6. & Nicolaus Prior ad Michaelem Imperatorem, accessit Isidorus *ast.* 21. *& ast.* 23.

Sicut ergo per hanc *laicorū* expressionem clerici apertissimè excepti sunt, vt *q.* 24. probatu est, ita quoque, immo & apertius, infideles, dū clericorum, & laicorum genus, ad differētiam infidelium primò positū est; nā hominū hodie duo tantum sunt genera, fidelium, atque infidelium; in primo specierū loco clerici, & laici concluduntur, in secundo Iudæi, Gentiles, Mahometani, & quicunque Christi iugo colla non submisere. Facta ergo dispositione solum de laicis, non
16 modo clerici, † sed fortiùs infideles, tāquam diuersum omnino genus præcisi censentur, *l. in toto iure* 81. *D. de reg. iuris, cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. *cap. Pastoralis* 14. *§. Quoniam, de rescriptis, facit l. semper* 190. *de regulis iuris.*

Vt ergo dubiæ fuerint Canonū locutiones, cùm ex hac expressa Pōtificis declaratione, nullā iuris correctionem inductā fuisse firmauerimus, omnē iam disputandi ansam † abreptā, omnēque du- 17
bitationem sublatā iure censemus, decla ratio enim Pōtificia antiquorum varijs opinionibus accedens, illā, cui se expressè, vel tacitè subscripserit, ex omni dubio eximit, vt *q.* 3. *n.* 11. dictum est, latè Victor. *relect.* 4. Torr 2. 2. *disp.* 16. Canus *lib.* 6. *de locis.* Friuola per hæc apparet aduersariorū responsio *ad l.* 1. *C. de his qui ad Eccles. confug.* illā nēpe, ex eo quod Canonico iuri aduersetur, ac generalem ipsorū locutionem ad fideles restringat, attēdendam non esse; nā potius ex præmissis mirificè † inter se vtraque iura cō 18
uenire cognoscimus, cùm locutio Canonū ad terminos habiles, vt aiunt, referri debuerit, nēpe ad eos, qui Ecclesiæ mēbra reputantur, de quibus Pontifex disponere potest, ad tradita per D. Thom. 1. 2. *q.* 94. *art.* 9. *&* 2. 2. *q.* 16. *art.* 1.

Iterū, cū lex illa Canonicas sanctiones præcesserit, ad hoc vt ab istis dissentire, vel discordare videatur, nō quid statuerit, sed quid per Canones ex legibus derogatū expressè fuerit, recensendum est; cum enim dicimus, & apertis verbis fatemur, posse Pontifices in huiusmodi materia; quidquid sibi placuerit, statuere, quodque hoc, reiectis legibus, seruādum sit, hoc intelligimus, modo apertè oppositum statuendo, aliquid præcipiāt; nam si Leges, Canonesque † concordari possunt, id omnibus viribus agi debet, 19
cap. 7. *suscipietis, cap.* 13. *certum, & capit. seq. distinct.* 10.

At in hac controuersia nedū non discordāt Pontifices, sed idē maximè post Gregorianā sentire noscūtur: ergo à lege recedi nō debet, immo vti Canonica seruanda est; cū in hac immunitatis mate-

teria omne,quod per Canones † ex legibus correctũ nõ est, probatũ cẽseatur, vt arguit in specie Gambacurta *de immunitate lib.4.c.7.num.5.ex Can.id constituimus 17.quæst.4.*addo *capit.cum olim de immunit. Eccles.*eodemque argumento licèt ad aliud propositũ, vtitur Peregr. *de immunit.cap.12.n.4. vers. Et probatur fol.155.* vt in genere statuit Celestinus *in decretis ad Episcopos Galliæ decret.13.*

Quæ certissima apud me sunt, tunc
maximè,quando infideles isti, Iudæive
cõtra fideles flagitia commisissent, quid
enim tam indecorum, quid tam defor-
21 mè,quàm † quòd infidelis Ecclesiarum
contemptor,& si id sibi daretur,destru-
ctor,& euersor,si aduersùs fidelem cri-
men commiserit, ab Ecclesia fidelium
matre,ac nutrice in sinum suũ suscipia-
tur,& foueatur,ac in eius tuitionem ana
thematis arma in contribulum fidelem
(qui ad vindictam barbarum peteret)ar-
riperentur, ac exercerentur? Venio ta-
men, atque amplector eorum senten-
tiam, qui docent hunc,si ad Christum
corde non ficto venire petat, fouẽdum,
22 † ac recipiendum esse,quorum opinio,
& numero, & auctoritate præstat; nam
Sylnester tantùm absolutè tenuit, etiam
Baptismate non petito,gaudere debere,
cæteri omnes (si aliquos Moderniores
collectaneos excipias) cum illo suppo-
sito locuti sunt,quòd huiusmodi confu-
gæ fidem amplecti vellent: aliàs putant
priuilegio vti minimè posse. Nec & il-
lud absurdum,quod *in quæst.7.num.17.*
aduertimus, reticẽdum est,nempe ex his
23 fieri, † infidelem huiusmodi, vt nõ sub-
ditũ,spiritualem,temporalemquè Prin-
cipẽ sub immunitatis spe occidere posse,
Episcopumque,qui illum defendat, at-
que indemnatum dimittat, laudandum
fore, quod assumpta alia propositione
ibi posita, sequeretur, quod absurdissi-
24 mũ esse quiuis fatebitur. Hãc † docuere
Oldr.*cons.54.* Boet.*decis.10.* Marsil. *in l. Senatusconsultus,D.de sicar.* Gig. *de crimin.læsæ Maiest.rubr.de plurib.& diuers.q.3.n.18.* Conrad. *tit.de cap.n.6.* Iodo.*in pract.c.106.* Clar.*§.fin q.30.* Orian.*in c.Iudæi 1.de Iudæis,* Couar.*lib.2.c.20.n.11.vers. Decimotertio,* Nauar. *in manuali c.25.n.20.* Farinac.*q.28.n.68.*optimè Gambacurta *dict.lib.4.c.7.* Suarez *de religion.tom.1.tract.2.lib.3.c.10.num.11.* Megala *3.p.lib.4.c.2.n.3.& 16.* Peregrin.*de immunit.c.12.*alij per Farinac.*c.5.n.79.* Addendus his Marta *de iurisd.p.2.c.50.num.11.* Ad rationem verò ex Bart.Baldoquè desumptã ex præmissis rationibus respõsum patet,atque ex adducendis *sequenti quæst.n.15.* Nec me retrahit, quòd Congregatio ab Vrbano Octauo instituta super iurisdictionalibus terminandis in oppositum senserit; nam illa pro dominijs Status temporalis primariò instituta legem communẽ non facit, nec præmissa tollere potuit, adeo vt vbique sequenda sit; loquitur verò tantùm de petente verè baptismum, vt refert, & sub hac hypothesi sequitur D.Barbos.*tom.2.de iure Eccles.c.3.num.44.in postrema editione,* in quo meeũ concordat, qui patere tẽpla fidelibus teneo.

QVÆSTIO XXIII.

EPITOME.

1 *Apostatam à Religione immunitate Ecclesiæ gaudere, affirmat Diana ex plerisque.*
2 *Religiosi, si non gauderent immunitate, peioris conditionis, quàm laici essent.*
3 *Monachi prisci, si ad seculum redibant, non erant Apostatæ.*
4 *D.Benedictus Monacismum in Occidente instituit, & quando.*
5 *Apostatæ, vel seruorum appellatione veniunt, vel ad summum in ea liberorum non includuntur.*
6 *Gregorius Nonus Dominicum, & Franciscum inter Diuos retulit.*
7 *Specie vna expressa, altera remota cẽsetur.*
8 *Opposita mutuò se expellunt.*
9 *Affirmatiua dispositio nequaquam à negatiua elicitur.*
10 *Expressio ad maiorem claritatem, non nocet, nec amplius continet.*
11 *Religiosus, ac seruus nihil agunt, quò se votis, & seruitute eximant.*

12 *Religiosos speciali nota dignos, hominum, maximè scelestorum nomine comprehendi, indecens.*

13 *Immunitas personalis clericorum, reali fortior.*

14 *Generalis locutio ad eiusdem generis res refertur.*

15 *Priuilegia locis concessa quandoque ex personis variantur.*

16 *Ecclesia exempta, Parochus non censetur exemptus.*

17 *Religiosi quoad specialia suæ professionis à cæteris, quàm maximè differunt.*

18 *..... scandali vitandi gratia communia laicis non exerceant, nec eis vtantur.*

19 *Religionis, non Religiosi vtilitas attendenda.*

20 *Vtilia, quæ multa primo aspectu videntur, sunt reipsa damnosa.*

21 *Correctio per Religiosos exemptionis prætextu effugi non debet.*

22 *Fauor quandoque nolenti præstatur, quē ipse odium putat.*

23 *Religionis Status peruerteretur omnino, si correctio vitari posset.*

24 *Morte, mutilationequè vitata, Episcopi ad traditionem promiores esse debent.*

25 *Religiosi in exceptis delictis communi consensu ad immunitatem non proclamant.*

An Apostata à religione gaudeat immunitate?

1 GAudere affimant † Rebuffus *ad Constit. Gallicas glos.* 1 *.num.* 13 *.versic. Quinto tit. de immunit.* Decian. *lib.* 6. *cap.* 28 *.num.* 3. Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 57 *.tom.* 1. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *can.* 15 *.quæst.* 16. *num.* 15. Farinacius *de immunitat. cap.* 13. *num.* 169. Marius Italia *eodem tractatu lib.* 1. *cap.* 3. § 1. *n.* 2. *vers. Sed ex hoc quodammodo,* & expressiùs *cap.* 5. § 6. *num.* 119. quos aduersùs Peregrinum sequitur Diana *resolut.* 23. dummodo in aliam se recipiat Ecclesiam, eius, à qua apostatauit, diuersam.

Argumenta huius partis alia nō sunt, quàm generalitas locutionis apta comprehendere homines cuiuscunque Ordinis; item fauor loci, qui attendendus est, nec ob personæ qualitatem variandus, vt supra in *proxima quæstione* in aduersum arguebatur, & damnum † ne re- 2
ligiosi peioris sint conditionis, quàm laici, qui tamen delinquentes ab Ecclesia recipiuntur, atque fouentur, cùm Religiosis, tanquam Deo dicatis sacra loca iustiùs opitulari debeant. Sed hæc meo indicio æquiuocationem non modicam continent, siue ius Canonum, huiusve Constitutionis, siue ciuile attendamus. Nam quod ad ius Cæsarū attinet. (à quo primitus Ecclesiarum immunitas post orbem redemptum dimanauit) tam potestatis, quàm intentionis defectu ad religiosos viros porrigi nequaquā potuit, præcipuè cùm ad illud temporis monasticam vitam professi nō omnino Monasterijs addicerentur, vt si illa reliquissent, ex perpetui Monacismi professione reuocari potuissent, licèt aliquibus pœnis subderentur, ac bona monasterijs dicata amitterent, vt in *l. qui sua Monasteria* 39 *.C. de Episcopis, & Clericis,* & in authentica *de Monachis capit.* 4 *&* 6. *coll.* 1 *.tit.* 6 *.nou.* 6. sicque nullum esse poterat † Apostasiæ crimen, quo immuni- 3
tate excludi, vel ad eam admitti potuissent. Accedit D. Augustini testimonium *epist.* 76. ad Aurelium Episcopum.

At si ius Canonum attendimus, tempora quoque, quibus conditi fuere, nonnulla sunt, quæ Diuum Benedictū priorem † huius formæ inductorē, quæ mo- 4
dò habetur, antecessere, vt per Cassianū *collat.* 18 *.lib.* 5 *.cap.* 36. qui tempora fundationum cōputat. Cæteros verò Pontifices (qui subsecuti sunt ab Innocentio huius nominis Tertio in *cap. inter alia* 6. *de immunitate Eccles.* ad Gregorium XIIII. vsque) de Religiosis locutos esse, vel de illis cogitasse nemo dixerit, qui verba suorū decretorum, sensusque perpēdat. Ipse verò Innocentius Regi Scoto interroganti respondens, duo hominum genera distinguit in *cap. inter alia de immunit. Eccles.* inter quæ Monachos includi si quis affirmet, sequetur † Apo- 5
sta-

statas superioribus, ac præpositis suis restituendos esse, ac ab Ecclesijs extrahendos; ait enim ipse: *Iuxta sacrorum statuta Canonum, & traditiones legum ciuilium, ita duximus distinguendum, quòd fugiens ad Ecclesiam, aut liber, aut seruus existit, &c.* qua distinctione adhibita, priores in exceptis aliquibus criminibus, obtentis prius membris, & vita, præcipit extrahendos, posteriores vero impunitate præstita, dominis vel inuitos tradi; nam si liberorũ appellatione, Monachi, ac Religiosi quoque, attentis votis, non veniunt, vtpote qui seruis quoad hoc æquiparãtur, ne liberi dici possint, sequitur, Apostatas à religione superioribus tradendos, vel ad summum in hac Decretali inclusos non esse.

6 Altera est Gregorij † Noni Dominicanorum, iam, Franciscanorũque fratrum familijs fundatis; nam & is eorum Patriarchas inter Diuos retulit, in *cap. fin. eiusdem tit.* quo loci occasione sacrorum locorum delinquentes à sacris itidem locis defendi vetuit, hac data ratione. *Cùm autem in eo, quo deliquit puniri quis debeat, & frustra legis auxilium inuocet, qui committit in legem; mandamus, quatenus publicè nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.*

Quæ, si attentè perpẽdatur in sua determinationis ratione, Religiosos, Clericosque omnes, in quorum excessibus ratio hæc vrgentiùs, quàm in alijs viget, ab immunitate secludit; ipsi enim sacris consisi, dum delinquunt in sacro eos peccare, & in sacra compertum est.

Demum accedit Gregorij XIIII. Constitutio, quæ expressam habet ad laicos delinquentes relationem, excludendi gratia non tantùm Religiosos, verùm quoque omnes cuiuscunque Ordinis Clericos. Ex assumptione enim oppositæ speciei, alterius † remotio sequi-7
tur, *l. si inter, D. de except. rei iudicatæ*, iuncta glossa in *verbo directo contrarijs in Clement. testibus de testibus*, laicus enim, & Ecclesiasticus duo sunt directè cõtraria, vt in *c. inter alia* seruus, & liber, præsens, & absens, legitimus, & illegitimus, virgo, & corrupta, &c. hæc mutuò se eijciunt, atque expellũt, admissoque vno † emittitur alterum, Surd. *decis. 24. num. 10. decis. 92. num. 11. cons. 211. num. 16.* Barbos. *axio. 58. num. 3.* cum traditis *supra quæst. 22. n. 16.* ex D. Hieron. 8

Nec considerabile est (ijs maximè, qui Iurisprudentiã mediocriter callẽt) quod aiunt de clausula excipiente à generali Bullæ ipsius dispositione seculares, clericos, vel cuiuscunque Ordinis, aut militiæ regulares, ipsam nempe ostẽdere, huiusmodi in casibus ibi relatis, immò indistinctè in omnibus immunitate gaudere; uam in ea Pontifex non id agit, vt quid de illis delinquentibus, ac cõfugis faciẽdum sit, statuat, sed in prænarrata dispositione inclusos esse abnegat, quod licèt per *laicorum* expressionẽ obtinere potuisset, voluit tamen apertiùs exprimere, ne id laici Magistratus vigore facultatum (in hoc non derogatarum) exercere posse prætẽderent, præcipiens, ne illis (etiam in casibus in constitutione expressis) contra eius generis homines vterentur: à quo negante, & limitante præcepto, † nequaquam affirmatiua dispositio elici potest, dum in ea 9
su satis remoto processit, vt in *l. quæ 65. D. de verbor. obligat.* ibi: *Extrinsecus, & nihil ad præsentem actum pertinentia pro superuacuis habebuntur, &c.* nã tota illa oratio ad laicos Magistratus dirigitur, vt in suis subditis ea omnia, quæ in Bulla dicta sunt, experiantur, ne putarent, id ipsum sibi contra clericos licere, quò fit, vt nihil de clericis, alijsve fauore Ecclesiasticorum iudicum positiuè constitutum videri possit ex *l. miles 75. in princip. D. de legat. 2.* Bal. *cons. 495. præsuppposita, vers. Non obstant illa verba lib. 4.* Castro *cons. 252. viso puncto, col. 2. in principio lib. 1.* Barbos. *axiom. 73. num. 17.* ac in specie, quæ ex D. Hieronymo *in c. duo sunt, quæst. antecedenti* notatum est.

Expressio quoque, † & specialis lo- 10
cutio eorum, quæ tacitè inerant, quando ad maiorem claritatem assumptiquè cui-

euidentiam fit, nec vitiatur, nec aliquid eddit, licèt dubietatem tollat, *l. quæsitum est* 12. §. *Si quis fundum, D. de fund. instr.* ibi: *Sed potius ex abundanti adiectum, l. conditiones quæ extrinsecus,* vbi gloss. vet. *D. de condit. & demonstrat. l. pediculis* 32. §. Labeo, *ff. de aur. argent. legat. l. insula* 56. §. 1 *l. testamentum* 17. *C. de testam. &c.* satis nota.

Quòd autem verba ad Iudicem laicum directa fuerint, patet ex dictæ clausulæ verbis: vbi postquam vetuisset, ne Curia secularis in spirituali quæstione hæresis (licèt à sacrorum immunitate exclusum crimen illud fuisset) se intromitteret, sequitur præcipiendo, vt idem de personis Ecclesiasticis seruādum foret, etiam in casibus in illa expressis. Quòd si, vt fundatum est, nullatenus clerici, minusquè Religiosi in Canonibus exprimuntur, sed nec ratione aliqua comprehendi possunt, quinimo ex eis repulsi potiùs videntur, sequitur nullam subesse rationem, qua id de Apostata asseratur; nam hic, cùm spretis votis, à religiosorum cœtu recedit, ac secularibus curis iterum se immiscet, nihil agere cense-
11 tur, † quò regularem disciplinam effugiat, seruus enim est, qui, vel Canones, vel ciuilia iura spectemus, ad seruitium reuocari potest, *l. 4. & l. 6. §. Sanè si seruus, C. de his, qui ad Eccles. confug.* in idem tendunt tam relatum *cap. inter alia*, quàm *can. 34. id constituimus 17. quæst. 4.* in terminis est textus in *can. proeliuis 20. q. 3.*

Iterum in dispositione secularibus hominibus conueniente Ecclesiasticos præsertim, ac Religiosos viros minimè comprehendi, scitissimum est, ægrèue
12 ferrent, si cùm de nefarijs, † scelestisve hominibus disponitur, illos in huiusmodi dispositione contineri quis diceret, cùm præcipuè propter status mutationem inter se differāt, *cap. si sententia 16. de sentent. excommunicat. lib. 6.* eleganter Petrus Gregor. Tolos. *syntag. iuris lib. 15. cap. 1. num. 3.* item & tanquam perfectiorem statum adepti speciali nota digni sunt, *l. item apud Labeonem 15. §. Hoc edicto, D. de iniur.* ibi: *Nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta.*

Demum, quia cùm immunitas personalis † Clerici, ac Religiosi maioris sit 13
ponderis, quàm templorum Asylum, sunt enim illi secundùm Apostolum viuum Dei templum *1. ad Corinth. capit. 5.* eius tamen nulla in delictis ratio per iudicem Ecclesiasticum habetur, quin eos citra vllam Ecclesiæ violationem puniat: eodem ergo pacto & Apostata à religione, satellite immisso, auelli, comprehendi, & plecti poterit. Hæc argumētatio fundatur ex doctrina Farinac. *q. 28. num. 26.* quem sequitur Gambacurta *de immunit. lib. 5. cap. 33. num. 5. ad fin.* & eo prædecessore statim citandi *in quæst. sequent.* respectu clericorum vtuntur.

Non refragantur argumenta initio proposita; nam ad primum, de generali locutione iam patet responsum ex *d. l. item apud Labeonem, & dict. cap. si sententiam,* quòd generalis locutio † compre- 14
hendit omnia eiusdem generis, siue speciei, non verò id, quod non solùm est diuersum, verùm oppositum, vt clericus, & laicus, quorū vno expresso, alter censetur remotus, & exceptus, vt in *cap. duæ sunt 12 quæst. 1.* inde Summi Pontifices, vbi volunt, de ambobus loquuntur *cap. ex part. 13 de priuileg. capit. 1. de præbend. cum multis* per Lel Zech. *de republ. Eccles. lib. 1 2 3.* At in hac specie de laicis locuti sunt, ergo, &c.

Ad secundum de priuilegio loci ratione concesso, quòd ex personarū qualitate metiri non debeat: respondetur † 15
id non adeo absolutum esse, quin manēte realitate priuilegij persona aliqua excludi possit, vt expressè determinatum est in *cap. per exemptionem 9. de priuilegijs lib. 6.* vbi exempta Ecclesia, licèt personæ omnes ad eam pertinentes quoque exemptæ censeantur; non tamen id ad Curatum, siue ad parochum, † extendi- 16
tur; hic enim ratione officij, speciali quadam nota Ordinario subesse censetur, ac perinde in sacta loco exemptionis con-

concesſione nō includitur, quod & ibi,
quàm plures, ad regulæ in oppoſitā adductæ declarationem, notant; Religioſi
enim pro pertinentibus maximè ad cor-
17 rectionem † morum, magno cum ſtatus proprij dedecore, ac diſciplinæ regularis iactura, à ſuperioris correctione ſub
ducere ſe intētant, quod vt videtur, Eccleſiæ Aſylo deferendum non eſt, ne decedat illa de iure ſuo, neue religionis puritas lædatur, quæ ſpecialis ratio eſt, in
cæteris perſonis non procedens ob ſcā-
18 dalum, † nempe inter laicos vitandum,
de quo Alexander Alenſis 2. 2. *titulo de ſcandalo*, Ricard. *in 4. ſentent. diſtinct.* 38.
Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 2.
ex num. 103. *ad ſequentes*, optimè ad rem
Laurent. de Perinis *tractat. de ſubdito c.*
20. *ſol.* 214. vocans ingratos religioſos,
qui ſui commodi gratia, exiſtimationē
proprij ordinis, per implorata iudicia
denigrant, ac proijciunt. Iterum Iuriſconſultorum opinio non poteſt in hac
re momentum cōtra Euangelicam doctrinam afferre. Dominus enim Matth.
5. docuit, *Non propter locum, gentem, ſed propter gentem, locum præelegiſſe.*

Ad vltimum dic, nō per hoc religioſos deterioris conditionis eſſe, quòd aliqua cis non conueniant; nam non vnius
Religioſi perſona, ſed totius Religionis
19 vtilitas † attenditur, cui proficit paucorum exemplo vniuerſos abſterreri, ſi diſciplinam, ac paternū rigorem eſſe aliquo effugio ſe vitaturos deſperent, &
vbicumque ſubiectos eſſe, ac repeti poſſe certò ſciant; multa enim, quæ primo
20 in limine † vtilia videntur, perniciem
non minimam optantibus afferunt, benè Bonifacius Octauus Pontif. Maxim.
in *cap. cum perſonæ de priuileg. Cum perſonæ*, inquit, *Eccleſiaſticæ, tam Religioſæ, quàm ſeculares plura præſumant, quæ ipſis infamiam pariunt, & alijs inferunt læſionem præ-*
21 *textu exemptionis, vel libertatis*, † *quam aſſerūt, ſe habere, Ordinariorum correctiones, & ordinationes ſubterfugientes, ac eorum forum, ſiue iudicium declinantes, &c.* his conuenit illud Auguſtini *cap.* 72. *Enchir.* vt
etiam nolentibus remedia, † ſi proficua 22
ſint præſtentur: *Multa*, inquit, *bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati, quia ipſi inueniuntur ſibi inimici.* Errant igitur, qui putant indulgētiam in huiuſmodi fauorem eſſe, cum
potius hoc ad opinionem de religionibus conculcandam facere videatur.
Inde Pater Gambacurta *lib.* 4. *capit.* 11.
vbi pro immunitate religioſorum pugnat, cedit tamen, ſi de correctione à ſuperiore paternè infligenda agi debeat,
data hac ratione. *Vnde*, inquit, *in ordinarijs defectibus, ad euadendas huiuſmodi ſalutares pœnitentias, ad Eccleſiam confugere, eſſet Re-*
ligionis † *vniuerſum ſtatutum peruertere*, 23
quæ mirè huic de apoſtaſia quæſtioni
conueniunt, vt in *quæſtionis themate*; nam
vltra illud delictum alia non ſupponuntur; quæ diuerſam pœnam præter religioſam animaduerſionem mereantur.
Demum pro cumulo & illa adijcienda
ſunt, quæ in pluribus quæſtionibus ex
Canonum intimo ſenſu producta ſunt;
nempe Pontifices pro mortis, & mem-
brorum † mutilationis pœna confugis 24
fauere; hæc vbi non timeantur, pronos
Epiſcopos ad correctionē confugæ, ac
qualē qualem iuſtitiæ punitiuæ ſatisfactionē, vt rei tradātur, eſſe debere, magiſque ad paternas correctiones ſubeundas; nam & pro delictis atrocioribus exceptis, † iam aduerſarij fatentur, illos 25
æquo iure cum laicis ab Eccleſijs extrahendos eſſe, cū & pro eis perſonali quoque per degradationem immunitate exuantur, faciunt dicta *quæſt.* 20. *n.* 11. me
ſequitur D. Barboſa *tom.* 2. *de iure Eccleſ. cap.* 3. *n.* 45. *verſ. Et multò magis fol.* 20.

QVÆSTIO XXIV.

EPITOME.

1 *Clerici, an Eccleſiarum immunitate fruantur?*
2 *Ludouici Romani obſtinata verba de clerico ad immunitatem admittendo notantur.*

3 *Cle-*

3 *Clericos gaudere confugio Ecclesiæ antiqui Interpretes sentiunt, sed vide num. 8.*
4 *Episcopi extrahentes ad se Clericos, an excommunicationem incurrant?*
5 *Domo propria nemo inuitus extrahitur, ergo nec clericus ab Ecclesia.*
6 *Prælati etiam in ipsa Ecclesia subditos corrigere valent.*
7 *Clericos rigorosè per suos iudices puniri fauor Ecclesiæ totius est.*
8 .... *oportet sanctitate laicos præstare, quod si peiores sint, maximo rigore plectendi sunt.*
9 ...... *quòd in Ecclesijs semper moram trahunt, earum confugio vti non debent.*
10 *Ecclesiarum decus, ac reuerentiam in immunitate, non nefariorum effugium repexere Pontifices.*
11 *Summa ratio pro religione haberi debet.*
12 *Iuris executio ab Ecclesiastico iudice intus Ecclesiam facta, eam non violat.*
13 *Persona loquentis in generali sermone, non includitur.*
14 *Indulgentia à Prælatis impetranda dicitur, tacetur concedenda.*
15 *Consuetudo Ecclesiarum omnium est, ne clerici Ecclesiæ confugio gaudeant.*
16 *Mos totius populi à Deo procedere videtur, estque ius naturæ.*
17 *Clerici contumaces communione priuantur, nec congruum est in Ecclesia manere.*
18 *Generalem locutionem aliqua tacitè excipere, quibus rationibus fundetur.*
19 *Templa Dei domus sunt, non Sacerdotum.*
20 *Sacerdotes domestici diuinorum templorum, non domini.*
21 *Ecclesia iudicis Ecclesiastici vicem Dei fungentis territorium est.*
22 *Secularia iudicia, non Ecclesiastica in Ecclesia exerceri vetantur.*
23 *Laici in delictis, clericis excusabiliores.*
24 *Iudices Ecclesiastici salarium pro sententijs contra Canones exigunt.*
25 *Temporis huius miseri conditio summè lugenda.*
26 *Gregorius XIV. clericos ab immunitate potius seclusit.*

An Clerici gaudeant immunitate Ecclesiæ, ita vt ad eam confugientes pro criminibus nō exceptis in Bulla, ab eorundem iudicibus Ecclesiasticis inuiti extrahi non possint ab ea?

Excusabilior priore est hic error de clericis ad immunitatem admittendis, eisdem licèt medijs detegatur; non enim tantùm à seculi moribus modò clerici distant, quantùm Religiosi, qui perfectiorem totius Christianæ Reipublicæ statum professi sunt; nihilominus tamen, si sapimus, error est à Ludouico Romano contra receptam Patrum sententiam priuatæ causæ fauore productus, & expensus. Is enim *cons.* 226. initium cuius *Spectabilis Domine*, in tantam mentis obstinationem, † lapsus est, vt dixerit, ita certò Ecclesiæ Presbyterum illum, quem fouebat, restitui debuisse, sicut Deum certum est esse; plures inde in hanc sententiam descendere, vt † communiorem esse doceant, Couarru. *variarum cap.* 20. *num.* 16. *vers.* 29. *constat lib.* 2. Clar. § *fin quæst.* 30. *vers. vlterius quæro*, Farinac. *quæst.* 28. refert Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 5. addit Pater Diana *resolut.* 24. Bobadillam *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 57. Gol. *liter. P. tom.* 1. Ambrosin. *de immunit. cap.* 12. Duard. *in Bulla lib.* 2. *can.* 16. *quæst.* 16. *num.* 13. Cened. *quæst.* 42. *can. quæst.* aientes, Iudices Ecclesiasticos † aliter agentes, vt violatores Ecclesiarum, immunitatis censuras incurrere, tres alios Auctores citat *tom.* 2. *tract.* 1. *de immunit. Eccles. resolut.* 35. quibus loco suo satisfacienius.

Cuius opinionis argumenta partim à Romano desumpta, partim à se excogitata præbuit Gambacurta *ibidem*, coque non citato Ambrosinus *de immunit. cap.* 12. Sunt autem hæc, quæ sequuntur. Primum, quòd cū tam Canonica, quàm ciuilia iura indistinctè loquātur, omnes complexisse, censeri debent. Secundum, quia maior ratio est, vt clerici immuni-

tate

tate fruantur, quàm laici, dum ipsorum
5 domus † sit Ecclesia, at nemo è propria
domo inuitus abstrahitur. Tertium, quia
priuilegium loco concessum est; ergo
personæ ratio non habetur ex *Barbosa*
in loco *præcedenti quæstione* relato. Quartum,
quia clericus si extra Ecclesiam delinquat,
& inde in Ecclesiam se recipiat,
habetur, ac si quilibet laicus deliquerit.
Quintum, quia clericus deterioris conditionis
sit, quàm laicus. Sextò, quia Constitutio
Gregorij XIV. dum facultatē extrahendi
clericos laicis iudicibus detrahit,
clericos confugere solitos inmiti;
Item Ecclesiasticis iudicibus id permittit
in casibus exceptis, negare igitur in
non exceptis videtur.

At Abb. in *capit. inter alia num. 13. de immunitate Ecclesiarum* pro opposita opinione
hisce argumentis vtitur. Primò
ex auctoritate Glossæ id tenentis in *cap.
nullus clericorum 17. quæst. 4.* Secundò, à
sufficienti partium enumeratione; nam
ait, ius ciuile locutum de suis subditis laicis,
nec potuisse de clericis validè loqui,
& disponere. Tertiò, quia dum permittitur
6 † Prælatis etiam in Ecclesijs citra
immunitatis violationem subditos castigare,
punire, & verberibus etiam afficere,
per *cap. vniuersitas de sentent. excommunic. cap. fin. de regular. c. præceptum 2. q. 2. c. qua fronte de appellat.* ergo per antecedens,
necessariò, vt punire decentiori
loco possint, extrahere valebunt. Quartò,
quia maius decus, & honor Ecclesiæ
7 versatur, † vt clerici ad cæterorum exemplum
puniantur, neque laicis scandalum
generetur, quàm ne ex Ecclesia extrahantur;
8 Clericis enim † conuenit sanctitas,
& maior, quàm laicis integritas *c. Sacerdotes 8. distinct.* Quintò vtitur *Clem.
1. de priuileg. cap. non solum de regulis iuris,*
vbi religiosorum excessus grauibus pœnis
prosequuntur, qui tamen semper in
9 locis sacris morantur. Sextò, quia † cum
frequentiùs isti in Ecclesijs, & circa illas
delinquant, item in eis semper morentur,
si immunitate gauderent, omnimoda
sequeretur impunitas contra
c. 2. & 3. cum illorum de sentent. excom.

Hæc sunt Abbatis argumenta, quibus
ductus id tenuit Gutierrez *practicar. lib.
3. quæst. 3.* qui omnes quasi Canonistas
pro se adducit; accedunt Heuia *in Curia
Philip. p. 3. §. 12. n. 17.* Villadieg. *Polit.
c. 3. n. 213.* Genuens. *in praxi cap. 17. n.
11.* Bellet. *disq. cleric. part. 1. tit. 3. §. 15.*
Pereg. *de immunit. c. 12. ex n. 3.* Tanner.
t. 2. disputat. 5. quæst. 8. dub. 1. n. 16. Megala
3. part. lib. 4. cap. 2. num. 34. Suarez
*de religione tom. 1. tractat. 2. lib. 3. cap. 10.
num. 6.* Azorius *part. 2. lib. 9. cap. 9. q. 9.*
Bonacina *de legib. disputat. 3. quæst. 7. §.
3. num. 7.* Fagund. *de præcept. Eccles. tract.
2. lib. 4. capit. 4. num. 52.* Lopez *instruct.
Suend. p. 2. cap. 285.* Homob. *de Exam.
Eccles. part. 2. tractat. 11. cap. 12. quæst.
26. sup. 3.* quos omnes in vnum publico
bono collegit Diana loco præmisso, vt
appareat, hodie hāc apud Iuristas frequētiorē
esse, ac Theologis summè probari.

Mihi vero (cùm secundum, tertium,
& quartum Abbatis argumenta insolubilia
videantur; omnia verò in contrarium
leuissima) id etiam infrascriptis rationibus
suadetur.

Summos Pontifices ad Principes, &
Iudices laicos rescribentes, ne ab Ecclesijs
confugas extraherent, † neque scelestis 10
hominibus fauere, neque materiam
delinquendi, vt pessimè Hæretici mussitant,
præbere voluisse; quinimo honorem,
ac decus sacrorum templorum, vt
illibatum seruaretur, prospexisse, quorū
religio, diuinus quoque cultus, qui in
eis exercetur, per violentas extractiones
non modicū turbabatur. Immò opinio
ipsa de sacris locis apud vulgum, ex irreuerenti
auulsione, de statu suo non mediocriter
decedebat, in quo maius bonum,
quàm in criminum punitione versabatur;
summa enim † ratio pro religione 11
haberi debet, licèt verò ex atrocitate
delicti nonnullos excluserint, nunquam
tamen confugas, nisi vocatis Ecclesiæ
Præpositis, eorum iussu, ac in manus
traditione, auellendos voluerunt, vt
seruata Ecclesiæ veneratione, delicti
quo-

12 quoque grauitas puniretur, † neque enim
id, quod ab Ecclesiæ Ministris suo iure
perficitur, aliquid de reuerentia Eccle-
siæ detrahit; nam si detraheret, nulla de-
licti grauitas decori loci præponenda
foret.

At clerici delinquentis per suum su-
periorem ab Ecclesia auulsio, nec de-
decus loco sacro, nec irreuerentiam gi-
gnit; ergo & ratio Canonum cessat, qui
contrarijs ipsis asserentibus, non perso-
nis, sed locis fauere voluerunt.

Præterea cùm Pontifex Clericos Vr-
bis ratione sui Lateranensis Episcopa-
tus, ac reliquos omnes sibi subditos co-
ercere possit, neque in hac Constitutio-
ne de Episcopis locutus fuerit, sequitur
apertissimè, quòd neque Episcopis, mul-
toquè minus, sibi suorum subditorum
extractionem, neque directè, neque in-
directè prohibere voluerit; loquentem
13 † enim personæ semper exceptæ censen-
tur ex vulgaribus iuribus, per Surdum
cons. 47. num. 19. cum multis supra *q. 1.*
num. 41. nemo enim in se ipsum, nisi in
specie statuit, immo nec in specie, vt in
l. penult. D. de recept. arbitr. ibi. *Neque enim*
tem imperare sibi, neque prohibere quisquam
potest, egregiè Diuus Paul. *1. ad Corinth.*
cap. 15. num. 26. & sentit idem Diana à
nobis citatus *dict. num. 41.* supra *q. 1.*

Hinc cum sæpiùs de membrorum, ac
vitæ integritate ab Ecclesiasticis impe-
tranda in citatis de immunitate Cano-
nibus agatur, nunquam tamen de indul-
14 gentia † per ipsosmet, vel per Pontifi-
cem disponentem impartienda mentio
fit, vt Abbas, eiusque asseclæ scitissimè
considerauerunt, vt manifestum fiat, lo-
quentis personam in dispositione non
venisse.

Vrget nos demum Ecclesiarum om-
15 nium † quasi inconcussus mos, ne cle-
rici hac immunitate vtantur, neque Epi-
scopi ad illam eos admittãt, de qua Scri-
bentes relati testantur, & nos testari pos-
sumus; id enim videtur, quasi ex primi-
16 tiuæ Ecclesiæ traditione descendere; †
nam vt ait Socrates apud Xenophont.
lib. 4. Quod ab omnibus gentibus obseruatum
est, id omnino à Deo sancitum videtur; egre-
giè D. Augustinus *in c. in his distinct. 11.*
cum alijs huiusmodi infra *lib. 2. quæst. 4.*
cumulatis, quibus firmitas traditionis
Ecclesiasticæ commendatur. Quod alia
ratione, in praxi non contemnenda su-
stinetur; Contumaces enim clericos, qui
edictis ad comparendum † super excu- 17
sandis delictis propositis non parent, ex-
communicatio consequitur, ac comi-
tatur, hi autem, cùm ab omnibus vitari
debeant, quàm maximè ab Ecclesijs, ne
in eis conueniant, ac conuersentur, eij-
ciendi sunt, vt diuina celebrari possent,
quòd si ibi recipi, tãquam immunes per-
mitterentur, vel diuina cessare deberẽt,
vel tacitè, vt prosequi possint, dispensa-
tum (quod nemo dixerit) censeretur.

Soluo autem sic contraria; ad primũ,
† quod generalis locutio, eos, qui spe- 18
ciali nota digni sunt (vt clerici reputan-
tur) non includit; item neque eos, qui
specialibus ex causis ex generali dispo-
sitione eximi debent. Iterum & eos, de
quibus loquens, in specie loqui deberet,
vt se ipsum ad aliquod obligaret, & de-
mum minùs illos, qui probabiliter in il-
la dispositione venire non deberent; vt
patet vulgaribus limitationibus allatis,
per Doctores *in c. cum accessissent*, *& cap. quinta*
vallis de iureiurando, & cap. vltimo de officio Vi-
carij lib. 6. l. in obligatione generali, D. de
pign.

Ad secundum negãdo, potiorem ha-
beri debere rationem clericorum in hac
immunitate, quoniam † nec domus eo- 19
rum est, nec ipsi illa ad delinquendum
abuti possunt, Domino dicente ad Sa-
cerdotes, dissimulãtes indigna templo,
domum illam suam esse: *Domus mea*, in-
quit, *domus orationis est*, quòd si in illam
ij, qui maximè eam venerari tenentur,
peccant, ex hoc ipso repellendi sunt, vt
in ratione, *cap. fin. de immunit. Eccles.* ho-
spites enim illi † sunt, & secundum Apo- 20
stolum domestici, non domini.

Delicta enim Sacerdotum, ac cleri-
corum leges acrius insequuntur, dicẽs
per

per Canonicam lenitatem, sæpè leuiùs puniantur, quod licèt euenire deberet ex D. Ambrosij sententia *tom. 5 1. Quomodo,* inquit, *Sacerdos super omnem populum glorificatur, si benè fecerit, ita & peccans super omnes punitur, non solùm propter suum peccatum, sed etiam propter omnium,* & in Synodo Matisconensi, dicitur: *Clericorum transgressiones quantò illis pro diuino amore reuerentia maior impenditur, tantò acriori vindicatione plectendas.* Attamen ita in Episcoporū Audientijs receptū est. Vno ergo tempore, & cessat ratio fouēdi clerici, qui ad Ecclesiam confugiat, quoniā correctionē euadere nō debet, & illa nō extrahendi ob pœnæ metū, quia citra vitā, & mēbra animaduersio secutura est.

Ad tertium de priuilegio, quod loco competat, responsum habes in superiori quæstione *n.* 15. At nō puto omittendū, quod supra tactū est; nempe hoc ipsum clericos ab immunitate excludere, quoniam ex eorum, per Ecclesiasticos iudices captura, nulla loci irreuerētia enasci
21 tur, Ecclesia enim † propriū est iudicis Ecclesiastici territoriū, vbi ius dicit, & in subditos animaduertit, *c. vniuersitas de sentent. excommun.* cum supra relatis. Iudicia enim huiusmodi omnia, & citra sanguinem in Ecclesia ab Episcopo rectè
22 peraguntur, † secularia non item: cessante autem loci ratione nullus in hoc casu personæ fauor consideratur; nā huic præualet bonum correctionis, & emendationis, vt delinquens fiat melior, ac ne cæteri (metu certæ animaduersionis perterriti) delinquant; nam si Episcopus eos in ipsamet Ecclesia corripere valet, cur ex illa ad id ipsum agendum decentius trahere ad se non poterit?

Quartum iterum cessat; nam siue in Ecclesia delinquant, siue extra, non est hæc ratio, cur clerici immunitate nō gaudeant, sed relatæ per nos supra, quæ personam, statumque eorū respiciunt, à laicis toto cœlo distantē. In illis enim ma-
23 gis † excusabilia sunt delicta, quā in clericis, vt disertè affirmat Innocētius III. *in c. cum ab omni* 10. additis quæ in corpore leguntur, *de vita & honestate clericorum.* Honorius quoque III. *in c. fin. eodem tit.*

Quibus in locis salarium † pro senten- 24
tijs, item & mercimonia omnibus licita clericis, ob id, quod clerici sunt, interdicuntur, ne laicis scandalo sint, qui perfectiorē in eis vitā exigunt, faciunt per me tradita *contr. 1. n. 20. fo. 416. in C. Siculo.*

Quintum argumentū in idem reincidit, & in præcedēti quæstione sublatum est, ideo subsisto, tantamque temporū † 25
miseriam, ac summam morum, opinionumque corruptionem lugere libet, quæ tanta sit, vt prætēdat, clericalem ordinē ex hoc minùs haberi, quòd in delictis, scelribusquè patrandis eodem cum laicis confugio non fruatur. Cum ècontra ipsimet, qui pœnitentiam sponte suscipere deberēt, ac lenissimum Ecclesiæ iudiciū obuij expetere, latebras exoptēt, & quòd illis priuentur, ingemiscant, se iuris fauore fraudatos vocitent, in nullo pretio haberi quærātur, ac laicis se posthabitos cōclament, sed perpendantur quæso Diui Bernardi verba *homil. 4. in Lucam* super *Missus* minimum quid simile (si hæc attēdas) ex præcordijs deplorantis.

Ad vltimū quoque de Bulla † Grego- 26
rij supra itidem responsum est, retorquet etiam idem argumentum, Peregr. *de immun. c. 13. n. 10.* qui alijs tamen, & fortè melioribus medijs contrarijs satisfacit cui & ea, quæ supra *q. 22. vers. Accedit,* diximus, addenda sunt. Nouissimè D. Barbosa iuris Canonici insignis illustrator posthæc scripta, ac visa, arguit ad partes *tom. 2. de immu. iur. Eccles. c. 3. ex num.* 135. *ad* 153. & contrarium resoluit, optimè quidem pro suo munere, ac doctrina, sui ordinis, vt par erat, causam tutatus; qui cùm omnia viderit, ac omnibus satisfacere conatus fuerit, an sequendus contra hæc scripta sit, lectoris iudicium esto. Mihi enim nostræ sententiæ fundamenta sublata non videntur, ipseque doctissimus vir ex eis multa in ipso discursu negare non poterat, quæ per se curiosus lector inueniet. Mihi dignissimus vir, ac peramicus, nec refellendus, nec conuincendus est. Vtinam talia adduxisset, ex quibus me retractare debuissem?

K QVÆ-

QVÆSTIO XXV.
EPITOME.

1 *Religiosi an gaudeant Ecclesiarum immunitate in delictis communibus?*
2 .... *vel delinquunt intra claustra, vel extra, vtroque loco secundùm* Gambacurtam, *vt & laici gaudent.*
3 *Homicidium in loco religioso, non autem sacro non caret immunitate.*
4 *Immunitas si religiosis contra proprios superiores concedatur, status religionis euertetur.*
5 *Religiosus in delictis magis, quàm seruus mortuo comparatur.*
6 *Delictum nemini proficere debet, immo pœnam augere.*
7 *Serui pœnæ immunitate non fruuntur.*
8 *Confugæ, qui non liberi, sed cum vinculis ad Ecclesiam aufugerunt, repeti possunt.*
9 *Obedientiæ vinculum Religiosos vbique comitatur.*
10 *In consequentiam necessarium quod fit, non attenditur, sed propter quid fit.*
11 *Religiosus, vel ad coercitionem à Superiore petitur, vel ad deditionem brachio seculari faciẽdam, vtroque casu extrahi potest.*
12 *Religiosorũ delicta, nisi atrocissima sint, intra claustra compescuntur.*
13 *Religiosos ab Ecclesijs posse à suis superioribus abduci communis schola tenet.*
14 *Canones immunitatem Religiosis nequaquam præstant, sed nec* Bulla.
15 *Consuetudo negãdi Religiosis immunitatẽ, nõ est cõtra ius, sed eius interpretatiua.*
16 .... *interpretatiua Summi Pontificis consensu non indiget.*
17 .... *interpretatiua non dicitur legi opposita, etsi mala esset, sed ex ipsa lege descendere.*

An Religiosi gaudeant illa immunitate, ita vt Superiores non possint illos extrahere, si nolint ab Ecclesijs? & quid si delinquunt in proprijs Monasterijs?

QVod de Apostatis à religione *quæst.* 23. disputauimus, præsentem
1 quoque † quæstionẽ de religiosis delinquẽtibus soluere certum est: ac perinde nouæ scriptioni parcere potuissem. Cæterùm quia argumenta aliqua in hac afferũtur, quæ vniuersam religiosis immunitatem vel concedere, vel derogare videtur, ideo inhærẽdo prioribus scriptis, aliqua, quæ mihi diuersa videntur, breuiter atringam.

Pater Gambacurta *de immun. lib.* 4. *c.* 11. *ex n.* 10. qui prior hanc opinionẽ ad praxim reduxit, duos distinguere casus videtur. Priorem, vbi religiosus † extra 2
Monasterij claustra delinquat, alterum, vbi in ipso Monasterio; & in vtroque putat posse religiosum ab Ecclesia foueri, modò delicta nõ sint adeo excepta, vt si à laico admissa essent, immunitate priuaretur, ait enim *c. fin. de immunit.* auferens immunitatẽ occidẽtibus, † & mutilãti- 3
bus, alijsque, qui similia facinora in Ecclesijs committunt, ad delicta in Monasterijs commissa extendi non debere, idẽ quoque tenet Cenedus *quæstione can.* 42. quos in rigore iuris seclusa consuetudine sequitur Diana *resolut.* 25.

At hæc sentẽtia, si in apostasiæ crimine, & quoad clericos contra omne ius pugnat, generaliter, vt in præsenti, prolata, manifestiùs talis apparet, atque statũ
†omnẽ religionis euertit, cùm religiosus 4
præterquam, quod vti delinquens est legibus obnoxius, voto obediẽtiæ tenetur, cuius illa vis est, vt omnẽ propriæ voluntatis executionẽ ipsi præripiat, ac tollat, vtque superioris voluntas religiosi quoque esse dicatur, D. Thom. 2. 2. *q.* 104. *art.* 5. Suarez *de Statu relig. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 9. Vazq. 1. 2. *q.* 95. *art.* 2. *disp.* 154. *c.* 4. ac perinde instar serui caput in iudicio standi non habeat, immo nec viuere dicatur, in quo à seruo mirificè distat;
nã seruus † pro crimine liber reputatur, 5
religiosus non itẽ, cùm non tantùm seruiat, sed mortuus sit; repugnat autem sic
subdito (qui nec vita potitur) posse † ob 6
delictum se à subiectione subtrahere, acex eo vitã, & caput contradicendi, voluntatemque recuperare, quod deliquit: cõsequinè cõtra omnes iuris regulas ex see

le-

lere libertatem, iuxtà tradita in *l.3.D. de donat.&* *l.si à Domino,§.Si prædo,D.de petit.hæred.*cum alijs iuribus per me citatis *in patrocinio c.2.n.31.in C.fol.357.*

Iterum certum est apud grauiores Au-
7 ctores,seruos pœnæ,qui maximam † capitis diminutionem passi sunt, Ecclesiæ
8 refugio non iuuari,item, † & illos,quos in ea non liberos,sed sub vinculis,& custodia ingressos esse constat; de prioribus id post alios probat Marta *de iurisdictione part.2.cap.51.num.17.* Villadiego,& alij infra *quæst.*40.de secundis multi numero, citati per Bobadillã *lib.2.c.14.num.61.*Couatru.*variar.lib.2.capit.20.num.13.* alijque per nos infra *quæst.*40.putant enim non fieri Ecclesiæ iniuriam,si isti huiusmodi ratione dominij, vt sic dicam,& possessionis in eos actu habitæ, per Ministros vindicentur,non enim sui iuris,nec plena libertate in eam ingressi sunt.

Quod maiori cũm ratione de Religiosis dicendum est,qui in Monasterijs,
9 & Ecclesijs † vinculis obedientiæ detinentur,nec sui iuris,nec cum plena libertate inibi ingrediuntur, nec etiam citra delictum ea libertate potiũtur, vt magis in vno,quàm in altero loco morari possint,sed inuiti etiã,ac reluctantes ab vno Monasterio abstrahi,& ad aliud perduci possunt,nec ob id repugnare eis libet; quòd in loco sacro immorantur, id enim ex necessitate euenit,quia extra sacrum morari non licet, quo casu sacrum non
10 violatur, † nisi in quandam necessariam consequentiam in ordine ad executionẽ voti obedientiæ.in quo fundatur Ius superioritatis in Præposito præcipiente,& de persona religiosi,siue ad coercitionẽ, siue ad vincula disponente, vt in simili docet Rodrig.*quæst.9.regul.tom.1.art.4.*
11 Demum quia cũ † extractio Religiosi de Ecclesia ad duos fines fieri soleat, nempe ad coercitionem, seu correctionem paternè per superiorem infligendã; pro qua non dubitant Gambacurta, sequacesquè,religiosos immunitate minimè iuuari,vel secũdo,ex delicti grauitate,qua debeat curiæ seculari degradatus ad supplíciũ addici,sequitur ad vtrũque finem extractione facta,immunitatẽ nõ violari,nõ ad primum,quia omnes concedunt,posse;non ad secũdum,quia, tum attenta qualitate criminis, qui semper exceptis casibus correspondet, cùm ex necessariò antecedẽti extractionis ex monasterio (qui locus pariter sacer est) extractio non solùm licita, sed necessaria est.

Nec meo iudicio præter hos duos casus datur in huiusmodi personis mediũ, 12
in quo possint immunitate frui, † nã huius ordinis hominũ delicta, nisi atrocissima sint,religiosa coercitione intra claustra ad euitanda scandala compescũtur, Cenedus *quæst.can.26.num.20.cum seq.* Sanchez *in præcept.Decalogi lib.6.cap.6.* 13
*ex n.103.*Meritò ergo communis † Moralitim schola eos tradi debere tenet, vt per Siluest. *in summa verbo immunitas 3.§.3.n.2.*Suarez *de religione tom.1.tract.2.lib.3.c.10.n.6.* Fagundez *de præcept.Ecclesi.tractat.2.lib.4.cap.4.n.52.* Peregri.*de immun.c.12.dub 3.*decisum iuxta hos refert Ricciùs *decis.172.n.6.p.3.*

Quod verò considerauit Diana *resol.25.vers.Sed contrarium,*nempe opinionẽ affirmantium,deberi immunitatem,attentis Canonibus,& Bulla,veriorẽ esse; respuendã tamen,attenta opposita consuetudine à Summis Pontificibus probata,non modò nõ tollit,sed auget opinionis errorem;nam supponit per antecedens,immunitatem Religiosis ex expressis Canonum,& Bullæ verbis competere ; nam si aliter ex interpretatione verborum id teneret,superiores ob huiusmodi extractionem censuras incurrere,nõ firmaret.Ac perinde subsequitur, quòd vt huic apertè dispositioni derogaretur , opus fuerit consuetudinem à Summis Pontificibus probari.

Cũ verius sit,neque in Canonibus, † 14
minùsque in Bulla huiusmodi immunitatem expressã , nec tacitè concessam legi . immo si sermonis proprietati inhærendum esset (vt deberet, vbi de vi-

tandis, vel ne censuris agitur) negatam censeri, ex supradictis *quæst.* 23. 24. & in præsenti colligi potest.

Nam quod dicitur à multis in hac specie, communi totius Orbis consuetudi-
15 ne † Religiosos ad immunitatem non admitti, id non est, quia contra ius consuetudo hæc inducta sit, vt putauit leuissimis ductus argumentis Italia *de immunit. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *& lib.* 5. §. 6. *n.* 119. & videtur intelligere Diana, dum citra Pontificum consensum illam non validitatem existimat, sed quia cùm de interpretatione iuris agatur, sint ne ex verbis Canonum comprehensi illa interpretatio in omnibus Ecclesijs recepta est, vt ex qualitate personarum speciali nota dignarum, & obedientiæ voto, confuga
16 rum appellatione non comprehendantur, † quæ interpretatiua consuetudo Summi Pontificis consensu opus nō habet, vt valeat ad *l. minimè, & l. si de interpretatione, D. de legib. cap. cùm venissent de institut. cap. cum dilectus* 8. *de consuetud.* latè Cened. *quæst.* 3. *practic. quæst. lib.* 1. Fitsarius latè *cons.* 54. *ex num.* 73. *ad plur. seq.* magis enim interpretatio ex obseruātia
17 attendi debet, † quàm ipsius Constitutionis verborum proprietas, Innoc. *in c. olim num.* 2. *de verb. signific.* Rota Roman. *diuers. part.* 1. *decis.* 574. *& decis.* 256. *n.* 5. *part.* 2. vbi disertis verbis probat, stādum esse interpretationi, licèt peruersæ in vim eiusdem legis, non in vim nouæ Constitutionis legi contrariæ, Beltram. ad Ludou. *decis.* 184. *num.* 8. ac eisdem quasi verbis docuerat Decian. *cons* 44. *num.* 17. *vol.* 2. Claper. *causa* 2. *quæst.* 2. *nu.* 13. Salced. post Suarium, & alios *de lege Politica lib.* 1. *capit.* 8. vbi quòd hæc consuetudo nihil noui inducit, sed declarat ius latens in visceribus iuris.

QVÆSTIO XXVI.

EPITOME.

1 *Immunitas datur existenti in loco sacro, quandiu ibi moretur, non quidem abolitio criminum.*

2 *Confuga timore, vel compositionis spe ab Ecclesia discedens, quærendus ab ea nō est.*

3 *Violenta abstractio ex Ecclesia damnata est, additis quæ* post num. 1.

4 *Confugæ fallacijs, vt Ecclesiam relinquant inducti, debent ei restitui secundum aliquos contra* post num. 9.

5 *Ecclesia de his, quæ foris sunt, non curat.*

6 .... *non violatur, vbi quis ab ea malè, licèt suasus abscedit.*

7 *Confuga fauetur ob adhærentiam sacrorum, ac quodam iure coniunctionis.*

8 *Seductio, & dolus in viro sui compote, nullam in iure actionem pariunt.*

9 *Fauorem Ecclesia contra ius non respicit, cùm iniuria captatrix non sit.*

10 *Excommunicatio violanti Ecclesiam indicta, non ad eum, qui voluntatem confugæ violat, extendenda est.*

11 *Ecclesia triginta passus tributi, vt naturæ necessitatibus, quis parere possit.*

An reus amittat immunitatem, qui deceptus fuit sub dolosis verbis, & fallacijs ad egrediendum ab Ecclesia, & Iudex possit illum punire?

ECclesiæ immunitatē non personarū simpliciter, sed loci fauore introductā, & receptā fuisse, nemo est, qui neget nos quoque nō semel fundauimus, præcipuè *q.* 24. *n.* 10. qui fauor in debita sacris tēplis reuerētia fundatur, vt inibi morā ducentes ab omni violentia tuti sint, neque enim impunitatē, vel absolutionē, † sed tuitionē præstant, tandiu duraturā, quandiu ibi inneniātur, vt habemus expressum in *c. inter alia* 6. ibi: *Nō est violenter ab Ecclesia extrahēdus, nec inde dānari debet ad mortē, &c. de immunit. Eccles. & in c. miror* 8. *cau.* 17. *q.* 4. ibi: *Hominē de Ecclesia rapuisti*, & infra, *Ecclesiæ igitur illarum reuoca, quē irreligiosissimè rapuisti, & c. frater* 10. *eadem causa, & quæst.* in illis verbis: *Vt hominem in sanctuarijs constitutū (captata Sacerdotis absentia) reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent*, & in *can. si quis cōtumax* 20. *ibid.* dicitur: *De porticibus Ecclesiæ quolibet modo adhærētibus per vim abstraxerit*, & in *can. diffiniuit* 33 *eodē loco*

loco additum eſt, *nullus audeat confugien-*
tes ad Eccleſiam, vel reſidentes inde vi abſtra-
here, aut quodcunque nocibilitatis, &c. infer-
re, & demum in *canone id conſtituimus* 34:
2 apertiſsimè determinatum eſt, † timo-
re aliquo, vel ob compoſitionis ſpem
ab Eccleſia diſcedentem à clericis re-
peti non debere, ibi: *Quod ſi is, qui reus*
eſt, voluerit ſibi intentione faciente componi,
& ipſe reus actus timore de Eccleſia diſceſſe-
rit, ab Eccleſiæ clericis non quæratur, quaſi
dicat, ſibi imputet, qui vano ductus ti-
more, reſpectu, vel ſpe ſe cum læſo com
ponendi, Eccleſiæ refugium deſerit, ac
alibi ſe recipit, argumento *l. 1. D. de eo*
per quem factum fuerit, verſ. Quamuis. At
in ciuilibus legibus, hæc eadem de vio-
3 lenta † abſtractione leguntur, vt in *l. 3.*
ibi: *Si quis eos conetur inuadere, & l. præ-*
ſenti 6. ibi: *Expelli, aut trahi, vel protrahi*
confugas, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. &
demũ in *Conſtitut. Gregorij* vetitum eſt, nè
confugas in Eccleſia exiſtẽtes ſeculares
Iudices, eiuſq; miniſtri *capere, extrahere,*
aut incarcerare poſsint, quæ verba manua-
lẽ vim propriè continent, ac ſupponũt.

Hæc licèt ita ſint, apertiſsimis Ca-
nonum, ac iurium verbis expreſſa; ſunt,
qui dicant, violenter quoque abſtractos
dici, qui verbis ſubdolis, ac fallacibus
Eccleſias relinquere ſuadentur, ac quòd
4 ſi inde foris exiſtentes † capiantur; vnde
egreſsi ſunt, reſtitui debeant. Ita ex Mo-
ralibus Megala *in 3. p. lib. 4. c. 2. q. 1. n.*
32. ex Conſultis Bobad. *tom. 2. lib. 2. c.*
14. *n.* 80. & Villad. *c. 3. n.* 222. *in Politi-*
cis ab eis editis tractatibus, Maſtrill. *dec.*
169. *num.* 12. quos ſequitur communi
ſpreta Diana *reſolut.* 26. quoniam, ait,
hæc opinio Eccleſiæ fauorabilis videtur.

Ego verò nullibi hanc ſententiam ſu-
ſtineri poſſe, nec Eccleſiæ fauorem con
tinere video, habere verò aduerſantem;
non tantùm Canonum, ac iurium verba
quæ violentam abductionem tantùm
damnant, & improbant, verùm quoque
caſum expreſſum *Canonis id conſtituimus*,
5 † clericis præcipientem, ne cõfugam in-
de timore exeuntem reduci curarent,
quid enim ad eam de his, quæ foris ſunt? ſicut
licèt ad aliud Apoſtolus aiebat 1. *Co-*
rinth. cap. 5.

Probatur etiã ratione id, quod in Ca
none legitur, quòd cum cõfuga nequeat
inuitus abduci, ne Eccleſia violetur, ceſ- 6
ſat omnis ratio, vbi ille Eccleſiam † vo-
lens relinquat; tũ quia beneficia invito
non conferũtur, & nolenti non fit iniu-
ria, *l. in diem 9. D. de aqua pluu. arcend.* tum
quia Eccleſia ius propriæ immunitatis
illæſum exoptat, ac curat non rei vtilita- 7
tem, † niſi quatenus ſacris adhæret, quo
ſemel abſcedente, ius cõiunctionis ceſ-
ſat, ſeparataquè de reo ratio habetur, vt
in *l. cum actum 18. D. de negot. geſtis.*

Iterũ licèt blanda, ac fallacia verba,
ſuaſioneſquè quandoquè per emphaſim
violentiæ comparentur, hæc locutio nõ
niſi in muliere procedit; nam vbi cùm vi
ris agatur, requiritur manualis violẽtia,
metuſquè cadens in conſtantem virũ. In 8
iure enim vani timoris, ac doli ratio †
nõ habetur; vt deciditur optimè ad rem
in *c. cum dilectus 20. de his, quæ vi metuſque*
cauſa fiunt, ibi: *Non obſtante violentia, quæ*
proponebatur illata, cum neque metũ mortis,
neque cruciatum corporis contineret, & ideo
non debuerat cadere in conſtantes, nec obſtante
dolo, quo ſe proponebant fuiſſe ſeductos; cùm
talis dolus, non tam ad circumuentionem præ-
dictorum, quàm ad fatuitatem eorum debeat
retorqueri, ſuper reſtitutione petita ſilentium
eis duximus ſententialiter imponendum, quo
textu nil præclarius, vt ſeductionis in vi-
ro ratio haberi non debeat; accedit tex-
tus *in l. 1. D. de eo per quem factum erit*, ibi:
Sibi eum imputare debere, qui credulus fuerit.

Quod verò dicitur, ſententiã relatorũ
Auctorũ (quã ex præmiſsis errorẽ potiùs
eſſe detegimus) ob id amplectendã, quòd
Eccleſiæ fauorabilis comperiatur; non
tollit prædicta, nec aliquid opinionis ſub
ſtantiæ auget. Cùm Eccleſiæ per id tan-
tùm conſultum ſit, quòd fines eius non
violentur, ſed maneant illibati; quòd ve-
rò inde recedentibus confugis, euenit;
cùm eorum damnum, vel fauorem re-
ſpiciat, ab Eccleſia non curatur. Ipſa

enim scelestos, vt scelesti sunt, non fouet, sed vt qui ad eam, tanquam ad tutum sinum confugerint, neuè ipsa violetur, de quo supra *quaest. 24. num.* 10. Non ergo inspicitur persona, ex quo personæ ob locum securitas præstatur, sicut non fit personale pactum, quia persona exprimitur; nam id fit, vt sciatur, cum quo factum est; vt eleganter dixit Consultus in *l. iuris gentium 7. §. Vtrùm autem, D. de pactis.* Ecclesia verò nunquam id sibi ad
9 fauorem † reputat, quod renuentibus Canonibus fit, nam fauorum per iniuriã captatrix non est, inde rescripta fauorabilia contra ius impetrata respuit, Pelagius *in capit. dicenti 25. quaest. 2.* ibi: *Concessa praualere, & effectui mancipari, quæ cum iuris, & legum ratione concordant.* Rectiùs ergo communis schola docuit huiusmodi sic deceptos suo damno sibi persuasisse, vt egrederentur, nec ob talem prætextam fallaciam repeti posse. Nauarrus nempe, & Suarez, quos citat, & sequitur Fagundez *de praeceptis Ecclesiæ lib. 4. cap. 4. num. 56.* Bonacina *de legibus disputat. 3. quaest. 7. part. 4. num. 24.* Filliuc. *tom. 1. tractat. 35. cap. 6. num. 154.* Duard. *ad Bullam Cœnæ lib. 2. cap. 15. q. 16. num. 34.*

Nam cùm hìc de excommunicationis pœna incurrenda agatur, quæ grauissima est, maximè pro violata Ecclesiæ immunitate: illaquè violenter ab-
10 strahentibus indicta sit: † non rectè ad eum ampliari posset, qui reum extra Ecclesiam repertum capiat, ob id solùm quòd ad egrediendum blandis, licèt fallacibus verbis inductus fuerit; nam id realiter nõ est, Ecclesiam, sed voluntatem existentis in ea violare, quæ suasoria vis pœnam excommunicationis minimè mereтur, sufficitque dicere: verba Canonis id non dicunt, vt illa ferri non possit, vt *in l. 1. D. de aleator.* ibi: *Prætor enim simpliciter ait, l. si vero 64. §. De viro,* ibi. *Nihil in lege scriptum est, D. soluto matrimonio.*

11 At quod dicitur de exeunte, † vt naturæ necessitatibus satisfaciat ex Siluestro *verbo immunitas 3. num. 24.* iam id præuisum, cõstitutumquè fuerat in *dict. cap. diffiniuit 33.* ibi: *Sic tamen, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè separatis ab Ecclesia domibus nullo modo abscedant, sed in hoc 30. passuum numero, absque domorum extranearum receptaculo progredientes aditum obtinebunt, qualiter ad requisita naturæ vsum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu necessitudinis, qui Dominicis se defendendos commiserint locis,* ex quibus patet, ad hoc datum hoc spatium, vltra quod excusatio non proderit; post hæc D. Barbos. me citato *in tract. de vniuers. iure Eccles. tom. 2. cap. 3. num. 54.* tenet, fidem extracto sub spe immunitatis, seruãdam fore, quod restitutioni Ecclesiæ faciendæ manifestè repugnat, nã si restituendus est, non est opus, vt fides impunitatis data seruetur: putarem ergo eius sensum esse, vt iudex laicus per Ecclesiasticum ad fidem seruandam, siquid promiserit, compelli possit, non tamẽ eum, vt Ecclesiæ restituat, compellendum.

QVÆSTIO XXVII.

EPITOME.

1 *Episcopi domus immunitate quo pacto potiatur?*
2 *Immunitas data Episcopi domui per Aurelianense Concilium, supponit illam Ecclesiæ contiguam.*
3 *Canon vnus ex alio declaratur, lex ex lege.*
4 *Disposita in vnius Concilij capitulis separari non possunt.*
5 *Ecclesiæ cultui, ac decori conuenit, vt adhærentes ei domus, suoue seruitio destinatæ immunitatem habeant.*
6 *Ecclesiam ad recumbendum, ac fomendendum confugis sinum non præstare, domus vbi habent adhærentes.*
7 *Episcopali personæ, ac muneri maxima debetur reuerentia.*
8 *Episcopos iuxta Ecclesias habitare, vsus vniformis non est.*
9 *Canonici, si domus Episcopi contigua Ecclesia non sit, quousquè comitari eum debeant.*

10 Le-

10 *Lege omni, at Concilio non perspecto iudicare inciuile.*

11 *Episcopi domum non violandam nullibi in Canonibus,& Legibus ante Aurelianensem Synodum statutum erat.*

12 *Referens à relato si discrepet, errori tribuendum est.*

13 *Synodus Prouincialis contra communem Ecclesiæ sensum non disponit.*

14 *Excommunicatio, vbi conflictus rationum,& opinionum adest,non incurritur.*

15 *Obscurum, vbi aliquod præceptum sit, pœna vitatur.*

16 *Episcopi nullo iure annexas Ecclesijs domos habere coguntur,licèt quàm plures habeant.*

17 *Suppositum si cessat, & illatio destruetur.*

18 *Domus Episcopi remota ab Ecclesia eius connexitatis fauore non fruitur.*

19 .... *si immunitate hodie fruuntur,* Bulla Gregorij *ius commune non reiecit....*

20 *Pontifex vbi opinionem vnam negligit, illam reprobare censetur.*

21 *Opposito vno electo, alterum censetur remotum.*

An reus, si cōfugiat ad Palatium Episcopi,quod non sit infra confines, & 40: passus, sed longè ab Ecclesia distet, gaudeat immunitate?

1 DEberi immunitatem huic reo † in domum Episcopi se recipiēti, decidit *Canon Concilij Aurelianensis,id constituimus* 17.*q*.4. ibi: *Vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi eos abstrahere omnino non liceat,nec alteri consignare*.At in eodemmet Concilio *capit*.33.quod refertur in *can*. 4.*Episcopus de consecrat.distinct*.3. supponitur Episcopum proximam habere †
2 Ecclesiæ domum, sicut expresè in generali *Concilio Carthaginensi* 4. statutum fuerat,relatum in *can*.8.*Episcopus vilem distinct*.41. qui ergo his moti domum Episcopi intra 40. passus ab Ecclesia existentem frui hac immunitate dixerunt,consentientem iuri opinionem do-cuere.*Canon* † enim vnus,præsertim e- 3
iusdem Concilij ex altero Canone declaratur,ac lucem recipit *cap*.15. *relatis distinct*.37.ibi: *Sed ex ipsis scripturis,l. non est nouum* 26.*D.de legibus*,nec quæ in eodem Concilio disposita sunt † separari 4
possunt,*l.eum actum* 18.*D.de negot.gestis*, quamobrem *Glossa* dictum in ipso *Can. id constituimus*, amplians textum ad domos ab Ecclesia separatas,ac vltra limites à Canonibus statutos existentes,errore non caret; videtur enim hoc priuilegium personæ Episcopi,cùm illud Ecclesiæ sit, tribuere, † cuius cultui, ac re- 5
uerentiæ id quoque concessum est,vt cohærentes domus,atria quoque iure Ecclesiæ fruantur, vt patet ex *can*.6. *sicut antiquitus,& can*.33.*diffiniuit sanctum Concilium* 17.*quæst*.4.quod & per ciuiles leges priùs statutum fuerat,vt in *l.pateant* 3.*C.de his qui ad Eccles.confug*. vbi de cellulis,hortis,ac adhærentibus eadem immunitate potiendis adijcitur,data quoque causa, vt confugæ in Ecclesijs cubare, † aliaque corpori necessaria perage- 6
re opus non habeant,argumento *l.penult. fin.D.de oper.libert* ibi: *In omnibus tempora ad curam corporis necessaria relinquenda*. Hanc tamen *Glossam* id suo arbitrio extendentem secuti sunt Hostiensis *in cap. inter alia*, & Pan.*in cap. Ecclesiæ de immunitat.Eccles*. Barbat. *conf*.33. *num*.7 *lib*. 4.Remig.*de immunit.ampliat*.15.& plerique Ecclesiastici Scriptores relati, per Farinac.*de immunit. Eccles. cap*.17 *num*. 272.quos iterum collegit Diana *resolut*. 27.additis Peregrin. *de immunit.cap*. 4.*num*.69.Gambacurta *eodem tract.lib*. 4.*cap*.3.*num*.7.Megala 3.*part.lib*.4.*c*. 2.*quæst*.1 *num*.36.Giurba *conf*.10 *num*. 3. omnes de frequentiori Doctorum sententia testantes.

Videndum ergo est,an huic *Glossæ* opinioni,ita à nostris receptæ,vltra expressam Canonum intelligentiam, aliquid aliud suffragetur,per quod excusari possit, ac recipi? & Gambacurta vir,qui si quis alter est, meliùs Canonum horum in-

intelligentiam assecutus mihi videtur di
cto *cap. 3 num. 7* ait, duas sibi videri ra-
tiones, quibus id probari posit: prior
7 quia ob dignitatem † personæ Episco-
palis, propter eius virtutes, quibus præ-
stare cæteris debet, vel propter muneris
sanctitatem id concessum videtur, & sic
debeat illa quouis in loco gaudere. Se-
cũda, quia cùm id ad summum, dubium
sit, loquatur ne *Canon* de domo Ecclesiæ
coniuncta, an de omnino distanti, & se-
gregata? illa opinio, quæ & reo, & Ec-
clesiæ fauet, recipiẽda erit. Alteram ra-
tionem addit Peregrinus dicto *cap. 4. n.*
69. dixeratque ante eum expressius Fa-
rinacius dicto *capit. 17. num. 272.* nem-
pe, quòd aliàs nullum Episcopo tribue-
retur priuilegium, cùm immunitas do-
mibus quibuscunque Ecclesiæ pertinẽ-
tibus, ac connexis competat, licèt infe-
riores clerici eas inhabitent, vt certum
supponẽtes, Episcopalis domus separa-
tam rationem à cæteris habendam.

Respondet quoque Peregrinus obie-
ctioni ex dictis *can. Episcopus vilem dist.*
41. & cap. Episcopus de consecrat. distinct. 3.
quòd illa iura per contrariam consuetu-
8 dinem † sunt vsu abrogata, citans in id
Ceremoniale Romanum, vbi Episcopum
domum multùm ab Ecclesia distantem
posse habere supponitur; dum Canoni-
9 cis † præcipitur, quousquè eum comita-
ri debeant, si domus Episcopalis remo-
ta sit.

Sed hæc omnia, quæ ab istis exegi-
tata sunt, inde ortum habent, quòd pu-
tarunt, immunitatem domui Episcopi,
vt domus est, ex Canone illo deberi, ad
ea, quæ supra præmisimus, non aduerten
tes, nempe statutum hoc fuisse in *Aure-*
lianensi Concilio, in quo eodem Episcopi
domum debere Ecclesiæ cõtingere, vel
præcipitur, vel vti certum antecedens
supponitur, quò fit, vt ex eo, nisi cum ea-
dem suppositione argui non posit, cùm
10 inciuile sit † in iure nostro arguendo
concludere, nisi tota lege, aut Concilio
perspectus, vt *l. inciuile, D. de legibus.* Qui
ergo dixerunt, per hanc adiectionẽ con-
nexitatis, restringi priuilegium Episco-
po datum, in eo decepti sunt, quòd da-
tum tunc fuisse hoc priuilegium puta-
runt, cùm tamen datũ de nouo non fue-
rit, sed antiquum, quod erat, † fauore do- 11
morum circumiacentium enarratum,
dicitur enim: *Id constituimus obseruandum,*
quod Ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex
Romana constituit, vt ab Ecclesiæ atrijs, vel
domo Episcopi eos abstrahere omnino nõ liceat;
&c. cùm tamen nec Canones, nec Ro-
mana iura id de Episcopi domo, sed tã-
tùm de circũmiacentibus Ecclesiæ do-
mibus decernãt: Episcopi ergo persona
demonstrationis gratia adiecta est, quod
in omnibus ferme mundi partibus, iuxta
Ecclesiam vnà cum suis clericis inhabi-
tet; nam cùm ad iura prædictã se refe-
rat, † ad illa recurrendum est, & cum re- 12
lato referens comparandum, ad vulga-
ria relata per D. Barbos. *axiom. 201.* vbi;
quòd ideo referens restringitur ad con-
tenta in relato, ac si discreperet, vti erro-
neum censendum est, ex Decio *cons. 63.*
Menoch. *cons. 1 num. 96* Glorit. *respons.*
11. num. 24.

Ex his cessant argumenta. Nam quod
dicitur de priuilegio Episcopo triburo
negatur, quod assumitur, cùm nullibi le-
gamus, quòd eius dignitati, ac sanctitati
in hoc Concilium detulerit. Adeo vt
quod in Prouinciali Concilio dictum
fuerit, ad inducendam in omni Ecclesia
normam adduci posit. Cùm præcipuè
illud noluerit in eo, quòd statuit ab vni-
uersæ Ecclesiæ iure discedere, quòd si
egisset, neque attendi deberet † ex ratio- 13
nibus, per D. Augustinum traditis *de Do-*
ctrina Christiana lib. 2. cap. 8. in cap. in Ca-
nonicis distinct. 19. accedit Bellarmin. *lib.*
1. de Concilijs in primis quatuor capitibus,
Valentia *2. 2. ad quæst. 1. art. 10. §. 44.*

Ad alteram rationem de quæstione
ancipiti ex præmissis nequaquam dubiũ
continere, liquere poterit id, quod col-
latis duobus eiusdem Concilij locis, ab
vno quoque, vel rudi assequi potest.

Iterum, vbi dubium subest, & iuris
sunt † argumenta opposita, excommu- 14
ni-

nicatio nō incurritur DD.in *cap.in præ-*
sentia de probat. Flam.Parif.*de resign.be-*
*nefic.lib.8.quæst.7.num.*169. Sayrus *de*
*censuris lib.3.cap.*19.*num.*5 Sousa *in re-*
*lect.ad Bullam cap.*16.*ex* Patre Suarez *de*
*censuris disputat.*21.*sectio.*2.*num.*87.*fol.*
345. satius ergo est in dubio, animæ sa-
luti, ne in excommunicationem quis iu-
currat (vbi quæstio est controuersa) fa-
uere, quàm domui Episcopi deferre, in
perniciem eorum, qui ducti verbali, &
genuino Canonum sensu immunitatem
denegant: optimè in simili dubietate Ci
cero *Epistolar.ad Brutum* 2. *Erat obscuritas*
15 *quædam,* † *erat certamen inter clarissimos*
Duces, multi dubitabant, quid optimum esset?
& pro Marco Marcello loquendo de
causa ancipiti, *etsi aliqua culpa teneremur*
erroris humani, à scelere certè liberati sumus.

Cessat quoque vltimum Farinacij, &
Peregrini argumentum, dum id est, de
quo tam enixè dubitatur: fuerit ne ali-
quod Episcopis priuilegium in hoc tri-
butum? & dum hoc est, de quo princi-
paliter ambigitur, non potest ex illo ar-
gui, ac quasi certum sit, quærere, cur non
detur? ad tradita in simili per Rotam.*de-*
*cis.*117.*num.*21.*tom.*1. *Posth.* Farina-
cij.

Quòd verò Peregrinus tentauit illa
iura subuertere ex derogatione per con-
suetudinem Romano Pōtifice proban-
te, suæ doctrinæ non fauet; nam non ad
id *Canones* illi adducuntur, vt probēt, te-
16 neri Episcopos † sub pœna aliqua con-
nexas Ecclesijs domos incolere, vt & ali
qui ex relatis putarunt, sed vt inferatur
in domibus separatis, ac distantibus re-
uerentiam debitam ratione connexitatis
Ecclesiæ cessare, dū Aurelianense Con-
cilium, licèt de huiusmodi domibus lo-
quatur, tamen Ecclesiæ adhærere sup-
17 ponat, † quo cessante illatio destruitur,
*l.*1.*§.Huius rei, D.de offic.eius, l.veteres* 4.
D.de itinere actuque priuato, Eucrard. *loco*
96.*sua Topica.*

Cùm verius sit, vt diximus, ob id re-
ceptam fuisse oppositam vbique consue
18 tudinem, † quòd domus Episcopi in re-
moto ab Ecclesia loco constituta non
gaudeat, quod iuris sit explorati, extra-
neam, ac remotam connexitatis fauorē
frui non posse, ita Oldrad.*cons.*55 quem
probat quoad hoc Couarru. *variar. cap.*
20.*num.*5.*vers.Quinto infertur lib.*2. vbi
quòd *Oldradi* opinionem praxis foren-
sis frequenti omnium vsu recepit. Ex
Canonistis Princeps, Canonumque cō-
ditor, Innocent.*in cap.inter alia, co.um.*1.
vers.Sed alij, & ibi etiam Anton.de Bu-
trio *num* 9. Ananias *num.*10.*de immunit.*
Eccles. apertiùs, & ad rem *Turrecremat.* in
dicto *Can.id constituimus n.*117. & con-
trarijs nouiter respondens Decian.*lib.*6.
*capit.*5.*num.*14. qui cum Claro §.*fin.q.*
30. licèt oppositam maiori Auctorum
numero refertam fateantur; tamen asse-
runt hanc in practica seruatam, in idem
Bobadilla *Politic.tom* 1.*lib.*2.*cap* 14.*n.*
85. Ambros. etiam post Bullam Grego
rij id docuit *cap.*10.*num.*7. & Piasecius
*in praxi Episcop.part.*2.*cap.*4.*art.*8.*num.*
2. ex Moralibus Bonacina *de legib.dispu-*
*tat.*3.*quæst.*7.§.2.*num* 8. numerus enim
Auctorum sæpè fortuitus est, vt aduer-
tit Imperator in *l.*1.§.*Sed neque ex mul-*
titudine Auctorum, C.de vet iure enucle. Ba
ñez 1.*part.artic.*8.*dub.*1. *conclus.*3. vbi
quòd rationes hoc casu ponderandæ
sunt, Henric.*in summa art.*16.

Hæc ita ad terminos iuris commu-
nis. Cæterùm cum moderni Scriptores
ad Bullam sæpiùs inculcēt, ac ob id ora
omniū obserare velint, quòd per Gre-
rium XIIII. in ea, iuri communi dero-
gato, vnica tātum forma inducta fuerit,
vt nec etiam per interpretationem ex
iure communi ei aliquid (citra verbalem
illius intelligentiam) addi possit, miran-
dum maximè est, quòd illi idem, † cū 19
in *Bulla* Palatia Episcoporum inter mul
ta loca immunia nuncupatim apposita
nō sint, aduersam opinionē amplectan-
tur. Quòd si, vt nostra fert opinio, nullā
correctionem induxit, sed tantùm cer-
tis in Prouincijs abusus, qui indultorum
ex causa irrepserant, corrigere voluit;
meritò (licèt Episcoporum Palatia in
Bulla

Bulla non contineantur) antiquæ ad ius commune disputationes suscitari potuerunt. Nam si vnicam in omnibus formam imposuisset, superfluæ, & inanes reputarentur. Manere ergo, nō obstante *Bulla* de iure communi disputationes tacitè fateri dicendi sunt, qui *Bulla* non attenta, ius commune in hoc amplecti posse putant; nam aut vnam in omnibus formam induxit, aut ius commune illæsum dimisit.

Benè tamen ex ea ad hāc negatiuam, quam sustinemus, sentētiam, arguere nō omittam, dum Pontificem Summum hanc opinionem, quam nos veriorem putamus, amplexū fuisse videmus, quod non modici, immo magni momenti est, vt diximus supra *quæst.* 3. *num.* 11. nam concesso etiam, quòd hæc disputatio dubium cōtineret, Summi Pontificis præ-
20 teritio † in hac *Bulla* (vbi de sacris locis fit mentio) pro exclusione habetur ad text. expressum in *l. Pomponius* 4. §. *Sed & his, D. de procurator. l. si inter me, & te is, D. de except. rei iudicatæ*. Benè Plinius *lib.* 5. *epist.* 20. *Postulationem Vareni silentio præterijt, hic modus negandi fuit*, nam vbi de
21 duobus oppositis est contentio, † electo vno per iudicem, alterum repudiatum censetur, Gratian. *discept.* 76. *num.* 12. D. Barbos. *ad cap. dilecti* 60. *num.* 6. *de appellat.* verba autem Bullæ habes lector supra *quæst.* 1. *claus.* 6. *post num.* 34. quorum expressione Episcoporum domus ad literam excluduntur, post hæc idem habetur apud D. Barbos. *de vniu. iure Eccles. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 70. vbi suam sententiam nō aperit, sed posteriorem refert illam, quam ego teneo, me quoque relato in *vers. Quamuis contrarium*, in vlt. impressione, vbi alios Auctores obtinebis.

QVÆSTIO XXVIII.

EPITOME.

1 *Immunitas an competat ei, qui adhæret Sacerdoti, portanti Sanctissimum?*
2 *Ius commune per Bullam Gregorianam sublatum, non fuisse Auctor tenet.*
3 *Loca immunia per Gregorianam restricta non sunt.*
4 *Auctores tenentes, ius commune per Bullam sublatum, sæpius se re ipsa retractāt.*
5 *Locorum sacrorum, ac Religiosorum appellatione, locus, vbi per transitum inuenitur Dominus, non venit.*
6 *Vbi Papa, ibi Roma, vbi Sanctissimum, ibi locus Sacer.*
7 *Sanctissimum ex se immunitatem præstat.*
8 *Extensio per identitatem rationis in materia immunitatis admissa.*
9 *Cubiculo, vbi Sanctissimum reperitur, immunitas debetur.*

An si aliquis à satellitibus fugiens intraret in cubiculum ægrotantis, quò ad ipsum communicandum Sacerdos, cum Sanctissimo Sacramento aduenisset, & ibi comprehensus fuisset, antequam Sacerdotem tangeret, an is inquam immunitate gauderet?

HÆc quæstio de Sacerdote domini- 1
num gestante, an nempe † secum immunitatem habeat (si iure communi attento decidenda esset) nullum probabile dubium contineret; nec à me ideo proponitur, quia disputationem aliquā admittere putem, qui eius semper opinionis fui, ac (citra Summi Pontificis expressam decisionem) ero, ius commune à Doctoribus explicitum, extensum, limitatum, nequaquam per Gregoria- 2
nā † Constitutionem correctum fuisse, immo per eam expressè, & specificè exceptum, vt ipsissimis *Bullæ* verbis in eius explicatione probatum est supra *quæst.* 1. Quamobrem optimè Gambacurtam locutum existimo, qui *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 4. communiorem Scriptorum traditionem secutus, id, de quo quærimus affirmauit, quique obiecta sibi *Bullæ* hac (nil super huiusmodi immunitate statuente) qua videri poterat ab ista ampliatione recessum, respondet per hæc verba, *& licèt huius confugij nulla fiat hoc loco mentio,* non

3 † *non tamen idcirco illi præiudicatum est, cum non sit mens Pontificis loca immunitatis restringere*: hæc ille, & meritò; nam mordicus, si Dianæ credimus, tenuerat, nec ius commune, nec Doctorum ad illud traditiones, correctã per Bullam, nec correctas esse, nẽpe *lib.5.cap.8.* quem omnibus viribus impugnat ipse *resolut.1.* & passim *in prima hac tractatione*, hoc vnum euertere conatur. At quod Megala, Peregrinus, Ambrosinus, Farinacius, ac nouiter Diana vnico contextu *Bullam* hæc omnia sustulisse, & ad vnam tantùm in ea contentam formam reduxisse affirment; † simulque confugium huiusmodi in *Bulla* omissum ex Doctoribus de iure communi loquentibus probent, planè, quid sibi velint, non intelligo, sunt enim hæc inter se nimis obstantia, quæque manifesta contradictione excusari minimè possunt.

4

Ecce enim Bulla de locis confugij locuta hæc tantùm exprimit in *clausul.6.* ibi: *Super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs, Monasterijs, sacellis, domibus secularibus, & regularibus, locis sacris, aut religiosis aliàs, quàm in casibus à iure expressis hominibus, &c.* & *clauf.7.* vbi dispositiuè incipit, ibi: *Vt laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & religiosa prædicta confugientibus, &c.* quorum † omnium appellatione, vt per se patet, nec Sacerdos venit, Dominum nostrum ad infirmos apportans, nec infirmi domus, vbi Sanctissimum reperitur. Hæc enim comprehensiuè per identitatem rationis, immo maioritatem veniunt; nam sicut per extensionem dicitur: vbi Papa, ibi Roma, ita ibi Ecclesia, † vbi Sanctissimi in speciebus sacris præsentia inuenitur; vtque benè aiebat Gambacurta, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, quoniam causa causæ, est causa causati, templa ob Sanctissimum venerandum, ac adorandum instituta sunt, ac ob id maximè immunitatem habent; magis ergo, & eã † Sanctissimum ipsum à Sacerdote gestatum, impartietur.

5

6

7

Nemo autem, qui hæc fateatur, dixerit in *Bulla* id expressum. Ac si ipsa (vt præmissi relati à Diana docent) præter ipsissima verba nullam interpretationẽ (ne quidem ex iure communi) admittit, consequitur, in hoc etiam ius commune correctum esse; cum ipsi tertio quoque verbo dicant, omnia iam esse reducta ad vnam formam, quòdquè omnis extensio, etiam per identitatem, & maioritatem rationis sublata fuerit, quòdquè ius hoc vniuersale, omni alio sublato seruari debeat.

Aut ergo per antecedens necesse est dicere, ius commune cum suis extensionibus incorrectum durare, aut quod Sacerdoti sic gestanti Seruatorem nostrũ, vel cubiculo (vbi reperiatur) immunitas non debeatur; nam in toto *tit. de immunit. Eccles.* Item in tota *causa 17. quæst.4.* nullibi de hoc confugio legitur, sed tantùm à Doctoribus ob potiorem † rationem extensum est, vt adnotat Couarru. *variar. resolut. capit.20. num.6. lib.2.* qui ob id de huius frequentissima Doctorum sententia satis addubitat, cui dicit aduersari quoque Glossam percelebrem in *capit. quæsitum 13. quæst.2.* suntquè & alij, qui per eandem rationem huic sententiæ refragantur, quos refert Farinacius *quæst.28. num.11.* & post *Bullam* Bonacina *de legib. disputat.3. quæst.8. §.2. n.11.* qui magis excusandus est, quòd contra communem tenuerit, postquam ius commune per *Bullam* correctum docuerat, quàm qui manente correctione, communi Canonistarum opinioni suffragati sunt. Tenendum ergo est firmiter, non tantùm ius commune minimè correctum fuisse, verùm quoque & explicationes, extensionesquè Doctorum illibatas manere. Atque per hoc Sacerdoti sic Dominum gestanti, † eiquè adhærentibus, cubiculoque, dum ibi manet, immunitatẽ deberi. Innumeros ac me cum cæteris citat D. Barbosa *de iure Eccles. tom.2. cap.3. num.69. fol.25. in postrema impressione*, vt de opinionis veritate amplius dubitari non possit. 8

9

QVÆ-

QVÆSTIO XXIX.

EPITOME.

1 *Hæreticus ob communia delicta an immunitate gaudeat?* & num. 4.

2 . . . . *intra Ecclesiam est quoad correctionem.*

3 . . . . *quotuplex quoad immunitatem habendam?*

4 *Hæreticos omnes immunitate Ecclesiarum gaudere putat Diana, contra alij.*

5 . . . . *ob prauam de aliquo opinionem, non tamen Pontifici repugnantes, non omnino ab Ecclesia repellendos.*

6 *Beneficium ei denegandum est, in quo peccauit.*

7 *Ecclesiam vniuersam offendere peius est, quàm vni templo iniuriam inferre.*

8 *Hæreticus Lutheranus, vel Caluinista peior Iudæo, ac Pagano.*

9 *Hæreticos vitandos Apostolico præcepto docemur.*

10 *Confugis victum, ac communicationem debemus, quandiu in Ecclesia manent.*

11 *Iudæos, & Gentiles vitare, sicut Hæreticos non iubemur.*

12 *Hæretici nec in domum priuatam recipiendi, nec salutandi.*

13 *Clerici receptare Hæreticos specialiter prohibentur.*

14 *Beneficium non præstatur inuitis.*

15 *Initium, & primaria agêtis intentio spectanda est.*

16 *Ecclesiæ auctoritati repugnat Hæreticos aspernantes, Catholicorum more amplecti.*

17 *Credere non nisi volentis est.*

18 *Dispositio fauore fidelium, Hæreticos non includit.*

19 *Hæretici infidelibus comparati.*

An Hæreticus non solùm ob hæresim, verùm etiam ob alia delicta distincta ab hæresi, careat immunitate Ecclesiarum?

1 HÆc de Heretico † quæstio non parùm cum disputatis *quæst.* 22. coincidit: cùmque inibi Iudæos, Paganos, Sarracenos, non debere hac immunitate frui tenuerimus, idem & de his dicendum forè videretur; sed quia Hæreticus intus Ecclesiã rãdiu saltem quoad pœnitere † possit, reputatur, antequam vt relapsus Curiæ seculari tradatur, idcirco separatè de eo arguendum est. 2

Præmitto autem (vt quæstio ad praxim referri possit) Hæreticos alios esse, qui tolerantur, † vt nouissimè in Hispani Regis dominijs sunt Angli, & Scoti, Dani, Anglorum, & Danico Regi subditi ob bonum pacis, mercimoniorum gratia, certis sub legibus admissi; erant quoque tempore induciarum & Olandi, Zelandiquè. Alios verò, qui minimè tolerantur, sed legum rigori subduntur: sunt etiam Hæretici, qui in aliqua dogmatum particula aberrant, in cæteris Ecclesiæ Romanæ consentiunt; sunt demum, qui ab ea omnino discrepant, ac Pontifici Sũmo caput subijcere renuũt, vt sunt Lutherani, Caluinistæ, & ex his species Hæreticorum vtriusque ordinis sectæquè promiscui. 3

De omnibus his, quòd † ad immunitatem admitti debeant, nulla adhibita distinctione, putat Diana *resolut.* 29. citat ex antiquioribus Siluestrum *verbo immunitas* 3. *quæst.* 3. quòd idem, & de infidelibus docuerat, Suarez *de relig. lib.* 3. *tom.* 1. *tractat* 2. *cap.* 10. *num.* 13. citat quoquè Azorium *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 9. Pottell. *in dubio regul. verbo Ecclesia immunitas num.* 10. Bonacin. *de legib. disput.* 3. *quæst.* 7. §. 5. *num.* 3. ac videndum vltimò Farinac. *de immunit. c.* 13. *n.* 170. 4

Ipse verò vnicam huius resolutionis rationem præstat, quòd nulla est ratio, cur personas excludamus, vbi crimen tantum exceptum sit, additque in eis locis, vbi Hæreticis impunè habitare permittitur, nec ob hæresim puniuntur, si deliquerint, & delictum in *Bulla* exceptum non sit, vt & cæteris immunitatem deberi.

At contra, quòd indistinctè excludẽdi sint, communiter tentum est, vt patet ex

ex Gundisaluo *de hæreticis quæst.* 11. accedunt Hyppolit. *in l. ex Senatus Consulto* 16. *ad finem, D. ad l. Cornel. de sicarijs,* Oldrad. *consil.* 54. Boer. *decis.* 110. *n.* 6. quos sequitur Couar. *dict. cap.* 20. *n.* 14. *vers. Quartodecimo lib.* 2. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *capit.* 26. *num.* 4. post alios, quos refert Bobadilla *tom.* 1. *lib.* 2. *capit.* 14. *num.* 54. Gigas *de crimin. læsæ Maiestat. lib.* 3. *rubr. de pœn. & diuers. quæst.* 93. *num.* 18. Iodoc. *in praxi cap.* 106. Clar. §. *fin. quæst.* 30. *vers. Præterea quæro,* Nauar. *in manuali cap.* 25. *n.* 20. Farinac. *q.* 28. *num.* 68. Ambros. *de immunit. cap.* 8. *num.* 9. Peregrin. *cap.* 8. *num.* 13. Gambacurta *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 6. Tanner. 2. 2. *disputat.* 5. *quæst.* 8. *dub.* 1. *num.* 16. hique quatuor post Bullam, apertiùs verò idem Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 8. rem per sua principia pertractans.

Ego verò distinguendos omnino fore putarem: Hæreticos ob vnam, vel alteram opinionis dissensionem, propter quam tamen ab obediētia Ecclesiæ Romanæ, Summique Pontificis veneratione non recederēt, licèt in illa, vel aliquibus opinionibus errarent, ab Hæreticis, qui diuersum omnino à Romana Ecclesia institutum sectantur, ac se ipsos quoque ab vniuersalis Pastoris obedientia adeo separantibus, vt iam eius gregis nō sint, nam sicut prioribus ob particularem hæresim, quoad alia delicta huius-
5 modi immunitatem, quā Canones, † & Constitutiones Pontificiæ subditis, ac Romanæ Ecclesiæ fidelibus impartiuntur, non denegarem; ita & secundis, qui Canones, & Constitutiones Pontificias, non tantùm, non curant, sed spernunt, pedibus si facultas datur conculcant, ac potestatis defectus iniquè redar-
6 guunt † cōfugij beneficium; quo se præbent indignos, auferrem, motus ratione, mea quidem sententia, conuincentissima, tradita in *cap. fin. de immunitat. Eccles.* ibi: *Tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.* Nam si per id in illo Canone denegatur confugium delinquenti in Ecclesia, quia in illam

commisit, considerata debita materiali
Ecclesiæ † veneratione, quanto magis 7
& illi non debebitur, qui vniuersalem militantem Ecclesiam sub suo capite legitimè constitutam, quantùm ad se attinet, destruere, ac ad interitū ducere incōsutilē Christi Domini tunicā scindendo, conatur? huic enim sciēti, ac ex proposito ab vnione, ac subiectione Eccle-
siæ † recedēti minùs, quàm Pagano, quā 8
obstinato Iudæo fauendum est, qui desertis, ac pro nihilo habitis Conciliorum vniuersalium Ecclesiæ, ac sanctorum Patrum traditionibus, ac decretis (per plura secula omniū consensu probatis) vni Lutherulo, vni Pedagogo, vel ludi magistro Caluino, hisque similibus flocci nauciue homuncionibus adhærere, ac sese mancipium præbere voluerit, quod & Couarruuias insignis certè Iurisconsulto placuisse video, *variarum cap.* 20. *num.* 4. *lib.* 2. quem speciosissimis secutus est, verbis Pater Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 6. & 7. Haurio autem ego distinctionem ex *cap. dixit Apostolus, & cap. sequenti* 23. *quæst.* 3. quibus vnus ab altero hæretico mirè distinguitur. At quod isti infidelibus nequiores sint, docet D. Thomas 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 6. sequitur Bellarmin. contra Barclaium *in Prolegom. n.* 2.

Probo verò huiusmodi assumptum alijs rationibus, ex quibus apertiùs error oppositæ opinionis detegitur. Nam si ad mitteremus huius secūdi generis Hæreticos gaudere debere immunitate, expres-
siori, ac specifico Apostoli præcepto, † 9
quo eos vitandos esse docemur, ac communione nostra priuandos, contrairemus, cùm conuersare, & fouere, opem-
que eis per hoc ferre cogamur, † victū 10
nempe præbere, ac alimenta cætera præstare, *l. præsenti* 6. *C. de his, qui ad Eccles. confug.* Abb. *in cap. inter alia de immun. Eccles.* Archidiac. *in cap. diffiniuit* 17. *quæst.* 4. vbi quoque Hugo, Siluester *verbo immunitas* 3. *n.* 5. Angel. *eodem verbo q.* 22.
quod præceptū † vitandi, nec de Iudæo, 11
nec de Gentili ab Apostolo traditum est ad Roman. *cap.* 16. vbi præcipit ab illis de-

declinandum, & in 2.*ad Thessal.c.*13.*ne cum illis nos commisceamus,vt confundantur*, & in 2.*ad Timotheum c.*2.*&* 3.vt illos deuitaret, & ad Titum *c.*3.tanquam subuersos,& condematos à nobis vitādos. Apertiùs autem & Ioannes *epist.*2.vt eos expellamus omnino vult, per hæc verba. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam*
12 *non affert,nolite recipere* † *eum in domum,nec Aue ei dixeritis;qui enim illi dicit: Aue, communicat operibus eius malignis.*

Quis ergo aduersùs hæc dixerit, Hæreticos huiusmodi in Ecclesijs recipiendos,ac ad pacem amplexandos, pro eis quoque deprecandum, vt vita,ac membra concedantur?iuxta disposita in *cap. reum,cap.id constituimus, cap.diffiniuit* 17. *quæst.*4.quando nec in priuatis fidelium domibus recipi Diuus Ioannes voluit, nec Aue ei dici? eleganter Diuus Ambrosius *ad cap.*9.Lucæ relatus in *cap.*25.
13 *quæ dignior* 24.*quæst.*1. † accedit Can. 35.*Clericus* 24.*quæst.*3.quibus id ipsum clericis expresse prohibetur.
14 Iterum apud nostros,beneficia † inuitis largienda non esse certum est, *l.inuito beneficium non datur* 67.*D.de regulis iur.l.inuitus nemo* 156.*D.eodem l.hoc iure,§.Nō potest,D.de donat.* At Hæreticos, si eis Canones, & Constitutio Gregoriana fauerent, inuitos vtique complecterētur.Ipsi enim quaque ex causa eius præceptis subijcere nolunt,immo (licèt fallantur) eis nequaquam subesse credunt,vtque non subditos eorum legibus non ligari.At cùm in omni negotio,initium rei spectandum sit,quidve è vesti-
15 gio † quisque sentiat, *l. nam & Seruius* 22.*§.Si viuo, D.de negotijs gestis*, clarum, & indubitatum redditur, Hæreticos,cum cæteris Pontificum rescriptis, & legibus, hanc etiam de immunitate Constitutionem respuere, licèt, vt impunitatem obtineant, si ex post facto crimen aliquod admittant, ei inuiti exoptent. Quamobrem, dum respuunt, si comprehendi dicerenus,per id non solùm inuitis, sed illam deridentibus, atque aspernantibus Constutio faueret.

Quod Ecclesiæ † existimationi, ac au- 16
ctoritati repugnaret;esset quoque nolenti fidem immunitatis,à Pontificibus inductam,inserere,quod citra omnimodam ad Ecclesiam conuersionem intendum non esset;nam Diuo Augustino Auctore *tractat.*6.*in Ioannem* fides, † non 17
nisi volenti inserenda est *cætera*(ait ipse) *posse hominem etiam nolentem, credere non nisi volentem*; facit eiusdem dictum de baptizato contemnente *lib.*4.*de vnico baptismo cap.*22.*contra Donatistas.*

Demum (quod & Gambacurta vnica oratione perstrinxit dicto *cap.*8.*ante num.* 9.) putandum non est, Summum Pontificem,dum inter fideles ex sua paterna † benignitate disponit, peruersos, 18
pertinacesque Hæreticos voluisse beneficijs afficere, idque frustrà,materiemque contemptus præbere; optimè ad rem Gelasius Pontifex in epistola ad Episcopos Dardaniæ *capit.*71. vbi post quam per plura argumenta ostendit, esse eos à Catholicorum Ecclesijs,& cōsortio depellendos, nec debere Catholicos in eorum consilijs interesse, addit hæc omnino verba: *Canonum Magistris, atque custodibus nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ*, ad quæ iterum ea, quæ de duplici Christianorum statu *quæst.*22.*ex num.* 15.diximus,annectenda sunt,vt pateat, hos verbis Canonum non cōtineri; nam & † infidelibus comparantur *cap.*8.*de* 19
illis 24.*quæst.*3.eisque, vt supra præmisimus, peiores sunt, benè Barr.Ros. *de iust.repub.cap.*7.

Quòd autem,desumptum ex Gregoriana Constitutione argumentum (de hæresis crimine quoad laicos Iudices excepto) potiùs oppositam opinionem sectantibus noceat, quàm prosit, nihil addendum est,eius detorciuionem curantibus Peregrin. dicto *cap.*8.*num.*13. præcipuè verò Gambacurta dicto *capit.* 8.*&* 9.ideo eum præmissis subsisto; addo tamen plures congererem,me inter alios relato D.Barbosam *tom.*2.*de iure Eccles.c.*3.*n.*45.*fol.*20.*in vlt.impressione.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXX.

EPITOME.

1 *Captus, qui ducitur per Ecclesiam, an possit subsistere, atque libertatem proclamare.*

2 *. . . , aut ducitur per Ecclesiam voluntariè, aut necessariò.*

3 *Immunitas confugientibus liberè ad Ecclesiam debetur, non eis, qui per eam ducuntur.*

4 *Leges omnes de immunitate fugam, confugium, & perfugium supponunt, idem & Canones.*

5 *Seruus quoquomodo Domino reddi iubetur.*

6 *Fuga, fugere quid significent?*

7 *Vinctus, qui trahitur, confuga dici non potest.*

8 *Confugam per se, ac liberum debuisse ad Ecclesiam peruenire, iura omnia supponunt.*

9 *Fugiens à manibus satellitum, licèt cum vinculis in Ecclesiam se recipiat, gaudet immunitate.*

10 *Immunitas ob sacrorum locorum reuerentiam, ac confugæ fidem introducta fuit.*

11 *Dubia in quæstione, tutius est verbis Canonum adhærere.*

12 *Officiosæ extẽsiones sub specie fauoris cõtra rigorem disciplinæ introduci non debẽt.*

13 *Obscuris in quæstionibus, non debemus à regulis Patrum, & Canonum verbis recedere.*

14 *Ecclesia in hoc vnum laborat, ne Canonum verba peruertantur.*

An comprehẽsus extra locum sacrum, si per illud ad carcerem ducatur, vel ad supplicium, & ad mortem trahatur per aliquam Ecclesiam, gaudeat immunitate?

1 TRes in hac quæstione † de eo, qui captus per Ecclesiam ducitur, opiniones refert Diana *resolut*. 30. priorem absolutè negantem immunitatem deberi, quam adductis pro se 25. *Auctoribus* tuetur Bobadilla *lib. 2. Polit. c. 14. n, 61.* *tom.* 1. cui addit ex moralibus Tann. 2. 2. *disp. 5. dub. 1. n, 17.* quam etiam secuti sunt Card. Thusc. *verbo Ecclesia concl.* 1. *n.* 28. & Gutierr. *pract. lib. 3. q. 6. per tot.* qui & contrarios reprobat, & suam veriorem, communioremque esse demonstrat. Accedit post *Bullam* Gregorij Ambrosin. *in hoc tit. c. 10. n.* 10. fuitque ex citatis per *Bobadillam*, huius sententiæ *Couarruuias, ac Suarez*, vterq; maximæ apud omnes auctoritatis, pro hac itidem citat Farinac. Nauar. *in manuali c. 27. n. 19. vers. Et qui comprehensus est*, quem Diana inter immunitatem concedentes collocat, ille quidem in appendice *de immunit. c. 15. n.* 207. Pro secũda verò opinione citra Nauarrum citat Boer. *decis.* 110. Germon. *de immunit. sacr. lib. 3. c. 16. n.* 35. quibus alios addit Farinac. *n.* 202. per Gutierrez priùs relatos, ac præter eos Villagut. *de extens. legum c. fin. n.* 40.

Demum ad tertiam distinguentem † 2
accedit, & citat pro ea Peregrin. *de immunit. c. 15. n.* 8. aientem, quòd si ducatur is per Ecclesiam, vel cœmeterium ex necessitate, quia aliter transitus non pateat, ea minimè gaudebit, secus si voluntariè, & relato quoque *Farinacio* distinctionem alteram referente, ipse ita fatur, *Priorem sibi videri veriorem in rigore iuris, secundam verò vt magis piam in praxi amplectendam.*

Mihi autem posterior hæc sententia nullo pacto ex Canonũ, nec alio iure, minùsquè ex Cõstitutione Gregoriana fundari posse videtur; nã si antiquiora iura pro hac immunitate condita pensemus,
illa fauore † corũ, qui ex profano loco, 3
fugam arripientes in Ecclesiã se liberos cõducant, instituta fuisse patebit. Primò ex *titulo in C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*. Secundò ex legibus ipsis, quæ de † 4
confugis loquuntur, vt in *l.* 1. ibi: *Ad Ecclesias confugientes*, idẽ in *l.* 2. & 3. & in *l.* 4. ibi: *Nullis hoc suspicantibus inopinatus irruerit*, & in *l.* 6. ibi: *Expelli, aut trahi, vel protrahi confugas*. Idem quoque expressioribus verbis à Põtificibus traditum est, vt in *cap. inter alia in corpore*, ibi: *Quia de illis fieri debeat, qui maleficia pertractantes, confugiunt ad Ecclesiam, vt pro reuerentia loci*

sacri debitas pœnas valeant euitare? & in
textu compilationis, ibi: *Duximus distinguendum, quòd fugiens ad Ecclesiam, aut li-*
5 *ber,* † *aut seruus existit,&c. de immunitate*
Eccles. idem in *can. eos distinct.* 87. meliùs
in cap. 10. *frater,* ibi: *Qui confugientem ad*
Ecclesiæ septa Curialem suum, nec ibi quidem
tutum de iniuria sua, securum esse dimiserit,
ausi irruptione,&c. & *can.* 20. *si quis,* ibi:
Fugientem seruum, vel quem ipse persecutus
fuerit,&c. per vim abstraxerit 17. *quæst.* 4.
Constitutio etiam nouissima, sic ait: *Vt*
laicis ad Ecclesias, locave sacra, & religiosa
prædicta confugientibus.

6 At *fugere, confugere,* seque † ex vno in
alium locum Asyli gratia conferre eius
est, qui se eò ducit, non eius, qui ab alijs
trahitur; nam vt benè obseruat Ambrosius Calepinus *fugere est cum cursu, & celeritate discedere;* nam & fuga celeritatem in se continet, adeo vt pro ipsa accipiatur, vt adnotat *Seruius ad Virg.* ibi: *Mitte fugam, & te cominus æquo mecum crede solo,* & pro cursu accipitur, ibi: *Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice volucrem, qua fuga prauertitur Hebrum,* multisquè in locis ab eo adductis.

7 Qui autem èconuerso † vinctus trahitur, quo pacto *celer,* quo *fugax,* quo *currens* dici poterit, cùm nolēti id accidat? ad illud Senecæ, *fata volentes ducunt, nolentes trahunt,* ad idem Ouid *lib.* 2. *de Tristibus eleg.* 1. *Nō equidem vellem, sed me mea fata trahebant. Virgil.* de Priamo *altaria ad ipsa trementem Traxit,* cùm èconuerso necessarius transitus in generali transportationis prohibitione non veniat, nec extractū dicitur aliquod, quod ducitur; optimus textus in *l.* 2. *vers. Cæterum,* melior *l. si quis post hanc* 6. *vers. Data simpliciter facultate, C. de ædific. priuatis.*

Qui ergo frequentiùs docuere, hos sic per vim tractos, si per loca sacra perducantur, nec vinculis soluti se ibi recipiāt, seu in manu militū, vel satellitij existentes, immunitate gaudere non posse, eos verbis Canonū, ac vero illorū sensui inhæsisse, certū est, cùm de fugientibus, ac ibi libertate adepta se recipiētibus locuti fuerint: nihil ergo noui censendus est distinxisse Gutierrez, vt Farinac. putat, dum dicto *lib.* 3. *q.* 6. *n.* 3. censuit eum, qui
à manibus † Curiæ non euasit, sed vin- 8
ctus per Ecclesiam pertractus est, non posse confugam dici, nec immunitatem habere, hoc enim in anteriorū opinione inerat, quod enim dicitur de eo, qui fugā vinctus iniit, ac liber à manibus Ministrorum euasit, & vinculis retentis in
Ecclesiam se recepit, † non est dubium 9
confugam esse, nec enim interest, quo habitu ingrediatur, dum per se à nemine ductus, vel protractus ibi ingressus est; meritò ergo pro hac decisum refert Azeued. *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *n.* 11. vt refert, sequiturque Farin. *dict. c.* 15. *n.* 203. nam & id omnes sensisse dicendum est, qui immunitatem in casu, de quo in Themate ob id denegarunt, quòd non sponte sua, nec liber in Ecclesiam se recepit, sed ab alio detentus, & protractus.

Quo pacto verò *Diana* aduersantem huic sententiam probabilem quoque esse existimet, ipse videat, cùm & verbis Canonū, & rationi aduersetur; de verbis iā diximus, de ratione scitissima illa est, ob
reuerētiam † locis sacris debitam, & fi- 10
dem, qua quis ibi se recipit, id constitutū esse; quorum vtrumque hìc cessat; nam nec reuerentia violatur, nec fides frangitur, dum supplex non eò perfugij gratia se contulit, sed à ministris exequēdi causa per loca illa pertrahitur.

In dubia verò, ac ancipiti quæstione
meliùs agunt, qui verbis, ac rationi † Ca 11
nonum inhærēt, vt in *l.* 1. §. *Licet autem, D. de exercit. actione,* quàm qui ob fauoris speciem à legibus apertissimè recedunt,
hæ enim officiosæ † ambitiosæquè extē- 12
siones in grauioribus materijs damnari debent; ita eas vocat August. *epist. ad Hieronymum. Debet enim veritas semper amplectii, etsi minùs officiosi videantur,* vbi auctoritas potiùs, & pondus Cōstitutionum, quàm simulata pietas tuēda est, vt ex eodē colligi potest *eodē in loco,* vbi de Sacræ Scripturæ interpretatione agitur, benè quoque in idē loquitur *Leo Papa* iure dictus

ctus Magnus *epiſt.90.ad Ruſticũ: In his*, inquit, *quæ vel dubia fuerint, vel obſcura, id no*
13 *uerimus* † *ſequendũ, quod nec præceptis Euã gelicis contrarium, nec decretis ſanctorum Patrum inuenitatur aduerſum*, non dicit Leo dubia fauore Eccleſiæ accipienda, ſed nec negat: ait tamen, ſcripturis, & decretis primò obediendũ eſſe, nec aliud vel-
14 le Eccleſiam, † quàm, vt illa intemerata ſeruentur, facit *c.contra.25.quæſt.1*. Eccleſia autem, ipſequè eius præcipuum membrum Pontifex Summus Canoniſtarum quorundam immoderatas adulationes, ac exagerationes reijcit, refert *Nauarrus* de Pio V. *in can.nõ liceat Papæ 12. quæſt.2*. Card. Turrecrem *in cap.coniunctiones 35.quæſt.2*. hanc ſententiam, quòd hoc priuilegium perſonis indultum fuerit, poſsitque renũciari tuetur etiam me viſo, ac relato D. Barboſ. *tom.2.de iure Eccleſ.cap.3.num.58.fol.23*.

QVÆSTIO XXXI.

EPITOME.

1. *Proditoriè alapam viro nobili infligens immunitate an fruatur?*
2. *Taxatiua* tantùm *ſimiles, immò maiores expreſsis caſus excludit*.
3. *Raptores virginum, ſimoniaci, tonſores monetæ, an immunitatem obtineant?*
4. *Alapa in nobilem, nullam circunſtantiam habet, quæ poſsit exceptis delictis parificari*.
5. *Statutum ex cauſa poteſt delictum grauius quoad omnia efficere*.
6. *Delictis crebreſcentibus, & pœna augeri debent*.
7. *Nobilibus honor magis, quã vita habetur*.

An qui ex propoſito, & ſub ſpecie amicitiæ proditoriè alapam alicui viro nobili inferret, vel fuſtibus eũ percuteret, gauderet Eccleſiæ immunitate?

REfert in hac quæſtione Diana verba Bobadillæ *lib.2.c.14.num.44. tom.1.Politic.* qui docet inferentem hãc
viro nobili iniuriam, vti proditorem † 1
ab Eccleſia extrahi debere; nam licèt nõ interimat ita percuſſum; per quã maximè tamen in honore lædit; qui à nobilibus magis, quàm vita æſtimatur; aſſerit quoquè, per ſummum Caſtellæ Senatũ, dum caſus euenisſet, ne immunitate frueretur, decretum fuiſſe, cui accedunt Heuia *in Curia Philip.p.3.§.12.n.37*. Villad. *Politic.cap.3.num.211*.

Ipſe vero *reſolut.31*. negat, id ſuſtineri poſſe poſt *Bullam* Gregorij XIV. ex duabus ſæpè decãtatis rationibus. Prior quarum eſt, excepiſſe Põtificem aliquos in ea caſus, ac firmaſſe in cæteris regulã: Secunda, quia vt alios caſus excluderet,
taxatiua † vſus fuit, ibi; *Ad vnam tantùm* 2
formam reducimus, quæ dictio omnem extenſionem denegat.

Hinc ad plures caſus infert, vt nempe ex his rationibus, non virginum rapto-
res, † non ſimoniaci, non blaſphemi, nõ 3
adulteri, nõ homicidæ ex propoſito occidentes, non capitaliter banniti, non deniquè tonſores monetarum ſint immunitatis expertes, neque alij omnes in *Bulla* non expreſsi, licèt delicta maiora, peſſimaquè ſcelera commiſiſſent.

Mihi autem, cùm rationes huiuſmodi nullatenus probentur, vt qui teneo, & (niſi expreſſa Põtificis declaratio accedat) ſemper tenebo, *Bullam* nempè prædictã interpretationem eãdem pati, quam ius commune Canonum, per tot annos ab omnibus receptũ admittit, vt in 1. *quæſt*. latius diſcuſſum eſt, pluribuſque repetitũ, *Bobadillæ* opinio non per id probatur, quod *Bulla* extenſiones reijciat. alioqui & idem in atrociſsimis delictis, expreſſis in *Bulla* longè grauioribus ſentiẽdum eſſet, quod animus firmare abhorret, ſed quia vereor, ne huic delicto in nobilem
commiſſo, vlla ex circunſtantijs illis, † 4
quæ cõſiderari ad immunitatis excluſionem ſolent, applicari poſsit, nempe, pœnæ grauitas, populi ſcãdalum, peſsimum ad omnes exemplum, delictũquè non ſolùm damnabile, ſed damnoſum, quo admiſſo, ſi clericus eſſet, degradaretur,

vt diximus ex *cap. nouimus 27. de verbor. significat.* ac denique tale, quòd posſit aliquo modo inter exceptos casus collocari.

5 Solùmquè id admitti posset, vbi † per legem, vel statutum, verbera, ac in nobiles alapæ ex insidijs inflictæ instar homicidij haberentur; nam vt ex Farin. & alijs supra *quæst. 17. & 20.* dictum est, potest Princeps sua lege vni delicto ob iustam causam alterius delicti grauitatem tribuere, ac id efficere, vt pro altero ad omnia habeatur, ob quod per consequens & immunitatem amittat, nec alio-
6 qui mutatis † in Republica flagitiorum speciebus, vnis cessantibus, crebrescentibus alijs, ob antiquiora, ac obsoleta iura publicæ securitati consulere Principes nequeant, quod nemo sani capitis dixerit. Benè *Leo Papa epist. 90. ad Rusticum in cap. sicut, dist. 14.*

Per hoc quoque responsum patet ad illationem, quam *Pater Diana* facit, ne delinquentes, qui expressa per eum flagitia perpetrauerint, immunitate excludi debeant; nam licèt aliqua ex relatis committentes admitti deberent, non tamen omnes tuendi forent, vt essent raptores virginum, simoniaci, homicidæ ex proposito, & tonsores monetarum; hi enim non solùm damnabiles, sed damnosi existimari debent, vt suis quoquè locis docendum erit, in quibus *Diana* in specie de huiusmodi criminibus egit.

Non omittam verò pro præmissorum Auctorum opinione in præsenti quæstione *Diana* ipsius iudicium de nobili, qui cùm fugere potuisset, vitamque & suam, & proximi seruare, ob decus tamen, ac honorem seruandum, hominem persecutus occidit; existimat enim ipse irregularitatem nō incurrere, quoniam in-
7 star vitæ † nobiliū est honorem seruare, quod optimis rationibus probat *resolut. 16. tractat. 15. & 1.* Miscellaneo; vnde argui posset, huic prodiroti homicidij nomen conuenire, cùm honoris cædes, sine excidium sequatur ex *l. isti quidem 8. in fine, D. de eo, quod metus caus.* ibi: *Cùm viris bonis iste metus maior, quàm mortis esse debet, & in l. iusta 9. ff. de manum. vindicta,* in Hispanis ll. est *l. 4. & l. 26. tit. 13. p. 2.* plura cumulat Philip. Testai *allegat. 7. ex num. 2.* Præses Valençuela *consil. 92. ex principio*, addēda D. Pauli auctoritas in *1. ad Corinth.* dum ait, *Bonum est enim mihi magis mori, quàm gloriam meam quis euacuet.*

QVÆSTIO XXXII.

EPITOME.

1 *Decoctores fraudulenti immunitate an gaudeant?*

2 *Bulla Gregorij dum de decoctoribus meminit, censetur recepta cōtra eos opinioni derogasse, contra alij.*

3 *Petri Gambacurtæ Iesuitæ doctrina, mores, & sanctitatis fama.*

4 *Decoctores latronibus rectè comparati, si fraude id egerint.*

5 *. . . . potiores, ac exitiosiores, quàm proprij latrones.*

6 *Interpretatio verbi dubij nulla melior, quā ex consuetudine.*

7 *Consuetudo Ecclesiæ est, fraudulentos decoctores ab immunitate excludere.*

8 *Decoctores Pius V. inter publicos latrones collocauit.*

9 *Pontificia declaratione Canonum, nil melius, nil tutius vbi dubia sint.*

10 *Fictio in omnibus veritatis effectum operatur.*

11 *Lex noua secundùm veteris consuetudinem interpretari debet.*

12 *Grassator publico cum latrone, vnum idemque sunt.*

13 *Cùm effectus, & nomen conueniunt, idem existimari debent.*

14 *Latronum speluncam templum Dominus effectum dixit, quoniam negotiatores ingrediebantur.*

15 *Æquiuocorum natura quæ sit ex Aristotile?*

16 *Æquiparatione delictorum in omnibus à lege facta, eædem pœnæ sequuntur.*

17 *Decoctor ille est, qui plura patrimonia per multiplicatas fraudes consumpsit.*

Fu-

18 *Furis nomen generale ad latrones porrigitur.*

19 *Delictorum speciem ex pœna sæpè elicimus.*

20 *Extractionem sine traditione Præpositi Ecclesiastici Gregorius XIV.improbauit.*

21 *Doctores ad terminos iuris quæstionem agitantes, licèt in suis Prouincijs secus seruetur, numerum faciunt.*

22 *Hispani contra immunitatem in extrahendis debitoribus nequaquam peccant.*

23 *Decoctoribus immunitas ex iure Cæsarum debetur, sed illam Ecclesia mos non recipit.*

24 *Confugas Ecclesia non omnino defendit, licèt extrahi à Magistratibus interdicat.*

25 *Decoctores, & obærati, qui nec vitæ, nec membrorum amissionem timent, tradendi sunt.*

26 *Famuli, institores, rationarij ad rationes reddendas obligati ab Ecclesiæ Præpositis tradi debent*, & n.40.in fine.

27 *Canones spectandi in immunitatis materia, non leges.*

28 *Ecclesia fauorabiles sibi leges, nisi consensu amplexetur, regulariter respuit.*

29 *Debitores ad Ecclesiam confugientes ex solis debitis, ac vltra delicta pro debitis dari possunt.*

30 *Serui, vel alij conditioni subditi remitti ad Dominos debent.*

31 *Dictio* sanè *repetitiua est eiusdem determinationis inter alias personas.*

32 *Delicta à debitis differunt quoad emendationem, cùm prima retractari non possint, secunda dissolui.*

33 *Debitores à creditoribus excusandi, licèt ipsi à Domino non excusentur.*

34 *Christianorum speciale est debita, & tributa pendere.*

35 *Ecclesiastica immunitas ex Canonum, non ex Auctorum sententia constat.*

36 *Excommunicatio ex Doctorum opinatione non potest ferri, sed ex Canone manifesto.*

37 *In dubijs satius est excommunicationem non incurri, pronuntiare.*

38 *Reus quis ex delictis dicitur, non ex debitis.*

39 *Regula non comprehendit, in quem locutio aaptari non potest.*

40 *Hispanæ Constitutiones defenduntur super decoctoribus extrahendis.*

41 *Vnica locutio, & oratio insitiduam dispositionem reddit.*

42 *Debitores ex causa tributorum ab immunitate quare exclusi?*

43 *Princeps nunquam contra se disponit, nisi expressè.*

44 *Tributa Christianis ex fide præstari præcipitur.*

45 *Ecclesijs tributorum præstationem maximè prodesse.*

An mercator, qui fraudulenter decoxit, gaudeat immunitate?

QVæstio hæc de fraudulento decoctore, † an ne deberet immunitate frui? iure communi attento, quoad veritatem ipsius, non modicè iactata à Doctoribus fuit, licèt negatiua in iudicijs obtinuerit, moribusquè cõsueuerit, vt fateri cogitur Couarru *variar.resolut. cap.20.num.14.vers.Nec Iasonis lib.2.*pa tetquè ex allegatis per eum,& præcipuè ex Boerij *decis.115. num.7.* accedunt plerique,& alij ante Gregorij Constitutionem relati, per Bobadill.*tom.1.lib.2. cap.14.num.67.&71.Politic.*Villadiego *eodem tractat.cap.3.num,213.* Azeu. *in l.6.num,3.tit.20.lib.5.Recopilat.* Gutierrez *practic. lib.1. quæst.1. per totam*, illam quoque ad eosdem terminos mirificè exagitat Gambacurta *lib.4.cap.15. ex num.2.ad 7.* 1

At post Gregorij XIIII. Constitutionem, non quòd illa ius commune correxerit, receptasquè communi Ecclesiæ cõsensu opiniones, vt *Diana* putat, sustulerit, sed quia in narratiua mentione de eis facta, in dispositiua demum tacuerit, Scriptores moralium quæstionum in partes scissi sunt, putantibus aliquibus *Bullam* in hoc coalitam opinionem † derogasse, ac quòd gauderent, tacitè præcepisse, non iam quia nihil disposuit, sed quia hunc in specie præteritarum Bullarum 2

latum excessum notauit, hi sunt Duardus *ad Bullam Cœnæ lib. 2. can. 5. quæst.* 16. Bonacin. *de legib. disputat.* 3. § 4. *n.* 2. Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 4. *capit.* 10. § 1. *num.* 10. Ambros. *de immunitat. cap.* 13. *num.* 4. Flau. Cherub. *in comp. Ball. tom.* 2. *const.* 117. *Pij V. sch.* 2. Gratian. *discept.* 380. *num.* 29. Farinac. *de immunit. cap.* 3. *num.* 64. Girond. *de priuileg. capit.* 23. *num.* 1035. quos refert & sequitur Diana *resolut.* 32.

Pro opposita parte stant Ioannes de la Cruz *in direct. consc. part.* 1. *præcept.* 8. *quæst.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 1. Fagund. *de præcept. Eccles. tract.* 2. *lib.* 4. *capit.* 4. *num.* 53. Tann. *in* 2. 2. *D. Thomæ disputat.* 5. *q.* 8. *dub.* 1. *num.* 17. Peregrin. *de immunit. cap.* 12. *num.* 4. *in fine*, & ante omnes hos tenuit Gambacurta *dict. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 7. in quem semper, & immeritò inuehitur Diana, cùm & omnium relatorum auctoritas huic vni cedere posset, siue
3 omnigenam doctrinam, † siue incorruptos mores, siue demum prosperã post mortem sanctitatis famam spectare vellemus, quò magis eius doctrinæ moribus connexæ deferendum foret.

Argumenta pro hac parte sunt infrascripta. Primum, quia *decoctor* propriè, & verè *latro* dicitur publicus, contentus per hoc in exceptione posita in *cap. inter alia de immunit. Eccles.* conueniunt enim ei ea omnia, quæ de latrone publico prædicantur; Latro enim Festo est is, qui latenter homines, & ex insidijs, vel vita, vel pecunia exuit, refert Calepinus *verbo*
4 *latrones*. At decoctores, & latenter, † & per insidias fortunis omnibus homines denudant; ergo &c. Addit Gambacurta elegantissimis vsus rationibus, hos viarum grassatoribus longè peiores esse, in hæc verba: *Immo verò hos arbitror, publicis, famosisquè latronibus deteriores, & capitaliore dignos supplicio: illi enim per vim, &*
5 *fraudem bona † à nobis extorquent; apud hos nos ipsi sponte deponimus, illi cum vitæ famæquè periculo rapiunt, hi blandè accipiunt, illi profitentur, se capere ad perdendum, isti sub fide publica ad conseruandum, ab illis cauere nobis possumus, armisquè tueri, ab his non possumus, illi vix multis annis, aut annorũ millibus tantum latrocinari possunt, quantum isti breui temporis ferè momento decoquunt*, hæc ille dicto *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 7. *post principium*.

Secundò, quia licèt dubium esset, an sub appellatione illa comprehenderentur, dequè verbi dubij interpretatione † 6
ageretur, multorum Auctorum, communisquè Ecclesiæ consensus, ac mos illos ab immunitate excludendi, etsi non valeat loco consuetudinis, interpretationis saltem nomine, pro negando confugio satis erit; *l. si de interpretatione* 37. *D. de legib. Si de interpretatione*, inquit Paulus, *legis quæratur, in primis inspiciẽdum est, quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus vsa fuisset, optima enim est legum interpres consuetudo*, idem quoquè tenuit Augustinus *epist.* 86. *ad Casulanum*, vt nempe si nihil certi in scripturis legatur, mos populi Christiani, ac instituta maiorum amplectenda sint, alia duo Augustini de hoc loca insignia refert Mornacius ad *l.* 10. *de iustitia & iure*, in hac materia adnotat Peregrin. *de immunitat. cap.* 12. *num.* 3. *vers. Præterea vsus fol.* 154. cum traditis per me hoc opere *lib.* 2. *quæst.* 4. & supra *q.* 25. *in fine*.

Probatur hæc consuetudo, † vt diximus ex *Couarruuia* in principio quæstio- 7
nis relato, item ex Gambacurta dicto *c.* 15. *num.* 3. *in fine*, ac per omnes quasi locis supra indicatis, constanter de huiusmodi recepto more testantes.

Tertiò quoniam, dato quoque, interpretationem hanc à Doctoribus inductam in dispendium Ecclesiasticæ immunitatis ex se non valere, superaddita tamen Pij V. Sanctissimi † dignitate, & 8
vita Pontificis declaratione, qua decoctores publicos esse latrones, ijsdem pœnis afficiendos pronuntiat, omnis omnino dubietas cessare debet. Ita ipse *Constitut.* edita anno 1570. quæ est 117. *tom.* 2. *Bullarij*; nam siue illam referamus ad verbi dubij interpretationem, nulli melius, quàm Summo Pontifici

ret-

9 terminum ambiguum † aliam per Constitutionem aperienti credendum est, vt in *cap. fin. de constitut.* optimè *capit. ratum distinct.* 87 *l. si Imperialis* 12. §. *Cum igitur, C. de legibus, l. Neratius* 191, *D. de regulis iur.* siue ad vnius termini pro altero assumptionem, Et certum est (vt aliàs docuimus) posse Pontificem ad omnes effectus, legis fictione, quæ veritatem in
10 iudicijs † operatur, vnum delictum pro altero habere, quæ fictio postmodum ad immunitatem auferendam (quasi id expressum sit) conducat; ita ex Farinac. *de immunit. quæst.* 8 *num.* 130. & 131. nos supra *quæst.* 17 & 20. idem Farinac. in hoc pūcto *quæst.* 28 *num.* 33. & Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28 *num.* 34.

Cùm ergo Gregorius XIIII. Summus Pontifex egregius itidem iuris Magister eundem sibi terminum assumpserit, publicos ab immunitate latrones separando, eandem significationem communis verbi amplexum fuisse, firmandum est; cum lex noua secundùm veteris
11 intelligentiam † percipienda sit, vbi expressè veteri non repugnet, vt in *l. non est nouum* 26. vbi quoque DD. adnotant; *D. de legib.* quod videtur expressè sensisse dum publicos latrones à viarum gras-
12 satoribus separat † cū apud omnes vnū idemque sint, vt patet ex probatis per Innocentium *in cap. in inter alia in verbo qui,* &. ibi quoque Hostiens. *post num.* 3. *in verbo impunitate*, Ioan. Andreas *num.* 6 *in verbo insidijs*, Anton. de Butrio *num.* 8. Cardin. Zabarel. *col. fin. num.* 4 *ante fin. vers.* 8. *Quæro*, hancque distinctionē non casu, sed consultò factam aduertit, his relatis, prior Farinacius *de immunit. cap.* 12. *num.* 161. nam vt grassator contineretur, publici nomen latronis abundabat.

Quoties ergo requisita ad publicos latrones cōstituendos in huiusmodi decoctoribus reperiuntur, nempe fraudulenta latrocinia, fidei nempe creditæ in
13 damnum negotiatorum † cum fraude violatio, ac actuū pluralitas, quo pacto id, quod firmauimus, ambigi possit, non video, vt vel inuiti post firmatam in oppositū regulam firmare coacti sint Gabacurta dicto *cap.* 15. Peregrin. *dict. cap.* 12. *ante num.* 5. qui vltimus post reprobatos Auctores in aduersum allatos, postquàm argumentis pro viribus satisfecit, tandem his interuenientibus liberè hanc profitetur. Addendus quoque hic est litteralis Euangelij sensus; nam cum Dominus funiculorum flagello mercatores ac nummularios è tēplo † eiecisset, ad- 14
dito, quòd ex eorum commercijs *spelunca latronum* efficiebatur. Iam inter latrones illos connumerandos esse disponit, vt qui eo commercio pessimè vtebantur, ibi enim Iudæi culpantur, qui mercatores in templo admisissent, scientes latrones esse, benè D. Ambrosius *homil.* 38 *ad cap.* 21. *Matthæi*, Cassiodorus *ad Psalm.* 70. *vers. Quoniam non cognoui*, post *D. Augustinum ibi.*

Ar si quæ sint priorum argumenta, his positis, facilè remouentur. Et primò primum, quòd in Bulla nominatim non excipiatur, tollitur ex eo, quod diximus exceptum ex verbo communis significatus, quod idem est, ac si per specifica verba exprimeretur; hæc est enim natura æquiuocorum † ponere vnum nomen 15
ad diuersas significationes secundùm Aristotilem, Martianumque nostrum; hæc autem cùm non sit extensio, nunquam per clausulam *sublata* remota censetur, cùm sit virtus intrinseca vocis, vt aliàs dictum est, atque expressis iuribus probatum, quòd verò data æquiparatione à lege facta, † in eodem casu etiam 16
quoad pœnas procedat, docent omnes post Barbat. *cons.* 26. relati ab Honded. *cons.* 75 *num.* 25. *lib.* 1. Villadieg. *de extens. legis num.* 64. & pro firmo iuris axiomate ponit Barbos. *axiom.* 14 *num.* 3. & in puncto Farinacius *de immunitat. quæst.* 8 *num.* 130.

Cessat quoque alterum, quòd nempe requisita in publico latrone, in decoctore non concurrant, maximè latrocinij iteratio; nam cū cætera cessare possint, hoc vnum in publico decoctore (qui & mer-

mercator publicus supponitur) nūquam deficit;nec enim ex vna fraude,vel fur-
17 to † decoctor dici potest, sed ex pluribus multorum patrimonijs fraude consumptis,ac in proprios vsus pessimè, & nequiter conuersis,patet ex congestis in Thesauro linguæ Latinæ *verbo decoquere, & decoctor*, item & ex Calepino *ibidem*, item ex Brissonio,qui iura cumulat,docetque communes loquendi vsus.

Tertium denique,quo respondent ad *Bullam Pij V.* Summum nempe Pontificem non publicis latronibus,sed furibus decoctores comparasse,tollitur, quoniā
18 furis † nomen generale est,publicos etiā latrones comprehendens,vt in *Authent. vt nulli iudicum,§.fin.vers.Fures autem*,ex hoc autem latro dicitur, quòd publicè notus est,licèt latenter furetur,ob latrociniorum nempe frequentiam, & ob loca publica in quibus prædatur, vt comprobat Decian.*tom.2.lib 6.cap.28.n.2. vers.Cum igitur,& vers. Verùm*, quem sequuntur Ambros.*de immunit.cap.2 num. 3.*& Peregrin. *cap.6.num.10.* ex pœnæ verò æquiparatione comprehendimus
19 Summum Pontificem † nō occultis furibus, sed publicis, seu famosis latronibus eos comparasse, vt & omnes communiter intelligunt, relati per Farinac. *quæst.28.ex num.3.*

Nec obstat, Gregorium in sua Constitutione,facta primò in narratiua mētione *decoctorum*,illos tandem non excepisse;quia respōdetur ibi de indultis ex-
20 trahendi manu militari † *decoctores* locutum fuisse,nulla facta ab Episcopo traditione, quod ipse improbat, non verò quòd delictum illud excipere voluerit, ait enim: *Hac itaque nostra perpetuò valitura Constitutione,omnia,ac quæcunque priuilegia,indulta,& gratias tam per dictum Sixtum,ac Pium,&c.super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs,&c.aliàs quàm in casibus à iure expressis, hominibus tunc expressorum,vel non expressorum criminum reis,aut fraudulentis decoctoribus,etiam in odium certorum delictorum, &c. perpetuò vel ad certum nondum elapsum tempus, &c. concessa, &c. ad vnam tantùm formam reducimus, &c.* In quo clausulæ discursu id damnat Pontifex,atque corrigit,quod iure communi aduersante concessum erat,nempe ad libitum,& suo iure absque Præpositi Ecclesiastici requisitione, & interuentu reos abstrahi posse, vel pro criminibus omnibus,vel pro certis quibusdam, vel etiam pro fraudulenta decoctione, quod expressit, vt hoc crimen, quod admixtam habet ciuilem actionem,ab alijs criminibus distingueret,ac se huiusmodi licentiam in omnibus improbare ostenderet,cùm & crimina omnia concluserit.

Quòd verò in dispositiua id sciēs omiserit, euenit, quia in latrocinij crimine continebatur,insinuans,se quidem memorem esse, vt speciosis verbis retorquendo argumentum,considerat Gambacurta dicto *lib.4.cap.15.num.7. post medium.*

Quòd verò Diana Doctores Hispanos ad hanc quæstionem dicat non con-
ducere,cum ibi *Bulla* recepta † non fue- 21
rit,quin pondus faciant,non tollit,dum ipsi de iure communi quæstionem exagitant,& ad *Bullæ* etiam terminos (disputandi gratia,pro alijs Prouincijs) extendunt; inde & ipse pro se Girondam, ac Fernandez Hispanos sanè Doctores adducit.

Impropriè quoque loquitur idem Auctor dicta *quæst.32.in fine*, dum supposito,quòd Constitutio Gregorij apud Hispanos recepta non sit, illos demum
(quòd simplices debitores, † siue obæ- 22
ratos ab immunitate secludant) coarguit inquiens,quia hæc opinio est contra immunitatem Ecclesiasticā,& Constitutionem Gregorij, cùm neque in Canonibus, neque in Bulla de huiusmodi hominibus fiat mentio, atque ipsemet Hispanos ex Bulla non moueri,nec cōuinci dicat, cùm nec in immunitatem peccare quis dicatur,vbi in Canonibus id comprehensum non sit, vt sæpiùs in hoc tractatu probatum est.

Indubitatum item apud omnes cùm sit

sit, Canones non nisi delinquentibus refugium præstare, solúmquè per iura ciuilia eandem indulgentiam & obæratis concedi, minus rectè dicitur Ceuallum, cæterosquè Hispanos immunitatem ex suis scriptis violare; assumptum probatur ex *Gvnbacurta*, qui immunitatem eis deberi cōtendit, & tamen id non in Ca-
23 nonibus, sed iure Cæsarum † contineri fatetur, quod semel Ecclesijs præstitum reuocari per eosdem non potuit, ita ipse *lib.4.cap.15.num.6.* & ante per totum discursum. Peregrin. *dict.cap.12.in 4.dubio, vers. Et probatur ex textu fol.115.* ac ad alium propositū nos infra *quæst.36. vers. Immo sequuta*, quærendum videtur ideo, an Ecclesiæ concessionem illam probauerint, quod ex more haberi possset; illum vero oppositum esse, iam supra ex *Couar. & alijs* probatum est.

Vt verò materia hæc ex integro habeatur, communisquè opinionis æquiuocatio appareat, duo priùs supponenda sunt principia, nempe aliud esse confugientem per Ecclesiæ Oeconomos tradendum, nec defendendum, aliud omnino extrahendum. Item Canones, ac leges hæc separatim respexisse, vt in certis quibusdam casibus traderentur, in alijs defenderentur, nunquam tamen vt rapærentur, nec quòd sine Præpositi Ecclesiæ licentia violenter abstraherentur, vt in *quæst.14. vers. Ego verò ad finem*, probatum est.

His suppositis, in Canonibus nullibi probati, obæratos non tradendos, contendo, licèt passim probetur, violenter neminem extrahendum, immò verò ex illis manifestè deduci, huiusmodi, qui nec vitæ, nec membrorum amissionem timere possunt, tradi omnino posse, & oportere. Ciuiles quoque leges nihil in hoc proficere ostendam.

Nam si duos ordine priores Canones attendimus in *cap. miror*, & in *cap. frater 17. quæst.4.* violentiam in abstrahendo, ac occasionem absentiæ Sacerdotum quæsitam improbant, idem in *cap. si quis contumax*, continetur. At *Can. diffiniuit* ibidem præcedentia in hoc declarat, ac aperit, † vt sciamus Ecclesiam non omnino defendere, benè tamen violentam extractionem damnare, ibi: *Ipsos autem, qui ad Ecclesiam confugium fecerint, si iuxta priscorum Canonum instituta hi, qui eos repetunt, sacramenta reddiderint, & Sacerdos ipsius Ecclesiæ ab Ecclesia sciens non extraxerit, aut fugi talium (si euenerit) Sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia, &c.* 24
idē expressius in *Canone id Constituimus*, qui sequens in ordine habetur, dum ait: *Id constituimus obseruandum, quod Ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex Romana cōstituit, vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi vos abstrahere omninò non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis Sacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi, ita vt ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conueniat.* Idem quoque similibus verbis habetur in *cap. reum eadem causa & quæst.* Accedit demū, *cap. inter alia 6. de immunit. Eccles.* ex quo idem elicitur euenire debere, vt prætorquā in delictis ibi exceptis, nemo sit extrahēdus, nisi per Ecclesiæ Rectores vita, & membris priùs obtentis, quod ex sacrorum Canonum statutis, legumquè ciuilium traditionibus prouenire, contendit.

Quòd si præcedentes Canones illos, quæ sequuntur ita declarant, vt præter certa delicta, pro reliquis violenta, ac corporali pœna remotis, traditionē non solùm debere fieri, sed oportere, non est ambigendum, quin obærati, qui nec vitæ, nec membrorū periculo apud nos timore perculsi sunt, quive securitatis sacramēta implorare nequidem possunt tradi debeāt, si Canones spectandi sunt; nam quoad eos generalis abstrahendi prohibitio in id recipitur, † ac eos com- 25
prehendit, vt à Præpositis Ecclesiasticis tradi debeant, nō quidem per vim à creditoribus, vel satellitibus extrahātur, ita sanè ex Oldrado, Igneo, & Deciano, Marta *de iurisdictione part. 2. capit. 51. num. 15.*

Sed ne deficiat expressus ad verbum Ca-

Canon, puto, si me non fallit, hoc haberi in *cap. uxor fœlicis 17. quæst. 4.* vbi Gelasius famulum, domino suo rationum
26 reddendarum † nomine obligatum ab Ecclesia exire præcepit, recepta fide, ne vsque dum redderet, asperum aliquid, vel durũ pateretur, si fideliter illas reddidisset, alioqui sibi (si secus probaretur) imputaret, quem postea conuictum voluit custodiæ mancipari. Noluitquè ex hoc Pontifex famulo fauere, quòd in sacra confugerit, licèt ipse eum tradi præceperit, per dominum verò abstrahi vetuerit.

Nullibi ergo legimus (vt & aduersarios fateri dixi) obæratos ab Ecclesia omnino foueri, statquè ex Doctorũ traditionibus, & auctoritate, sine expresso, sed nec tacito Canone, contraria (quam docent) opinio, immo verò, quod mirum est, aduersante Canonum iure, si à contrario eorum sensu arguere liceret.

At quod dicunt, leges Imperatorias suffragari, allegantquè *l. præsenti 6. C. de his qui ad Eccles. confug.* respondeuri posset ab Ecclesia non solùm non recipi hanc legem, immo verò (si dicti *can. uxor fœlicis* intellectum admittas) reprobari, quoad id, ne tradi debeant, stari autem debet (si ipsis credendum est) in hac immunitatis materia Canonibus, non legi-
27 bus, † vbi inter se discrepent, vt arguit Couarru. *dict. cap. 20. num. 3. & 12.* Suarius *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 11.* Farinac. *quæst. 28. n. 6. & 18.* Peregrin. *de immunit. cap. 7. num. 19.* saltemquè (vt dixi) Ecclesiarum consuetudo spectanda erit, immunitatem illam
28 receperint ne, † vel respuerint; nã aliàs, nec sibi fauorabiles leges Ecclesiam ligare Scribentes autumant, nisi receperit ex *cap. Ecclesia de Constitut.* cum ijs, quos adduxi in *Patrocinio num. 39. fol. 359. in C.* Iterum in ipsa *l. præsenti*, licèt de debitoribus mẽtio fiat, quo ordine in Ecclesia latitantes, vel se se offerentes cõueniendi, quove pacto sententiæ in eos exequendæ sint; non tamen aperitur si
29 ex debitorum onere tãtùm, † vel ex alia principaliter causa (illaque criminis) cõfugerint, vt obæratis, vti talibus fauere dici posit, stringitquè efficaciter argumẽtum, quòd in eadem *lege, §. Sanè si seruus* constitutum est, nempe quod si *seruus, aut colonus, vel adscriptitus, familiaris,*
† & huiusmodi aliqua persona domestica, vel 30
conditioni subdita (conquassatis rebus, atque subtractis, aut se ipsum furatus ad sacra loca confugerit) pro Ecclesiastica disciplina, & qualitate excessus commisit, aut venia, aut humanissima vltione præcedente, Sacramento quoque remittendus, tradendusque sit; nam per hoc percipimus in illa lege non de confugis ex debitorum causa tãtùm agi, sed de his, qui præter delicta, ære quoque alieno tenentur, hoc enim dictio illa dictat, quæ subijcitur præcedẽti discursui,
† *Sanè si quæ*, idem est, ac si diceret, *Sed* 31
si, vel si *verò*, quæ importãt repetitionem eiusdem determinationis in personis diuersis, vel alteram decisionis partem distinguunt, vt apud Ciceronem, non semel *2. de nat. Deorum lin. 65.* cum nonnullis per Brissonium, & post Bald. Cardin. Thusc. *lit. D. conclus. 240. n. 10.*

Accedit ratio, quam supra ad aliud posuimus, Canones nempe in delictis minimè exceptis, reos ita demum fouere, si mors, vel membrorum debilitatio timeantur, omnino verò parti læsæ quoad interesse satisfaciendum, vel cum eis componendum fore præcipiunt. Qua ex ratione, vel à præmissa lege recedũt, vel saltem eius dubiam locutionem, casumquè, quo admittenda sit, declarãt. † Est- 32
que manifestissima delictorum in hoc, ac debitorum differentia; priora enim semel admissa retractari nõ possunt, Platonis testimonio, quem ita vertit Seneca *1. de clementia cap. 16. Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur, reuocari enim præterita non possunt, futura prohibentur.* Secunda vel distractis bonis, vel operũ præstatione dissolui possunt, lex enim nostra consulens, dimittenda esse debita, † debitores, quin soluant (si 33
possint) non excusat, immo præcipit, reddenda esse *Matthæi 22.* & Apostoli

ad

ad Roman. cap. 13. ibi: *Reddite ergo omnibus*
debita, quod ex fide orta Christianorum
speciale fuit, Tertulliano teste in *Apolo-*
getico cap. 42. ibi: *Sed cætera vectigalia gra-*
tias Christianis agent ex fide dependentibus
34 *debitum*, † *qui alieno fraudando abstine-*
mus, & iterum *cap.* 4. *& in lib. ad Scapulam*
propè finem, & Plinius Iunior *de moribus*
Christianorum locutus ait, *ipsos iure iurando*
inter se obligari, nè furta, vel latrocinia com-
mittant, nec fidem fallant.

Inde *l. præsenti* in aduersum citata
manenti in Ecclesia confugæ debito-
rum omnimoda excusatio non permit-
tit, immo exequenda esse eius bona
cauetur, impedimentúque aufertur, ne
Ecclesiæ refugium in fraudis occasio-
nem vertatur.

At quòd Doctores plerique hoc Ec-
clesijs tribuerint, vt potentes, ac qui sol-
uendo sint, debitores, sine vlla distinctio-
ne in eis recipiantur, ac fouēdi sint, vim
Canonis adeo eorum dicta non habent,
vt debeant pij, doctique Hispani, qui
oppositum docuerunt, item & Catholi-
corum Regum Constitutiones ita dam-
nari, vt læsisse debitam Ecclesijs immu-
35 nitatem videantur. Nemo enim dicet †
Canonistarum censura immunitatē hāc
constare, sed Canonum, vt in *cap. ego ve-*
rò, vers. Alij autem distinct. 9. cùm maxi-
mè ex opposito censurarum incursus,
anathemata, & abscisio ab vniuerso fi-
36 delium corpore sequantur, † quæ nō ex
viuius, vel alterius opinatione, sed ex præ-
cepti violatione dependent, *capit. nemo*
Episcopus 2. *quæst.* 1. *& can. nemo Episcopo-*
rum 11. *quæst.* 3. cum alijs *quæst.* 41. cita-
tis; Doctorum enim controuersæ opi-
niones, ac inter se dissidentes rem non
tantùm apertam, sed nec dubiam qui-
dem omnino faciunt, quòd si dubiam
37 reddunt, in hac dubietate turpe est † cer-
tum quid statuere, vt D. Gregor. docet
epist. 30. *lib.* 8. *in cap.* 71. *Graue* 11. *quæst.*
3. immo tutius est pro non incursu iu-
dicare, iuxta tradita *dict. quæst.* 41. *in fine*
hoc eodem libro.

Non potest ergo per hæc, quæ dixi-
mus iuridicè Hispanorū opinio culpari
(Iasonis, cæterorumque argumentis etiā
semotis) quæ, si Canonum sensus sequē-
dus esset, potiùs vbique deberet amplec-
ti, vt magis verbis conueniens. Nam
quòd dicunt de generali illorum locu-
tione, quia ciuiles etiam debitores conti-
nentur, cessat omnino; si praxim tradēu-
di reos (impunitate promissa) considere-
mus, quia † rei debitorum (si tales dici 38
posse cōcederemus, vt putat Suarius *lib.*
3. *tom.* 1. *tract.* 2. *de relig. quæst.* 11. *num.*
3. quem sequitur Peregrin. *dict. cap.* 12.
vers. Nec conuenit) omnino à reis delicto-
rum differre manifestum est; fit enim ex
hoc, vt debitores sub regula non conti-
neantur, † dum regula non nisi ad delin- 39
quētes adaptari potest, nec opus est pro-
bare, vt putauit Abb. *in cap. inter alia num.*
22. cui & Couar. suffragatur *dict. capit.*
20. *num.* 13. *vers. Sed profectò* in 20. *quæst.*
nullibi expressam hanc templorū quoad
debitores exclusionem; cùm dicere suf-
ficiat in regula non comprehendi, quan-
do regulæ locutio adaptabilis non est *ad*
l. cum pater, §. Dulcissimis, D. de leg. 2. *l. si*
decertare, C. de transact. cùm citatis per Gi-
rondam *de priuilegijs num.* 277.

Ex his maximè elucet, quantùm iuri
Canonum congruat sententia eorum, qui
hoc idem in decoctore docuerūt, vbi ne
pœna criminis exigatur, cautum fuerit,
† vt Cæsareis, & Catholicorum Regum 40
Constitutionibus præcipi testatur Co-
uar. *dict. n.* 17. *casu* 20. *vers. Nec tamē me*
latet, defenditque Gambacurta *dict. cap.*
15. *n.* 9. pluresque ex relatis. In qua pio-
rum Principum dispositionem, itemque
& prudentiam admirari libet, dum illos
per manus Prælatorum tradi præcipiūt,
vt per Canones cauebatur, nolentes ali-
cui in Ecclesijs præter eorum Præposi-
tos manus extēdere licère, nisi & isti re-
quisiti suas denegent.

Similiter apparet, homines omnes *cō-*
ditioni subditos in dict. *l. præsenti* 6. §. *Sanè*
contentos, rationarios quoque in dict. *cap.*
Vxor fœlicis, expressos nullius legis præ-
textu iuuari, vt immunitate fruatur; nam

M si ex

si ex hac tantùm arguitur, probata, vt dicũt inter cætera in *Can. ut constituimus 17. quæst. 4.* & in *cap. inter alia de immunit. Eccles.* huiusmodi sortis homines, tanquam
41 in eadem excepti, † nullo iure suam causam diuidere possunt, indiuidua enim lex, est, *l. cum actum 18. D. de negot. gestis, l. vna est via 18 D. de seru. rust. præd. l. sed si plures 10. §. Filio, D. de vulg. &* *pup.*

42 Demum patet, quid in tributorum † solutione dicẽdum sit; nam esto, debitores cæteri Imperatoriæ legis huius beneficio gauderẽt, cùm tributa Principi debeantur, non potest putari cõtra se ipsos legem cõdidisse, vt & debitores proprij, ij maximè, qui pro Republica, in qua & Ecclesiæ veniũt sustinendæ, iure etiam diuino præcipiente, pendunt, immunitate gauderent; ita de Principe indulgente, vt nisi in specie de publico, priuato-
43 que † patrimonio disponat, sua nõ comprehendatur ex pluribus iuribus, Melch. Pheb. *decis. 113. num. 12. lib. 2.* pluresque citari docuere supra *quæst. 24.* ac eleganter in his immunitatis terminis Gambacurta *lib. 5. cap. 43. ex num. 2. ad 6.* esseque firmissimam regulam, dixit Curtius in *cons. 332. num. 4.*

At quòd tributorum exactio Diuinis,
44 † & Canonicis auctoritatibus fidelibus inculcetur, non est dubitãdum ex Apostolo *cap. 13. ad Romanos: Ideo*, inquit, *necessitate subditi estote, non solùm propter irã, sed etiam propter conscientiam, ideo enim & tributa præstatis, Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes*, benè Gregorius Papa *epist. 1. lib. 7. ad Sabinianum in cap. si in morte 23. quæst. 8.* nam & vt diximus ex Tertulliano, nostræ vocationis propriũ est, tributa ex fide præstare, Gentilium
45 detrectare, Ecclesijs †. verò tributorum exactionem conferre. Imperator nouella statim citanda disertissimè probat, cùm enim Respublica non nisi armis quietem obtineat, nec arma nisi solutis, per tributorum exactionem stipendijs haberi queãt, si detrectentur, pereat Respublica, & Ecclesiæ intereant, necesse est, vt in *Politico Codice* probauimus *ad D. Martini nota 31. num. 5. fol. 526.* Accedit excellens Diui Augustini traditio in *cap. quod ostenditur, vers. Et Christus 23. quæst. 1.* Elegantiùs Ambrosius *in 5. Lucæ* alibi à nobis relatus, vbi de Ecclesiasticorum circa pendenda tributa exemptione tractatio instituta est *lib. 2. quæst. 36.*

Non ergo concessum semel debitoribus confugium (vt Gambacurta putauit) Imperator euertit in *Constitut. nouella de mandat. Principum, §. Publicorum, & in l. nemo, D. de exact. tribut. lib. 10.* vt disputatio succedat, potuerit, vel nec Ecclesiæ priuilegium infringere? cùm in legibus statuta nusquam ipsius patrimonium Principis comprehenderint, cum ipse nec tertijs per sua priuilegia præiudicare velle protestetur in *l. nec eos, C. de emancipat. liberor.* & minùs contra Fiscum, *cuius causam ob necessitates publicas potiorem esse oportet*, vt aiunt Imperatores in *l. 1. C. de condit. ex lege, ac præualere priuatorum contractibus, vt in l. 1. C. de Primipilo.*

Ex quibus etiam Gregorianæ Constitutioni satisfactum erit, cùm ipsa tantùm de delinquẽtibus loquatur, debitores verò ab illis satis distent; post hæc D. Barbosa relatis innumeris pro opinione opposita, illam communiter recepi dicit, *in tom. 2. de vniu. iure Eccles. capit. 3. num. 47.* tenet tamen ipse, posse bonis surreptis de licentia Ecclesiastici Iudicis spoliari, nihilque aliud me viso, & citato disputat, nec suam sententiam aperit, licèt nostram posteriori loco referat, quod pro probatione habetur.

QVÆSTIO XXXIII.

EPITOME.

1 *Homicida præmeditatus, ac ex industria, an gaudeat immunitate?*
2 *Homicidium ex industria communi etiam contrariorum calculo immunitate non gaudet.*
3 *Ius veteris legis morale diuinum Constitutione Pontificia corrigi non oportuit.*

4 *Ius diuinū inter Canones collatum, non efficitur Pontificium, sed diuinum manet.*
5 *Summi Pontifices iuri diuino obsequi, & ne latum quidem unguem ab illo discedere profitentur.*
6 *..... nouas Constitutiones quando edere possint?*
7 *Correctio priorum legum, & Canonum ex lege humanæ vicissitudinis vitanda est.*
8 *Diuinum veteris legis, ius inter Chrystianos receptum omnino inuiolabile.*
9 *Homicidium cœptum, licèt non perfectum diuina pagina immunitate excluditur.*

An qui occidit inimicum ex præmeditata animi deliberatione, appostatè, vt vulgò dicitur, atque ex industria, non autem proditoriè, seu per insidias, gaudeat immunitate?

QVamuis de argumento huiusmodi
supra in *q.5.* multa dixerimus,
attamen in speciali de hac tractatione alia
adiungere superuacuum visum non est,
agitur enim de interpretatione *c.1.de homicidio*, ex Exodo desumpti *c.21.* quod
vt ibi dictū est, pro dignitate materiæ ex
agitauit Gambacurta tribus in locis, præ
cipuè in *lib.5.c.4.* vbi *ex n.13.ad 17.* re-
1 latis pluriū opinionibus communiorē, †
& receptiorem illā esse affirmat, quæ ta-
libus homicidis aduersatur ex Claro *in
§.fin. q.3.vers. Punctus est*, cum pluribus
Auctoribus de recepta vbique interpre-
tatione; atque ob eam consuetudine te-
stantibus per Farinac.*q.28.n.23.* & per
Gambacurtam *ibidem*, aduertentem Co
uarruuiam maximū aduersantis sententiæ
fautorem, hāc receptiorem fassum esse,
2 † quòd nempe copula illa, *& per insidias*
in *c.21.Exodi* contenta, non copulatiuè
cū industria, sed disiunctiuè capi debeat:

Hæc cùm ita sint ab Auctoribus hinc
inde iamdiu perpensa, cùm Gregoriana
Bulla superuenisset, altera suborta est du
bitatio, anne (si illi, communi iure præ-
termisso, standum esset) homicida huiuſ-
modi admittendus foret? & Gambacur-
ta, qui prior ad illam scripsit, vt absurdū
correctionis iuris diuini † vitaret, loco 3
relato non esse à verbis Exodi receden-
dum putauit, sed iuxta illud Cōstitutio-
nem accipiendam, cùm commodè sine
manifesta repugnantia id fieri posit.

At Peregrinus *de immunit.c.7.n.15.*
expressiùs verò Diana *resolut.33.* nulla
iuris diuini ratione habita, non tantùm à
receptiori intelligentia, verùm ab omni
textus determinatione, nudis tantū ver-
bis Constitutionis confisi, recessere, do-
cētes, insidiosum, nec non industriosum
homicidam immunitate gaudere, cùm
solùm per Constitutionem illam prodi-
toriè occidens excludatur, arguuntque à
maiori ad minus, quòd si insidiosus reci-
pitur, multò magis & industriosus fomen
dus erit, qui secundum omnes leuiùs de-
linquere videtur.

Argumētis verò Gambacurtæ ex hoc
tantùm satisfactum putauit Diana, quòd
ius commune correctum fuerit, vt non
posit amplius ex dicto *cap.1.* argui, pu-
tans omnia hæc per Constitutionem su-
blata, nec iam ex loco illo *Exodi* inter
Canones recepto licitè argumētum de-
sumi posse, † cùm tamen verius sit ius il- 4
lud, sicut prius diuinum mansisse, nec de
mero iure communi agi, quando ius di-
uinū inter Canones reperitur, vt in exe-
cutione præcepti naturalis in lege huma
na contenti docet Montesinus *1.2.disp.
23.q.3.n.44.fol.540.* facit Card. Bel-
larm. *ad Barclaium cap.1.§.10.vers. Respondeo.*

In quo certè (pareat mihi Peregrinus)
egregiè cæcutijt, non aduertens *capit.*
illud primum ex diuino iure desumptum
esse, ac inter Canones relatū, † cui Pon-
5 tifices Summi obsequi, potiùs, quàm de-
trahi debere profitentur, ita D. August.
in *lib.2.de Baptism. cōtra Donatistas c.3.* re
latus in *c.quis nescit dist.9. Quis nescit*, in-
quit, *Sacram Scripturā Canonicā, tā veteris,
quàm noui testamenti certis suis terminis con
tineri, eamque posterioribus omnium Episcoporum literis ita proponi, vt de illa omnino dubi
tari, & disceptari nō posit, vtrùm verum, vel
vtrùm rectum sit, quidquid in ea scriptū sit,*

vel constiterit esse? & Hilarius Pontifex in *Synodo c. 1.* dixit: *Nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas Constitutiones, vel Apostolicæ Sedis decreta temerare, quia nos, qui potentissimi Sacerdotis administramus officia, talis transgressionum culpa respiciet.* & Vrbanus Papa: *Sūt quidā* (ait) *dicentes, Romano*
6 *Pontifici semper licuisse † nouas condere leges, quod & nos non solum nō negamus, sed etiam valde affirmamus; sciendum verò summopere est, quia inde nouas leges condere nō potest, vnde Euangelistæ aliquid, & Prophetæ nequaquā dixerunt; vbi verò apertè Dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes sancti Patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Roman. Pontifex dare, sed potiùs quod prædicatum est, vsque ad animam, & sanguinē cōfirmare debet; si enim quod Apostoli, & Prophetæ docuerunt, destruere, quod absit, niteretur, non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur*, quæ referunt in *c. nulli fas, & c. sunt, quidam* 25. *q.* 1. in quo & Christi Domini exemplum secuti sunt, dicentis, *se venisse legem adimplere, nō soluere*, docet benè Franc. Vict. *relect. de pot. Papæ ante, & post n.* 1. ex D. Thom. *quodl.* 4. *art.* 13. *& in* 1. *sentent. dist.* 47. *& in* 3. *dist.* 37. *&* 1. 2. *q.* 97. *art.* 4. *ad* 3. *& q.* 100. *art.* 8.

Non est ergo, vbi Pontificū sentētiæ cum iure diuino, & Scriptura Sacra cōuenire possunt, per Scribentes correctio somnianda, cùm illos non tantū scripturis Canonicis, verùm quoque, & prædecessorū Pontificum Canonibus ex prædictis derogare nolle sciamus, estquè lex pro humana † iurisdictione insignis de-
7 cessorū instituta seruare, quo & præsentiū successores illibata dimittāt, vt benè D. Gregorius aduertit, *lib.* 5. *epist.* 112. *ad Montanum* relatus in *c. iustitiæ* 25. *q.* 1. *Iustitiæ, & rationis ordo suadet, vt qui à successoribus sua mandata seruari desiderant, decessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiāt*, hæc ipse, vtque D. August. dicebat; *Id seruare in alienis, quod optat in suis.*

Rursus si Imperatorū leges à Canonibus probatæ sint, tanti apud hos pōderis habent, vt peruerti minimè posse existiment, vt docet idem Peregr. *c.* 12. *n.* 10. *vers. Et probatur fol.* 155. quantò minùs † aliquid aduersus diuinas leges in 8
Canone probatas intentandum est, vbi præcipuè communi Ecclesiarū cōsensu receptæ sint, & circa moralia versentur?

Quibus fit, vt potiùs Gābacurtæ opinione, quæ iuri diuino, & humano concordat, sequēdam esse existimemus, maximè si admittendus erit dictus *c.* 21. sensus à nobis relatus *q.* 4. *vers. Sed pro negatiua*, quo probauimus, non tantùm volūtariū homicidiū cū effectu peractum, † 9
verū quoque & cœptū, nec perfectū per Sacrā Scripturā immunitatis expertem fore, ex vi illius aduersatiuæ *(qui autem)* moti, quod locutionis genus responsiuum nō admittere mihi exploratissimum est; nā per id constat Dominū ibi, nō per copulā duas illas qualitates *industriæ*, ac *insidiarum* requirere; immo pro vnaquaque locū refugij auferre, mortemque admittentibus minitari, quæ mihi si mel dicta iteranda non sunt, sed alio peragendum, solum ad illa addo, quæ dixi, indecorum esse, nos Christi sectatores Iudæis in moralibus cedere, hoc probari ex Euangel. *Matth.* 5. vbi quòd oportet nostrā iustitiā abundare, plusquā illa Scribarum, & Pharisæorum; facit *c.* 2. *vers. Cum enim in ipsis etiā legibus Gentiliū de concess. præbend.* Franc. Vict. *relect.* 1. *de potest. Eccles.* ante finem, ibi: *Sicut oportet iustitiā nostram abundare supra iustitiam Scribarum, & Pharisæorum,* Matth. 5. *ita oportet abundare supra iustitiam, non solum Paganorum, & Hæreticorum, sed etiam bonorum Philosophorum.*

QVÆSTIO XXXIV.

EPITOME.

1 *Sacerdotem interficiens secundùm aliquos immunitate gaudebit, & post num.* 15.
2 *Sacerdoti non obediens veteri in lege morte mulctabatur.*
3 *Homicidas in occisi domum confugere, ac in ea immunes seruari absurdissimum.*
4 *Clericum immunitatis ipse occidi posse, verè notandum Diana asserit.*
5 *Ecclesiam inimicos attigere quo pacto accipiendum sit?* vide num. 16.
6 *Sa-*

6 *Sacrilegi secundùm Dianam ab Ecclesia fouentur, vide post num. 17.*

7 *Clausf.* sublata *verbales, & iuridicas interpretationes non excludit.*

8 *Sacerdotes animarum spirituales parentes occidere, parricidium erit.*

9 *Lex omnes casus exprimere non valet, ideo de specie ad speciem trahitur.*

10 *Sacerdotes inermes occidere proditio dicitur, cùm ipsi pacificè inter omnes versentur, nec praecauere possint.*

11 *Clerici, nec actiuè, nec passiuè in immunitatis materia inclusi.*

12 *Sacerdotes, qui flagellant, primò communione, postea ab Ecclesia ejciuntur.*

13 *Ecclesia vti quid generale & corpus ipsum materiale, & homines sibi addictos amplectitur.*

14 *Mulcta vbi pro homicidio clerici debetur, Ecclesiæ soluenda est.*

15 *Sacerdotes viuum Dei templum, non manufactam.*

16 *Ecclesia fideles vlciscitur, licèt ipsi se vindicare vetentur.*

17 *Homicidæ clericorũ per laicos Magistratus puniendi, & si deficiant, per Ecclesiam.*

18 *Constitutio in terminis habilibus semper loqui dicenda est.*

19 *Excommunicati in fauorabili dispositione non veniunt, nisi ad illam obtinendam absoluantur.*

20 *Maiestas lædi multis modis potest, multisque personæ Principis offendi.*

An occidens clericum, gaudeat immunitate?

NOn mirum si nullus sit apud laicos erga religiosos viros honos, nec debita æstimatio, dum apud summet ordinis Scriptores adeo parui fiunt, vt Sacer-
1 dotis, † religiosique homicidam in nihilo à cæteris distinguendum putẽt, quibus tanta in veteri lege reuerentia, ac tale obsequium præstabatur, vt qui corũ
2 Imperia detrectassent † mortis periculũ subirent *Deuter c.17 lin.12.* Apud nos verò, licèt perfectiorem statum adepti simus, impunè ad interitum (iuxta horũ sententiam) duci possunt, proposita, si opus sit, ipsa templorum (cui Sacerdotes obsequũtur) immunitate, ac, quod deterrimum videtur, occisimet domo ad refugiũ concessa; hoc enim & ipsi aduersantes docent, qui clericos, nõ per id, quod in Ecclesia delinquunt, ab ea arcendos esse existimant, *quoniam* aiunt *nemo à propria domo inuitus educitur*, de quibus supra
q.24. domum autem † clericorum, Ecclesiam affirmantes in ea recipiẽdos ipsorum homicidas firmare non dubitant; hi sunt Peregrin. *de immunit. c.12. n.13.* Italia *eodem tractat. lib.1. c.2. §. vnic. n.6. & c.5. §.3 n.79.* Farinac. pariter in idẽ scribens *c.7 n.114.* quos affert, cõprobatque Diana *resol. 34.* vbi his verbis sententiam ipsam extollit, atque ad exẽplar tradit. *Vnde patet occidentem clericum gaudere omnino Ecclesiæ immunitate, quod est valde notandum, † quia casus potest de facili in praxi contingere.* 3 4

Sunt autẽ eius opinionis fundamenta illa sæpius decantata, quòd in Gregorij Constitutione inter homicidia excepta hoc omissum sit. Respondet quoquè cõtrariẽ opinioni hoc pacto, quod licet clericum occidens Ecclesiã offendat, ac in eam committat, tamẽ † cũ Ecclesia diligat inimicos, ac se persequẽtibus benefaciat, occisores amplecti debet. Iterum nec obstare dicit, homicidium hoc sacrilegiũ esse, quoniã sacrilegi † minimè ab Ecclesiã expelluntur, præcipuè post *Bullam.* Idem quoque ob excommunicationem, quã ob id incurrit; nam nõ per hoc immunitate priuatur, nec iure communi attento, nec minùs hac Constitutione. Nec obstare ait, offendentem clericum in Maiestatem diuinam cõmittere, quoniam in *Bulla* excipitur solùm qui Principem Supremum occiderit, vltimum quoque de homicida in Ecclesia, ait, hoc homicidium tale non esse, quale in Bulla exprimitur, sed per vsurpationem sermonis, ita prædicari. 5 6

At si quod semper diximus, ac reperire cogimur, attendendum est, *Bullã* nẽpe hanc (etsi admitteremus, quòd à iure cõ- muni

muni recedat, quod perpetuò negamus) non tamen iuridicas interpretationes omnino respuere, quæ & ius commune ipsum, & omnes, quotquot à Romanis Præsulibus profectæ sunt, Constitutio-
7 nes, immo & Concilia hucusque admiserunt † clausulis *sublata*, cæterisque, itē & expressis interpretandi prohibitionibus minimè attentis, vt supra *quæst.* 9 *n.* 11. *cum sequent.* sæpius *in hoc priori libro*, præcipuè *in quæst.* 1. expressissimis iuris Pontificij regulis ostendimus, non videtur dubitandum, quin præposita sentētia respuenda sit, oppositaquè amplectēda, quæ mihi pluribus argumētis probatur.

Primò quoniam Clerici (de Sacerdotibus loquor, & in sacris constitutis)
8 parentum loco † in Christiana Republica habentur, vt disertè docuit Gregorius ad Hermannum Metensem Episcopum relatus in *capit. quis* 9 *dist* 96. *Quis*, inquit, *dubitet, Sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumquè fidelium patres, & magistros censeri?* quod etiam Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem ante præstiterat, tantò naturalibus parentibus asserens digniores, quantò ad maiora nos generant; priores enim non nisi ad vitam postremi, ad gloriam.

At parricidas frequentiùs omnes immunitate excludunt: ergo; probatur ex Farinacij doctrina *de immunitat. cap.* 9 *n.* 188. & alijs supra *quæst.* 1. *num.* 40. alibiquè adductis; huiusmodi enim homicidia, licèt verbatim non excepta, concomitātis qualitatis ratione, semper inter proditoria, insidiosa, atque ex industria edita comprehenduntur. Non posse autem legem omnes species † nomi-
9 natim exprimere, notum est, Iuliano testante in *l. non possunt* 12. & ex Pedio quoque Vlpianus in *l. nam vt ait* 13. *D. de legibus*, vnde ex similibus ad similia proceditur.

Secūdo, quia, cùm proditorium omne homicidium dicamus, quod per insidias commissum fuerit, taleque esse, vbi inermis, incautus, nihil tale vitare potens interimatur, vt supra *quæst.* 5. propugnauimus, sequitur in hac exceptione Sacerdotum, ac Clericorum † necem 10
propriè contineri, cum his omnibus arma, quibus vim propulsare valeant, interdicta sint, nec nisi orationibus, ac ieiunijs se tueri possint, *cap. non pila Can. c. c rici* 23. *quæst.* 8. & re ipsa arma non gestent, cum innumeris dium, ac humani iuris, Patrumque sententijs traditis infra *lib.* 2. *quæst.* 9. quo fit, cauere non posse, nec inimicos propulsare, cum inter nos pacificè versentur.

Tertiò, quia, cùm clerici in hac dispositione actiuè non veniant, vtpote qui, nec latrocinia, nec neces, neque alia scelera committere censendi sunt, nec latronum appellatione, ad quos sermo dirigitur, comprehendantur, vt supra fuit *quæst.* 24. abundè probatum, sequitur †
nec passiuè intercludi, vt per Euerardū 11
in *Topicis loco* 75. Menoch. *cons.* 97. *num.* 67. *& cons.* 147. *num.* 47. nec enim est æquum, ipsos ad immunitatem, si delinquant, nō admitti, illos autem, qui in eos delinquunt foueri, correspectiuitatis, ac correlatiuorum argumento.

Quartò, ex textu, vltra relatos à Gambacurta *lib.* 5. *capit.* 5. quoad me attinet hoc conuincente in *cap. de Presbyterorum* 17. *quæst.* 4. vbi flagellantes Presbyteros, si à seculari brachio non coerceantur, & commoniti priùs non se emenda-
uerint, excommunicari, † sique non re- 12
sipuerint, ab Ecclesiæ consortio omnino sub anathemate arceri debere præcipitur; nam si id flagellantibus accidit, vt sub excommunicationis, ac anathematis pœna ab Ecclesia remoueri debeāt, mulò certiùs occisores exclusos intelligere debemus. Sub anathemate autem, hoc casu, corporalem etiam ab Ecclesijs eiectionem intelligimus, pœnamque excōmunicatione præmissa grauiorem, vt ex D. Gregor. habemus *epist.* 39. *lib.* 2. vbi quòd anathematizare est hominem demum pro non Christiano habere, atque ab Ecclesia auellere.

Demum, quia huiusmodi scelestis hominibus ratio tradita in *cap. fin. de immunit.*

nit *Eccleſ.* fortiùs conuenit,quòd Eccleſiæ fauore vti minimè debeant, qui in eam flagitia committere non verentur, non ſolum, quia formalis Eccleſiæ potiora poſt Pontificem membra Sacerdotes ſunt,ſed quia Eccleſia quoque ma
13 terialis quoddam † generale eſt corpus, nempe ipſum Eccleſiæ, item ſupellectiles, inſtrumenta,ac homines eius cultui dicatos comprehendens,vt in *l. iubemus* 14.ibi: *Ea enim,quæ ad Beatiſsimæ Eccleſiæ iura pertinent, vel poſthac fortè peruenerint, tanquam ipſam ſacroſanctam , ac religioſam Eccleſiam intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri*, quò fit,vt proprié dicatur in Eccleſiam delinquere,qui Miniſtros,eique perpetuò per ſuſceptionem ſacri ordinis addictos interficit, vel affligit. Inde vbi
14 pro homicidio † mulcta perſoluitur,illa Eccleſiæ,non hæredibus occiſi numerari debet, *can. omnes Presbyteri*,& de offendentibus Epiſcopum, *cap. ſi quis deinceps* 17 *.quæſt.*4.ibi: *Bona eorum Eccleſiæ ipſius iuri perpetuò tradantur*,optimè *in cap. cùm deſideres* 15 *.de ſentent. excommunicat. in fine, verſ. Super quo*. In exceptione ergo, tã in Canonibus, quàm in Bulla de homicidio,ac vulnere in Eccleſia,& illud cõtinetur, quod in Sacerdotis perſonam admittitur;nam & ipſe pars Eccleſiæ eſt, ſicut inſtrumenta pars fundi, *l. in inſtrumento* 8 *.D. de fundo inſtructo*,facit eximiè D. Pauli teſtimonium ad *Corinth.* 1 *. cap.* 3 *. Neſcitis quia templum Dei eſtis,& ſpiritus Dei habitat in vobis? ſi quis autem templum Dei violauerit,diſperdet illum Deus;templum*
15 *enim Dei † Sanctum eſt,quod eſtis vos*,& alibi Deum non in manufactis, ſed viuis templis habitare docet, eleganter Franciſc. Victor. *de poteſtat. Eccleſ. quæſt.* 1. in definitione ipſius.

His per me excogitatis rationibus & alia ſummè conſideranda accedunt,quæ à Doctoribus in hac cõtrouerſia exactiſſimè diſcuſſa, ac firmata ſunt, tradita à Ioanne de Vviſquis *de immunitat. Eccleſ. num.* 38 *.caſu* 7. Ancharran. *in cap. ea quæ colum.* 29 *. in fin. cum ſequent. de regulis iur. lib.* 6. Gigante *lib.* 1 *. de crimine læſæ Maieſtatis rubr. qualiter,& à quibus, quæſt.* 10 *. num.* 16. Anania *ibidem*, Barber. *in viat. rubr.* 33 *. de violat. immunit. verſ. Secundus de interficiente*, Boer. *deciſ.* 109. Iodoc. Daumod. *in pract. cap.* 106 *. num.* 14 *. rubric. de violat. templorum*, Clato, *§. fin. q.* 30 *verſ. Quæro nunquid*, latè antequàm nimium ſenuiſſet Farinac. *quæſt.* 28 *. n.* 29. Villadiego *Politic. cap.* 3 *. num.* 212. Suarez de Paz *in praxi tom.* 1 *. part.* 5 *. c.* 8. §. 3 *. n.* 169. Ioan. Sancio *in practicis diſputat.* 44 *. num.* 52. quæque latè defendit Ricc. *part.* 2 *. reſolut.* 209 *. ſuæ praxis*, omnium argumentorum in vnum collector, non diſſentiente Gambacurta, dum ibi ſeruandam hanc ſententiam admiſit,vbi ita recepta fuerit, vel iuxta illam aliquando iudicatum, quem perpetam Giurba ita à cliente ad reſpondendum conductus, repellere conatur, contrarium, ſi aduerſario conſuluiſſet, dicturus;ille enim ſtudio veritatis omnibus hinc inde perpenſis id firmauit.

Videndum poſt hæc reſtat, an ſatis à Diana argumentis Auctorum huiuſmodi factum ſit? cùm ſiuum ex præmiſsis eliſum remaneat,& puto citra omne dubium,illis ſuccubuiſſe;nam quod reſpondet ad primum, fatendo Eccleſiam offenſam,ipſam tamen inimicos diligere, ac eis præſto eſſe, nullius eſt ponderis. Chriſtus enim Dominus † vnicuique fi- 16
deli à fideli noxam, ac iniuriam remitti præcipit; Eccleſiam tamen vltionem petere,ac exigere,non tantùm de his, quæ ipſa patitur,iniurijs, ſed etiam de vniuſcuiuſque voluit, *Matth.* 18.15. nam poſt fraternam correctionem Eccleſiæ iudicio rem deferri præcepit. Eccleſia autẽ primò in huiuſmodi exceſsibus ſecularibus iudicijs punitionem remittit, *capit. ſunt quædam* 23 *. quæſt.* 5. meliùs in *cap. de Presbyterorum* 23 *. cauſa* 17 *. quæſt.*4. de-
inde † ſi condignè non puniantur, domi- 17
nici præcepti formam ſeruari præcipit, ibi: *Qui ſeculari brachio minimè coercentur, iuxta præceptum Domini placet, vt fraterno amore conueniantur*. Ita Nicolaus Pontifex præceptum illud practicari poſſe cen-

censet, consentitque Hieronymus, siue Origenes in *cap. sed illud non ociotè* 18 *distinct.* 45. quæ praxis à Dianæ responso egregiè differt, optimè etiam Diuus Augustinus relatus in *cap. nō potest* 23 *quæst.* 4. *vers. Præcepta verò Euāgelica de dilectione inimicorum non eatenus intelligenda sunt, vt peccandi relaxetur impunitas, sed vt delinquēti correctio, & naturæ ministretur subsidium, donec per sententiam iudicis (adempta spe correctionis) malorum tollatur exercitiū, in hoc ergo iubemur diligere inimicos, & misereri eorum, vt de eorum perditione doleamus eorum salutem desideremus, &c. non vt pertinaces impunitati donemus,* & Lactantius dixerat: *Non quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes.*

Quod autem dicit, sacrilegos ab Ecclesia minimè repelli, expressis in *capit. fin. de immunitat. Eccles.* rationibus apertè resistit; nam quòd Bulla vnam tantùm sacrilegij speciem expresserit, genus, cæterasquè species substulisse non videtur, quod latiùs supra *quæst.* 1. *num.* 44. *cum seqq. quæst.* 11. & *q.* 21. *ex num.* 3. pro-
18 batū est, loquitur enim *Bulla* in † terminis (vt aiunt) habilibus, nequè dum laicis confugientibus fauet, de incapacibus illius fauoris intelligere censenda est, sunt enim sacrilegi iure suo quodammodo sacrorum locorum extorres, vt perspicuis rationibus probant Decianus *tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 7. & Gutierrez *practic. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 33. pluresquè relatis locis adducti; repugnant enim sacra conterere, illisquè tueri; ex dicto *capit. frater* 17. *quæst.* 4.

De excommunicato autem debeat ne ab Ecclesia recipi, quia extra ipsam est, vsque quò absoluatur, dixi *quæst.* 24. *num.* 17. & alibi; hoc vnum adijcio, *Bullam*, dum laicis, & sic personis immuni-
19 tatem præstat, excommunicatos † non comprehendere, nisi fortè, vt moris est, ad effectum gaudēdi beneficij prius absoluantur, quod in Bulla hac deficit; videmus enim Pontifices, vbi priuilegiantes *Bullas* in aliquos emittunt, solere illos ante omnia nexu excommunicationis soluere, vt illarum capaces fiant, vt notatur in *can. si aliquando* 41 *de sentent. excommunicat.* quousque enim (licèt per momentum) reconcilientur, incapaces sunt.

Quòd crimen Maiestatis non sit, vti in Bulla requiritur, non est adeo expeditum, vt Diana putat, quin oppositum sanioribus rationibus suaderi possit, † 20
quas posui *quæst.* 6. *per totam*, & *quæst.* 7. quibus quoque locis cum præsenti collatis, quod vltimo argumento obijcitur, etiam cessat, addita rātum ratione *Auth. Gazaros, C. de hæret.* ibi. *Cū longè grauius sit æternam, quam temporalem offendere Maiestatem;* hanc opinionē me citato nouissimè sequi videtur D. Barbos. *tom.* 2. *de vniuers. iure Eccles. cap.* 3. *num.* 123. *posterioris impressionis* post Lud. à Correa in *cap. inter alia part.* 3. *num.* 35.

QVÆSTIO XXXV.

EPITOME.

1 *Occidens amicum reconciliatum ex inimico, gaudet immunitate secundùm Riccius.*
2 *Christianis amicitiæ reconciliatio summè præcipitur.*
3 *Reconciliatio talis esse debet, vt nunquam discessum ab amicitia videatur.*
4 *Inimici incauti oppressio apud Christianos proditio est.*
5 *Amicus reconciliatus in aliquibus, vti inimicus cauendus.*
6 *Excommunicantur, qui se reconciliare renuunt.*
7 *Proditio maior est, reconciliatione secuta amicum interimere, quàm semper amicum.*
8 *Reconciliationi vltra humanæ societatis vinculum, fidei, & pacti munimē accedit.*
9 *Amicitiæ post reconciliationē violatio pœnam proditionis meretur.*
10 *Pax ab eo rumpitur, qui aggreditur, non qui se defendit.*
11 *Fides si inimico seruanda, quantò fortiùs amico licèt reconciliato?*
12 *Amicitiam violantibus nulla excusatio præstanda est, licèt iusta videatur ne teneatur iniusta.*

13 *Ami-*

13 *Amicus reconciliatus post longam inimicitiam, ac pessima gesta, ad secreta non admittendus, nisi probatus.*

14 *Pace secuta omnia ad pristinum reducuntur.*

15 *Dauid à morte amici reconciliati maximo studio se expurgauit.*

16 *Perfidia, & proditio sub fide reconciliationis occidere propriè est.*

17 *Inimiciæ inter Christianos, temporales, non perpetuæ.*

18 *Dolo versari, ac tempori seruire Christianis non licet.*

19 *Gallos, Pœnos, Thessalos, Parthos, nulla se fide teneri, qui dixerint?*

20 *Proditor omnibus est, qui inimicum sub cautione de non offendendo interimit.*

21 *Cautio quandoquè fragilis, fides nunquam.*

An occidens inimicum reconciliatum, tanquam proditor careat immunitate?

Digna ne Christiano viro sit controuersia hæc? vehementer dubito, ne inter nos talis supponatur rancor, huiusmodi odium, vt nulla pace, non aliqua reconciliatione, quocunque etiam ad gratiam postliminio sanari posit, &
1 tamen gaudere putauit Riccius, † atque decisum in Archiepiscopali Neapolitana Curia retulit *decis.* 168. *part.* 1. sequiturque vnicum Diana *resol.* 35. tanquam per hoc sacrarum locorum immunitas amplietur.

Absit autem, vt Christiano nomini similis nota inuratur, qui Dominico edo
2 cti præcepto † altari, munereque relicto ad fratris reconciliationem accurrere tenemur, *Matthæi cap.* 5. 23. quæ omni
3 ex lege, quocunquè in foro † talis esse debet, vt vafrities absit, vt omnis inimitiæ memoria deleatur, neue semel oblita ad animum iterum reuocentur, immo maiori affectu, teneriori amore amicitia reintegretur.

Vt autem radicitus opinio hæc extirpetur, perfidaquè doctrina cesset, quæ latè supra *quæst.* 5. discussa habes, memoria repetenda sunt, nempe apud nos proditorium dici homicidium, quod vel in inimici personam committatur, si nex incauto, † nihilque tale metuenti inferatur, nequidquam oppositis rationibus refragantibus. At quoniam vno errore semel admisso, alterum subsequi, necesse sit. *Abissus*, inquit Psalmista, *abissum inuocat*, hoc idem P. Diana, ex eodē Riccio, etiam de amico resoluit, si modò antè inimicus fuerit, cùm eodem pacto de amico reconciliato, quo de inimico, caucre debuerit, ex aliquibus in iure exemplis à Riccio conductis, quibus reconciliatus amicus † ad paria cum perpetuo inimico iudicatur, vt in suspicione ad iudicandum, & aliis ex Iasone. Quod vltimum & ego semel admisi, citans Riccium, monensque Principes, ne reconciliatis inimicis suas res credant *in Politico nota* 44. *ad leges Federici fol.* 200.
4

5

Sed hæc exempla nihil profectò ad præsentem quæstionem conducunt, cùm Riccius, & Diana supponant, amicum ita cum amico gerere se posse, tanquam cum inimico, si amicus semel inimicus fuerit, quod nullibi probatur, nisi iniuriæ remissionem omnino inter homines ab neges, quod vt diximus Christianæ professioni, quæ reconciliationem præcipit, omnino repugnat. † Cùm Pontifices, & Concilia his, qui recōciliationem demorantur, vti diuinis præceptis obuiantes excommunicationem indicant, *Can. placuit, cap. si quis, & cap. per latum*, 90. *distinct.*
6

Quod cùm ita sit, maius est † crimē, fidei semel, dexteræquè datæ violatio, quàm amicitiæ; nam † reconciliatio fidem de amicitia colenda, ac de iniurijs obliuiscēdis, item & pactum de illa seruanda cōtinet, cùm amicitia naturæ iure, ac humanæ societatis tantùm vinculo colenda, illibataquè seruanda sit. At renouata amicitia, & pax eisdem accedentibus ex quodam quasi postliminio vinculis, fides quoque per pactum, ac promissionem conuallata seruanda est,
7
8

pro-

proditieniquè (si rūpatur) perfidia quoque accedit. Quamobrem Cicero, cùm de incolumi seruanda amicitia cōsilium dedit, monet, *vt cùm omnes summa religione, & fide seruādæ sint, tum ea maximè, quæ ex inimicitijs reuocata sunt in gratiā*, priores † enim licèt nullam offensionem
9 recipere dèbeant, sufferunt tamen. At secundæ non admittunt. Idem pro *Rabirio. Post reditum in gratiam, si quid est commissum, id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentia, sed perfidiæ assignatur*. Inde in 5. *Philippica* exclamat, *vtinam Gnee Pompei amicitiam cum C. Cæsare nunquam coisses, aut nunquam dirimisses!* de reconciliatione, sub qua fraus latebat, locutus; nā id maius peccatum est, quàm reconciliari nolle.

Nulla per hæc, ob amicitiæ reconciliatæ violationem excusatio admittitur, cùm aliqua dissuendæ amicitiæ ratio dari possit, vnde perfidiæ, & proditionis ille reus est, qui prior eam offendit. *Pa-*
10 *cem rumpunt*, inquit Thucidides, † *non qui vim vi arcent, sed qui priores vim inferunt*.

Perperam ergo amicum (postquam in gratiam redijt) cauere, sibi à conuerso nuper amico Diana post Riccium docet; cùm naturæ ipsius principijs constet
11 fidem præ omnibus † animi virtutibus, non amico tantùm, sed hosti seruandam esse, ea spreta, vinculum humanæ societatis omnino dissolui. *Fides*, inquit Quintilianus, *supremum rerum humanarum vinculum est, sacra laus fidei etiam inter hostes*, & Augustinus *epistol. 1. ad Bonifac. Fides quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur, quantò magis amico?* relatus in *cap. noli 13. quæst. 1.* quibus fit, nullum dari debuisse effugium eis, qui illam cum amicitia frangūt. Itaque fecisse Romanos, tunc Ethnicos refert Seneca. *Nullam*, ait, *excusationem re-*
12 *ceperunt*, † *maiores, vt homines scirent, fidē vtique præstandam: satius enim erat à paucis, etiam iustam excusationem non recipi, quā ab omnibus aliquam tentari*, perniciosum cùm sit, semel depositis odijs, animisque pace sedatis, effugium aliquod ad perfidiam præstare, inter Christianos maximè, de quibus Plinius iunenis relatus supra *quæst. 32. num. 34.*

Sed quæ conducta sunt argumenta à Riccio, quæ adeunda fidelibus admonet Diana, promittens, quòd nequaquam legenti vidisse pigebit, nullius momenti videntur, vt legi debeāt; diuersum enim est, amicum nuper maximè reconciliatum † rem suam, vel se amico huiusmo- 13
di fidere nolle, non se eius iudicio, vel testimonio committere, Principem sua, ac regimen, secretum minimè credere, ab eo, quòd quærimus, anne ab eo aliquam spontaneam iniuriam timere debeat? nam sicut prudentis est, nondum firmatā per multos annos amicitia, neque animo inimici, immo & amici, noui tamen, per plura experimenta stabilito, se, suaque illi minimè committere, ita pace secuta, pessima de amico timere diffidētis est, & omnino increduli; experientiaque docet, secuta pace † in pu- 14
blicis amicitijs arma, omneque, quod hostile sit, deponi, atque rei statum ad pristina reduci; in priuatis quoque confidentiæ, ac amoris signa vtrinque præstari, conuiuia, choreas, lætitiam, conuentusque duci, atque institui, opprimētem verò inter hæc, vel post, recentem amicum, proditione, & perfidia excusati nemo dixerit. Inde Dauid, cùm † Abner 15
ad se pacificè venientem, Ioab interfecisset, ne perfidiæ, proditionis, violatæque fidei argueretur, lachrimas, & publicum coram omni exercitu ieiunium instituit, humando corpori adstitit, præconia, laudesque eius publicè peregit, homicidæ maledixit, seque à delicto vijs omnibus expurgauit, ait scriptura. *Cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset à Rege, vt occideretur Abner filius Ner.*

Optimè quidem sibi, rebusque suis consulet Princeps, si sua, seque amico in gratiam admisso statim non committat, hoc idem enim, & apud Machabeos cōsilium inuenitur 1. *cap. 12*. At pessimè, & per

16 & per infamiã,qui è conuerſo † inimi-
cum ſub ſpe reconciliationis præteritæ
ſe alteri credẽtem occidat,nec niſi per-
fidus,neque ipſa proditor dicendus eſt,
neque ob id excuſandus, quòd alter fa-
cilis,ac credulus fuerit,quinimo ob hoc
ipſum grauiùs puniendus,ſicut Imperã-
te Tiberio de Reſcupori Rege Thra-
ciæ (qui Cotyn in fidem, ac priſtinam
amicitiam receptum interfici iuſsit)actũ
eſt.Regno primũ ſpoliato, vitaque de-
mum exuto,de his Tacitus 2. *Annalium*
diuerſam fidentis, ac fallentis conditio-
nem adnotauit.*Cùm alter*,inquit,*facilita-
te, alter fraude cuncta inter ſe concederent,
acciperentquè*, non negat ergo fraudem,
ac proditionem eſſe eius,qui facilè cre-
dentem compreſsit , immo incautum
occiſum aduertit,ibi: *Incautum Cotyn,&
poſtquam dolum intellexerat , ſacra Regni,
eiuſdem familiæ, Deos, & hoſpitales menſas
obteſtantem catbenis onerat,&c.*

Cõcludimus ergo,aut inimicitias in-
ter nos,qui Chriſtum colimus,ſempiter-
nas omnino futuras, aut ſi temporales
eſſe poſsint,vti certè eſſe debent, recon-
17 ciliationem † priſtinam,& veram ami-
citiam inducere,atque operari debere,
idque adeo,vt perfidi, ac proditores cã
violantes dicendi ſint,quinimo pluſquã
ſi amicitiæ nunquam ruptæ iura violaſ-
ſent,contrarios autem,dum id docent,
18 deceptionem,ac dolum fouere,† ac tem
pori ſe accommodare velle, dicto for-
ſan Plinij adhærentes, qui Ruffino ſcri-
bens *lib.8.Epiſtolarum*,ait,*decipere pro mo-
ribus temporũ prudentiam eſſe*,quòd à Chri
19 ſtianis moribus ſatis abhorret, † culpan-
turque meritò Galli,ac Poeni,qui ſe nul
la iuſiurandi religione moueri, quòmi-
nùs fallere poſsint, dicebant, vt refert
Alexand.ab Alexand.*lib.5.Genialium c.
10.ad finem*, vbi idem de Theſſalis, &
Parthis,quod de modernis Gallis D. à
Montanea in *ſuis eſſatijs* confirmat, nec
minus qui pro iuribus Regni Gallici mo
dernè, ſcripſit, probans non paces, non
cõtractus ſæpiùs repetitos obſtare, quin
renuntiata, & ceſſa etiam ob bonum
pacis iterum armis repeti poſsint.

Meritò ideo quicumque de amicitijs
minime violãdis in hac immunitatis ma
teria loquuntur,generali locutione om-
nes,& ab initio,& reconciliatos amicos
(duos hos Auctores ſi excipias) conclu-
dunt,immo & expreſsè eum, qui fidem
† de non offendendo dedit, vel cautio- 20
nem, proditorem dicunt, atque omnes
qui contra datam fidem id ãgãt, Decian.
lib.7.cap.29.num.23.plures inter Con-
ſilia Farinacij *tom.2 conſ.169.ex num.
74.ad finem*,ſequitur Peregrin.*de immu-
nitate cap.7 num.10.& 11*. probans ex
Siluestro, Angelo, Decio, Armilla, &
Gigante,hunc propriè proditorem eſſe
alios citat Giurba *conſ.60*.& probat D.
Barboſ.*tom.2.de vniu.iure Eccleſ.capit.23.
num 93*.excipiens eũ,qui in rixa aliquẽ
amici tuẽdi gratia occiderit,quod mihi
veriſsimũ videtur:quòd ſi ita eſt, fateri
oportet,nullum inter nos cautionẽ præ-
ſtare momẽtum,æquoue iure perfidum,
ac proditorem eſſe eum,qui præuia cau-
tione,ac illum,qui ſola fide reconcilia-
tum amicum tutum reddit, ſi eũ offen-
dat; † nam cùm quandoque cautio fra- 21
gilis ſit, *l.qui ita 66. D.ad Senat.Conſult.
Trebelliam*.fides tamen ſemper firma ma-
nere debet *l.1.D.de pactis*.

QVÆSTIO XXXVI.

EPITOME.

1 *Homicidium cum veneno immunitate ex-
cluſum*, & num.11.
2 *Pontificem ſuper homicidio cum veneno
conſulendum eſſe Diana aſſerit.*
3 *Occidens incautum idem eſt, veneno, an ferro
occidat.*
4 *Cæde permiſſa, modus occidendi non refert.*
5 *Communis conſenſus ne vel hoſtes veneno
necarentur, induxit ſub infamiæ pœna.*
6 *Victoria fallacijs, & fraude quæſita gloriam
non parit.*
7 *Romani Pyrrhum admonuere, potuiſſe illi
vitam veneno adimi.*
8 *Fidelibus veneno uti vel in bello illici-
tum.*

9 *Belli*

9 *Belli artes egregiæ post ignea tormenta cessauere.*
10 *Tormenta ignea proditoria, & semper vetita in pacato solo.*
11 *Veneno occidentem immunitate carere omnes affirmant.*
12 *Veneni periculum hodie maximum, ac ineuitabile pœna atrocitate frenandum.*

Vtrùm si quis veneno occideret aliquem, gauderet immunitate?

NEgatiuè docere Doctores omnes
1 Diana fatetur, † sed nec negare po
terat *resolut.* 36. ipse tamen vni Farina-
cio adhærere, eiquè se, cæteris omissis
subscribere non dubitat: licèt ne vnum
quidem pro comprobatione verbulum
2 expendat, sed nec † ipse Farinacius de-
testādam huiusmodi opinionem firma-
re omnino ausus est, sed tutius esse San-
ctissimum consulere, Episcopos admo-
net, quasi in re dubia, nè per hoc princi-
pali instituto cedere videretur, quòd per
hane *Bullam* casus cæteri non expressi
correcti remanserint.

Ita sanè illam existimare debuerat,
qui inter Christi fideles inimici incauti,
per insidias necem, immunitate dignam
pronunciauerat; nam quid interest, ve-
neno ne, an ferro inimicum interimat,
3 qui illi nihil tale caüenti, † quouis in-
strumento vitam adimit? dixit autem
hoc Farinacius, opinionem pristinam
pertinaciter tuendo, quæ ex communi
hac sententia mirum in modum euel-
lebatur, vt animaduersum est *quæst.* 5.
vers. Quarto demum. In idem fortè inci-
dit Diana; nam & ipse alteri opinioni
adhæsit.

Mihi verò licèt hæc sententia ex præ-
missis hic, ibique rationibus maximè
probetur: ac habere pro ea omniū Scri-
ptorum consensum summè gaudeam;
citra tamen huiusmodi suppositionem
eius veritas curanda est, ex veneno ini-
mico cædem citra proditionem inferri
(etsi ferro permitteretur) non posse; nam
licèt naturæ iure inspecto, vbi inimicos
vita priuare ius, fasquè sit, hoc ferro, aut
veneno perfici nequaquam interfit, cæ-
de enim permissa † modus non refert, 4
vt ex *Vegetio* probat Bald. *cons.* 188. *lib.*
2. attamē Gentium iure apud moratio-
res, ac inefferatos populos, communi
quadam † consensione inductum vide- 5
tur, ne hostes veneno necarentur, cui cō-
uētioni infamiæ periculum, custodis vi-
ce additum est, vt qui secus agerent, vi-
ctoriam, licèt quæsiuissent, † non iure 6
belli, sed per fallacias, malasquè artes as-
secuti dicerentur. Valerius Maximus de
Annibale huc alludit. *Bellum aduersùs P.
R. & Italiam professus aduersùs ipsam fidem
acrius gessit, mendacijs, & fallacia, quasi præ-
claris artibus gaudens, quò euenit, vt alioqui
insignem sui memoriam relicturus in dubio,
maior ne vir, an peior haberi deberet poneret.*
Dixerat autem ipse idem *lib.* 5. *cap.* 5. ar-
mis bella, non venenis geri. Perseum ve-
rò veneno inimicos impetentem clan-
destinis vsum sceleribus notat *lib.* 4. me-
moraturquè Romanos Consules Pyr-
rhum (alioqui hostem infensissimum) † 7
epistola admonuisse, sibi vitam veneno
adimere (id si liceret) potuisse, commu-
nisquè exempli habitum interfuisse, ne
quid tale admitteretur, quorum epistola
legitur apud Gellium *lib.* 3. *cap.* 8. exem-
pliquè meminit Tacitus *ann.* 3. dum si-
mile Tiberij factum extollit, cuius ver-
ba præcitato à nobis loco relata sunt,
confert & his generale Salisberiensis
pronuntiatum *lib.* 8. *cap.* 20. & 21. qui
† fideles ad id maximè teneri dicit, dum 8
infidelibus nec licuisse asserit. *Nec vene-
ni, inquit ipse (licèt videam ab infidelibus ali-
quando vsurpatam) vllo vnquam iure mauls-
sam lego licentiam.*

Id autem non solùm ex faciliori vitæ
præcipuè Principum virorum periculo
inductum arbitror, verùm quoquè, ne
huiusmodi ex artibus strenua virorum
fortium virtus per virus hæc eneruare-
tur, sicut dicunt cessasse virtutem, belli-
què † egregias artes tormentis igneis in 9
vsum deductis, cùm per illa strenuus, vi-
lisque iuxta cadant, id tantùm virtutis
dis-

discernatur, quòd quis periculum spernat, certæque, licèt fine nomine morti se exponat, quæ forsan temeritas, nō for
10 titudo est, quo fit, proditoria † tormenta hæc ab omnibus haberi, non nisi communi iam, & reccepro inter bella, ac prælia vsu excusata, in pacatis locis nunquam permissa, vt relata *quæst.* 5. dictum fuit, & ad *leges Siciliæ Martini fol.* 435. *num.* 4. *controu.* 5. nam fortium, & generosorū virorum est, ita ad vltionem accedere, vt qui armis petēdi sint, liberam sui tuen di copiam obtineant.

Cum ergo veneno grassari communi gentium moratiorum vsu; præcipuè fidelium, etiam in hostes publicos improbatum sit, atque ob id solum, quòd mos iste societati humanæ seruandæ summè conducat, proditionem, ac tacitè fidei violationem, infamiamque continere di catur, sequitur maiori cum ratione, immunitate, qui id agunt priuandos fore,
11 atque ita † ex Baldo in *l. nemo, col.* 3. *C. de Summ. Trinit.* Anania, & Felin. *in cap.* 1. *de homicidio*, docet Couarru. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 9. *vers. Tandem: variar. resolut.* quò loco ex Septuaginta interpretibus ad *cap.* 21. *Exodi* cōtra Bartholum probat, omnes, qui, ex industria inimicum aggrediuntur, proditores esse, eiusque opinionē per Hispaniam legem abolitam affirmat Azeued. quoque ad *l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 1. *tit.* 6. Decian. item *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 19. *tom.* 2. Farinac. post multos *quæst.* 28. *n.* 24. *in fine, & quæst.* 18. *num.* 74. Germon *de sacr. immunit. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 63. Suarez *de Statu Religion. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 12. *in fine*, Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *consf. vnic. de immunit. Ecclesf. num.* 16. Bobadill. *in Politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 75. & post Gregorij Bullam, Homob. *de exam. Ecclesiæ part.* 2. *tract.* 11. *cap.* 5. *quæst.* 5. *resolut.* 4. Ioan. de la Cruz *in direct. consc. p.* 1. *præcep.* 8. *quæst.* 3. *art.* 2. *dub.* 1. *conclus.* 1. Megala *part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. *quæst.* 3. *num.* 18. Italia *de immunitat. lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 4. *num.* 36. Peregrin. *eodem tractat. cap.* 7. *num.* 6. Gambacurta *de immunit. lib.* 5. *cap.* 28. *in princip.* Villadieg. *in Politic. c.* 3. *num.* 28. cui doctrinæ & duplex Eminentissimorum Cardinalium declaratio accedit, à Domino meo Barbosa, ac à Nouarro in suis ad Bullas summarijs collectis, qui nullam Pontificis in hoc crimine excipiendo consultationem exigunt, quoniā vt tale est, siue proditorium, siue insidiosum, immunitate carere debet, sicut cōmunis omnium locorum vsus constanter admisit, † omnino periculosis hisce 12
temporibus constantissimè retinendus, quibus insensibilis, ac palliati veneficij auctores, tanquam ab inferis prodicrūt, edocti virus ita condere, ne per multos dies agnosci possit, nec morte secuta diiudicari, medicis ipsis se fallentibus, quò impunè in amicos, inimicosque grassari nequissimi homines possint. In quorum auctricem, & quæ huiusmodi infame commercium Panormi induxerat, Epiphaniam dictam, me in Senatu Siculo sententiam ferente, veteri more, animad uersum fuit, præcipito ex saxo deiecta, vt exemplo cæteri terrerentur. Nam mirum dictu, filium parentibus, matrem filijs, vxorem viro, ac è conuerso fratrem fratri necem intulisse compertum est, innumeros post hæc adducit D. Barbosa me etiam citato *tom.* 2. *de vniu. iuri. Ecclesf. cap.* 3. *n.* 94. *in vltima editione.*

QVÆSTIO XXXVII.

EPITOME.

1 *Cardinalium domibus an immunitas debeatur?*

2 *. . . si eorū Ecclesiæ Tituli coniunctæ sint, immunitas debetur, ac censuris defendi posset.*

3 *Cardinales Episcoporum indultis, & fauoribus gaudent.*

4 *Pontifex Summ. Cardinales sibi comparat, ac fratres appellat.*

5 *Immunitas ciuilis Cardinalium domibus debetur, ac Legatorum.*

6 *Arma pro immunitate tuenda ab Ecclesiasticis an sumi debeant?*

An Palatia Eminentissimorum Cardinalium gaudeant immunitate?

1 GAudere Diana (si de extra vrbē Romam † existentibus quæstio sit) absolutè putat *resol.* 37. negat Duardus *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *c.n.* 15. *q.* 16. *n.* 12. nec vllibi post Gregorij, & Sixti Constitutiones id seruari debere putat, nullis per horum quenquam distinctionibus adhibitis; accedit Gambacurta *lib.* 4. *c.* 5.

Nos verò, qui non Auctorum, sed rationum pondere controuersias agimus, vtrosque ex indefinita locutione defecisse existimamus, ideóque distinguen-
2 dum fuisse cōtendimus, † quod de Episcoporum Palatijs diximus supra *q.* 27. ad hoc vt immunitas, tanquam sacris Canonibus indulta censuris vindicari possit, cum (vt sæpiùs ostensum est) nisi expressum Ecclesiæ præceptum præcedat, vt in eorum obedictiam peccet, qui immunitatē denegauerit, censuris id defendi minimè poterit; quoniam Doctorum interpretationes ad id satis nō sunt, vt supra *quæst.* 32. *num.* 36. & infra *quæst.* 41. *ad finem*.

Dicendum ergo est, quòd Cardinalium domibus nihilominùs, quàm Episcoporū, immunitas, etiam in Vrbe debeatur, si modò illæ Ecclesijs suorū Titulorum pariformiter adhæreant, sicut opus in illis esse diximus dict. *q.* 27. itē, & vbi iuxta Ecclesiam suæ Dignitatis ratione mouentur; sunt enim & ipsi in fa-
3 uoribus, † ac gratijs Episcopis comparati, DD. *in cap. fœlicis ad finalia verba de pœnis*, vbi Ciuitati amissio Episcopalis Sedis, ob Cardinalis offensam indicitur, multa quoque & ipse Diana congeminat in *tractat. de Cardinalium priuilegijs*, post *Iacobatium*, cæterosque Scriptores. Nam & Summus Pontifex in dict. *cap. fœlicis*,
4 sibi quoque illos comparat, † vt adnotat & benè Gambacurta *de immunit. lib.* 5. *c.* 40. *n.* 5. *post medium*, & me citato, hanc amplectitur D. Barb. *de vniu. iure Eccles. tom.* 2. *c.* 3. *n.* 71. in postrema editione.

Quo tantum casu immunitatem hanc censuris defendi posse affirmo, cùm duobus ex iure communi collatis locis, ipsis æquè, ac Episcopis debeatur. At si domus vbique gentium ab Ecclesia seiuncta sit, defendi hanc censuris immunitatem, quæ iure Canonum non constat, nemo, qui sapiat, dicet, nisi Doctoribus tantum tribuat, vt suis traditionibus animas censuris illaqueare eos posse, existimet, quod infra *q.* 41. in fine impugnabitur.

Debetur ergo, seruandaque hæc immunitas † erit, sicut & Legatorum domibus apud Imperatorem; & Reges seruatur, 5
vt Gambacurta refert dict. *lib.* 4. *c.* 5. licèt ipse (vt præmisimus) ex iure Canonū Cardinalium domui competere doceat, etsi id nullibi, nisi dignitatis cum Pontificibus comparatione probet. Eritque hæc ciuilis immunitas inuiolabiliter seruanda, quam quandoquè etiam armis defendi vidimus, † quod tamen Ecclesia- 6
stici ordinis viris non conuenire existimo; moneo tamen Lectores, Diui Ambrosij locum in hoc adeundum fore *lib.* 1. *epist. in oratione contra Auxentium*, & alibi, quibus locis testatur, se populi Mediolanensis arma in suæ Ecclesiæ defensam prompta repressisse, vt in *epistol.* 33. *ad Marcellinam sororem in capit.* 21. *conuenior* 23. *q.* 8. cum quàmplurimis à me adductis *lib.* 2. *quæst.* 10.

QVÆSTIO XXXVIII.

EPITOME.

1 *Probatio plena ad exclusionem immunitatis an requiratur?*

2 *Suspectus vehementer de hæresi an ab Ecclesia eyciendus sit?*

3 *Determinatio vna plura determinabilia respiciens illa æquè determinat.*

4 *Inquisitionis Tribunal quoquo modo de hæresi suspectos ex Ecclesia extrahit.*

5 *Hæresis error in intellectu consistit, inde per confessionem probari debet.*

6 *Indicia probationis vicem in remissionis materia habent.*

7 . . . *quæ sufficiunt ad tormenta, satis sunt ad remissionem rei, vt torqueatur.*

8 . . . *nisi sufficerent, frustra excepti fuissent casus in Constitutione, & Canonibus.*

An

An qui vehementer suspectus est de hæresi, gaudeat immunitate?

GAmbacurta (vir alioqui verborum sonitui vt cæteri ferè Morales, non ita addictus, ne se de scripta semel sententia retractaret, qua docuerat, plenã probationem delicti (vt quis ab immunitate
1 † excludatur) interuenire debere, nõ obstante quòd omnium delictorum exceptorum probatio in *Bulla* vnica determinatione claudatur, dicitur enim *clausula* 9. tradi non debere, *nisi cognito priùs per Episcopum, seu ab eo deputatum: an ipsi verè crimina superiùs expressa commiserint.*) In præsenti specie tenuit, hæresis reum nequaquam dici eum, † qui siue de leui, siue de vehemẽti suspectus sit, quoad hoc, vt ab Ecclesia extrahi possit, quinimo nisi verè, & propriè hæreticus inueniatur immunitate gaudere debeat: ita ipse *lib.* 5. *cap.* 38 *num.* 4. Aut enim de omnibus exceptis delictis suspicionem satis esse, ne gaudeant, profitendum est, aut quòd si plena probatio requiratur, nec de hæresi suspectus ab ea extrahi possit; nam aiũt nostri † vnam determinationẽ plura determinabilia respiciẽtem, illa æquè determinare, *l. nã hoc iure D. de vu'g. & pupill. l. in testamento, C. de testam. inutilis*, nec dispositio vnica debet diuerso iure censeri ex vulgatis iuris axiomatibus.
2
3

At Peregrinus de *immunit. cap.* 8. *n.* 8. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. §. 6. *nu.* 59. *& n.* 149. Ambrosi. *cap.* 8. *n.* 10. Farinac. qui de inconcussa praxi testatur de *immunit. c.* 13. *num.* 175. & Diana horum omnium sequax *resol.* 38 oppositum docuere, quòd immo per sanctissimum fidei Inquisitionis Tribunal † indistinctè omnes ab Ecclesia rapi possint, qui quoquomodo de heresi suspecti sint, vel etiam hæreticales blasphemi. Aiunt, quia hæresis in intellectus errore † cõsistit, nec nisi suspecti ex ore, veritas eius intentionis haberi potest, bono ergo publico ab Ecclesia extrahi debent, vt malis opinionibus expurgentur.
4
5

Sed rationes istæ, si methodicè respõdendum esset, nullatenus cõcludunt, nec *Bullæ* verba pacto aliquo illas admittũt, nisi in quacunque delicti excepti probatione † indicia satis esse dicas, vt Episcopus ad reorum relaxationem accedat, quod verius est, vt probauimus in nostris Politicis ad leges Siculas Martini Regis *controuers.* 5. *&* 7. *fol.* 432. vbi summi in hoc Põtificis declarationem retulimus, illa maximè, quæ ad tormenta, † & quæstionem de reo habendam satis sunt; ne nedum ergo est, quoquo modo de errore, circa fidem suspectos (vt resipiscant abiurentque, ac in bonam mentem redeant) ab Inquisitoribus extrahi posse; nõ tamen ex rationibus à Farinacio adductis, sed quia Summus Pontifex indicia de vnoquoque delicto sufficere intellexit, vt verè admissa Episcopi putarẽt. † aliàs ex omnibus illis exceptis, cũ difficilis probationis sint, nullus vnquam reus puniretur, vt latè tractãdum erit ad *resolut.* 38. *tract.* 1. *de immun. Eccles. part.* 3. *in nostra quæst.* 38 *lib.* 3. ne idem bis repetamus, quod & in praxi vbique receptum est, boni publici ratione, inductis pluribus Pontificijs respõsis, vbi indicia vrgentia pro probatione, quoad fori exclusionem, habentur, cum vt sæpiùs *hoc libro* repetitum est, id, quod ad fori amissionem cõtra clericum sufficit, illud idẽ ad Ecclesiæ refugium negandum satis existimetur, vt latè fundatum est infra *lib.* 2. *q.* 24. *& supra q.* 20. *n.* 11.
6
7
8

QVÆSTIO XXXIX.

EPITOME.

1 *Blasphemus in Deum immunitate Ecclesiæ non gaudet.*
2 *Tẽpla, vbi Deus colitur, offendens si immunitatis expers sit, quãtò magis ipsum Deũ?*
3 *Hæreticalis blasphemia vti grauior ab aliquibus solùm immunitate exclusa.*
4 *Inquisitionis praxis illa est, vt blasphemus quicunque ab Ecclesia extrahatur.*
5 *Dei nomen, ne blasphemetur, omnino curandum est.*
6 *Blasphemia quot modis, & per quæ dicatur admissa.*
7 *Lubricum linguæ ad pœnam facilè non trahendum.*
8 *Opinio obligat hæreticum ad pœnam.*

De aliquibus Ioannis Sancij opinionibus, circa immunitatem Ecclesiarũ?

Mihi, cùm idem, atque Diana ordo in hac scriptione seruãdus sit, illa quoque, quæ ipse prætermittere noluit, cum potuerit, excusari minimè possunt; nam cũ pleraquè de quinque Ioannis Sancij opinionibus, suis locis, vnicuiquè sua resolutione adiecta, retulisset, in hac quodam quasi compendio illas refellere voluit. Primam ergo opinionẽ, blasphemũ
1 † non gaudere immunitate, multis ante hac argumentis amplexus fuit Boer. *decis.* 110. multosquè alios adduxit Decianus *tom.* 2. *c.* 26. *n.* 6. quorum illud præcipuum, & insolubile est, quod à fortiori ducitur, nã si ob iniuriam factam materiali Ecclesiæ, homicidiũ nempe, vel mutilationẽ, quis immunitate priuatur, debeturquè ille templo honos, quia ibi
2 Deus colitur, † quantò magis, vbi Deo ipsi iniuria, quantũ ad blasphemantẽ attinet, infertur? id ipsum patet ex duabus legibus, Canonica in *c. fin. de immunit. Eccles.* & ciuili in *Authẽtica multò magis, C. de Sacros. Eccles.* hancque opinionem tenuit Remigius *de immunit. fall.* 24. Baiard. ad Clar. *q.* 30. *n.* 15. Card. Thusc. *verbo Ecclesia concl.* 11 *n.* 51. Prosp. Far. *q.* 28. *n.* 67. qui fundatissimas Boerij rationes, post visam *Bullam* amplexus est, & licèt in *tract. de immun. c.* 13. *n.* 174. referat in oppositum Ambrosinum post Nauar. *de immun. & lib. Eccles. c.* 8. *ex n.* 10. limitan-
3 tẽ † in blasphemia hæreticali, quasi hæc sub exceptione hæresis contineatur, cui rationi applaudit Gambacurta *lib.* 4. *c.* 9. tamẽ ipse expertus Sancti Officij pra-
4 xim, ait, † non solùm per blasphemiam hæreticalem, sed per minimam hæresis suspicionem Tribunal illud sacratissimũ solere confugas ab Ecclesijs auellere, vt quo animo, quaue intẽtione blasphemauerint, inquirat, quò grauius, vel leuius scelus admissum agnoscat, vt iuxta delicti mensuram animaduertere possit.

Quod in his Hispaniarũ Regnis, vbi Hispanica Inquisitio viget (Deoque dãte vigebit) expeditissimum est, Ecclesiarumque decori conueniẽtissimum, cum hæc omnia priuatiuè ad Tribunal fidei spectent, illos sic in Deũ peccantes Ecclesiasticis immissis ministris ab Ecclesijs extrahere, ac ad se, vt paternis monitis, ac correctionibus à contumelijs in Deum abstinere edoceantur, transferre; nam si id maximè Apostoli curauerunt,
† ne etiam inter Gentes sacratissimum eius nomẽ blasphemaretur, quãtò magis ne inter fideles id fiat, omni studio curãdũ est? ex Apostolo ad *Timoth.* 1. *cap. vlt.* 5

Quod apertissimè patet ex D. Thom. doctrina in 2. 2. *q.* 13. *art.* 1. per *Gambacurtam* ex loco præmisso expens. in *n.* 8. nam dum, ita *blasphemiã*, describit, *per id à*
† *ex sua intrinseca ratione diuinæ bonitati derogari, vel negando in ea eorum aliquid, quæ ei conueniunt, vel quæ ei non conueniunt, tribuẽdo*, id autem vtrumque posse duobus modis accidere: *Vno modo solum secundum quandam quãdam intellectus opinionem, alio, cum quadam prauitate affectus, detestando in Deo esse illam bonitatem, quam illi per blasphemiã negant, seu complacendo esse in Deo illum imperfectionem, quam per eandem illi tribuunt*; clarè demonstrat, qualitatem, quæ formalem hæreticum, & materialem à simplici blasphemo distinguit, in sola proferentis mente consistere, quę ab Inquisitoribus penetranda est, atque probatis medijs rimanda, adfuerit ne obstinatio animi, & prauus affectus, an vana tãtùm opinio, errorque ex lubrico linguę prolatus? † qui ad pœnam facilè trahendus non est, vt dixit in simili Consultus in *l. Diuus ad leg. Iul. Maiestatis*, benè ad hæc Seneca 7. *de benef. cap.* 7. *Punitur, quia tãquam Deo fecit*; † *opinio illi sua obligat pœnæ*, cæteras autem Ioannis Sancij probabiles opiniones, cùm locis suis confutatæ sint, vel defensæ, promodò omittendas fore duxi, addendi tantum allati per D. Barbos. *de vniu. iure Eccles. tom.* 2. *c.* 6. *n.* 105. præcipuè Trullenc. & Castro Palao, & melius idem Barb. *ex n.* 120. *vers. Nihilominus vsque ad n.* 135. vbi me sequitur in blasphemo hæreticali. 6 7 8

QVÆ-

QVÆSTIO XL.

EPITOME.

1 *Remiges aufugientes an immunitate gaudeant?*
2 *Canones in immunitatis materia magna ex parte leges secuti sunt.*
3 *Leges Ciuiles de immunitate disponentes, vbi correcta non fuerint, vel vsu contrario improbatæ, sequendæ sunt.*
4 *Canones in materia immunitatis partis interesse respiciunt.*
5 *Sententias latas citra mortem, & membra non irritant, sed à confuga seruari volunt.*
6 *Seruus pœnæ illam seruare tenetur, nec Fiscum fraudare potest.*
7 *Delinquens ipse se pœnæ, quasi ex contractu addicit.*
8 *Condemnati serui fiunt pœnæ.*
9 *Serui pœnæ, si aufugiant, dato sacramento de pœna non augenda, restitui Dominis debent.*
10 *Remiges pro delicto excepto damnati sine dubio, si aufugiant, restituendi sunt.*
11 *Lex generaliter locuta secundùm subiectam materiam intelligenda est.*
13 *Labor remigum pro pœna est, diciturque opus, siue seruitium.*
14 *Fiscus vti offensus pœnam, & opus exigit.*
15 *Generalis locutio in tertij præiudicium restringitur.*
16 *Remiges, si ob fugam maiorem pœnam incurrant, hæc remittenda est.*
17 *.... ex conductione mercede obligati immunitate non gaudent, nisi tempus expletum sit.*

An damnatus ad triremes in vita, vel ad tempus, si confugiat ad Ecclesiã gaudeat eius immunitate?

NVllis gustatis sententiæ rationibus, nec ex suo additis argumentis, Giurba tantum in *cons.* 30.*n.*21. relato, putat
1 Diana *resol.*4. remigem aufugiẽtem † immunitate frui, nihil refragante Villad. *c.* 3.*n.*215. quodquè quoad eum mirũ est Marta *de iurisdictione part.*2.*c.*51.*n.*17.

At si Canonũ verba, sensumque spectare velimus, & sequi, posterior sentẽtia solo Auctorum nomine munitur. Verũ enim verò, cũ sacri Canones in hac immunitate † concedẽda Imperiales leges secuti sint, illasquè paucis tantum exceptis, probauerint. vt in *Can.*34. *id constitutmus* 17.*q.*4. vbi in hac materia dicitur: *Id constituimus obseruandum, quod Ecclesiastici Canones decreuerit, & lex humana cõstituit, vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere, sint securi.* & in *cap. inter alia de immunitate Ecclesiarum*, Pontifex à Rege interrogatus fatetur. *Tuis quæstionibus respondentes, iuxta sacrorum statuta Canonum, & traditiones legum Ciuilium, ita duximus distinguendum, quod fugiens ad Ecclesiam, aut liber est, aut seruus existit, &c.*

Legum ex his verbis canonizationẽ, vt aiunt, Scribentes, omnes colligunt, vt .
3 eis omnino † (vbi nihil expresse, per Canones statutũ fuerit, vel vetusto vsu improbatum) stari debeat, ita pluries supra ex Peregr. *de immunit. c.*12.*n.*10. *seu* 4. *vers. Et probatur ex textu fol.*155. Gambacurta *eodem tractatu lib.* 3 *cap.*17 *num.* 13. vbi quòd Summi Pontifices latissimam, ab Imperatoribus concessam Ecclesiæ immunitatem partim probauere, partim coarctauere, ne in aliquibus casibus proficiat, Principes ad pristinum ius restituendo, omnesquè alij Scribentes.

Iterum Canones ipsi immunitatem in non exceptis delictis, nõ omnino impartiti sunt, sed reos impunitate vitæ, ac mẽbrorũ imperrata, tradi voluere, partiquè 4
cui † rei fuerant, satisfieri, vt in dict. *Can. id constituimus, & cap. inter alia*, alijsque locis supra *q.*12. probatum extat, vbi de reo ad triremes damnando actum est, vel in remotas partes remittendo.

Sequitur ideo, Canones nec omnimodam animaduersionem tollere, nec latas iam citra mortem, † & mẽbra sen- 5
tentias irritare, vt ex Canonũ intentione probat Marta *loco relato n.*18. inflicta enim, vel ciuili iure seruiendi pœna, vt

inde portatis ad triremes accidet, illam
6 quisque vt seruus ferre debet, † nec eũ, cui illã debet, fraudare poterit, vt probatur in dict. *cap. cum olim*. Apertiùs in *c. metuentes, can. id constituimus, can. si quis seruum 17. quæst. 4.* summèquè facit Apostoli doctrina *ad Timoth. 1. cap. vlt.*

Dixi, Gentium, vel ciuili iure, vt seruos captiuos ab hostibus, & pœnæ seruos distinguerem, cùm priores per belli ius, secundi per iudicis sententiam, propriumquè contractum seruire cogãtur;
7 nam is, qui deliquit † iudicis sententiæ, pœnæquè seruire dicitur, vt probatur in *l. Imperatores, D. de iure fisci*, ibi: *Ipse te huic pœnæ subdidisti, l. vlt. C. ad l. Iul. Maiestat.* dixitque Michael Ephesius *ad quartum Nicomachiorum Aristotelis*, esse in delictis datum, & acceptum, in quibus consistit natura contractuum; *nam qui res, aut aliud furatus est, vel aliud admisit, pro admisso dat pœnas*, cum alijs per me traditis in glossis *ad concordata gloss. 39. fol. 105. in C. meliùs in cap. ipse 58 causa 11. quæst. 3.*

Inde dicimus, homines pœnæ ad-
8 dictos † seruos pœnæ esse, *l. res capitalis 21. aut damnum 8. D. de pœnis*, hos autem, si se seruitio subtraxerint, iureinrando à Domino de noua pœna profu-
9 gæ non infligenda † præstito, restitui debere præcipitur in *l. præsenti 6. §. Sanè, C. de his qui ad Ecclesiam conf.* ibi: *Si seruus, aut colonus, vel adscriptitius, familiaris, siue libertus, & huiusmodi aliqua persona domestica, vel conditioni subdita, conquassatis rebus certis, atque subtractis, aut se ipsum furatus ad sacra se loca contulerit, statim à religiosis Oeconomis, siue defensoribus, &c. pro Ecclesiastica disciplina, & qualitate commissi, aut vltione competenti, aut intercessione humanissima præcedente remissione veniæ, & Sacramenti interuentione securi ad locum, statumque proprium reuertantur*, reddita statim ratione, *ne patronis seu Dominis, per ipsorum absentiam obsequia ista denegentur.*

Quòd si, vt diximus, Sacri Canones Imperiales leges in hoc approbant, si Canones nihil de huiusmodi cõstituunt; damnati hi ad seruitia per sententiam indicta redire cogendi sunt, cùm verò & *Bulla* nihil noui de his constituat, secundùm iuris Canonici de personis distinctionem, rectius interpretanda erit, vt sæpius repetitum est, expressisquè legibus probatum.

Hoc vero apertiùs & in eo procedit, qui ob aliquod ex exceptis delictum ad triremes † damnatus sit; nam cum ante 10
sententiam extrahi debuerit, multò magis damnatus iam à confugio excludi debet, ob duplex vinculum delicti, ac sententiæ, ita in simili de aufugiente à carcere distinguit Gambacurta *lib. 4. c. 19. num. 20.* quod distinguere omnino omisit Diana.

Non obstat modò Giurbæ fundamẽtum, quòd Ecclesiæ refugium non tantum à pœna imponenda reum eximit, sed ab imposita, ductus forsan à verbis dicti *cap. id constituimus*, ibi: *Et ab omni pœnarum genere sint securi.*; nam licèt hæc verborum generalitas, si absolutè loqueretur, vtrumque comprehendere posset.
Attamen quia † Canon ad eos refertur, 11
qui ob delicta confugerunt, pœnamque infligendam timent, non potest ad iam damnatos referri. Patet ex eo, quòd additur, *vt parti læsæ satisfiat*, denotat enim hoc sententiam latam non esse; vbi autem ex peculiari ratione sermo generalis ad certum casum restringitur, generalitas non nocet, *l. cum pater 77. §. Dulcissimis, D. de legat. 2.* cum similibus. Item secundò, seruitium illud, quod à remigibus præstatur, † licèt corporalis labor 13
sit ad pœnam datus, non pœna, sed pro pœna est, post tamen condemnationem laboris, operisquè præstatio est, ita eam vocat Diodorus Siculus *lib. 1.* vbi de Sabaconis Ægyptij Regis clementia *capitales pœnas in opus commutantis*, quòd quidẽ parti læsæ, Fisco quoque, qui Reipublicæ offensam † vindicat, etiam per 14
confugam debetur, *Can. de raptoribus 36. quæst. 1.* cum Glossa in *can. reum verbo, vel ad mortem 17. quæst. 4.* & licèt corpus affligatur, attamen labor est mercede conductorũ, quodque à multis sponte

te ob stipendium subitur, vt adnotat ad rem Gambacurta *lib.4.cap.34.ex num. 4.* quò fit, ne hæc pœna, sed seruitium potius dici debeat, in pœnam datum, iuxta expressum textū in *l.moris 9. §.Sunt autem & aliæ pœnæ, D.de pœnis.* Quæ cùm debeat Domino, nempe Regi, ac Principi præstari, cuius, & Reipublicæ interest delicta puniri, triremes ad pyratas, ac Turcas depellendos habere, vtiquè apertum eis præiudicium fieret, si sic dam-
15 natus seruitio detraheretur, quo † casu generalis locutio, nisi in specie casus decisus fuerit, casum hunc non comprehendit, vt probat Crauetta *cons.34.n.8.*

Nam si quis reus alicui est, cogitur se cum parte componere, eique seruitium exhibere, neque per confugium hoc ab initio vitare poterit, fortius post condemnationem (si se subtrahere velit) se eximere non poterit. Omnino autem in his casibus Martæ moderationem amplector, ne hic remex ad aliam ob fugā
16 † pœnam damnetur, licèt ad remigandum perseuerare ad prius tempus cogetur; nam hæc remissio nouæ pœnæ antequā tradatur, ab Episcopo, vel Ecclesiæ Præposito obtinenda est; ita ipse *ibidem num. 19.* fuisseque decisum in Lusitano Senatu, Gamma *decis.362.* testatur.

Ex hoc quoque patet, quàm à ratione abhorreat id, quòd de remige, qui nō
17 ex sententia, sed ex † locatione, & conductione illi operi addictus est, Giurba firmauit, nempe ad Ecclesiæ immunitatem admittendum, cùm huic nec pœnæ definitio, nec rei confugientis conueniat, benè tamen sub dispositione, *capit. metuentes 17.quæst.4.* vbi de famulis mētio fit, contineatur, item & dicto *§.Sanè,* quibus cauetur ad seruitia præstāda cogendos esse: nisi tamen tempore conductionis lapso ad continuationem operis cogerentur, quod licèt fieri posse alibi arbitratus fuerim, non ideo tunc, si iste ad Ecclesiam se receperit, extrahendus erit; conductionis enim tempore expleto, iam non famulus, nec adscriptitius dici potest, quando seruitus temporalis est; alios præter me adducit D. Barbos. *tom.2.de vniu. iure Eccles. cap.3.num.33.* posterioris editionis, ex quibus fit, hanc opinionem veriorem, & receptiorem esse.

QVÆSTIO XLI.

EPITOME.

1 *Absolutio censurarum pro immunitate violata, Episcoporum est.*
2 *Reseruatio casus censuræ debet expressè fieri.*
3 *Excommunicatio pro immunitate violata iuris communis est, Episcopisque demandata.*
4 *Soluere eius est, cuius & ligare*
5 *Fides primò ex articulis, & Sacramentis secundò ex traditionibus, & Pontificis claue fundatur.*
6 *Censuris contemptis, nil reliquum in Christiana disciplina.*
7 *Fideles non sunt vltra debitum onerandi.*
8 *Libertas Christiana hominum quandoque argumentis, & opinionibus, Iudæorum more supprimitur.*
9 *Censurarum absolutionis expressa reseruatio quo pacto debet fieri, & ob quid?*
10 *Censuræ vt incurrantur, expressa & verbalis Canonica dispositio requiritur.*
11 *Pœnæ nec per Iudices, nec per Auctores introduci possunt.*
12 *Excommunicatio sine expresso Canone ex sententia Auctorum declarari non potest.*
13 *Excommunicatio ex interpretatione Auctorum vitari, non incurri potest.*
14 *Opinio contra propriā conscientiam quando sequi possit.*
15 *Excommunicatio iniusta, an timenda? & quæ talis dicatur latè.*

An Iudices, vel alij cōtrauenientes huic Constitutioni, sint ab Episcopo absoluendi, vel talis excommunicatio sit Summo Pontifici reseruata?

Finem huic priori tractationi Diana impositurus aliquid Ministris Principum indulgere voluit, cùm omnia hu-

hucusque negasset, putat enim absolu-
1 tionem huiusmodi censurarum † non
Pontifici, sed Episcopis reseruari, citat
pro se communem Scribentium senten-
tiam, quam tenuere D. Barbosa *de pote-
state Episcopi part. 3. allegat. 51. casu 3. n.
72.* Genuensis *capit. 17. num. 4.* Megala
in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. Gratian.
disceptat. 414. num. 12. Rainerius *in Ca-
thalogo censurarum, cap. 9. excom. 31.* Ho-
mob. *de exam. Eccles. part. 2. tractat. 11.
cap. 12. quæst. 26. sup. 3.* Bellettus *in disq.
cler. tit. de fauore clerici reali, §. 4. num. 39.*
Maccrat. *resolut. 15. lib. 3.* Zipeus *de iure
can. lib. 3. tit. de immunitat. Eccles. num. 13.*
Bonacin. *de legib. disputat. 3. quæst. 7. § 6.
num. 8.* Riccius *in praxi part. 2. resolut.
333.* Graffius *tom. 1. lib. 3. cons. vnic. n.
31. hoc titulo,* respondet etiam Diana op-
positis Auctorum pro contraria citato-
rum argumentis, suamque pluribus fun-
dat.

Mihi verò, cùm opinio omnino arri-
deat, ratio tamen vnica, ac concludens
esse videtur, deficere contrarijs reserua-
2 tionem, † quæ debet in specie exprimi,
vt in *cap. si quis suadente 17. quæst. 4.* alijs-
que in casibus, quod in indiuiduo deci-
sum habemus in *cap. nuper de sententia ex-
communicat.* hæc enim excommunicatio
3 † nulla noua Pontificis Constitutione
inducta est, sed ab initio tributæ Eccle-
sijs immunitatis introducta legitur, vt ha
betur ex Diui Augustini *epistola ad Boni-
facium Comitem 87.* relata in capite *miror
17. quæst. 1.* immo expressè Episcopis id
munus demandatum esse videtur *ex can.
frater, & capit. ad Episcopos eadem causa, &
4 quæst.* dum † voluit eos ligare, quorum
quoque (nisi aliud impediat) & soluere
est.

At quia Farinacius in *Appendice de im-
munitate num. 314. & seq.* sibi oppositus
contrarium sustinuit ex *Pauli 2. Extra-
uaganti*, ac Clementis Octaui Decreto,
non incongruæ sunt cæteræ Dianæ solu-
tiones, quinimo eam omni ex dubio exi
mūt. Nam si ex illa Extrauaganti seque-
retur, excommunicationem ob mini-
mam Ecclesiasticæ libertatis offensam,
Summo Pontifici reseruari, cùm tot sint,
tantæquè inter vtrumque iudicem con-
tentiones, tam diuersæ Scribentium opi-
niones, tam denique Ecclesiasticorum
Scriptorum, Canonum sensu penè sub-
uerso, ampliationes, ac extensiones, nul-
lus ferè ex Christiano Orbe, quin Ro-
mam millies adire deberet, ac Summo
se Pontifici sistere, eximeretur, quod
absurdissimū, ac fidei nostræ penè euer-
sionem esset; nam cùm illa post fidem in
Deum, ac traditiones Ecclesiæ in Sum-
mi Pontificis potestate consistat, † cla- 5
uiū nēpe vi, ac legislationis, declaratio-
nisquè potentia, ligandi per censuras fa-
cultate reiecta, vel spreta, si scientes pru-
dentesquè in eisdem vinculis insordesce
rent, clauium potestas plus nimio † vilis 6
efficeretur; nam si *vetita*, inquit Tacitus
*ann. 3. impunè contempseris, neque metus vl-
tra, neque pudor est*, inde regulam consti-
tuit, *quod si velis, quod nondum vetitum est,
timeas, ne vetere.* Cauere ergo debēt Scri-
ptores, ne sub specioso Ecclesiasticæ li-
bertatis † prætextu, fidelibus Pharisæo- 7
rum more, onera imponant importabi-
lia, atque eos quodammodo ad veteris
legis iugū, ac supra humanas vires onus
cōtra Dominicum præceptum obligare
velint, vt solemniter D. Augustinus *epist.
119. cap. 19. ad Inquisitiones Ianuarij* rela-
tus in *capit. omnia 12. distinct. 12.* vbi ait,
aliquas doctrinas, & traditiones resecan
das esse, *Quāuis enim* (inquit) *neque hoc in-
ueniri possit, quomodo contra fidem sint, ip-
sam tamen Religionem, quam in paucissimis,
ac manifestissimis celebrationum sacramentis
misericordia Dei voluit † esse liberam, serui- 8
libus oneribus premunt, adeo vt tolerabilior
sit conditio Iudæorum, qui etiamsi tempus li-
bertatis non cognouerint, legalibus tamen Sa-
cramētis, non humanis præsumptionibus sub-
ijciuntur*, hæc ipse, sequitur D. Tho. *part.
2. quæst. 108 art. 4.*

Nam cùm secundum nostræ fidei re-
gulas soluendi potestas Sacerdotibus
omnibus data sit, possitque Summus
Pontifex, si sibi cōueniens videatur, suæ
Sedi

Sedi casus aliquos, vel Episcopis reseruare, quò ex animaduersionis rigore pec
9 candi † procliuitas compesceturs; vt tamen à regulari Ecclesiæ ritu excedatur, specifica, expressaquè prohibitio intercedere debet, vt in dicto *capit. nuper* 29. ibi: *Quia tamen conditor Canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alijs relaxandi de sentent. excommunicat.* licet ergo hodie arguere, reseruatio in hoc non loquitur: ergo, &c.

Ex his quoque non inutiliter meminisse oportet, excommunicationis pœ-
10 nam, † nisi vbi Canonica prohibitio verbis, vt sic dicam, rotundis expressa procedat, nullatenus incurri. Lex enim pœnalis, tamquè grauem (vt hanc præsupponimus) pœnam inferens, nunquam nisi aperta contrauentione probata, vim suam obtinet, *cap. nemo Episcoporum, can. nullus Sacerdos* 11. *quæst.* 4. inde illa apertissimis documentis probanda est, *capit. pia de except. in* 6. estque generale iuris axioma, ne pœnæ, nisi in casibus à iure expressis incurrantur, *Auth. de nō eligend.* 2. *nubentes*, §. *Sin autem*, cùm latè congestis per Macerat. *resolut.* 39 *num.* 11. *&* 32. *lib.* 3. Gironda *de priuileg. num.* 563.
11 inde pœnæ † non possunt per Scribentes, nec Iudices ex vno ad alind, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam, vel idẽtitatis rationis prætextu extendi, *capit. in pœnis de regulis iuris in* 6. *l. factum cuique* 155. §. *In pœnalibus*, *D. de regulis iuris*, Ioan. Andreas *in reg. odia de regulis iuris*, idem Gironda *num.* 54. D. Barbosa ad omnia, & post alios *verbo pœna num.* 7. *&* 9. Esto ergo, millies Doctores casum Canonis ex identitate, & similitudine ad alium prorogent, sitque hoc communiter tentum, atque defensum, si verba expressa non suffragentur,
12 nec excommunicatio incurri, † nec declarari poterit, ad tradita per Suarez *de censuris disputat.* 4. *sect.* 7. Ledesma *in* 2. *quæst.* 3. *art.* 4. Caietan. 2. 2. *quæst.* 7. *art.* 4. *ad* 2. latè post mille Gutierrez *can. q. lib.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 30. è contrario tamen ad illam excusandam communis interpretatio verbi dubij, vel æquiuoci in sensum mitiorem acceptio, atque ex alijs Canonibus dilucidatio plùs nimio iuuare poterit, cùm, vt diximus, sæpius ex grauioris cẽsuræ Auctoribus, excommunicatio per has iuris probabiles interpretationes incurri excusatur, supra *quæst.* 16. *ex n.* 6. Per quæ non esse paria probabilium opinionũ iura fateri cogimur; nam ex probabili opinione pœna
† euitabitur, sed non ex eadem incurre- 13
tur; in hoc enim distant pœnæ eiusdem negatio, atque affirmatio, vt affirmare, pœnam incurri, indiuidualem legem requirat, vitari verò nequaquam, sed quãlibet causam ad eam vitandam satis esse. Ratio est, quia in moralibus disciplinis secundùm *Aristotelis* sententiam *p.* 1. *Eth. ad Nicom.* vt plurimùm certitudo desideratur, eò quòd ex circunstantijs, etiã minimis materia variatur: forma verò latitudinem admittit, vt modò ad hoc, modò ad aliud extremum accedere possit, indequè medium ex extremis consequi difficillimum est inter id, quod licitum, & id, quod nefas existimamus, licèt enim adsit, id tamen modò huic, modò illi parti propinquiùs accedit, atque rem ambiguam efficit, in qua potest opinantis animus sibi quiescere, vel quòd pœna deficiat, vel quòd lex non loquatur, vel quòd sapientiores ita interpretati fuerint, vel quòd Reipublicæ cõsulatur, vel quòd scandala vitentur, seruato semper Ecclesiæ decore.

Faciunt tradita à Vazq. 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 6. *disput.* 62. *cap.* 4. 5. 8. *&* 9. vbi Medina *artic.* 6. *quæst. vlt.* Sairus *de Claui Regia lib.* 1. *cap.* 6. dum aiunt, posse † am- 14
plecti opinionem Doctorum virorum dimissa communi, immo & propria, quòdque non per id contra propriam conscientiam agatur, licèt sic cõtra propriam opinionem.

Inde quicumque communibus, & frequentioribus probabilioribusque opinionibus multùm tribuat, si tamen opposita rationem pro se habeat euidentẽ, vel

vel magni alicuius viri, præcipuè antiquiorum auorum sententiam, eò quòd communem relinquat, nihil sibi quoad Deum mali conscius est, Augustinus ad Casulanum *in capit. sanè ast.* 9. qui de ratione loquitur.

Et de auctoritate vltra præmissos quoad excommunicationem vitādam, idem docet Nauar. in *cap. si quis autem de pœnis dist.* 8. *ex num.* 50. *& in cap. cum contingat de rescript.* 2. *remed. n.* 30. tenuitque Gerson *in tractat. excommun.* aliique per me sparsim in hoc opere citati.

Hoc autem semper exploratum habere debemus, ex opinione qualibet Doctorum (si Canon apertè id nō definiat,

15 ac quidem ad literam) † excommunicationē non incurri, vt tenuit post D. Thomam, & Caietanum, Soto in 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 3. Gerson dict. *tract. cons.* 7. sic aiens, *alioqui Prælati possent inducere qualemcumque vellēt, super alios seruitutem*, vbi illud D. Gregorij effatum declarat in *c. sententia* 11. *quæst.* 3. vt nempe spernenda non sit, licèt timenda, vsque dum de iniustitia ex relectione Canonum pateat, quibus id non disponentibus, nō incurritur, nec curari debet ex D. Gelasio, Gregorij M. antecessore in *capit. cui.* 11. *q.* 3. *Si iniusta est sententia*, inquit, *tantò curare eam non debet, quantò apud Deum, & Ecclesiam neminem debet grauare iniqua sententia: ita ergo & ea se non absolui desideret, qua se nullatenus prospicit obligatum*. In idē est sententia Leonis Magni in *cap. manet* 24. *q.* 1. Hincmarus Remensis Arch. *epistola ad Honorium Papam*, ibi: *Si aliquis Episcopus aliquem contra legem excommunicat, sibi potestatem ligandi tollit, & nulli vitam æternam potest tollere, si sua peccata, illi eam non tollunt*, vt & in Meldensi Concilio statutum est in *cap. nemo* 11. *q.* 3. cum alijs dicta *quæst.* traditis & fertur Dominum Gertrudi virgini de quadam excōmunicatione conquerenti, sic respōdisse: *Anathema sine legitima causa impositū nihil amplius nocere, quàm si quis conaretur cultro ligneo arborem exscindere, aut illam quicquam durius, quod frangi ægrè possit*, refert Ioan. Lansp. *lib.* 3. *cap.* 16. in Geltrude, nec ipsius Gregor. Magni sententiam ex scribere omittam (vnde apertè Gersonis intelligentia eruitur) homil. 26. in Euangel. *Is autem*, ait, *qui sub manu pastoris est, ligari timeat, vel iniustè, nec pastoris sui iudicium temerè reprehendat: ne etsi iniustè ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia culpa, quæ nō erat, fiat*. Culpa ergo, quæ in minùs iusta excommunicatione timenda est, non ex ipsa, sed ex superbo, & tumido contemptu, qui ex temeraria reprehensione nascitur, cauenda est, pro cumulo D. Augustin. *serm.* 16. *de verb. Domini. Cœpisti habere fratrem tuū, tanquā Publicanum, ligas eum in terra, sed vt iustè alliges, videas, nam iniusta vincula dirumpit*, & pro coronide docet Hieron. *Dictum, quod ex scripturis non habet testimonium, eadem facilitate contemni, qua probatur supra quæst.* 16. *num.* 8.

Hæc vbi à Prælato emanent, multò magis ad traditiones Scriptorum extendenda, quæ nō tantùm iniustæ sunt, quia contra ius, ac propterea nullæ, sed ideo nullæ, quia à nullis, non habētibus, nēpe id inducēdi potestatē, qua nullitate nulla maior nullitas ex D. Tho. 2. 2. *q.* 16. *art.* 1. Nauar. in *Ench. c.* 27. *vers. Iniusta.*

Hæc satis superquè, pro veritate, & Ecclesiæ existimatione, & puritate contra Hæreticos calumniatores dicta sūto, vt pateat, siquid excessus in huiusmodi notari potest, id nō Tibi hominū Summe, Pater Santissime, neque Ecclesiæ Catholicæ Romanæ tribuendum fore, sed Scriptoribus nonnullis zelum habentibus, sed non secundùm scientiam. Vindiciæ hæ secundùm veterum Canonum integritatem, ac sanctitatem Prædecessorumquè tuorum liberas voces corruptis interpretationibus studio veritatis à me prælatæ, tuæ, Ecclesiæque correctioni humillimè submissæ, & iam nunc si aliter ex Cathedra senseris, retractatæ sunto.

Valete memores
Plausum non moror.

CON-

CONTROVERSIARVM GENERALIVM LIBER SECVNDVS DE IMMVNITATE ECCLESIASTICA.

QVÆSTIO PRIMA.

An Clerici sint iure humano, vel diuino exempti à legibus, & iurisdictione secularium?

EPITOME.

1 *Ius diuinum post legem gratiæ quod, & quotuplex sit?*
2 *Iudicialia, & ceremonia veteris testamenti post Christi passionem cessarunt.*
3 *Immunitas Sacerdotum, & Leuitarum inter iudicialia refertur.*
4 *Sacerdotes veteris legis nullo fori priuilegio fruebantur.*
5 *Lex naturalis, & supernaturalis Euangelica quæ præcepta contineat?*
6 *Ius diuinum, non scriptum ex traditionibus datur in Ecclesia Dei.*
7 *Ius Canonicum Pontificium quo titulo ius diuinum dici posset?*
8 *Ecclesiasticæ causæ diuisæ in spirituales, & profanas, quouè iure ad Ecclesiam debitè pertineant.*
9 *Christus Dominus perfectus Legislator necessaria ad salutem apertè determinauit.*
10 *Ecclesiasticorum immunitas inter exteriores actus ad rationem virtutis pertinentes numerari deberet.*
11 *Lex Christi libertatis lex est, illaquè, quæ non disposuit, an Præpositis ordinanda reliquerit?*
12 *Notabiliter quæ fieri debent, specificationem desiderant.*
13 *Exemptionem Clericorum de iure diuino esse; Pontificum responsa non conuincunt.*
14 *Episcopi antiquitus de spiritualibus negotijs in Ecclesia, de Curialibus in Curia conueniebantur.*
15 *Exemptio Clericorum si iuris diuini foret, non repugnassent Principes, nec antiquiores Episcopi tacuissent.*
16 *Clericos ante Imperiale beneficium exemptos in profanis non fuisse, cum D. Thom. & Scoto omnes Scholastici tenent.*
17 *Pontifices, Concilia, & Patres iure diuino exemptionem Clericorum constare, directè non decernunt.*
18 *Ius diuinum ab Ecclesia constituitur eo sensu, quo actus tribuitur ei, cuius ex authoritate id geritur.*
19 *Exemptionem Clericorum non esse iuris diuini primarij, defendit Couarru. isque ab impugnationibus Martu vindicatur.*
20 *David Psalm.* 104. Nolite tangere Christos meos *propriissimè ad Reges refertur*, & num. 31.
21 *Christus idem, quod vnctus.*
22 *Reges instincti Christi dicuntur.*
23 *. . . quid Rectores populorum à Domino constituti sunt, Dij dici possunt.*
24 *Magistratus Imperium cum Christo habet commune, eandem administrationem.*
25 *Sacerdotibus ad litteram non fauet locus Zachariæ,* qui tetigerit eos, *&c. sed nec loquitur de iudicijs.*

26 Tan-

26 Tangere *verbum ab Anacleto prosp petere, calumniam facere, detrahere, & lacerare, accipitur.*

27 *Subditi Prælatos, & Principes suos tolerare debent, non ad iudicium vocare.*

28 *Constantinus Deos Sacerdotes appellat, ne eorum excessus populis pateant, atque ab vllo non iudicentur.*

29 *Scripturæ verba à Pontificibus, & Patribus, relicto litterali sensu, sæpè vel mysticè explicantur, vel in vim sententiæ expenduntur.*

30 *Mysticus sensus scripturæ quando probet in fidei materia.*

31 *Præceptum illud:* Nolite tangere Christos meos, *ad æternitatem prohibitionis traditum est.*

32 *Tributum non fuisse iure à Domino nostro, nec Petro exactum, de fide tenendum est.*

33 *Filius idem, quod æquè Dominus, licèt non sit hæres institutus.*

34 *Tributa à se Princeps non exigit.*

35 *Summorũ Pontificum à tributo exemptio de fide est.*

36 *Iuri diuino conformia quonam pacto diuini iuris efficiantur?*

37 *Ius diuinum ex Glossarum, vel interpretum assertione non ritè fundari.*

38 *Definitione ignorata, quæstio perperam explicatur.*

SEcundam controuersiarum partem aggressurus (Pater Sanctissime, ac Piissime) illud in limine te supplex moneo, me quidquid de controuersæ rei, antiquo, & recenti Statu Sanctitati tuæ proposuero, non ad præsentem omnino damnandum, sed neque ad inuidiam conciliandam, vel vt omnino reformetur, referre, sed ad duo præcipuè. Primum, ne omni vestro quæstionum ab Ecclesiasticis, Ministrisquè tuis suscitatarum aduersùs filios tuos Principes, commoueatis, iratusquè sis. Secundum, vt inter diuersas, quæ proponuntur, sententias, rectiùs, ac faciliùs eligere possis, neque tibi in vnitate necessitas insit, si Ecclesiæ Statũ ad pristinos mores reuocare velis.

In hac ergo, quæ à Diana primo in loco proponitur, cum problemati:a inter Scriptores videatur, mei, nihil re; eries, nisi propositionum quarundam relationem, per quæ affirmans, vel negans opinio, non fortuitò, sed per certas, & infallibiles regulas amplecti possit.

Prima sit propositio. Ius diuinum post
legem gratiæ nullum aliud dari, præter
quod lege aliqua † naturali, vel superna- 1
turali Euangelica constitutum est, iure
scripto veteris legis, quoad iudicia, † & 2
ceremonias omnino per nouum testa-
mẽtum sublato, ex apertissima Aposto-
li sententia ad *Hebr. cap. 7.* ibi: *Translato
enim Sacerdotio, necesse est, vt & legis tran-
slatio fiat* (& post aliqua) *reprobatio quidem
fit præcedentis mandati propter infirmitatem
eius, & inutilitatem, &c.* docet D. Thom.
1. 2. quæst. 104. art. 3. iunctis, quæ tradit
2. 2. quæst. 87. artic. 1. Soto *de iustitia &
iure lib. 2. quæst. 5. art. 4.* & plerique alij.

Secunda propositio. Immunitatis Leui-
tarum, ac Sacerdotum † materiam inter 3
iudicialia connumerari, ac nihil ad præ-
sentem Ecclesiæ statum conducere, ob
rationem proximè adductam, docuit
idem D. Thom. *2. 2. quæst. 1. art. 7. ad 4.*
qui per hoc, ab eo, quod primis Ecclesiæ
nascentis temporibus seruabatur, metiẽ-
dã esse, nec veteris iuris argumenta pro-
ficere affirmat, Idem quoque *1. 2. quæst.
105. art. 2.*

Tertia propositio. In toto iure veteri nul
libi † Sacerdotes, & Leuitas in profa- 4
nis causis exemptos fuisse ab ordinarijs
iudicibus, immo eorum sustinuisse iudi-
cium, certò constare, vt aduorat Couar.
practic. quæst. cap. 31. vers. Non enim obstat,
estquè apud omnes firmum, vt nec Mar-
ta, qui Couaruuiam refellere nititur, id
aliquo legis veteris testimonio fundare
potuerit *part. 2. cap. 6. num. 2. tract. de iu-
risdict.* probaturquè ex verbis D. Ioannis
Chrisostom. *homil. 84. in Matth. vers. Ve-
niat in mentem.*

Quarta propositio. Ius naturale † ad pri- 5
ma principia, siue communes cõceptio-
nes per se notas, vel ad conclusiones,
quæ

quæ ex ipsis primis principijs immediatè deducūtur, suntque illis proximæ, atque connexæ referri, vt docet idē D. Tho. 1. 2. q. 94. art. 4. & 5. quorū nullū ad hāc exemptionem attrahi potest, vt patet ad sensum, & comprobat idem Sāctus Doctor, qui quoque in 1. 2. q. 108. art. 2. legem supernaturalem Euangelicam in naturalia, siue moralia præcepta, & in supernaturalia, quæ ad Sacramenta, & fidei articulos referuntur, diuidi air, interque Clericorum exemptio nullatenus exprimitur.

Quinta propositio. Dari in Ecclesia ius
6 diuinum non scriptum † ex traditionibus Apostolorum manans, ac in ea vniformiter susceptum, quod quidem vti scriptum esset, custodiri debeat, de quo Apostol. *ad Thessalon*. 2. *cap*. 2. *tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermones, siue per Epistolam nostram*, idque tanquam de fide tenendum esse, si modò circa ea versentur, quæ in lege noua statuta sunt, moralia nempe præcepta, & quæ ad fidem, & charitatem pertinent. Ita habemus *ex epistol. Ignatij ad Neronem, ex Dionis. Areopag. de Ecclesiast. Hierarch. cap*. 1. & *vltim*. docentque Ireneus *lib*. 3. *cap*. 2. Tertullianus *de corona militis*, Ciprian. *epistol*. 3. *lib*. 2. Basil. *de Spiritu Sancto cap*. 29. Augustin. *de fide Christiana* relatus *in cap. Catholica* 11. *distinct*. ibi: *Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio vniuersalis, &c*. Driedo *lib*. 4. *de dogmat*. Ayala *de tradition*. Castro *lib*. 1. *aduersùs hæreses cap*. 5. Canus *lib*. 3 *de locis*, Salmeron *tom*. 8. *tract*. 2. Bellarmin. *tom*. 1 *lib*. 4. *de verbo Dei non scripto cap*. 1. & 9. Torres 2. 2. *disputat*. 20, Gill. *lib*. 2. *tract*. 7. *cap*. 8. regulæ verò nonnullæ ad cognoscendas Ecclesiasticas, & Apostolicas traditiones afferuntur, quas tradit Canus *ibidem cap*. 4. Ludouic. *lib*. 5. *introduct. in Theologiam cap*. 4. Gill. & Bellarmin. locis præmissis, eleganter Barcla: *contra Sectarios fol*. 127. & *fol*. 215. *cap*. 13. & *fol*. 232. Cuius autem generis huiusmodi traditiones sint, idem Augustin. non semel declarat *in lib. ex dictis Basilij* relat. *in capit. Ecclesiasticarum dist*. 10. & *epist*. 118. *in cap. illa autem dist*. 12.

Sexta propositio. Ius Canonicum Pontificium, siue quià diuina, ac spiritualia, magna ex parte disponit, & ordinat, siue quia auctoritas de huiusmodi statuendis Summis Pōtificibus post Petrum Apostolum Euangelico iure fundatur, siue demum ex laxo loquendi modo, & per emphasim quandoque ius diuinum † appellari, dicique, dispositaque in eo iure 7
diuino consistere, non tamen vt necesse sit firmare omnino ex iure diuino constare. Patet ex Leonis epistola *ad Anastasium Thessalonicensem* 58. *cap*. 1. eiusdem altera *ad Episcopos per Africam constitutos*, cuius meminit Iuo Carnotens. 5. *part*. *capit*. 105. accedunt *caput violatores* 25. *quæst*. 1. *cap. celebritatem de consecrat. dist. in-ctio*. 3. apertiùs *in cap. de diuersis* 2. *de priuileg. in* 6. Agatho Papa *in capit. sic omnes distinct*. 19. qui *diuinas Petri leges* dixit. Nec enim ius diuinum propriè sumptum ex mera assertione etiam Pontificum constare potest, si aliunde non comprobetur; nam relatio debet habere ante se certum relatum, Barbos. *axiom*. 201. *num*. 6.

Septima propositio. Duplex dari hodie causarum Ecclesiasticarum genus, spiritualium nempe, & profanarum, priores causæ ad Sacramenta, articulos fidei, omneque interius forum pertinent. Secundæ ad personas, res, & actiones Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, quæ non sui natura, sed ratione personæ, vel loci Ecclesiasticæ sunt; de prioribus omnino certum est Ecclesiæ iudicio, examinationi, & definitioni integrè subiacere, idque ex iure diuino traditionis, vt disertè habetur *in cap*. 11. *si Imperator, cap. duo sunt distinct*. 96. De cæteris, cùm hodie ad ipsam Ecclesiam iudicare pertineat, quo pacto id euenerit, dubitatio meritò oritur, cùm nec ex Euangelio, nec ex traditionibus Apostolicis, vel primitiuæ Ecclesiæ more id prouenire legāmus, imò è conuerso plura nos docent horum omnium cognitionem, an-

tequam Principes illam à se abdicassent,
penes seculi Magistratus extitisse, vt ex
Auctoribus in 10. *propositione* congestis
patere potest.

Octaua propositio. In re, quæ summè cō
trouertenda erat, de per se nimiū graui,
ac vniuersum Ecclesiæ statū amplectēte,
si Christo Domino id fuisset propositi, di
uina dispositione omnē Ecclesiasticorū
ordinē à seculari iudicio in profanis re-
bus eximere, ac à Cæsaribus, cæterisquè
Regibus auellere, dicturum id fuisse ver-
bis quā maximè expressis, ac specialibus
ob rei magnitudinē, ac nouitatē, ne illa si
dubijs, & æquiuocis verbis cōstasset, vel
animos Principū turbaret, ne pertinaces
in dubietate persisterēt, neue occasionē,
9 ac materiā post se † discordiarū dimitte
ret, quod de perfecto Legislatore, vt no
ster est, dici minimè debet, *c. erit autē lex,*
vers. Namquè ista dist. 4. nam secūdum D.
Tho. 1. 2. *q*. 108. *art*. 2. per legē nouam
fuit sufficienter, & apertè determinati
10 omnes actus † exteriores, qui pertinēt ad
rationē virtutis, inter quos (si de hoc sta-
tuisset) & præsens referri deberet, cūmq;
id explicitè non fecerit, humano Præpo
sitorū iudicio, ac constitutioni dimissum
censetur; quoniā vt idē eodem loco ait:
Lex noua libertatis lex dicitur, quæ nō habētia
11 *cōtrarietatem † ad fidem, vel charitatem, vel*
connexionem necessariā Christus Dominus nec
prohibuit, nec præcepit, Prælatorū tamen iudi
cio, quò sicut expedire iudicauerint, prouideant
reliquit. Vnde consequentiam ducit, legē
nostrā non obligare, nisi in ijs, quæ sunt
de necessitate salutis, D. August. optimè
in cap. omnia 12. *dist*. relatus supra *lib*. 1. *q*.
41. *n*. 7. Est quoque frequens nostrorū
argumētum, naturæ conueniens, vt nona
12 † quædā, quæ maximi ponderis sint, non
æquiuocis, sed expressis verbis disponan
tur, quodve nisi factū sit, disposita nō cē-
seantur, *l. doti clausula, D. de verb. oblig*. ibi:
De quibus nominatim non cauetur, quæ si
omittantur exprimi, videri quasi negle-
cta, ait Consultus in *l. apud Labeonem* 8.
hoc edicto, D. de iniurijs, ibi: *Ea enim, quæ no*
tabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, vide-
tur quasi neglecta, & in lege præcipuè ex-
pressio optatur à D. Paulo *c*. 3. *vers*. 20.
ad Roman. nā per illā cognitio sequitur.

Nona propositio. Pontificum Constitu
tiones, Sanctorumquè Patrū doctrinæ,
vel hanc exemptionē iure Pōtificum, &
Imperatorū constare probāt, vel saltem
iure † diuino prouenire, satis nō probāt; 13
nā omissis Glossarū, & Interpretum no-
strorū commentis, vt id Pontifices præ-
stasse viderentur, de primitiuæ Ecclesiæ
vsu, Apostolorū traditione, ac recentio
rū fideliū consensu testari deberēt, attē-
ta D. Thom. doctrina statim refata *num*.
10. quòdque diuina traditione in ijs, quę
ad profana iudicia spectant, Clerici om-
nes à naturalibus locorū iudicibus, ac iu-
sita in eis iuris dicendi facultate, exempti
essent. Nullibi autē, si omnia testimonia
in id à Gratiano collecta cōsideres, inte-
gra *causa* 11. *q*. 1. id probatur; licèt enim
ibi Pontificū, & Conciliorum decretis,
Patrū definitionibus, Imperatorū legi-
bus ab ordinaria iurisdictione eximātur,
ac Ecclesiasticis iudicibus subdātur, hoc
tamen nouum ius esse apparet, ex similiū
Constitutionū, Decretorūquè die in po
sterū seruandum, quæ vel maximè retro-
actis tēporibus oppositū seruatū fuisse
ostēdunt, vt *in c*. 38. *peruenit, & cap. sequē*
ti eadē causa 11. *q*. 1. leges verò futuris ne
gotijs impositæ censentur, *c. cognoscentes*
2. *de constitution*. nec id, quod Ioannes Pō
tifex *in c. Imperator* 11. *distinct*. 96. affir-
mat, assumptum conuincit, nec ad profa
narum causarū cognitionem, ac discus-
sionē necessariò refertur, immo potiùs
ad spirituales causas cōmodè aptari po-
test, ac debere videtur; dum ibidē vtriuſ-
que potestatis limites ita distinguit, vt
quæ ad temporales leges pertinent, Im-
peratoriæ administrationi omnino defe-
rat, quæ verò ad religionē, Sacerdotum
esse iudicio solummodo cōmissa conten
dit, ibi: *Quod ad religionē competit, discere ei*
conuenit, non docere, ecce primā distinctio-
nis partē (sequitur) *habet priuilegia suæ po-*
testatis, quæ administrādis legibus publicis di-
uinitus consecutus est, ecce alteram (inde)
ad

ad Sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad seculi potestates, dispositionem hanc ad religionis materiã circunscriptam ex præmissa distinctione vnusquisquè dicit, meritòquè statim post hæc præmissa concludit: *Nõ sibi vindicat alienum ius, & ministeriũ alteri deputatum, ne contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem, non à legibus publicis, non à potestatibus seculi, sed à Pontificibus, ac Sacerdotibus Deum omnipotentẽ Christianæ religionis Clericos, ac Sacerdotes voluisse ordinari, discuti, & recipi de errore remeantes*. Quæ verba, si per antecedentia, simulquè subsequentia intelligenda sunt, de erroribus in causis religionis capienda omnino videtur, vt sensus sit, *Sacerdotes diuina dispositione in religione ordinari de causis ad eam pertinentibus discuti, & si in eis lapsi fuerint, remeãtes amplecti*. Quod si & glossæ in verbo *discuti* expositio, aliqua probabilitate niteretur; quin & sensus præmissus quoquè probari posit, nemo negabit. Non ergo assumptum in conclusione optatũ Canon iste necessariò probat, cũ maximè ad ius diuinum constituendum æquiuoca Pontificis verba satis non sint, benè in vniuersum Rota Romana *decis.* 531. *n.* 2. *posth.* Farin. *ex c. in præsentia de probat. in simil.* Alfons. à Castro *lib.* 1 *c.* 8. Arbor. *lib.* 5. *Theosoph. c.* 16. Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum n.* 23. *de constit.* Card. Turrecrem. *lib.* 4. *de Eccles. cap.* 3. 2. *partis*, probant, Papam efficere nouum fidei articulum non posse, quod iuris diuini sit.

Decima, & postrema propositio. Vetusta
exẽpla, quæ statim fide in orbe recepta,
ac à Principibus amplexa ab Historicis
in hac specie afferũtur, in id tendũt, † vt
14 Episcopi, cæteriquè Sacerdotes, in pro-
fanis causam in Curia dixerint, in spiri-
tualibus, fide, & Sacramentis corã Con-
cilio, vel Ecclesiæ Præpositis, vt patet ex
scriptis Theodoreti *histor. Eccles. lib.* 1. *c.* 9. *c.* 16. *c.* 18. vbi plura magni Constãtini exẽpla, Constãtijquè eius filij. De eodem Constantino D. August. *in epistolis*, memorãs causã Cæciliani Episcopi. De tempore Arcadij, & Honorij simile exẽplum *in l.* 37. *C. Theod. de Episc. & Cleric.* de eodem Arcadio est lex apertissima *in l.* 1. *C. eodem tit. de relig. pne.* Alia refert de Theodorico Gothorum Rege Cassiodor. *lib.* 1. *variar. epistolar.* Alia prætèritorum seculorum refert P. Herod. *rerũ iudic. tit. de Episc. & Cleric. decis.* 9. ego nonnulla ad leges Federici *nota* 24. *post n.* 5. *fol.* 345. Testaturquè D. Ambros. *lib.* 5. *epist. vlt. ad Valentinianum Episcopos, si de fide in Ecclesia, si de re alia in Consistorio conueniri*. Huc pertinet quod Pelagius Papa Imperatori scripsit *epistol.* 10. ibi: *Legibus tuis ipsi quoque pareant Religionis Antistites*, cùm antea dixisset spiritualia sibi deberi, & Simmacus Papa in Apologetico. *Defer. Deo in nobis, & nos deferẽmus in te.* S. Iuo. Carnoten. Canonum quondã Cõpilator *epistol.* 32. *ad Philippum V. Franciæ Regem*, ait. *De cætero calumniatoribus meis, quibus me respondere iubetis, cùm insinuatum fuerit, qui sint, & quid expostulent, respõdere non subterfugiã, vel in Ecclesia, si Ecclesiastica sint negotia, vel in Curia, si sint Curialia.* Quod idem est, ac illud pronuntiatũ sub Alexandro in actis Apostolorum *c.* 19. *in fine*, ibi: *Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices habent aduersùs aliquem causam; conuentus forenses agunt, & Proconsules sunt, accusent inuicẽ, si quid autẽ alterius rei quæritis, in legitima Ecclesia poterit absolui; nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ, cùm nullus obnoxius sit, de quo possimus reddere rationem concursus istius, & cùm hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.* Quæ
si subiectionem secularibus Principibus
in profanis omnino non probant, sal-
tem id probant, vt hoc nunquam, vti di-
uinæ legis præceptum in Ecclesia credi-
tum habitum, nec quòd ab Apostolis Ec
clesiæ Præpositis cõstitutum fuerit; nã si,
tanquam Christi, & Apostolorũ † præce 15
ptũ habitũ fuisset, nec fideles Principes
aduersati forent, nec Sancti Patres, si nõ
cõcessissent, id increpare, vel saltẽ aduer
tere dissimulassent. In hunc sensum duo
Scholasticæ Theologiæ Principes, quos
Christianus Orbis in honestas, vtiles

factiones scissus, vti duces sequitur. D.
namque Thomas in *epist. Apost. ad Romanos*, ac Scotus *in lib. 4. Sentent. dist. 13. q.
2. tom. 8. in vlt. edit.* tenuerunt, Clericos
16 † ante Imperatorum concessionem immunitate caruisse, *aliquando* (inquit posterior) *etiã Sacerdos erat sine tali priuilegio*, scilicet ante cõcessionem, cui addẽtes alios
Theologiæ professores addũcũt, nosquè
aliquando *in patrocinio*, pòstmodum *in
Codice inserto fol. 361.* in id adduximus
Victoriam *de potest. Eccles. relect. 7. nu. 2.*
Medinã *de restit. q. 5.* Almayn. *in 4. Sent.
q. 1. dist. 25.* Soto *in 4. earundem dist. 25.
q. 2. art. 2. concl. 6.* Basil. Pont. *de matrim.
lib. 8. c. 2. n. 17.* Card. Bellarm. *de potest.
Pontif. in temp. c. 34. in responsione ad Barclaium fol. 236. & fol. 251.* & de Clericis *cap. 28. in primis editionibus*, qui alios
quoque laudat, sequũtur eum post Cottonum omnes Iesuitæ, apud Francos cõstituti, vt in *Apologia* 2. Ioan. Perpezatij
fol. 49. ibi: *Eorum immunitates Politicis adstrictas muneribus de iure humano esse.* Addo
Tostatum *in 2. Iosue c. 20. q. 7.* ex Baronio, Suar. *in defensor. lib. 4. c. 12.* Idẽ Baron. *tom. 7. ann. 527.* vbi Epistolã Atharici Regis refert ad Clerum Romanũ,
exemptionem hoc pacto concedentem
si Põtifex animaduerteret, volens, quòd
eo omittẽte, seculares Iudices cognoscerent, simulque referens, *id antea consueuisse ita seruari*; sequitur Iodoc. Coccius *de Hierarc.
Eccles. lib. 7. art. 22. fo. 65. Thesau. Cathol.*
Nec Auctores eiusdem generis per Dianam adducti omittendi sunt, Salas *de legibus q. 96. tract. 14. disp. 14. sect. 11. nu.*
120. Molina *de iust. & iur. tom. 1. tractat.
2. dis. 31. n. 6.* Salon *tom. 2. in 2. 2. q. 67.
art. 3.* Pater Contzen *in Polit. lib. 6. c. 6.
§. 8. fol. 338.* Baldel. *in Theolog. Moral.
lib. 5. disp. 35. n. 25.* P. Diana *p. 5. tract.
1. resolut. 21.* Iurisconsultis, ac nonnullis
moralibus Scriptoribus à Diana adductis omnino omissis, cum in Vniuersitatibus, ac Scholis, tam Dominicanæ familiæ, quàm Franciscanæ, ac Iesuiticæ nihil frequentius, nil sit firmius, atque indubitabilius hac opinione, vtpote, quæ
euidentioribus Theologiæ principijs, ac
receptissimis conclusionibus innitatur:
demum verò Ecclesiasticæ Historiæ cõueniat, non omittendus Innoc. 4. *in c. nouit 49. n. 2. de sentent. excommunicat.* vbi
quòd Imperator solus condit temporalia priuilegia, spiritualia Pontifex.

Ex decẽ his propositionibus, ac respõsionibus, ita firmatis patet, quid in hac disputatione considerari debeat, ac teneri,
quodve ex stricta etiam disputandi ratione id, quod Diana assumit, asserere non
cogamur. Itẽ nec ex PP. antiquorũ, Cõciliorumve, ac ipsorũ Pontificũ decretis, cũ † nec omnes, nec eorũ aliquis, hãc 17
de iure diuino exemptionem directò, &
primariò, vt opus est, esse pronuntiet, atque ex aliqua aperta Seruatoris nostri
sententia probet, sed vel in rationibus id
æquiuocè dicunt, ius diuinũ pro Canonico, & Pontificio intelligẽtes, vel de rerũ
spiritualium exemptione, & personarum
(quatenus spiritualia tractant in actibus
ad illa pertinentibus) loquuntur. Nec si
indefinitè aliquando id pronunciauerint,
de traditione vniuersæ Ecclesiæ, primis
eius temporibus (vt opus est) testantur,
quæ ad ius diuinum traditione à Christo
Domino, per Apostolos Ecclesiæ communicatum, constituendum optatur.

Iterũ Pontifices, & Cõcilia, Clericos
iure diuino exemptos intelligere potuerunt, quatenus, *vt in octaua propositione* ex
D. Thoma dictũ est, aliqua Christũ Dominũ Præpositorũ iudicio disponẽda remisisse, quæ si semel disposita inuenirẽtur, largè ex iure diuino † prouenire dici 18
possent, cũ causa causæ sit causati causa;
diciquè apud Iurisperitos soleat, actum
quemlibet, non exequenti, sed præcipiẽti
tribuẽdum esse, ac ab eo denominandũ,
*cap. super literis de rescriptis, c. cum aliquibus
eod. tit. in 6. l. item eorum, §. Decuriones, D.
quod cuiusque vniu.* cũ alijs ex Barb. *axiom.
12. n. 4.* Quidquid enim rectè, ac secundũ Deum à Principibus cõstituitur, iure
merito diuinũ dicitur, ipsique (quod plus
est) Dei, quoties credita sibi administratione, tali pacto vtũtur, vt illã cum Deo

optimo maximo communem esse, & habere, dicere valeant, vt ex D. Gregorio Nazianzeno, & alijs dicam infra statim.

Opposita verò opinio licèt à pleris; moralium tractatoribus, vel Canonistis amplexetur, nullis tamen rationibus certis, quæ æquiuocationem non patiantur
19 consistir, quas † cùm Couarr. *c.31. pract.* latè prosecutus fuerir, abstineo referre, solum aduerto, Martam *de iurisd. p.2. c.6. n.1. vers. Primo mirandum*, & *num.5. vers. Ex quo*, nimis petulanter falsi Couarruuiam, impudentissimèq; cæteros Scribētes, vti non benè Scripturas percipiētes detulisse, cùm locus ille ter egregius *Psal.104.*
20 *nolite tangere † Christos meos*, licèt ab aliquibus ad reuerentiā Ecclesię Sacerdotibus debitam mysticè referatur, ac ne quisquā eos persequi, vel alia iniuria afficere debeat; attamen non desunt, qui illum ad alios sensus pertrahant; nam literā, & vsitatum scribendi in sacris literis modū si spectemus, id potiùs de Regum personis minimè violandis intelligi potest, immo debet, si alteram eiusdem Prophetæ sententiam cum hac conferamus. *Regū nempe lib.2. c.1.* ibi: *Et ait ad eum Dauid, quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres Christum Domini?* & statim, *& ait ad eum Dauid, sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum aduersùs te dicens, ego interfeci Christum Domini*, atque ita hūc locum explicat D. Augustinus *in eius expositione*, nec non Lucretius Tiraboscus, & Ioannes Medina *in C. de restitut. q.5.* Faciunt mirè Isaiæ verba *c.45. Hæc dicit Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, vt subijciam ante faciem eius gentes.* Per quæ rectiùs dixisse potuit Couarruuias, testimonium illud de Sacerdotum iudicio à potestate seculi vitando, necessariò non concludere, per hoc enim de proprietate verbi (*tāgere*) disserere opus non habuisset; nā cum Chri-
21 stus, idē † quod vnctus significet, soleant-
22 que Reges † inūgi, hoc sensu rectissimè, ne Reges quomodolibet violentur, mandatum est. Optimè Innoc.3. *in c.1. §.1. & 2. de sacra vnctione*, apertiùs ad rem Lactantius Firmianus *lib.4. de vera Dei sapiētia c.7.* Item hic sensus ad literam de non offendendis Regibus accipitur in *c.19. si quis laicus 22. q.5.* vbi agitur de pœnis rebellantium in Reges, & pro ratione affertur, ibi. *Quia sacrilegium peregit, in Christum Domini manum mittens*, nec mirum; nam Principes Dei † personam induūt, atque 23
vt Dij obediēdi sunt, vt in *Psal.81. Deus stetit in Sinagoga Deorum, in medio autē Deos diiudicat*, qui lucem recipit ex alio Paralipomenon textu *lib.2. c.19.* vbi Iosaphat ita Iudices allocutus fertur, *non enim hominum exercetis iudicium, sed Domini.* Iterum in Euangelio Iudęis arguentibus Christū se filium Dei dicētem, ipse eodem pacto satisfacit *Ioan.20. Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, Dij estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum; Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.* Paulus quoque *ad Romanos 13.* generatim pronunciauit, omnem potestatem à Deo esse, Deoque, non illi resisti, quæ omnia Bellarminus ipse inficiatus non est, *tract. de laicis c.3.* Acceditque Gregorij Nazianzeni elegans dictum ad populum timore perculsum, *Magistratum*, inquiens, *sua potestate rectè vtentem, in sua manu habere, vt Deus fiat*; nam & *illū communi imperio, † communemque administratione cum Christo vti*, ibidem dixerat. Ad quæ allusisse videtur Simmacus Papa Sardus, Anastasium Imperatorem relato loco monens. *Defer Deo in nobis, & nos deferemus in te*, quasi diceret, illū in sua administratione Deum quoque repręsentare, ac per id Deum commodissimè appellari posse, faciunt verba Moysis *Deut.1. vers.17.* ibi: *Quia Dei iudicium est.* 24

Nimiùm quoque excessit Marta, dum plures errores Couarruuię tribuit, qui vel non sunt, vel si censura adhiberi rigidè debeat, in Martam retorquentur, quos breuiter, quia ad institutam disputationem pertinent, attingam.

Dicit primò, satis erroneè contra cōmunem intellectum facessere Couarruuiam, ac sequaces restringentes verbum

Tangere solùm ad vim,& iniurias,quæ in Sacerdotes committi possent. Cùm ex Anacleti Papæ expositione communiter recepta in *cap.15. accusatio. 2. quæst. 7. tangere* quoque sit indicium ferre, ac ius in eos dicere;ita enim ipse Zachariæ locum explicat. Sed nec scriptura illa ad literam, sensumque propheticum hoc significat,neque Pōtifex,id,quod à Marta asseritur † docet;vulgatæ enim Scripturæ verba hæc sunt. *O Sion fuge,quæ habitas apud filiam Babilonis, quia hæc dicit Dominus exercituum,post gloriam misit me ad gentes,quæ spoliauerunt vos,qui enim tetigerit vos, tetigit pupillam oculi mei, quia ecce ego leuo manum meam super eos,& erūt prædæ his,qui seruiebant sibi, & cognoscetis, quia Dominus exercituum misit me.* Quæ de Sacerdotibus humano iudicio non subditis prolata fuisse,nemo dicet, cum de captiuis Israelitis ad propria, cùm inimicorum prostratione reddēdis loquatur,vel in sensu mystico de Ecclesiæ captiuitate ab infidelibus, per Constantini conuersionem vindicanda.

26 At quòd Anacletus versiculo illo. † *Qui enim tetigerit,&c.* in modum sententiæ,atque doctrinæ vsus, Episcopos accusatione improborum non impetendos,in hæc verba concludat: *Vnde liquet, quòd Summi Sacerdotes, idest Episcopi à Deo sunt iudicandi,non ab humanis,aut praua vitæ hominibus lacerandi,sed potiùs ab omnibus fidelibus portandi.* Id non ad iurisdictionem, sed ad malignantium, calumniantiumque audaciam frenandam refertur,qui ore cœlum conspuere,ac Sūmos Sacerdotes in iudicio efflagitare conantur,quod ex sequentibus apertiùs patet,ait enim: *Si detractores quorumcunque grauiter iudicantur,& in proditionis laqueum cadunt,multò magis laceratores,ac detractores,& accusatores famulorum Dei damnantur,*quæ verba ad accusatores relata, ad Iudices, iuridicè procedentes impropriissimè trahuntur,cùm sint hæ personæ in iudicijs oppositæ,*cap. nullus,& cap. contra ritum 4. quæst. 4.*

Cæcutijt ergo Marta, dum more suo, sibi plus æquo deferens Couarruuiæ expositionem per hanc Anacleti doctrinā conuinci asseruit,cùm Sanctissimi Pontificis sensus ille sit, † vt nolit à subditis 27 Pastores suos in hoc seculo vilum ob flagitium deferri,sed sufferri,iuxta illud Taciti præceptum. *Bonos Imperatores voto expetendos,qua escunque tolerandos;* nam sibi Dominus animaduersionem in alio seculo seruauit, manu sua illos puniturus,qui vendentes, Sacerdotumque ministros in templo suo brachio eiecit, ac puniuit,quod & Paulus Apostolus docuerat *ad Roman. cap. 14.* comparatione serui à Domino iudicandi assumpta,quā Anacletus amplexatus videtur, atque hoc fuit magni Constātini † assumptum 28 in loco vulgari, vbi *Sacerdotes, vt Deos, Dei iudicio seruari iussit;* nam vt ex ore eiusdem Theodoretus *lib. 1. cap. 12.* refert: *Sacerdotum vitia non sunt populo aperienda,ne ille causa offendiculi arrepta,licenter peccare aggrediatur.* Referunt quoque Ruffinus *lib. 1. cap. 2.* Socrates *lib. 1. cap. 5.* Sozom. *lib. 1. capit. 16.* non enim ex hoc à diuino obediēdorum Principum præcepto eos absoluit, sed à vulgi iudicio vendicauit.

Iterum lapsus fuit, cùm dixerit,magnam temeritatem esse,impugnari sensum Sacræ Scripturæ ab homine inexperto; nam si de *Couarruuia* locutus est, non parum à veritate desilijt, hominem summi apud omnes ingenij, egregiæ doctrinæ, consummati iudicij diuini, humanique iuris scientem, ignorantiæ arguere, cùm Dauidicus locus diuersè à Patribus explicetur, nec qui *Martæ* fauent, præceptum illud apertè id continere dicunt, licèt ad hoc sententia illa applicetur,atq; adducatur. Mos est enim Pontificibus, & Concilijs scripturæ † 29 verba, vel in modum auctoritatis, vel doctrinæ,tanquam sententias, licèt ad vnū prolatas, si verbo tenus conducere putent, in aliud vti, quæ verisimiliter, vel probabiliter persuadeant;non tamen irrefragabiliter conuincant,immò interdum falsa dici possunt, ac obstantia, vt Do-

Doctores omnes, cum Valentia *lib.* 8. *Anal. fid.* affirmant; nam licèt Pōtifices, & generalia Concilia in cōclusionibus, quas directò, aut primariò intendūt definire, verum sensum assecutos fuisse, firmare debeamus; non tamen sequitur singulas rationes, aut scripturæ testimonia, vel Historias Ecclesiasticas, quæ in Decretalibus, vel tanquam præmissa, vel pro conclusionis definiendę ratione adducuntur, ad literam, vel literalem sensum veras, & conuincentes esse, immo sæpiùs ad rem non facere, aliquando nō benè allegari, vt plenè colligit Azor *lib.* 5. *cap.* 4. *tom.* 2. *fol.* 328. *cum seq in edit. anni* 1606. Luisius quoque *Turrianus opusc.* 1. *select. disputat.* 1. *dub.* 6. ait, Pontifices, & Concilia in diuersis negotijs, rationibus probabilibus, licèt inefficacibus vti posse, sensu quoque literali omisso. Post *Diuum Chrysostomum, Valentiam, Salmeronem, Molinam, Sancium, Lorinum*, idem ibidem *cent.* 2. *dub.* 37. *cent.* 3. *dub.* 38, *& dub.* 39. Certumquè est ex so

30 lo mystico sensu † quando eius declaratio ex alio scripturæ loco non sequitur, efficax argumentum ad dogma fidei stabiliendum peti non posse, ex Hieron. *ad cap.* 12. *Matthæi*, Augustin. *epistol. ad Vincentium*, Bellarmin. *lib.* 3. *de verb. Dei cap.* 3. *Sensus, inquit, mystici, & spirituales varij sunt, & licèt ædificent, cùm non sunt contra fidem, aut bonos mores, tamen non semper constat, an sint à Spiritu Sancto intenti.*

Per quæ etiam alteri contra Couarruuiam obiectioni respōsum patet, qua illum magis errasse dicitur, quòd nullum pro hac exemptione diuinum præceptum adesse dixerit, cùm & idem cum eo omnes Theologi superioris censuræ teneant, atque locus propheticus in hoc adductus nequaquam, vt dictum est, conuincat, immo ad Reges magis pertineat.

Nec obstat Martam dicere, præceptū illud *in Psalm.* 104. diuinum esse non externi operis, sed ad æternitatem prohibitionis, & vim testamenti noui perti-

31 nentem, quo maxima, † & intima hominis voluntas ordinatur, quoniam præceptum illud, licèt tale sit, ac in nouo testamento transferendum, in sensu literali, ac ab eodem Propheta vsitato, ad fideles Principes à subditis incolumes ser uandos, vt dictum est, refertur, & sic à Doctoribus nōnullis interpretatur, præcipuè vero à D. August. iā relato, Ioanne Medina, *C. de restitut. quæst.* 15. Tirabosco *in explicatione eiusdē*, & quod magis stringere videtur, Canon relatus in *capit.* 19. *si quis laicus* 22. *quæst* 5.

Quòd verò secundò vult Marta, hāc exemptionem ex *Matthæi Euangelio cap.* 17. fundari, quoniam ibi Dominus ad responsionem Simonis dixerit, *liberos esse filios*, dum de tributo soluendo agebatur; iam per Theologorum suprà relatorum doctrinam huic fundamēto satisfit, quibus præmaximè sensus sacrorum eloquiorum innotescit, immo communis Scripturaliū, & expositorū schola † de propria Christi Domini persona, id intelligendum esse docet. Quibus 32 etiam Constantiensis Concilij auctoritas accedit, quo Marsilij de Padua, & sociorum hæresis damnatur, qua Christum Dominum tributo obnoxium asseruere, vbi nihil de Ecclesiasticis definitum est.

Nam cùm & de Apostolis quoque inter Scriptores quæstio esset; attamen non nisi de Christi persona, quòd liber fuerit, decretum est, reque vera, prout & cætera, quæ de Christo Domino habemus, sententia illa summè admirāda est. Quæsierant Publicani à Petro, *an eius Magister solueret censum?* dixerat Petrus absente Domino, *quod sic vtique*, intrauit domum, præuenitquè eum Dominus dicens: *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum à filijs suis, an ab alienis?* & ille dixit: *ab alienis*, dixit illi Iesus: *ergo liberi sunt filij?*

Quod assumptum fundatur super duabus regulis naturæ, & iuris, prima est, filium partem viscerum, & substantiæ paternæ, † ac æquè bonorum dominum 33 esse, quę licèt pluribus testimonijs, atque illis

illis quidem vulgaribus fundari possit, hoc vno vtar, quod fuit Consulti in *l. in suis* 12. *C. de liber. & posthum. In suis hæredibus euidentiùs apparet, continuationem dominij eò rem perducere, vt nulla videatur hæreditas fuisse, quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini exsistimantur: vnde etiam filiusfamilias appellatur, sicut paterfamilias, sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo, qui genitus est, itaque post mortem patris, non hæreditatem accipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur. Hac ex causa licèt non sint hæredes instituti, domini sunt.* Quæ rationes ex naturæ principijs proueniunt, quod & Apostolus apertissimè sensit, dum dixit: *Filij, ergo hæredes*, quod idem est dicere, ac Domini *ad Romanos cap.* 8. 17. si Dominus, rectè er-
34 go liber; nam nemo, qui tributa † indicit se ipsum præstationi subijcit: ex altera regula ipsius Apostoli, quòd disponentis persona semper exempta censetur. Ita ipse 1. *ad Corinth. capit.* 15. *num.* 26. ibi: *Cùm autem dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio, præter eum, qui subiecit omnia*, si vti Princeps, eiusque Fiscus, vectigal, & censum non præstant, *l. locatio* 9. *§ vltim. D. de public. & vectigal*, vnde axioma, quod pluribus ad morem exornat Barbosa: *Personam disponentis in generali dispositione non venire, axiom.* 206. & illud item: *Actionem, & passionem in vno subiecto fiare non posse*, iterum & aliud: *Quòd res sua nemini seruit, axiom.* 199. *nu.* 10. pluraque huiusmodi principijs naturæ consonantia, per quæ necessariò Domini nostri consecutio ducitur: *ergo liberi sunt filij*, quæ tamen conclusio ipsi tantùm conueniebat, nam summo rigore quæstio definita est, vt nec sensum figuratum admittat, eorum nempe, qui per adoptionem sunt filij, vt apertè ex hoc loco docent D. Thom. 2. *sent. dist.* 44. *quæst.* 2. *art.* 2. vbi D. Bonauent. Tostatus *in Matthæ. cap.* 17. *quæst.* 191. benè tamen existimo, & mihi de fide est, hoc sermone
35 & Petrum, vti Vicarium, † suosque successores Episcopos Romanos, filiorum nomine inclusos, liberosque pronunciatos; ac proinde Christum cum iurium præseruatione illa, vitandi scandali, non pro discipulis, sed pro se, ac Petro tantum soluisse: vt ex pari præstatione, cum protestatione facta, parem quoque exemptionem, & conforme ius demonstraret. Estque vnus, iuxta expositores, ex casibus, per quos Petri ad cæteros maioritatem, ac præeminentiam Dominus demonstrare voluit, quo eius Primatus suorumque successorum probatur, facit *cap. tributum* 23. *quæst.* 8.

Ad tertium ex lege veteri deductum argumentum satis ex propositionibus secunda, & tertia, dum neque Leuitas à tributis exemptos, nec legem veterem ad tempus gratiæ proferri in iudicialibus probatum est, præcipuè ex D. Chrysostomo, cùm nec allegata per Martam verba aliquid de exemptione contineant.

Quod autem subijcit Marta, Couarruuiam, atque Nauarrum, eo ipso, quòd immunitatem hanc iuri communi conformem esse dicunt, de iure diuino esse necessariò fateri; cùm secundùm Geminianum iuri diuino † consonantia non po- 36
sitiui, sed diuini iuris sint; non est absolutè verum, nisi quoties (prout in quarta propositione dictum est) cōformia adeo sint, vt ex primis iuris diuini principijs necessariò deducatur, quod nec Couarruuias, nec Nauarrus dicere voluerunt, cùm nec, si id dixissent, nisi de consecutione ad principia docerent, credendi essent, sicuti nec Glossa in *cap. si Imperator* 96. *distinct.* cui communem opinionem inniti Marta ibidem *num.* 24. dicit, per id probat iuris diuini esse, quòd ipse hoc non ex debitis tamen principijs deducat, mirarique cogor † quòd ex glos- 37
sæ vnius opinione, ius diuinum constitui posse, Marta doceat. Sicque S. Thomas *opusc.* 17. *cap.* 13. ait, *inconsonum, & risibile videri in sacra doctrina professione Iurisperitorum glossulas ad auctoritatem adduci, ac de earum dictis disceptari.* Ex his habes, Beatissime Præsul, controuersiæ statum, ac

ex

ex vtroque latere fundamenta. Hinc supremæ notæ Theologos, iuris humani exemptionem hanc esse asserentes. Inde Canonistas, merosque Pragmaticos, iuris diuini id esse contendentes, nulla tamen præbita iuris huius definitione, †
38 *quâ ignorata, vel dissimulata, secundùm Plutarchum, quæstio omnis perperam accipitur.* Tua ergo est, ô diuinæ Sapientiæ interpres, vanam opinionem ex fidelium animis auellere, ac nostræ religioni consentaneam ingerere, cui omnes libenter obsequemur. Ego interea hoc te monitum velim, Canonistas ad ius diuinum id referentes, satis Prædecessorum tuorum (qui quędam in hac materia laicis Principibus largiti sunt) famam denigrare, tanquam inuecta, ac supra potestatem egerint, tuam quoque arctare, ne id possis non modicè velle, vt ex sequenti perspectum habes.

QVÆSTIO II.

An Principes, vel Summus Pontifex possint reuocare hoc priuilegium Ecclesiasticæ immunitatis?

EPITOME.

1 *Exemptio ab Imperatoribus, Ecclesiasticis, concessa an manserit in terminis priuilegij, & reuocari possit?*

2 *Pontifex Prædecessorum suorum statuta, iuxta creditum sibi munus derogare non potest, nec Ecclesiarum, Clericorumve priuilegia minuere.*

3 . . . *nil potest contra honestatem, & decorem sui officij.*

4 *Mutatio rituum, & morum Ecclesiæ perturbationem summam gignit.*

5 *Termini, & limites potestatis nemo excedere debet, charitatis amplitudine seruata.*

6 *Pontifex sicut potestate, ita integritate cæteros præstare debet.*

7 . . . *potest laicis potestatem in Ecclesiasticos circa profana delegare.*

8 *Seculares Ecclesiasticæ potestatis capaces sunt, circa temporalia tamen.*

9 *Iurisdictio delegata, & concessa tribuitur mandanti.*

10 *Pontifex, vbi necessitas id requirat, concessa à Principibus iterum eis reddit.*

11 *Tributum Christus, cum non teneretur, ad vitandum scandalum præbuit.*

12 *Pontifex vitandi scandali gratia multa de iure suo remittere tenetur.*

13 *Ecclesiasticorum excessus, ac diuitiæ, si Rempublicam turbent, moderandæ à Pontifice sunt.*

14 . . . . *quorundam pessimis exemplis odia in Ecclesiam consurgunt.*

15 *Pontificum pro vitandis in Ecclesia scandalis solicitudo.*

16 *Scandala ad vitanda lex 4. si iudicio Imperatoris subiecit.*

17 *Pontifices ex humilitate, ac concordia obmutescere faciunt insipientium ora.*

18 *Consuetudines, concordata, casus laicis Magistratibus tributi ex voluntate Pontificum ortum habent.*

19 *Ecclesiam euertere intentant Scriptores, qui Ecclesiasticis contra Principum assentantur priuilegia.*

20 *Hæreticis (vt de Catholica Ecclesia malè sentiant, malè auspicentur) Scriptores moderni super iurisdictionalibus ansam præbent.*

21 *Regnum in se diuisum desolari, Dominus prædixit.*

22 *Consueta in Catholicis Prouincijs euertere, Apostolica doctrina non est, ideo turbationem induceret, qui id tentaret.*

23 *Nouitates in Gallia contra consuetudines tribuentes iuis Regibus in Ecclesiasticos, tentari non possunt, nec Rege volente.*

24 *Principes Catholicos, velle immunitati Ecclesiasticæ ex vetusti moris obseruatione præiudicare, asserere, delirium est.*

25 . . . *salutis suæ immemores nullus existimare debet.*

26 *Pontifices censendi non sunt sui muneris obliti, velle animas gregis ob temporalia omittere.*

27 *Zelum omnem Ecclesiasticorum pro temporali iurisdictione tuenda vertisse, de suis temporibus D. Bernardus affirmauit.*

28 *Dignitas Ecclesiastica hodie cum gregis cura coniungitur.*

29 Prin-

29 *Principes ob hæc laudandi sunt, quòd iurisdictionem aliquam in Clericos sibi sumunt, tanquam ex Pontificis delegatione.*

30 .... *illos ex sui muneris proprietate posse in certis casibus ius in Clericos dicere aliqui affirmant.*

DE seculi Principibus mihi sermo nõ
est, neque esse potest, vt qui scio, dã-
natam omnino oppositam sententiam
in somnio viridarij lib. 1. cap. 34. conten-
tam, quæ simplicis priuilegij terminos
1 hanc concessionem † non egredi, ac
ideo, sicut & cætera huiusmodi regulis
reuocationis, vel minimè, indistinctè
subiacere affirmabat, & neutra meo vi-
deri simpliciter sumpta summè cauẽda:
& de te verò, ò Summè Pastor, quin id
ipse non valeas, adeo planũ non est, quin
multa adduci, certè euidentiora, in cer-
tis tamen casibus possint, vt ex proposi-
tionibus sequentibus constare poterit,
quibus vetustissimus Ecclesiæ, ac Præ-
decessorum tuorum vsus adstipulari vi-
detur.

Prima propositio. Summo Pontifici de
regulata, & suo munere digna potestate
iudicialiter non licere omnem Clerico-
rum exemptionem iam à Principibus in
Episcopos translatam, ac per antecesso-
res suos, perque Cõcilia vniuersalia sta-
bilitam, atque in vniuersa Ecclesia rece-
2 ptam abijcere, ac quæsitum clericali †
ordini ius tollere eisdem ex rationibus,
ac testimonijs, quibus id efficere in cæ-
teris, quæ simili auctoritate constant, se-
cundùm honestatem prohibetur. Ita D.
Gregor. *epistol. 37. ad Natalem Episcopum
lib. 2.* per hæc verba. *Quòd verò dicitis no-
stris temporibus debere seruari quæ à meis
prædecessoribus tradita, vel custodita sunt, ab-
sit hæc à me, vt statuta maiorum consacerdo-
tibus meis in qualibet Ecclesia infringam, quia
mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iu-
ra perturbo.* Multa plurium Pontificum
decreta in idem congeruntur, *causa 25.
quæst. 1. & 2. cap. quæ ad perpetuam, capit.
sunt quidam*, cum alijs permultis, inter
quæ ponderandum venit Zosimi Pon-
tificis testimonium *in dicta quæst. 1. capit.
7.* dum ait. *Contra statuta Patrum, conce-
dere aliquid, vel mutare, nec huius quidem Se-
dis potest auctoritas, apud nos enim inconuul-
sis radicibus viuat antiquitas, cui decreta Pa-
trum sanxere reuerentiam*, quæ assumptum
satis continent.

Secunda propositio. Etiamsi secundùm
potestatem id licere concederemus, ad-
huc secundùm honestatem non expedi-
ret, † quod respectu Pontificalis mune- 3
ris, nostræquè religionis nitorem seruã-
dum, ab impossibilitate non differret,
secundum Apostolum *ad Corinth. 1. cap.
6. 12. & cap. 10. 22. omnia* (inquit) *mihi
licent, sed non omnia expediunt, omnia mihi
licent, sed non omnia ædificãt*: maxima enim
Ecclesiæ turbatio sequeretur, summa
Pontifici inuidia, si ab amplexo, † iam 4
diu more recederetur, optimè D. Leo
Papa *epist. 51. Quæ ad perpetuam generali-
ter ordinata sunt vtilitatem, nulla commuta-
tione varientur, nec ad priuatum trahantur
commodũ, quæ ad bonum sunt commune præ-
fixa, sed manentibus terminis, quos † consti- 5
tuerunt Patres, nemo vsurpet alienum, sed in-
tra fines proprios, atque legitimos, prout quis-
que valuerit, in latitudine se exerceat chari-
tatis.* Et Pelagius Papa huc respexit rela-
tus *in cap. 21. postea caus. 21. quæst. 2.* dum
ait: *Postea quam Ecclesiæ iura, documẽtorum
quoque intercedentium fuerint auctoritate
firmata, nullatenus ab his liberam Pontifex,
vel si vult, permittatur habere licentiam*, nã
cum potestatem refragare non potuerit,
cui dictum à Domino est, *quodcunque li-
gaueris, & quæ solueris super terram, erunt
ligata, vel soluta in cælis*, licentiam tamen
liberam ademit, quasi non semel eueni-
re dixisset, vt quæ secundùm rectitudinẽ
non licent, neque secundùm liberam li-
centiam (ei maximè, qui sicut † potesta- 6
te, ita & integritate cæteros præstare de-
bet) permittantur, hi enim, qui omnibus
præsunt, minorem sæpe priuatis, licen-
tiam obtinent, vt Traiano Plinius *per
Panegiricum* insinuat. Cum eis decus, no-
men, ac fama curanda sint. Tacit. 4. *an-
nal: Cæteris in eo stare consilia, quid sibi con-
duce-*

ducere putant, Principum diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad suam dirigenda, & Seneca in Troade, quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor, inde hæc impossibilia reputantur, l. filius 15. D. de condit. instit. vbi egregiè.

Tertia propositio. In certis casibus vrgentissimis, ex causis, quæ commune bonum, vel totius Christianæ Reipublicæ, aut alicuius Prouinciæ respiciunt, licebit Pontifici eius temporis, sicut & prætentis licuit, nonnullas Ecclesiasticas se
7 cundi generis causas, † certum Clericorum genus, Principibus seculi, ad tempus, vel perpetuò (immunitate hac non refragante) subijcere, ac eis suam potestatem (quæ Ecclesiastica maneat) dele-
8 gare, cum huiusmodi concessionis † extra spiritualia) capaces sint, vt Glossa aduertit in cap. vn. de cæsinct. 49. probaturquè expressè ex pluribus iuribus cumulatis per Suarez lib. 4. de immunit. 2. part. argument. 6. respons. 2. fol. 132. in Romana impressione. Ad plura quoque Aufret. de potestat. seculari in Ecclesiast. reg. 1. fall. 12. Gratus cons. 61. num. 22. & 23. Chach. decis. 30. num. 16. Thesaur. decis. 31. nu. 12. Catol. de Grassis de effect. Cleric. effect. 5. ex num. 372. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 35. Pacian. consil. 116. & 117. Sessè in epist. ad Regem num. 46. & 100. & de inhib. cap. 8. §. 3. ex num. 152, conceditquè vt apertum ex eodem Auferrio, Diana resolut. 112. hoc tom. 1. adducto Nauarro in manuali cap. it. 27. num.
9 6. nam non is, qui iurisdictionem † exercet, sed qui præcipit exercendam, ius dicere videtur, cap. vt fama 35. versic. Cum non ipsi de sentent. excommunicat. l. obuenire, D. de verbor. significat. nos ex alijs id scripsimus in C. Siculo ad l. 35. Martini nota 36. fol. 535. Adde c. audientiã de præscrip. cum traditis infra quæst. 4. conclus. 2. vers. Quinta vero in fine, & ita concilio notandam sanè Sancti Hilarij, ac Hugonis de Sancto Victore conclusionem super
10 concessorum † Ecclesiæ reuocatione per me ad literam relatam infra quæst. 9. num. 9. vers. Necessitate etiam, vt nempe summa instante necessitate, atque ex Romani Pontificis visibilis Ecclesiæ capitis sententia, id in bonum publicum fieri possit, dum diuino iuri, vt præmissimus) non aduersatur, facit cap. aduersus de immunit. Eccles.

Posse vero illũ ratione vitãdi scãdali id agere, suadet Christi Domini exemplũ ad id datum, vt quemadmodum ipsè fecit, & Pontifices faciãt, qui cùm filius esset, omnes ideo tributi liber ad vitandum tamen † scandalũ, illud pro se tri- 11
bui iussit, Matth. 17. ad quod Paulus allusit, c. ad Philippenses, qui cùm filius Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, nam vt homo, & vt seruus tributũ, ne scandalo esset, pependit; multa enim ad hoc vitandum ex dispensatione, † vel 12
conceduntur, vel vetantur, vel permittũtur D. Thom. 2. 2. quæst. 43. artic. 7. & 8. vbi docet, deberi etiam temporalia quędam dimitti, vt scandalum cesset, si modò data opera scandalum patientium nõ procedat. Alens. 22. tit. scandalo, Ricar. in 4. sentent. dist. 38.

Nam vbi Pontifex in futurum ex nimia Ecclesiasticorum, libertate, cupiditate, potentia, fortè in malum exercita, cæteros fideles damno † affici, malam- 13
què de Statu vniuersali Ecclesiastico opinionẽ per id concipi, ac haberi conspiceret, discrimini non tantùm deberet, verùm quoquè occurrere tenebitur, quoniam, vt Iulius Pontifex aiebat epist. 1. ad Episcop. Orientales, ei nec dissimulare licet, nec tacere, cui maior cunctis Christianæ Religionis zelus incumbit, qui in ijs maximè elucere debet, quæ per ipsum tantummodo (vt hæc sunt) emendari conueniunt, benè in cap. nemo distinct. 83. ibi: Quòd Sacerdotum quotidianè peruersæ actiones † sunt, quæ magis Ecclesiæ nocent, & pro- 14
pter eorum auaritiam odia in Ecclesiam oriri, ac consurgere dixit ad literam Hieronymus relatus in cap. 23. Diaconi distinct. 93. vers. Hinc propter, Cardin. Turrecremat. in dict. cap. nemo, D. Gregor. Papa in Pa-

Pastoral. part. 1. cap. 2. Anastas. Germon *de sacr. immunit. lib. 3. cap. 12.* multiquè per me infrà *quæst. 7.* exemplaquè Germaniæ, Britanniæ, & Scotiæ totius Ecclesiæ Catholicæ malo id nimio plus docent, summorum quoque Pontificum zelus, solicitudo, maximus charitatis ar-
15 dor, † quibus huiusmodi Christianæ Rei publicæ calamitatibus quantum in Domino potuerint, mederi curauerũt, omnibus quoque comperta sunt. Hinc Leo
16 4. Pontifex † Ludouico Pio Imperatori scribens, ad similia scandala vitanda de semet loquens, ita liberrimè fassus est. *Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non seruauimus, vestro, ac Missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio*, reliquaque in hunc sensum cautè legenda *in cap. nos 2. quæst. 7.* quo patere potest, scandali gratia, perturbationisquè Ecclesiæ vitandæ, multa de iure suo Pontifices remittere solitos, ne composita verterentur, multa per concordiam leniter indulgere, dissimulare quoque multa, hoc enim prudentis officium est, hoc diligentis, hoc optimi pa-
17 rentis munus, vt † secundùm Petrum Apostolum, *obmutescere faciant ora insipientium hæreticorum putantium*, illos quæ sua non sunt, quærere, quinimò è cõuerso, omnibus pateat, eos *quæ Christi Domini sunt, æmulari, tanquam charismata meliora*, optareque *quantum in ipsis est, cum omnibus pacem habere*, iuxta Pauli Apostoli doctrinam, *vt omnes lucrifaciant, quis enim infirmatur, quin ipsi quoque non infirmentur? qui scandalizantur, quin ipsi non vrantur?* benè Innocent. 3. *in capit. licet* 10. additis, quæ ex corpore epistolæ habentur, ibi: *Ne quod absit, inde sumatur materia scandali, vnde prouida debet consideratione sedari, de foro competenti.*

Ex his Christianæ doctrinæ solidis
18. fundamentis, Angliæ olim mores, † cõcordata Galliceditionis, Veneti quoque Dominij casus (in quibus nonnullæ Clericorũ causæ laicis magistratibus attribuũtur, si quæ alia huiusmodi in Catholicis Regnis, vel rebus publicis videmus) sustinentur, ac ipsorum constituendorum rationes deducuntur, quæ si Scriptores † aliqui falso zelo ducti, vel assen- 19
tandi studio ex vulgatis quibusquè, ac triuialibus regulis conuellere velint (vt nonnullos ineptè scriptis suis tētasse videmus) nihil aliud efficerent, nisi maiora scandala, & offensiones in Ecclesia, sine aliquo fructu suscitare; nam cum Catholici Principes suo iure per has assertiones vti non cessent, vniuersi de illis, nostraquè religione † malè sentien- 20
tes (vt Lutheranos, vt Caluinistas agere nouimus) nos inter nos dissentire, ac à Summo Pontifice (in cuius venerationē, ac obedientia vinculum hoc Catholicæ Ecclesiæ vertitur, ac consistit) partes cæteras discordare agnoscerent: vnde Ecclesiæ desolationem, ruinam fidei nostræ ex hoc auspicantur, dicente Domino † *Regnum in se diuisum desolabitur*, 21
Matth. cap. 12. 24. atque alibi, se ibi stare, & morari, *vbi duo, aut tres inter se in nomine suo conueniant. Matth. cap. 18. 20.* Satius ergo est, vetustos Ecclesię, ac Prouinciarum mores intactos, ac inoffensos † relinquere, quàm hoc agere, vt citra 22
emendationem laici in malam fidem priùs, posteà in contemptum incidant, vel vt ex tentata emendatione, commotiones, ac publici status perturbationes oriantur. Primum habemus ex Apostolo *ad Corinth. cap. 9. sed non vsi sumus* (inquit) *hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi.* Alterum ex Augustini doctrina *epistola 118. ad Ianuarium. Mutatio consuetudinis etiam quæ vtilitate adiuuat, nouitate perturbat*, cuius dicta egregiè in facti contingentia secutus videtur Celestinus 3. *in cap. quod dilecto 4. de consanguin. & affinit. vnde* (inquit) *in hac parte consultius duximus multitudini, & obseruata consuetudini deferendum, quàm aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate*, quod omnibus innotescere voluit, ne quid in Gallia † huiusmodi 23
tentarerit, Guillelmus de Benedictis *in cap. Raynũtius, verb. Et vxorem decis. 2. ex. num.*

*n.*110. *& decis.*3. pluribus locis, immo, nec Regis consensum proficere, ait Rebuffus *cons.*15. *num.*6. vt semel statuta per Pontificem, vt in fauorem Regni, & Regum renolui, ac nouari posſint.

Delirat ergo quiſquis Catholicos Principes, fideique noſtræ columnas, maioraue adminicula per huiuſmodi ex-
24 ceptos caſus immunitati † Eccleſiarum, ac Eccleſiaſticorum, ſemel ſtatutæ præiudicium inferre dicat, velitque per hoc eos in cenſuras à Canonibus, ac Bulla Cœnæ incidiſſe, neminemquè ex eis per conſequens in Eccleſiæ ſinu eſſe, dum omnes aliquo priuilegio ſuffulti ſpecialibus in cauſis, iure iã ſuo ob delegationem vtuntur. Cùm nec eorum aliquem
25 † adeo propriæ ſalutis immemorẽ præſumere debeamus, quòd mala fide, ac pertinaci animo inter cenſuras inſordeſcere, & obdormire velit. Nec Pontificem Summum ſui muneris adeo oblitũ,
26 † vt illos omnes extra Eccleſiæ gremiũ ob leuiuſculas ſæpiùs in iure, dicundo controuerſias eſſe vellt, qui Chriſti Domini exemplo *mitem; ac humilem corde* ſe eſſe profitetur; cuiquè *non ad deſtructionem, ſed ad ædificationem* poteſtas data eſt ſecundùm Apoſtolum 2. *ad Corinth.*10. & 13. Benè ad rem S. Thom. *opuſc.*29. *cap.*3. & 5. Bonauent. *in opuſc. quare fratres Minores prædicent, &c.* nec enim perpetuum in Eccleſia eſt, illud D. Bernardi de ſuis temporibus ad Eugenium effatum. *Omnem Eccleſiaſticum zelum ferue-*
27 *re † pro dignitate tuenda, honori totum datur ſanctitati nihil, aut parum,* & ſtatim *pro iactura ſalutis nulla cunctatio, niſi quod ſublime eſt, hoc ſalutare dicimus;* nam dignitas,
28 & auctoritas externa hodie, ita cum † crediti gregis cura temperatur, vt ſi aliquid ex illa decidat, id nõ ad omiſsionis ignauiam, ſed ad debitam pro ſubditorũ profectu ſolicitudinem referri debeat.

Hæc verò omnia per id præcipuè amplectenda ſunt, ac Catholici Principes ab horum impugnationibus vindicãdi, quòd hæc non ex vi præcipuè poteſtatis,
29 ſed ex Pontificum † conceſsione, ac inter vtrumque forum cõcordia, pacto, ac recepto more ſibi licere putant, quibus medijs Põtificum ſupremum ius, ac Eccleſiaſtica immunitas firmatur potiùs, quam euertitur: nam ſi Summus Pontifex concedere expreſsè, vel conniuendo tacitè potuit, cur ſalua ipſius auctoritate ad paternum, ac erga Reges, Principeſquè beneficium referendũ non eſt? Quò vtrumque, Pontificia nempe ſublimitas, ac Principũ obſequium ſarcta, tectaque cuſtodiuntur, cùm maximè non pauci
Scriptores ſint † qui id ipſum, Principi- 30
bus blandientes, eorum poteſtati, vt talis eſt, tribuant, atque ex pluribus in caſibus extremi periculi probent, ac priuilegium Pontificium hoc eſſe abnegent, quos conſultò omittimus.

QVÆSTIO III.

An Clerici poſsint talem exemptionem renunciare?

1 *Clericos poſſe fori exemptionem à ſe reijcere, qui dixerit? ſed contra ibi.*
2 *Clericos inhibitos per Canones, ſe alio iudici, quàm Eccleſiaſtico ſubijcere.*
3 *Priuilegium reale renunciari non poteſt, perſonale ſic, & num.*15.
4 *Subditus malè ſentit de ſuo iudice, qui ſe alteri ſubmittit.*
5 *Fideles primitiuæ Eccleſiæ apud Æthnicos iudices non litigabant.*
6 . . . . *nihil proprium poſſidebant, ſed omnia in communi.*
7 *Iudicia ceſſant, ceſſantibus dominio, & poſſeſsione, nam ſine his actiones non dantur.*
8 *Dominia quo iure proueniant, vt ex eis actio præſtetur?*
9 *Initia rerum ſemper meliora, ſed finis frigeſcit.*
10 *Perfectio Euangelica penes Clericos primùm, penes Religioſos poſtea manſit.*
11 *Clerici iudicia omnia fugere debent, nec litigijs ſe immiſcere.*
12 . . . *ſi contendere velint, non debent iudices extraneos adire ratione decentiæ ſui ſtatus.*
13 . . . . *ne iudices laicos adirent primitus*

consilium fuit, non præceptum.

14 *Clausiua abdicatiua in concessione iuris dicendi facta Ecclesiæ.*

15 *Episcopi an possint foro Clericorum derogare, & quid de Papa? vide num.* 35.

16 . . . . *sunt Coadiutores Papæ in suis Ecclesijs.*

17 *Superior potest inhibere subditos, ne apud alios litigent.*

18 *Baro reuocat vassallos se alteri iudici submittentes.*

19 *Clericus non prorogat iurisdictionem sibi incompetentem, ex quo id ei vetitum est.*

20 *Laicus Imperatori subditus non prohibetur in quemcunque iudicem sub Imperio constitutum consentire.*

21 *Consensus priuatorum non facit iudicem eum, qui non est.*

22 *Princeps quisque vetat suum subditum in alienum iudicem consentire.*

23 *Potest assentire, vt sibi subditus alterius iurisdictionem proroget.*

24 *Subditus se alteri submittendo, turbat iurisdictionem superioris proprij, & nihil agit, post num.* 25.

25 *Possessio non transit citra expulsionem, nisi voluntate, aut desidia possidentis.*

26 *Dominium de iure gentium, item possessio, ac modus quærendi.*

27 *Principatus vnius communi bono institutus, latiùs post num.* 30.

28 *Subditi iuri publico, ac communi bono renunciare non possunt.*

29 *Principi quibus in casibus apertè resistere liceat.*

30 *Patri non parendum, vbi contra paternum officium directè agat.*

31 *Iurisdictionis distinctionem inter competentem, & prorsus incompetentem nullo iure fundari.*

32 *Lex Diœcesana maioris vigoris est, quàm lex exemptionis.*

33 *Imperatores potuerint consentire, vt subditi in Episcoporum iurisdictionem consentirent.*

34 *Leges vetantes subditos, ne iurisdictiones alienas prorogent, validæ sunt.*

35 *Episcopi quo pacto possint subditis consentire, vt alieno iudici se submittant.*

POsse in quibusdam casibus dixit † An- 1
frerius de *potest. iudic. secularis reg.* 2. *n.*
20. At pro negatiua opinione, quæ verior, & communior videtur, plures adducit Pater Diana *tractat.* 2. *de immunit. Eccles. resolut.* 3. quibus (cùm id firmissimum sit) aliquem superaddere, superuacuũ puto, solũ de ratione (nam & id scitu necessariũ existimo) mihi sermo erit.

At primò, se laicis iudicibus submittere † Clericis prohibitum esse per tex-
tus expressos *in cap. inclita* 41. & *cap. pla-* 2
cuit seq. 11. *quæst.* 1. quæ ex Cõcilijs Mileuitano, ac Carthaginẽsi decerpta sunt, illaque probat, explicatquè Innocent. 3. in *cap. si diligenti* 12. *de foro compet.* ibi: *Cũ ergo ius hoc in Mileuitano, ac Carthaginensi Concilijs, sit specialiter promulgatum, ne Clerici Clericos relicto suo Pontifice ad iudicia publica pertrahant*, & post repetitionem pœnarum cõtrauenientibus indictarum subdit, *manifestè patet, quòd non solùm inuiti, sed etiam voluntarij paciscì non possunt, vt secularia iudicia subeant, cùm non sit benefi-*
cium hoc † personale, cui renunciare valeat, 3
sed potiùs toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum, cui priuatorum pacto derogari non potest, sed ad hæc illud aduertere oportet, quòd Innocentius repetijt, Concilia id Clericis subditis prohibuisse, ne cõclericos ad seculares iudices euocarẽt, addita illis tãtùm conueniẽti ratione, vt in *Can.*
placuit, ibi: *Siquidem † ad eligendos iudices ini-* 4
què de Ecclesiæ consortio iudicat, qui de vniuersa Ecclesia malè sentiendo, de iudicio seculari poscit auxilium. Cùm priuatorũ etiam causas Apostolus ad Ecclesiam deferri, atque ibidẽ determinari præcipiat, alludens *ad* 1. *ad Corinth. cap.* 6. *dum dicitur: Audet aliquis vestrum, habens negotium aduersùs alterum, iu-*
dicari † apud iniquos, & non apud Sanctos? 5
An nescitis, quoniam Sancti de mundo iudicabunt? etsi in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis, nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quantò magis secularia? secularia igitur iudicia, si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum, ad verecundiam vestram dico, sic non est inter vos sapiens quisquam,

quam, qui possit iudicare inter fratrem suum,
sed frater cum fratre iudicio contendit, &
hoc apud infideles, iam quidem omnino deli-
ctum est in vobis, quòd iudicia habetis inter
vos, quare non magis iniuriam accipitis? qua-
re non magis fraudem patimini? sed vos in-
iuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus,
An nescitis, quia iniqui Regnum Dei non
possidebunt? Quibus verbis Apostolus
concordem inter fideles contentionum
compositionem potiùs, quàm iudicia
apud infideles suadet, quæ verba à Scri-
bentibus nonnullis mirum in modum
detorta, vt sincerus sensus habeatur, ex
integro recitanda putaui: ex illis enim
quisque, qui animo malè feriatus non
sit, apertissimè eliciet, Apostolum de
prioribus, ac instantibus sua ætate (qui-
bus primus fidei feruor crebrescebat) tē-
poribus locutum, quibus aliquid pro-
prium habere, quibus infidelibus extra
fidei prædicationem communicare, qui-
bus inter se contendere, vel aliquid ve-
titum admittere nefas erat, vt ex illa vi-
tæ innocentia, opum despectu, nouę do-
ctrinæ, ac professionis candore, fides
nostra in omnium animos firmiores ra-
dices immitteret magis, magisve dilata-
retur. Quod collatis aliquibus eiusdem
Apostoli locis, ac Lucæ in Apostolo-
rum Actis, traditionibus, apertius habe-
ri potest; nam *cap. 2.* dicitur. *Omnes enim*
6 *† qui credebant, erant pariter, & habebant*
omnia communia, possessiones, & substantiam
vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout
cuique opus erat. Item *cap. 4. multitudinis*
autem credentium erat cor vnum, & anima
vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, ali-
quid suum esse dicebat, sed erant illis omnia
communia. Quòd si tūc nemini proprium
habere permittebatur, quòd si dominio,
ac possessioni renunciabant, ac prius
mūdi aureum seculum (quo nec meum,
nec tuum erat) æmulabantur, prohibita
inter eos iudicia, fortiùs verò apud infi-
deles fuisse, mirum videri non potest.
7 Iudicia † enim ex legibus orta, sublatis
actionibus, quæ rebus, vel personæ ad-
hærent, per necessarium consequens ces-
sare debuerant, cùm illa *ex meo, & tuo* or-
ta fuerint, hoc autem ex legibus, vt ele-
ganter more suo scripsit D. Augustinus
tractat. 6. ad cap. 1. Ioannis in cap. quo verè
distinct. 8. ibi: *Tolle iura † Imperatorum, &* 8
quis audet dicere, hæc villa est mea, meus est
iste seruus, mea est hæc domus? Inde Gratia-
nus rectè *in cap. 1. eiusdem distinctionis* ad-
notauit, *ius naturale inter primos fideles ad*
pristinum reuocatum, seruatumque dicto Lu-
cæ testimonio vsus, scitum autem illud
est, iudicia prodita ad actiones exercen-
das, actiones ex dominio, vel quasi de-
scendere, *vt Instit. de action. & obligat. in*
principio.

At frigescente, vt mos esse solet,
omnium huius seculi rerum summo ni-
su cœptarum in multitudine fidelium
pristina charitate, ad Taciti illud, *acribus,*
vt firme mitijs, † memorioso fine, fortasse, 9
quia vt idem ait, *rebus cunctis inest quidam*
velut orbis, vt quemadmodum temporum vi-
ces, ita & morum vertantur. Optimus hic
fidelium omnium, laudatusquè mos in-
ter Presbyteros solùm, cæterosquè Cle-
ricos mansit, quibus perfectior † viuen- 10
di norma decebat, vt patet ex Clementis
epist. 4. relata *in c. dilectissimis 12. q. 1.* ibi:
Communis vita omnibus, fratres, necessaria est,
& maximè his, qui Deo irreprehensibiliter mi
litare cupiūt, & vitam Apostolorum, eorumq;
discipulorum imitari volunt. Et alia, quæ in
hunc sensum in *dicta quæstione* referuntur
ex Hieronymo, & Ambrosio in *c. Cleri-*
cus, qui cum duobus seqq. Gregorius verò,
vita, & sciētia Magnus, cum ad Augusti-
num Anglorum Episcopū de Regno illo
recenter conuerso ad fidem instituendo
scriberet, hunc morē inter Clericos tan-
tùm insinuandum præcepit, relatus in *c.*
quia tua fraternitas ead. causa & quæst. Vr-
bani quoque epistolæ tenor ibidē refer-
tur, ac de hoc Clericorum more testatur
Augustinus ibi similiter adductus in *cap.*
nolo, & c. non dicatis, c. certè ego, qui osten-
dit tētasse iam suis temporibus Clericos
à communi vita resilire, aliquos etiā per
fecisse. Vnde in Monachos, ac eos, qui
voto ad communem vitā se obstrinxe-

runt,mos ille transiuit, in quos & hodie reliquiæ seruantur. Non immeritò ergo Clericis,qui priorem fideliũ, Apostolicumquè institutum amplexi sunt,iudicia
11 † quoquè eadem ratione vetantur, vt in Siluestri Sinodo habetur relato in *c.nullus Clericus* 11.*q*.1. Quòd si spreto Apostoli præcepto cõtendere voluissent,ne
12 Clericos, saltim apud laicos iudices † Clerici vocarent,institutũ in dictis Conciliis Mileuitano, Carthaginensi, Calcedonensi supra relatis,cõtentisquè in *can. inclita,can.placuit, can.si Clericus* 11.*q*.1. eadem, immo fortiori ratione, qua id Apostolus fidelibus omnibus præcepit, cùm isti Apostolicam vitã suscipere videantur: vnde id ratione decẽtiæ proprij status inductum est,sicut olim in omnibus fidelibus,ne apud infideles de bonis temporalibus cum eorum scandalo litem instituerent.

Patet ex his, Canones relatorũ Cõciliorum,nõ id,quod vulgus putat,cõtinere,nẽpe ne Clerici quæsitæ exceptioni renũciare debeant,nec possint aliis se iudicibus subijcere,sed ne Clericus aduersùs Clericũ iudicio cõtenderet,& hoc apud laicos foros præcipuè vetuisse. Quod nõ ex vi iurisdictionis,sed ex charitatis,ac concordiæ præcepto,ordinis quoquè,& gradus Clericalis decẽtia,statutũ magna cũ ratione fuit,vt ex Leonis Magni *epist*. 90.*ad Rusticum in c.aliud* 33. manifestis-
13 simè patet,ibi: *Melius est illi,vt † expetat Ecclesiasticũ,quã forense iudicium causa* 11. *q*.1.quæ verba,sicut illa Apostoli *consilij sunt,non præcepti*. Aliunde ergo,ni fallor, ratio frequentissimæ huius opinionis petẽda videtur,inde nẽpe,vnde iurisdictio nẽ in profanis causis supra manere diximus. Concessa nẽpe iuris dicendi in certũ hominũ genus facultate,ob bonũ ma-
14 ximè publicũ,piamquè religionis † causam,qualitas abdicatiua, ac priuatiua ad concedentem regulariter inest,*l.cũ Prætor,D.de iudic.§.iudicare Authen.de defensor.ciuit.c.translato de constit*.ac plerique à me conducti *nota* 62. *ad leg.Martini fol*. 602.*in C.Siculo,& in patrocinio n*.9.*ibidẽ fol*.345. Adestque in hac parte specialis super abdicatione dispositio cõmunia, hæc iura confirmans in *c.nullus iudici de foro compet* alibiquè nõ semel,quò fit,ne huiusmodi specialis iudicis cognitioni, submissi ex se alteri se subijcere possint; non enim exemptio subditis concessa est,sed Prælatis iurisdictio tributa, à quibus Clerici seipsosmet alteri submittendo,eximere non possunt,& hæc est † In- 15
nocentij ratio,si benè perpendatur in *d. capit. si diligenti*,nempe hanc exemptionem personis concessam non fuisse, ibi: *Cùm non sit hoc beneficium personale, cui renunciare valeat,sed toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum*, nempe Prælatis omnibus, ac primariò Pontificali Sedi, vti capiti visibilis Ecclesiæ omnes complectenti, *cap.per exemptionem* 9.*de priuileg. in* 6.benè Mandos. *de priuileg. ad instar gloss*. 71.*num*.32. Cùm ergo Ecclesiæ decori,ac iuri superioritatis semel concesso conueniat, simulquè intersit suos subditos alieno iudici, proprio facto non subijci, per rationem ab Apostolo traditam, rectè constitutum est, atque receptum,quòd nisi Ecclesia per Pontificem Summum repræsentata cõsentiat Clericos eius iudicium † proprio con- 16
sensu effugere non posse ex præmissis, & expressiùs ex *Concil. Parisien.* in *cap*.2. *de foro competenti*,ibi: *Nullus iudicum, neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum vllum, neque iuniores Ecclesiæ,sine permissu Pontificis per se distringere, aut condemnare præsumat*. Repetitum in *can.nullus* 11.*quæst*.1. atque emendatum ex originali, repositumquè, *Iuniores, loco minores*, eodemque pacto,& illud accipiendum puto,quod ex *Concil. Agatensi capit*. 32. *decerptum in can. Clericum* 40. *eadem causa, & quæstione* transcriptum est, vt dum de permissu Episcopi loquitur, fortiùs de Episcoporum Episcopo, Pontifice nempe intelligendum sit, cùm vniuersalis Ecclesiæ sollicitudo, subditorum omnium cura ipsi demandata fuerit,Episcopis in partem administrationis † assumptis; non autem, 17
vt

vt eius, qui omnibus præest, iura confunderent. Eleganter, ac verè D. Leo *epist. 84. Etsi ordo* (inquit) *generalis est omnibus Sacerdotibus, non tamen communis est dignitas omnibus, quia & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cùm omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret, de qua forma Episcoporum quoquè est orta distinctio, & magna ordinatione prouisum, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis Prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia*, & rursus. *Quod in maioribus vrbibus constituti solicitudinem reciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri Sedem vniuersalis Ecclesiæ iura confluerent, & nihil vnquam à suo capite dissideret.* Benè quoque Diuus Ciprianus Martio *epistol. 52. Episcopatus vnus est Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus.* Ac *libro de vnitate, Episcopatus vnus est, cuius à singulis pars tenetur, Ecclesia quoque vna est, quæ in multitudinem latiùs incremento fæcunditatis extenditur.* Bellarmin *de Sum. Pontif. lib. 2. cap. 3. Siquidem* (inquit) *id, quod est Papa in vniuersa Ecclesia, est quilibet Episcopus in particulari.*

Regularis ergo dè omnibus ius dicentibus ordo, quibus iurisdictio priuatinè
18 mandata † est, in hoc quoque casu seruabitur, idque solùm non speciale aliud per hos Canones firmatum, statutumquè est, ius nempe prohibendi subditos, ne alium iudicem præter eum, qui priuatiuè, & abdicatiuè in eos ius dicit agnoscere possint, sicut de subuassallis dicimus, ne directi etiam, qui iurisdictionem à se abdicauit præcepto, & iudicio se subijcere valeant, possintquè
19 ne id agant, vetari, si fecerint, † reuocationi acta subesse, vt probant in Baronis vassallo, Bald. *consil. 121. volum. 3.* Abb. *consil. 82. volum. 1.* Socin. Senior *cons. 87. colum. 2. volum. 3.* quos adducit Martà *de iurisdictione part. 4. centur. 2. casu 152. num. 7.* nam posse Pontificem, & alium quemlibet lege cauere, ne subditi iurisdictionem alicuius prorogent, apud omnes constat, vt nostri Hispani in *l. 13. tit. 1. lib. 4. Recopilat. adnotant*; de Lusitanis Barbos. *in l. 1. art. 13. num. 139. de iudic.* Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 35.* & de Gallis Ioan. Faber in *l. si quis num. 16. C. de Episcop. audient.* apud Siculos est *ex Petri*, vbi ego adnotaui in *C. Pontico nota 6. fol. 295.* ex Nauarro, & alijs Carleual. *de iudic. quæst. 7. ex num. 1519. ad num. 1522. fol. 464.* vt alibi latius dicturi sumus *in speciali quæstione.*

Nam quod vulgo dicunt, in hoc iurisdictionem Ecclesiasticam, profanam excellere, vt contra eam nec de tacita, nec de expressa protogatione, fauore alterius iudicis obijci possit, non aliunde nascitur, quàm quia ne renuntiari, vel
aliàs prorogari possit, † Canonibus cau 20
tum est, *dict. cap. si diligenti*, alijsquè præmissis iuribus. Cùm è contra per Ciui-
les leges liceat cuique † in iudicio alte- 21
ri se subijcere, *l. est receptum 14. D. de iurisdictione omnium iudicum*, ibi: *Est receptū, eoque iure vtimur, vt si quis maior, vel æqualis se subijciat iurisdictioni alterius, possit ei, & aduersùs eum ius dici*, nec mirum; nam cùm Imperatores Romani vniuerso suæ ditionis Orbi præessent, omnisque iurisdictio in Principe resideret, vt in *l. 1. D. de Constitut. Princip.* nulla iurisdictionum diuisio aderat, præter illam, quæ alteri mandabatur, & quæ in mandante erat, vt in *l. 1. & toto titulo, D. de offic. eius*, quæ reuera vna, & eadem semper fuit, *l. 1. §. Qui mandatam.* Idcirco cum quis magistratum quoquò modo
gerenti † se subijciebat, nullam Impe- 22
ratori iniuriam irrogabat, cùm omnes ei obedientiam præstarent. Nam textus relatus in *l. est receptum* supponit prorogationem, & consensum in eum factum, qui iurisdictioni quoquo modo
præest † cæteroquin priuatorum con- 23
sensus non facit eum iudicem, qui nullatenus est, *l. 1. & 2. D. de iudic.* vnde id habuit *Gregor. 9.* qui idem docuit in *capit. significasti 18. de foro competenti*, ibi: *Licèt priuatorum consensus eum, qui*

iurisdictioni præesse cognoscitur, suum possit iudicem constituere, Clerici tamen in iudicem non suum, nisi forte sit persona Ecclesiastica, & Episcopi Diœcesani consensus accedat, consentire non possunt, vtrumquè enim æquo iure verum est, ne in laicos iudices, neque in alienos Diœcesanos consentiant, *vt in cap. si Clericus* 45. *caus.* 11. *quæst.* 1. & passim.

At scissis postmodum, diuiso Impe-
24 rio, iurisdictionibus, prohibitione † opus fuit, licuitquè vnicuique iudici citra proprium assensum vetare subditis, ne in alterum iudicem consentirent, vel prorogarent. Hocque est, quod Summus Pontifex agnouit simul, & docuit *in cap. per venerabilem* 13. aliquibus ex corpore Decretalis restitutis, *tit. qui filij sint legitimi*, ibi: *Insuper cùm Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat, sine iuris alterius læsione, in eo se iurisdictioni nostræ subijcere potuit, in quo videretur aliquibus, quòd per se ipsum (non tanquam pater cum filijs, sed tanquam Princeps cum subditis) potuit dispensare, tu autem nosceris alijs subiacere*, addimus ex corpore, *vnde*
25 *sine ipsorum † forsan iniuria, nisi præstarent nobis assensum, in hoc subdere te non posses, nec eius auctoritatis existis, vt dispensandi super his liberam habeas facultatem*. Iurisdictionem (nempe) etiam quoad Pontificem à subdito in sui superioris præiudicium prorogari non posse, minusquè eligi, quodquè id Principi non recognoscenti superiorem, tantùm permissum sit.

Ex quo patet, intellectum communiter traditum *ad cap. significasti* 18. *de foro competent.* quòd nempe laici iurisdictionem Ecclesiasticam prorogare possint, Clerici non item, quoad primam conclusionis partem nullo iure fundari, nec ipsam Gregorij Decretalem hoc probare; nam ex præmissis subditos hoc ex se sine superioris consensu perficere non posse, satis fundatur. Vt ergo conclusio aliquid probet, id fieri cõsentiente Principe, addendum erit; nam vltra præmissa, clementiæ, ac naturæ ipsius subditi repugnaret, posse alteri se subijciendo † proprium iudicem in eius iurisdictionis 26
vsu turbare; nam subditus, quò subditus est, se quoad subiectionem nõ possidet, vt domini, & superioris possessionem interuertere possit; cum ipse possideatur, vt ex dicto textu patet; nec aliter dominantis possessio transire in alium potest, quàm si ipse † dominus voluntate 27
sua illam amittere velit, vt deducitur ex *l. final. C. de acquirend. possess. l. possideri* 3. *§. Amittenda, l. si quis vi* 17. *§. Differentia. D. eodem tit.* & latè docet Cepolla *de seruit. vrb. præd. cap.* 29. *num.* 7. *vers. Septimum & vltimum*, Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1215. *num.* 85. Cened. *quæst.* 42. *num.* 10. *& quæst.* 26. *num.* 10. *ian. quæst.* ac alij quàmplures per me citati in *patrocinio capit.* 2. *num.* 52. *vers. Posset etiam cum seqq. in C. fol.* 378. ibidem quoquè *num.* 25. *fol.* 371. vbi allegatur accommodata Rouiri *decis.* 97. *ex num.* 4. Addo post innumeros idem docentem Giurbam *cons.* 95. cùm maximè domi-
nia, possessionumquè traditiones, † mo- 28
diquè quærendi iure gentium introducti fuerint, *l. quaratione* 9. *§. Hæc quoque. D. de acquir. rerum domin. l.* 1. *D. de acquir. possess.* nec semel hæc firmata debeant per subditos ipsos peruerti, nam & communi † bono vni subesse constitutum fue- 29
rat, quo iuri qui subsunt, † renunciare nõ 30
possunt, *l. ius publicum* 38. *D. de pact. l.* 1. *§. Si eo tempore, D. de administrat. rerum ad ciuit. pertin. l. nec* 27. *D. de reg. iur.*

Additis etiam, quæ in hoc proposito ex Platonis dictis habemus *in Prothagora: Congregati hominès sibi inuicem nocebant, se inuicem iniurijs, & damnis afficiebant, quare dispersi iterum à feris lacerabantur, necesse igitur fuit, vt congregati in officio, per vnius imperium continerentur*. Adstipulantur dicta D. Chrisostomi *homil.* 6. *ad populum Antiochenum: Si Principes de ciuitatibus abstuleris, feris irrationabilibus similē irrationalem vitam degemus, inter nos mordentes, & nos inuicem deuorantes, pauperiorem potentior, mansuetiorem audacior*, & D. Augustinus *contra Iulianum capit.* 12. *An non cernimus* (inquit) *optime cuiquè domi-*

na-

natum ab ipsa natura, cum summa utilitate infirmorum datam? Tacitusquè dixerat 1. *Annalium in Augusto. Non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quàm si ab vno regeretur,* idem habetur *in l.1.§. Nouissimè, D.de orig.iur.* ibi: *Vt necesse esset Reipublicæ per vnum consuli.*

Ex hac ergo communi bono constituta subiectione non vnum, alterumvè subditum se in vniuersum eximere, nec alteri se posse subijciendo subtrahere, ex præmissis certissimum est. Cùm nec integro corpori aduersus caput, vniuerso
31 nempe hominum cœtui † in Principem id liceat, nisi vbi potestate sibi à Deo tradita in corporum, animarumquè perniciem ita abutatur, vt regnum euertere tentaret quoad Religionis Statum, aut ad totalem eius vastationem, per translationem in alienum Principem. Tunc enim populus pristinam potestatem resumere poterit, quam in propriam destructionem, desolationemquè concessisse censendus non est. Ad ea, quæ docet Nauar. *in cap. nouit. not. 3. num. 100. de iudic.* Almaynus *de potest. Eccles. capit. 15. col. 11.* Posseque hoc casu ex vtroque foro impunè resisti diximus nos *in C. Politico ad leges Martini not. 31. num. 7. fol. 527.* adducto Barclayo patre *lib. 4. Monarch. cap. 10.* atque ex Senecæ senioris insigni sententia, dicentis, *quòd licet pa-*
32 *rendum sit in omnibus † patri, in eo non parendum, quo efficitur, ne pater sit.* Ibi nos quoque communem causam à singulorum iniurijs apertissimè distinximus.

Quo fit sententiam eorum, qui hoc specialiter in laicis subditis adnotarunt, posse ex se alteri separatæ iurisdictionis
33 domino semetipsos † submittere, distinctionem quoque de incompetenti, & de prorsus incompetenti nullo iure subsistere, neque in citato *capite significasti* rectè fundari, cùm in eo Pontifex non de Clericis laicam iurisdictionem, nec de laicis Ecclesiasticam prorogantibus lo-
34 quatur, sed de lege † Diœcesana, quæ tanti vigoris est, ne possit Clericus sine Episcopi licentia alteri Prælato se subijcere. Rescriptum enim illud Abbati Trecensi dirigitur, qui putabat alienæ Diœcesis Clericum suam (cum Ecclesiasticus esset) iurisdictionem prorogare potuisse, cui Gregorius respondet, duo in Clericis, vt consensus iurisdictionem tribuat, copulatiuè requiri. Primum, *vt persona iudicis eiusdem ordinis sit.* Secundum, *vt suus Episcopus consentiat.* Cùm aliàs sufficeret in laicis, vt in quemquã, qui iurisdictioni præest, consentirent; lex enim Diœcesana, cùm ex cõstitutis Nicenæ Synodi, ac Carthaginensis proueniat, indispensabilis est, nullique ex parte subditorum prorogationi subiecta, ideoquè fortiùs ligat, quàm lex exemptionis ab Imperatoribus Clericis tributæ. vnde sit, difficilius esse consentire in alienum Episcopum, quàm in alium incompetentem, de quorum Conciliorum vi infra *quæst. 8. ex num. 33.* latè habetur.

Probatur hoc idem, quod in *cap. per venerabilem* continetur, *ex cap. quicunque cum duobus sequentibus 11. quæst. 1.* vbi Theodosij, & Caroli Magni leges referuntur, quibus permittitur laicis Episcopum loco arbitri eligere, ac à iudicum 35
Ordinariorum constitutione recedere, vt noscatur, prorogationem, ac subiectionem ex Principum consensu (vbi id disposuerint) sustineri, non verò id subditis ex se consentiendo, permitti.

Leges autem huiusmodi, ne subditi hoc intentare † possint, latæ, quæ vè idē 36
quod ius Canonicum continent, etsi pœnas adijciant, validæ sunt, ius enim Principum tuentur, & persequuntur, per ea, quæ dixi in eodem *Politico C. ad leges Federici nota 88. fol. 233. ex Couarru. & Gutierrez,* quibus addendi sunt ex Theologis, Molina *de iust. & iur. tr. 2. disp. 31. conclus. 4.* Vazquez *1.2. disp. 178. c. 4.* ex Consultis Salgado *de Bullar. Retent. part. 2. c. 1. ex num. 31. ad 43.* probantes posse Principes laicos statuta Canonum legibus, ac pœnis vallare, sicut Pontifices quoad suos subditos fecisse videmus tota *causa 10. quæst. 1.* confir-

mat-

marque Gratian. ibidem *quæstione* 2.

Manet ergo conclusio, nō posse Clericum suæ exemptioni renunciare, potuisseque hoc censuris, ne superioribus præiudicaretur, vetari; nam & id separatis semel iurisdictionibus, consequens fuit, consentioque Farinacio *quæst*. 8. *n*. 13. Martæ *part*. 4. *cas*. 152. *num*. 8. Carolo de Grassis *effect*. 3. *num*. 652. per
17 Dianam relatis, quòd nec consensus † Episcopi, vbi Pontificiæ Sedi præiudicium inferatur, per generalem consensum satis sit, illumque solùm proficere, vbi alterius Episcopi iurisdictio prorogatur, vel si ob bonum pacis, & ad vitanda scandala id agat in casibus particularibus non generatim, vbi periculum sit in mora Pontificem consultandi.

QVÆSTIO IV.

An per consuetudinem, maximè si sit immemorialis, dicta immunitas reuocari possit?

1 *Immunitas Ecclesiasticorum an possit per immemorialem consuetudinem reuocari? & num. 9. & num. 21.*

2 *Præscriptionis in materia ius Canonum seruari debet inter Christianos.*

3 . . . . *compendium incapaces non iuuat.*

4 *Couarruuias nihil vsquam contra immunitatem Ecclesiasticam scripsit, quod Canonibus aduersaretur.*

5 *Immunitati Ecclesiasticorum in genere per certos casus concessos non derogatur.*

6 *Obseruantia Hispanorum Tribunalium auertendi iniurias iudicum Ecclesiasticorum, non repugnat eorum immunitati.*

7 *Beneficia Ecclesiastica conferuntur Hispanis in his Regnis multis ex causis.*

8 *Iura Hispani Regis in rebus Ecclesiasticorum nequaquam in præscriptione fundantur.*

9 *Consuetudo, vt tempus iure ciuili inductũ ad acquirendam iurisdictionem, non proficit, in Ecclesiastica.*

10 *Iura de præscriptionibus loquentia non includunt supremam iurisdictionem.*

11 *Iura Imperij cum Imperio amittuntur, nempe cum vniuersitate totius status, non verò separatim.*

12 . . . . *posse sicut cætera præscribi, sensit Bartholus.*

13 *Iura ciuilia potestatis, & voluntatis defectu, ius Imperij non comprehendunt.*

14 *Iura Imperij, quo iure regantur.*

15 . . . *Ecclesiastici sunt perpetua, temporalis fortè nequaquam.*

16 *Consuetudo immemorabilis, cuius omnino ignotum est initium, in vim concessionis inducitur, etiam in materia Ecclesiastica.*

17 . . . . *idem est, quod constitutio scripta in his, quæ concedi possunt, nam vim traditionis vetustæ habet.*

18 *Priuilegium, & immemorabilis consuetudo in iure Canonum æquiparata.*

19 *Pontifex in aliquibus causis ob bonum publicum cognitionem Clericorum laicis Principibus delegare perpetuò potest*

20 *P. Dianæ opinio simpliciter intellecta, iuxta positionem conclusionis sequenda est.*

21 *Papa exceptis fidei articulis, in cæteris dispensat iuri diuino.*

22 *Vsus immemorialis ad excusandum peccatum supponit priuilegium, si adsit eius fama.*

23 *Legatio Siculi Regis ex sententia Clementis Octaui sufficienter ex immemorabili consuetudine probatur.*

24 *Consuetudini immemorabili omnes vbique fauent.*

25 *Vsus vetutissimus, ac incõtrouersus tam efficitur ius naturæ, & gentium, si ab omnibus seruatur.*

26 . . . . *dicitur auxilium vitæ, & temporis à subditis ipsis suo commodo inductum.*

27 . . . . *est fortior quacunque lege scripta.*

28 . . . . *etsi deterior sit lege, attamen legi præponitur.*

29 . . . . *debet potiùs amplecti, quàm ex nouitate scandalo locum dare.*

30 *Pontifices paci, ac tranquillitati subditorum studere debent, semotis articulis fidei, & Sacramentis.*

31 . . . . *benè regent Ecclesiam decedendo in temporalibus partim de iure suo.*

32 *Principes seculares beneficium cognitio-*

nis

78 *Prin-*

NEgatiuè iure merito concludit Diana *resolut. 4. non posse*, scilicet † *consuetudine immunitatem hanc reuocari*; nam si Pontifex Summus huic exemptioni in vniuerso renunciare nequit, vt supra *q.* 2. præmisimus, multò minùs posse illam præscriptione (qui ciuilis amittendi dominij modus est) conuelli, affirmare debemus. Cùm in profanis etiam negotijs, Canonum iure (cui in animæ rebus omnino standum est) alienæ † rei quæsitio nullo tempore cōtra conscientiam firma- 1 2

matur, *cap. vigilanti* 5. *cap. fin. de præscript.* at cùm de consuetudine, & præscriptione agatur ad fauorem laicorum, siue Principum, siue Magistratuum, vt ipsi in Clericos ius dicant, atque ipsi huius
3 iuris incapaces † esse noscantur, temporis compendium non proficere apertum est, *cap. causam* 7. *eodem titulo*, ibi: *Quia cùm laici decimas detinere non possint, eas nulla valent præscribere ratione.*

4 Immeritò verò Couarruuiam † contrariæ sententiæ Auctorem, ac inductorem facit, cũ ille in toto *cap.* 35. nequicquam afferat, quod à Canonum interpretibus, ac celeberrimis Glossantibus priùs disputatum, ac firmatum non fuerit. De immunitate verò Ecclesiastica per consuetudinem abroganda ne verbum quidem profert, direct sum cùm sit, nonnul-
5 los casus expedere, in quibus † Magistratus seculares per modum extraiudicialis auxilij ad auertendas imminentes turbationes, ac Ecclesiasticorum quoque discrimen, negotijs horum se interserũt causasquè, ac motiua referre, ob quod id agant; aliud verò per modum doctrinæ, & generalis propositionis asserere per vetustatem vsus, quæ memoriam hominum exceedat, violationem totius immunitatis sustineri posse. Nam quod ibi dicit, *num.* 2. *vers. Cæterū: in Regia, & Castellana Republica obseruantissimum esse, &*
6 *diu † à tempore, quo memoriam hominum excedit, obtinuisse, vi, & cẽsuris à iudicibus Ecclesiasticis oppressos posse ad Tribunalia Regia recurrere, & ab eis, vt vis cesset, ac auertatur, auxilium obtinere.* Item quod *num.* 5. his verbis affirmat. *Secundò adnotandum est ius hoc, quod Castellanus hic Principatus, & Regia obtinet Respublica, ne dentur Ecclesiastica*
7 *beneficia † exteris, non tantùm procedere à concessione Romanorum Pontificum præscriptione, & vsu immemoriali, &c. sed & à maxima, & euidenti regiminis spiritualis, & Ecclesiastici vtilitate, &c.*

Nihil ad Dianæ propositum (ni fallor) facit, nec enim hæc duo consuetudine tantum sustineri contendit, sed Canonũ
8 † & Patrum testimonia (quibus illa probantur) consuetudine, ac longi temporis causa firmata esse refert, vt enique legenti apertum fuit, & latè quoque suis locis, vbi de huiusmodi specialibus moribus sermo incidet, ostendemus. Pro nunc autem in genere, quid in Thesis terminis consuetudo possit, sequentibus propositionibus referemus.

Prima propositio. Consuetudo quatenus temporis † præscriptio est, modusq; 9
(vt præmisimus) ciuilis acquirendi, cognitionem, & superioritatem in alienos subditos ex cursu immemorabilis spacij, ac multiplicitate actorum, cum sciẽtia, & patientia veri, & proprij superioris, atque ex omnibus requisitis à Doctoribus ad iurisdictionem acquirẽdam excogitatis, ex *cap. irrefragabilis*, §. *Excessus de offic. ordin. cap. dilecti de arbitr.* ac cæteris per me in *C. Siculo, cap.* 3. *patrocinij fol.* 364. adductis, ad immunitatem † Ec- 10
clesiasticorum in irritum deducendam satis esse non potest. Huius propositionis ratio illa est, quòd leges de præscriptione loquentes ad ius supremi dominij † acquirendi, ac à Summo Pontifi- 11
ce, & capite abdicandi, porrigi non possunt. Cùm de priuatis rebus, & inter priuatos loquãtur, vt Titij domus, fundus, census, nomina debitorum acquiramur, vel amittãtur; iura autem vtriusque Imperij, siue vt alij rectiùs aiunt, vnius administratione distincti, Ecclesiastici nẽpe, & temporalis legibus istis non regi; cùm Imperio † inseparabiliter adhæ- 12
reant, nec possint sine ipso acquiri, nec amitti. Ita aliquando probaui in eodem, *C. Politico ad leges Fidrici nota* 50. *num.* 1. *fol.* 286. *ex cap. cum non liceat, cap. cum ex officij de præscriptio*, cum congestis à Menoch. *consf.* 962. *n.* 29. Georg. Obrech. *de iurisdict. cap.* 4. *num.* 24. Gregor. Tholosan. *in sintag. iur. lib.* 47. *capit.* 21. *num.* 24. Modest. Pictor. *consil.* 12. *num.* 28. *cons.* 4. *num.* 28. Addo nunc Mornach *ad l.* 1. *D. de Constitut. Principum*, Modernũ *de iure belli & pacis lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. *fol.* 127. Quidquid enim Bart. & post eum aliqui tentauerint, summum Imperium

13 rium † inter cætera vsu, ac præscriptio-
ne acquisibilia collocare, ille inquam in
l. hostes de captiu. & postlim. reuers. & in l.
1. de aqua pluuia arcenda veriùs videtur,
legem ciuilem potestatis primùm, dein-
14 de voluntatis † defectu ad Summi Im-
perij iura non porrigi: ita enim vel iure
15 quodam † supernaturali, vel ex gentium
populique vnanimi consensu reguntur,
quæ iura solius temporis mutationi, &
vicissitudini subiecta non sunt, sed nec
quoad partem iurisdictionis Ecclesiasti-
cis tributam potuit lex hæc induci, vt
tempore amitti valeat. Cùm Ecclesijs
vsque ad finem seculi, ac omnium con-
summationem duraturis similis casus,
ac regiminis immutatio contingere non
possit. Quidquid esset fortè de tempo-
16 ralibus † regnorum iuribus, quæ mutari,
& perire promiscuè possunt, iuxta tra-
dita ab Aristot. *1. de generat. cap. 10.* Se-
neca *epist. 92. omnia mortalia mortalitati*
damnata sunt, inter peritura viuimus. Acce-
dunt huic argumento, quæ posui ibidem
ad leges Petri *nota 8. num. 2.* & ad leges
Martini in Patrocinio *capit. 3. num. 51.*
fol. 377. ex Lessio *de iustit. & iur. lib. 2. c.*
6. dub. 12. & quàm pluribus alijs, quibus
etiam modò adhæreo.

Secunda propositio. Immemorabilis cō-
suetudo, quæ priuilegio cōparatur, qua-
ue modus priuilegij probandi inductus
est, quoties consueti moris initium (prop-
ter vetustatem) omninò ignoratur, in
rebus, materijsque, quæ cōcedi possunt,
& solent, quia fidei non obstant, atque
vbi (vt in superiori propositione dictum
est) nec potestatis, neque præsumptæ vo-
luntatis defectus refragantur, quoad Cle-
ricorum immunitatem, vno, vel alio mo-
do seruandam, cognitionemquè vel de
17 facto, vel de iure in certis quibusdam †
casibus (non verò generatim) exercen-
dam, multi momenti esse potest; nam si
damus, Pontificem Summum (si id ali-
cui Prouinciæ expedire cognouerit)
Principi, vel Communitati concedere,
ac indulgere potuisse, ac posse, quòdquè
si concessionis papyrus producatur, ma-
nente causa concessionis seruari debeat.
Cur non idem dicemus de vsu immemo-
rabili probante similem concessionem,
Certum cùm sit apud omnes, idem effi-
cere consuetudinem, † quoad speciale 18
præceptum, & priuilegium? Ita prior do-
cuit Tertullianus *lib. de corona militis cap.*
3. Habetis obseruationem inueteratam, quæ
præsumendo statum fecit, hanc si nulla scri-
ptura determinauit, certè consuetudo corrobo-
rauit, quæ sine dubio de traditione manauit,
quomodo enim vsurpari quid potest, si tradi-
tum priùs non est? D. Augustinus ex Basilij
dictis relatus *in cap. 5.* Ecclesiasticarum
distinct. 11. ibi: *Ecclesiasticarum institutio-*
num quasdam in scriptis, quasdam verò Apo-
stolicâ traditione, per successores in ministerio
confirmatas accepimus, quasdam verò consue-
tudine roboratas approbauit vsus, quibus par
ritus, & idem vtrijque pietatis debetur affe-
ctus. Vnde quis, vel aliquantulum sacrarum
expertus scripturarum hæsitauerit? Si enim
attenderimus consuetudines Ecclesiæ, non per
scripturas à Patribus traditas, nihili æstimā-
re, quantum religioni detrimenti sit latura, in-
tensiuè respicientibus liquidò constabit. Con-
cordat D. Hieronymus *epist. ad Lucinium,*
ibi: *Sed enim illud te admonendum puto, tra-*
ditiones Ecclesiasticas, præsertim illas, quæ fi-
dei non officiant, ita obseruandas, vt à maiori-
bus traditæ sunt, nec alienam, consuetudinem
aliorum contrario more subuerti, & iterum
ibidem, *& præcepta maiorum, leges Aposto-*
licas arbitretur. Probari ergo per vsum
Ecclesiæ, traditionem, institutionem, ac
decretum vel ex his testimonijs, nemo
dubitabit. Accedit Bonifacij Octaui ele
gans distinctio in *cap. cum personæ 7. verse.*
Si autem ad fundandam de priuileg. in 6. ad-
mittentis alternatiuè † probationem per 19
priuilegium, ac per Canonicam præscri-
ptionem, siue consuetudinem, quæ cen-
tum annorum spatio constet, vt in *cap.*
cum vobis 14. & cap. si diligenti 17. in fi-
ne, *de præscript.* latè Felin. *in capit. causam*
num. 6. & 7. capit. cum ex officij man. 13.
capit. accedente num. 6. versic. Sed dices de
præscript. cum alijs Canonistis adductis
per Anguian. *de legib. lib. 2. controuers. 20.*
& 24.

& 24.pleroſque citaui *in patrocinio cap.*
13.*ex num.*14. præcipuè, *verſ. Secundus*
*effectus probationis fol.*360.*in C.* *&* *deciſ.*
20.*num.*91. Addimus id perſpicuis ver
bis concedentes in hac ſpecie, Martam
*de iuriſdict. part.*4.*cent.*1.*caſu* 62.*n.*13.
qui allegat ad idem Rotam *deciſ.*1027.
*lib.*3.*part.*3. quæ omnino præmiſſam à
nobis propoſitionem probat, licèt à Co
uarruuiæ argumento diſcedat, Seſsè *de*
20 *inhibit.* *&* *cap.*8.§.3.*ex num.*151. Ac †
quòd Pontifex priuilegio id poſsit, præ-
ter adductos per Martam ibidem poſt *n.*
14. & Seſsè ibidem *ex n.*152. accedit
Carol. de Graſsis *de effect. Cleric. effect.*11
*ex num.*372.*ad plur. ſeq:* Suarez. *de immu*
*nit. Eccleſiar. aduerſus Regem Angliæ lib.*4.
*cap.*34.*ex num.*45. Paramus *de inquiſit.*
*lib.*3.*quæſt.*1.*num.*42. cum latè funda-
tis ſupra *quæſt.*2.*hoc libro.*

Quibus relatis per Dianam, ſed nec
ipſe *d. reſol.*4. contradicit; nam dum ne-
21 gat, poſſe † immunitatem hanc conſue-
tudine, etiam immemorabili derogari;
optimè loqui videtur, oppoſitum ſi di-
xiſſet, vituperatione dignus, ſi id nempe
nudæ cõſuetudini tribueret, nos quoque
cum relatis Auctoribus non id contendi
mus, nec vſui tãtum tribuimus, ſed quòd
potuerit Summus Pontifex in ſpeciali-
bus caſibus Principibus quandoque in-
dulgere, vt de Eccleſiaſticis cauſis, non
ſpiritualibus, ſed profanis cognoſcant.
Quod firmum apud omnes eſt, eſto etiã
verum eſſet, immunitatem hanc iure di-
uino conſtare; nam cùm (vt ait Marta)
22 *d. loco num* 15. de articulis † fidei nõ aga-
tur, poterit Papa reliquo iuri diuino di-
ſpenſare, & nos *ex Gloſſ. Archid. Innocent.*
& *alijs nota Politic.*36.*ad leg. Martini n.*
23 4.*in C. fol.*535. † quòd verò id fecerit
ex cõſuetudine, omnem horum memo-
riam ſuperante, atque incontrouerſa,
probari poſſe affirmamus, ad excuſandã
illicitam vſurpationem, fama præcipuè
conceſsionis accedente. Quoniam vt ex
D. Auguſtino diximus, multa inſtituta, &
ſeruata in Eccleſia, vſque adeo inueniun
tur, quæ ſcriptura carent, non tamen au-
ctoritate ob id deſtitui videtur, quod &
nos ante hac in ſimili *quæſtione* ex viuæ
vocis Clemẽtis Octaui † oraculo ſuper 24
Sicula legatione ſua tempeſtate oppu-
gnata probauimus, quodve à multis
Cardinalibus, qui interfuerunt, relatum
fuerit, dixiſſe nempe, cùm de Vrbani pri-
uilegio, *an fuerit?* diſceptaretur, *ſtare lega-*
tionem, ſaltem ex immemoriali; quoniam ex
illa ſatis probatur conceſſa, vt per nos
in C. Siculo ad leges Martini d. ꝯ. nota 36.
*poſt num.*4.*fol.*635. & ante *controuerſ.*
19.*num.*8.*in fine fol.*470.*in eodem C.*
me relato Salgado *de ſupplicat. ad Sanctiſ-*
*ſimum. p.*1.*c.*2.

Quantum vero ſit vbique, ac ab om-
nibus vetuſtiſsimæ cõſuetudini, ac tẽpo-
ris firmitati deferendum, præclara ſunt † 25
teſtimonia, quæ in præmiſſa *art.*11. re-
feruntur, hoc vno addito, illam dum ex
vniuerſorum conſenſu robur aſſumit, ac
temporis inculpato curſu firmatur, iam
non ad ciuilem acquiſitionem, ſed ad ius
naturæ referri, fierique † primarium gen- 26
tium ius, omnino tanquam à Deo proba
tum ſeruãdum, vt iniquè agere videatur,
qui id iam ſtatutum, ac firmatum euerte
re tentet. Primò *ex lib. Iudic. c.*11. vbi ita
reſpondit Iephte Regi Amonitæ, regio-
nes per populum Iſraeliticum obtentas,
ac per trecentos annos ſine controuer-
ſia poſſeſſas repetenti. *Quare tanto tempo-*
re nihil ſuper hac repetitione tentatis? igitur
non ego pecco in te, ſed tu contra me male agis
indicens mihi bella non iuſta. Item *Socrates*
egregiè apud Xenophontem in idem re-
ſpexiſſe videtur, aiens, *quod ab omnibus gẽ-*
tibus obſeruatum eſt, id omnino à Deo eſſe
ſancitum. Accedit Cicero *de offic.* 2. in-
quiens, *quam habet æquitatem, vt agrum*
multis annis, aut etiam ſeculis ante poſ-
ſeſſum, quis habuit, amittat? Rectèque Sui-
das. *Conſuetudinem non hominis inuentum,*
ſed vitæ, † *&* *temporis auxilium eſſe,* af- 27
firmat, *non ex regnantium libidine, terrore,*
& *metu, ſed ex voluntario conſenſu ad bo-*
nũ promiſcuum paulatim producta, ac in dies
vtilitatis eff[illegible], vtilior reperta, ideoque
in poſteros protenſa, ac tranſmiſſa. Inde

28 consuetudines † huiusmodi tempore, ac consensu, legibus firmiores esse, ex pluribus eruditè probat Anneus Robertus *rerum iudic.lib.2.cap.1.* illudque eis inter cætera tribui, vt licèt deteriores le-
29 gibus, potiores † tamen auctoritate censeantur, vt ait Thucidides *lib.6.* Pluraque in id collegit Mornacius *ad l.38.D. de legibus fol.30.* Tertullian. *in Apologetico capit.19.* ibi: *Primam instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas vendicat, apud vos quoque religionis instar, fidem de temporibus afferere.* Consentit quoque Diuus Augustinus alibi relatus *epistol.118. ad Ianuarium,* dum ait: *Mutatio consuetudinis, quæ utilitate adiuuat, nouitate perturbat.* optimè ad rem Cælestinus *3. in cap. quod dilectio 3. de consanguin. vnde* (inquit) *consultiùs duximus multitudini, & obser-*
30 *uatæ † consuetudini deferendum, quàm aliud in dissensionem, ac scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate,* & Tacitus *ex Tiberio, ne verterent sapienter reperta, & semper placita,* hoc enim Pontificibus præcipuum esse debet, vt citra fidei articulos, & Sacramenta, cætera
31 ad vsum, † & fidelium pacem componant; scientes, *Nos finem quodammodo omnium vti, fruique, tanquam propter nos omnibus, quæ sunt,* secundùm Aristotel. *2. ethicor.* & notissima naturæ principia; debereque per hoc mores, & leges accommodari, prout Communitati conducant, vt fecisse Apostolos, pluribus exemplis in prima de moribus institutione, tam in actibus Apostolorum, quàm in epistolis Pauli, circa plura videmus. Hoc enim est optimum regendi genus, multa expressim, alia permit-
32 tendo † indulgere, firmare etiam aliqua, quæ iniustè ad vsum producta sunt, vt *ex Cicerone,* alijsque probatum est in *Codice Siculo fol.481.col.1.* vt tamen in omnibus Pontificis beneficentia agnoscatur, illique acceptum referatur, illius nomine agere, ac vti sciant, vt habetur in *capit. ad audientiam de præscript. in fin.* ibi: *Vt sibi, non tanquam sibi, sed*
33 *tanquam † Ecclesiæ Romanæ, cuius auctoritate, &c.* Seruauitque Nero apud *Tacitum 14. annal.* nam dum agros Regis Apionis Cirenensium † *proximus quisque inuasisset, diutinaque licentia, & iniuria, quasi iure, & æquo niterentur,* & Strabo à Claudio *disceptator missus agros abiudicasset,* Neronem probata Strabonis sententia, *se nihilominus subuenire socijs, & vsurpata concedere decreuit,* vt simul aliquid temporis firmitati indulgeret, superioritatemque suam optimo temperamento mereretur, atque subditi ex Principis liberalitate, ac beneficentia obtinuisse, non ex propria acquisitione agnoscerent, ac faterentur, atque hinc existimo referenda esse Concordata aliqua in plurimis fidelium Regnis inter Pontifices, Regesque confecta, vt postremò beneficium illud à Sancta Sede pro
ficisci, paternamque † clementiam 35
simul agnoscerent, sic consulit *D. Gregor. homil.21. in Ezech. Nec sit sine vitione pius, nec sine pietate districtus: ecce hoc est magisterium disciplinæ, vt culpis & discretè nouerit parcere, & eas piè resecare.* Idem *epistol.25. lib.1. & lib.20. Moral. capit.8.* Tacitus dixit, *periculosa seueritas, flagitiosa largitio, seu nihil militi, seu omnia concederentur 2. annal.* Quibus accedunt, quæ ex Diuo Thoma *in 1. quæst. hoc 2. lib. dictum est num.7.* in hac immunitatis materia primeuæ Ecclesiæ vsum sequendum esse, cùm expressa præceptio desit.

Tertia propositio. Ad agnoscendum, adsit ne talis incapacitas in Principe laico, opus esse recurrere ad distinctionem vtriusque † potestatis Ecclesiasti- 36
cæ, & secularis intus Ecclesiam, cæterumque fidelium existentis, videndi causa, quo pacto quoue iure, existimanda sit? sunt enim, qui putant, hæc adeo inter se discreta, vt sibi inuicem obstent, inuicem repugnent à modo, vt separata principia agnoscere debeant, vel vnum dominum, vtrisque potestatem principaliter largitum, nulla reseruata connexitate, simbolo, nec relatione, seu dependentia vnius ad alte-

ram

ram, quasi vnusquisque Deum tantùm Auctorem, tributorumque fateri, nullumque alium teneatur, inductis ad id Pontificum verbis in *cap. cum ad verum*, *cap. si Imperator distinct. 96. capit. Ecclesia distinct. 97. c. nouit 13. de iudic.* Cùm multò verius sit, quòd sicut plura membra vnum corpus côficiunt, ita potestas om-
37 nis in Ecclesiæ corpore est, † tam indiuidualitate consensus in vnam fidem, quàm finis vnitate, & è conuerso *Ecclesia in Republica inest*, dum à Domino peregrinatur, iuxta *S. Optati Mileuitani* notũ axioma. Huius autem corporis caput, ac totius ædificij basim, ac fundamentũ Christum Dominum agnoscimus, *Præter quod*, vt ait *Apostolus ad Corinth. capit. 13.*
38 *lin. 12. Nullum aliud quisquam ponere, † nec superinducere potest.* Ipsum verò membrorum vsum, ita distinxisse, vt nihil de ratione integri scindi, nec detrahi posset, vt *Apostolus* sæpè fideles admonet. Primò *epistol. ad Romanos cap. 12. lin. 4. Sicut enim* (inquit) *in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum corpus sumus*
39 *in † Christo, singuli autem alter alterius membra.* Quę qualia sint, per operationes immediatè refert. Item repetit *ad Corinth. 1. cap. 5. & 12. Diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus, diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Additque ad propositum, Deum temperasse corpus hoc, vt ei, cui deerat, abundantiorem tribueret honorem, *vt non sit schisma in corpore, sed ad ipsum solicita sint membra, & si quid patitur vnum membrum, compatiantur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudeant omnia membra.* Exinde verò singula munera discernit. Demum *ad Ephes. cap. 4. 15. & 16. veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia,*
40 *qui est † caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum, per omnem iuncturam subministrationis secundùm operationem in mensura vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Imperator ergo, & Rex, si fideles sunt, in Ecclesia sunt, membra quidem, sed honestiora, & principaliora, non autem summa, nec præcipua; nam maioratus, ac sublimitas post caput pe-
nes Sacerdotium † residet, ac eius Prin- 41
cipem Sacerdotem Summum, tam ob excellentiam muneris, quàm ob capitis figuram, siue dicamus repræsentationem, ac concessas in spiritualibus vices, ex quibus visibile Ecclesiæ caput iure dicitur. Hoc enim operationum diuinarum, ac rectæ dispositionis ordo exposcebat, vt ministerium sacrorum profano dominatui præferretur, atque ordine præesset: dicente eodem *Apostolo ad*
Roman. 13. 2. vbi de potestatibus † 42
agit, illa, *quæ à Deo sunt, ordinata esse.* Idem *ad Corinth. 1. capit. 14. 40.* non essent verò, si profana sactis præferrentur. Inde *Diuus Bernardus in epistola ad Conradum Imperatorem*, hoc ipsum Pauli ad Romanos enunciatum explicans ait: *Omnem animam potestatibus sublimioribus subesse, seruato ordine à Deo digne constitu-*
to, vt nempe Imperatores, & Reges † Papæ 43
obedirẽt, cæteri illis. Hieronymus quoque, ac Ciprianus Pontificem, secumque Sacerdotes præcipuum Ecclesiæ membrum ad cæteros fideles constituere dixerunt, quos refert Ortiz *de immunitat. part. 2. conclus. 13. vers. Expositores, folio 130.*

Quisquis ergo ob tributum vnicuique membro munus, licèt illud principale, & egregium sit, omnino de per se, illud statè contendat, iam illud de corpore abscindit, iam in mortem eius coniurat, alienationem nempe fidei meditatur, per quam viuimus in Christo,
quisquis † etiam inferius ratione mini- 44
sterij, ac subordinationis membrum, principaliori, & sublimiori præponit, vel non supponit, iam ordinem à Deo institutum peruertit, facitque à Deo non esse, schismaticum iudicari.

Iterum si superius membrum ita se extolleret, vt despiceret cætera,
propriave munera omnino prætiperet, † vel 45
minueret, iam hoc ad interitum corporis,

ris, ac integri verteretur. Optimè *Paulus ad Corinth.* 12. *vers.* 20. *nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus; non potest autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterū caput pedibus, non estis mihi necessarij*, quòd inuidiam suscitaret, indeque ruinam, ex eodem ad *Galatas* 5. 15. ibi: *Quòd si inuicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab inuicem consumamini*, Domino etiam dicente, apud *Matth.* 12. *omne regnum in se diuisum desolabitur*.

Rectius ergo, & integri corporis salu ti satius est, vt secundùm *Apostol. d. c.* 12. schisma omne inter mēbra vitetur, vtque ad inuicem solicita sint membra, vt
46 promiscuè compatiantur, † alternatim congaudeant, mutua inter se auxilia præstantes *ad ædificationem, & non ad destructionē*. Ita vetusti, & incorruptissimi Pōtifices agnouerunt, auctoritatē, ac præeminentiam proprij muneris cum māsuetudine, & charitate simul tuendo, ne ad supernaturalem fœlicitatis, & gloriæ finem hæc temporalia scandalo, & offensioni essent, insinuando præeminētiam, sectando iustitiam, quantum vnicuique membro seruetur, propter tamen eminentem scientiam, & charitatem multa temporalia indulgentes, *omnia omnibus facti, tanquam* (vt *Apost.* 2. *ad Corinth.* 6. 10.
47 aiebat) *nihil habentes*, † *& omnia possidentes*. Hoc enim tunc fieri dicitur, cùm Dominus habitu, actu de suo iure volens, decedit. Hinc Clemens *epist. relata in cap. te quidem, & cap. sicut* 11. *quæst.* 1. seculares curas voluntariè à se abiecit, verbi Dei ministerium assumens, vt tamen cætera membra illi inuicem operam fideliter darent.

48 Diuisionem etiam hanc munerum † simulque connexitatem, ac principatus vnitatem in Ecclesia futuram præuidit *Zacharias c.* 5. *vers.* 13. *& ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo, & erit Sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos*, & docuit *Nicolaus Papa* epist. *ad Michaelem Imperatorē in d. c. cum ad verum dist* 96. nec diuersus est sensus Canonum supra aduersùs citatorum, & D. Hieronymi, *nec Regale fastigium Sacerdotalem deprimat dignitatem, nec Sacerdotis dignitas Regale fastigium, sed in vnius gloria Domini Iesu vtrumque consistant*. Et *Rupertus Abbas*: *Ducum, & Consulum fascibus, atque Regum gladijs eget Sacerdotalis sanctitas, nihil tutius, cùm sibi conueniunt, nihil perniciosius, si dissentiunt*. Accedunt *Genebrardus in Psalm.* 2. *vtroque* (inquit) *magistratu Ecclesiastico, & Politico Ecclesia continetur, munitur, & viget*, latè *Driedo de libert. Ecclesiæ cap.* 2. Qui egregiè sententiam hanc exponit, sentit quoque ex parte Bellarminus *lib.* 5. *de Romano Pontif. cap.* 7. agnoscit Barclaius filius *in proœmio Parenesis ad Sectarios* à priori opinione discedens, quòd dixisset ibi: *Respublicas Ecclesiasticam, & Ciuilem ita distingui, vt non in vnum corpus mixtæ, sed sociæ tantùm essent, nec vnam Rempublicam Christianam facerent, in qua illa spiritum referret, hæc corpus*. Nam veritas est, seculares
cum † Clericis, quatenus referuntur 49
ad Ecclesiasticam potestatem, atque vtrique Pontificibus, quoad spiritualia subsunt, efficere vnam Rempublicam, Ecclesiam nempe Corpus Christi misticum, licèt hoc idem iterum distinguatur quoad politicam administrationem, quę à præmissa natura differt, ex eodem Cardinal: Bellarmino *de Romano Pontifice lib.* 5. *cap.* 5. Meliùs *D. Gelasius* Papa *tom. de Anathem.* vnde excerpsit, & diminutè retulit *Gratian.* sub nomine Nicolai *in dict. cap. cum ad verum*. Ait Gelasius. *Fuerant hæc ante aduentum Christi, vt quædam figuraliter, vt in carnalibus constituti pariter Reges existerent, & pariter Sacerdotes*, & statim, *sed cùm ad verum ventum est eundem Regem, atque Pontificem vltra sibi, nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex Regale fastigiū vindicauit; quamuis enim mēbra ipsius, idest veri Regis, atque Pōtificis, secundùm participationem naturæ, magnificè vtrūque in sacra generatione sumpsisse dicuntur, vt simul Sacerdotale genus, & Regale subsistant; attamen Christus memor fragilitatis humanæ, quò suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica tēperans, sic actionibus proprijs*

*prijs dignitatibus distinctis officia potestatis
vtriusque discreuit, suos volens medicinali hu-
militate saluari, non humana superbia rursus
intercipi, cum & Christiani Imperatores pro
æterna vita Pontificibus indigerent, & Pon-
tifices pro temporali cursu rerum Imperialibus
dispositionibus vterentur, quatenus spiri-
tualis actio à carnalibus distaret incursibus,
& ideo militans Deo minimè se negotijs secu-
laribus implicaret, ac vicissim non ille præsi-
dere rebus diuinis videretur, qui esset negotijs
secularibus implicatus, & vt modestia vtriusque
que ordinis curaretur, ne extolleretur vtro-
que suffultus, & competens qualitatibus actio-
num specialiter professio aptaretur.*

Hoc si ita est, distinctionem hanc, nẽ-
pe munerum, tanta charitate coniunctã,
tot reciprocis vinculis connexam, ac de-
nique vnitatis, ac integri ratione, idẽ ef-
50 fectã, quoad potestates laicas nõ † ama-
rè (vt verbis *Pauli Consulti* vtar in *l. si id
quod 25. §. Si quas, D. de donat.*) *maximo af-
fectu*. Nam postquã Imperatores, & Re-
ges nomen Christo dederunt, ac intra
Ecclesiam esse cœperunt, iam potestates
hæ sacra, & profana, nõ discrepant, iam
non origine, non causa, nõ denique fine,
sed tantũ administratione, exercitio, or-
dine separatæ sunt, vna charitatis, vnita-
te, duæ ministerio. Si quis autẽ hæc sibi
obstare scrupulosius tentet, ac cõmuni-
cationẽ promiscuã abneget, seculi Prin-
cipes infidelitate iure notat. Etenim dũ
51 infideles erant, sua iudicia, sua † munera
separatè obibant, vt ait Gerson *de potest.
Eccles.* cuius verba retulimus in *C. ad leges
Federici nota 87. n. 14. fol. 232*, Ecclesia
quoque (nihil eorum, quæ foris erãt) cu-
rante, conuersos ad fidem nequaquam à
iudicijs secularibus, sed à contentioni-
bus auertebat, quibus sublatis, iudicia
52 cessabant, † non quia nulla, sed quia non
necessaria, vt patet ex *Tertulliano de coro-
na militis num. 126.* vbi Pamelius ait *al-
lusisse ad præmissum Apostoli consilium*.

Quo ex supposito Apostoli doctrinã
patescit, dum iudicia inter fideles impro-
bat, & statim seculi potestates honore
dignas fatetur, nullæ enim leges volũta-
riam iurium abdicationem impediũt, † 53
immò multæ collaudant, vt in *l. item si
res 4.* ibi: *Verecunda voluntas, eius qui lites
exsecratur, D. de alienat. iudic. mut. causa fa-
cta, l. filio patri 87. D. de leg. 1.* translata
ad literã in *l. 1. §. Inde, D. de noui operis nũ-
ciat.* ibi: *Quid enim agebat Prætor, nisi vt
controuersias eorũ dirimeret, à quibus si spon-
te recesserunt, debet id ratum habere?* Addũt
rationem, *quia vnicuique licet renunciare
ijs, quæ pro se introducta sunt, l. si iudex 41.
D. de minor.* volentibus autem conten-
dere potestates pateant.

Ait ideo *Apostolus 1. ad Corinth. 6. Au-
det aliquis vestrũ habens negotiũ aduersus al-
terũ, iudicari apud iniquos, & non apud San-
ctos? An nescitis quoniã sancti de mũdo iudica-
bunt? & si in vobis iudicabitur mũdus indigni
estis, quòd de minimis iudicetis, nescitis quoniã
Angelos iudicabimus? quãtò magis secularia?
secularia igitur iudicia si habueritis, contem-
ptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos cõstituite ad
iudicandum, ad verecundiã vestrã dico: sic non
est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudi-
care inter fratrẽ suum? sed frater cũ fratre iu-
dicio contendit, & hoc † apud infideles, iã qui- 54
dẽ omnino delictũ est in vobis, quod iudicia ha-
betis inter vos: quare nõ magis iniuriã accipi-
tis? Quare nõ magis fraudẽ patimini? sed vos
iniuriã facitis, & fraudatis, & hoc fratribus,
an nescitis, quoniã iniqui regnũ Dei nõ possi-
debunt?* Hæc Paulus, vt sciamus, illum ob
mundi rerũ contemptum, fideles, vt iudi-
cijs renũciarent, monuisse, † vtque terũ 55
potius, quàm fraternitatis iacturã ferrent,
Christi Domini doctrina expẽsa. Cuius
hoc idem consilium fuerat apud *Matth.
c. 5. vers. 39. Ego autẽ dico vobis, non resistere
malo, sed si quis te percusserit in dexterã ma-
xillã, præbe illi & alterã. & ei, qui vult tecũ
in iudicio contendere, & tunicã tuã tollere, di-
mitte ei & pallium.* Alibi etiam, vt non so-
lum iudicia, verùm iudicis munus se re-
spuere ad nostram doctrinam ostende-
ret, petenti cuidam nomine discipulo, vt
tales inter se, & fratrem partes assume-
ret, indignabundus † respondit, *homo,* 56
*quis me constituit iudicem, aut diuisorem
super vos? Lucæ 12. 14. & Apostolus ad*

Q 3 Ti-

Timoth. 22. *Nemo militans Deo impli-*
cat se negotijs secularibus. Idem *ad Roma-*
nos, & tertio quoque verbo in suis epi-
stolis spiritualem non carnalem pote-
statem ostentat, ex Apostolorum tradi-
tione. Clemens in relata *epistola* conren-
ta in *cap*. 28. *te quidem*, & *cap. sequenti* 11.
quæst. 1. vt pateat, concordiã ab Ecclesia
suaderi, vt à iudicijs recedatur. Aliquan
57 do quoque † censuris, præcipuè ad pa-
cem inter Principes conseruandam iu-
bere, vt in *capit. quæcunque* 11 *quæst*. 1.
quod & Præsidibus pacis causa id cura-
re licebat, *l. æquissimum, D. de vsis fuct.* nõ
verò, vt apud se iudicia instituãtur, qua-
si quod culpauerat inter laicos, ipsa am-
plectatur, vt malè aliqui docere viden-
tur, qui iudicia omnia ad Ecclesiam
translata asserunt. Quando enim volun-
58 tariè † fideles ad Sacerdotes, tanquam
ad arbitros recurrebant, ipsi non ad iu-
risdictionem acquirendam, sed ad con-
cordiam inducendam hoc munus am-
plectebantur. Optimè post *Ambrosium*,
Thomas Aquinas *ad dictum Apostoli lo-*
cum, ibi. *Sed videtur esse contra id, quod dici-*
tur Petri 1. *cap*. 1. *Subditi estote omni huma-*
næ creaturæ propter Deum, siue Regi, tan-
quam præcellenti, siue Ducibus, tanquam à
Deo missis. Pertinet enim ad auctoritatem
Principis iudicare de subditis: ergo contra ius
diuinum prohibere, quod eius iudicio non ste-
tur, etsi sit infidelis. Sed dicendum, † *quòd*
59 *Apostolus non prohibet, quin fideles sub infi-*
delibus Principibus constituti eorum iudicio
compareant, si vocentur. Hoc enim esset contra
subiectionem, quæ debetur Principibus, sed
prohibet, quòd fideles non eligant voluntariè
infidelium iudicium. Idem cõprobãt *Theo-*
doretus, & *Liranus*, ibi, à quibus habuit
Thomas, & Chrisostomus *ibidem*, prior
dixerat, *non esse necessariam magnam sapien-*
tiam arbitro controuersiæ inter fratres. Nec
repugnat sensus Cardinalis Bellarmini
lib. 3. *de laicis cap*. 12. per hæc verba, *Apo-*
stolus ibi monet Corinthios, vt in ijs causis, vbi
non tenebantur necessariò adire Tribunalia gẽ-
tium, constituerent inter se iudicem, licèt ali-
bi ab hoc præcepto, sensu recedat; vnde
comprehenditur sensus *Nouellæ Impera-*
toris Valentiniani, quæ est 3. *tit. de Episcop.*
iudic. De Episcopali (inquit) *iudicio diuer-*
sorum † *sæpè causatio est, ne vlterius quere-* 60
la procedat, necesse est præsenti lege sanciri,
itaque cùm inter Clericos iurgium vertitur,
& *ipsis litigatoribus, conuenit, habeat licen-*
tiam Episcopus iudicandi, præeunte tamen
vinculo compromissi, quod & *de laicis, si con-*
sentiant, auctoritas nostra permittit, aliter eos
esse iudices nõ patimur, & post pauca. *Quo-*
niam constat Episcopos, & *Presbyteros forum*
legibus non habere, nec de alijs causis secundùm
Arcadij, & *Honorij Diualia constituta; quæ*
Theodosianum corpus ostendit, præter religio-
nem posse cognoscere, si ambo eiusdem officij li-
tigatores nolint, vel alteruter, agant publicis
legibus, & *iure communi.* Est autem lex Ar-
cadij, & Honorij in *l*. 1. *C. Theod. de Re-*
lig. in *eodem*, C. est insignis de compro-
misso in Ecclesiasticos, *l*. 41. *Clericos tit.*
de Episcop. Eccles. & *Cleric.* Accedit *Calix-*
tus Papa relatus infra *num* 70. & Card.
Bellarmin. *de Roman. Pontif. lib*. 5. *cap*. 5.
& 20. vbi quòd Theodosius concessit
Papæ ciuiles lites iudicandi ex pietate,
non ex debito, vt in *Can. quicunque*. Ex
quibus (vltra Germanum Apostolici ef-
fati sensum) primorum quoque æuorum
opinio manifestissimè patet, atque non-
nulla ad vniuersam de immunitate Ec-
clesiæ tractationem plura ad præsentis
propositionis firmitatem, ac subsisten-
tiam elici possunt; quorum aliqua perse-
quemur, clara ex se (sed à ceruicosis
vtriusque potestatis fautoribus corru-
ptissimè expensa.) Et primò † conse- 61
quitur enunciatum hoc, nullam repu-
gnantiam continere, Regnum, ac pote-
statem omnem in Ecclesia esse, illamq;
per Principes, Regesque exerceri, nam
licèt Reges, vt Reges sunt, munus, ac po-
testatem Regiam à Deo obtinuerint (*per*
quem † *Reges regnant*, & *legum conditores* 62
iusta decernunt. Prouerb. 8. addito Isai. va-
ticinio *cap*. 49. *Erunt Reges nutritij tui*, &
Reginæ nutrices tuæ.) Attamen vt fideles
sunt, ac permanere in Ecclesia optant,
fasces Christo, eiusque Vicario submit-
tere

tere tenentur, eius dicto obsequi, ab eo ad æternam fœlicitatē dirigi. *Omne enim*
63 *sub regno grauiori, regnum est*, ceditque † sublimitas Regni vtilitati saluationis æternæ, affirmāte Domino, & seriò omnes monente, *non renunciantem omnibus, quæ possidet, non posse suum esse discipulum.* In hoc autem Reges Regnis renunciant, vt discipuli fiant, cùm sublimitatem humilitate compescunt, cùm ex Christiana disciplina, licèt omnibus Imperantes, Pontificis ad salutem imperia suscipiunt; nam si aliàs agant, Reges esse possunt, nequaquam fideles, hoc est obsequium fidei in Regibus, *cui intellectum captiuari*, Apostolus monet 2. *ad Corinth. cap.* 10. *vers.* 5. dum pro fide euacuatur temporalis potestas, pro consequenda spirituali gratia, pro acquirenda cœlesti gloria, nil proficiente, *Si vniuersum mundum lucrētur, animæ verò detrimentum pa-*
64 *tiantur, Matth.* 20. In quo, *ne vacillent*, † *scutum fidei arripiendum* monet Augustinus *serm.* 6. *de verbis Domini. Maior* (inquit) *potestas Dominus, da veniam Imperator, tu carcerem, ille gehennam minatur, hic iam tibi assumenda est fides tua, tanquam scutum.* Atque hoc est, quod Ambrosius fideli Imperatori exprobabat *in capit.* 21. *conuenior* 23. *quæst.* 8. ibi: *Quid enim hono-*
65 *rificentius, quàm vt Imperator † Ecclesiæ filius dicatur? Quod enim dicitur, sine peccato dicitur, & cū gratia dicitur. Imperator enim intra Ecclesiam est. Bonus enim Imperator quærit auxilium, ac Ecclesiam non refutat.* Et statim. *Deinde consulere me Imperatoris saluti oportet, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere*, fide enim deficere, ac aberrare videtur is, qui potestati huic refragatur. *Nam si Imperator Catholicus est*, inquit Ioannes Papa in *cap. si Imperator* 96. *distinct. filius est, non Præsul Ecclesiæ, quoad religionem competit, discere ei conuenit, non docere*, & statim egregiè, *ad Sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad seculi potestates, quas, si fideles sunt, Ecclesiæ suæ Sacerdotibus voluit esse subiectas.* Optimè quoque *Nicolaus ad Michaelem* Imperatorem ex Gelasio in *cap. cum ad verum eadem dist. Anastasius* 2. *ad Anastasium* Augustum in *cap. præceptum distinct.* 12. ibi: *Si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ communionem haberi desideratis.* Vertitur in hoc ergo principalis fidei præiudicium, si fortè subiectionem in fidei rebus refugiant, si Principatum ita discretum existiment, ne Pontifici potiori, ac digniori membro subiaceat, naturalem sic inter filium, & patrem relationem necessariam negantes.

Consequitur etiam Pontifices natu-
ram † propriæ potestatis agnoscere te- 66
neri, nec illam per hoc separatam, magisque, quàm par est præeminentem existiment, quòd seculari opposita sit, meminerintque, seipsos eiusdem corporis partem esse, nec se censeant potioritate, & nobilitate diuersos, magis enim, & minus genere non differunt, germanæ hæ potestates, tota domo, vnum sunt, inuicem parent, inuicem iubent, non superbiæ fastu, sed charitatis affectu, inter se, ne repugnarent, fidei vinculis colligatæ. Vnde mutua † auxilia instituta, per im- 67
plorationem; vt aiunt, brachij ad inuicem, deque priori Clemens in *d. cap. sicut impietatis* 11. *quæst.* 1. eleganter, & planè Isidorus *de summo bono in cap. Principes seculi* 23. *quæst.* 5. Optimè quoque, & piè Bonifacius *ad Honorium in capit. Ecclesiæ meæ* 97. *distinct. & Gelasius Anastasio*, licèt magis durè in *cap. duo sunt distinct.* 96. *c.* 1. *de offic. ordin. cap. cum Episcopus eodem tit. in* 6. *cap. postulasti de iudic. capit. postulasti de homicid. cap. dilecto* 6. *de sentent. excommunic. in* 6. relato infra *n.* 100. vt vicissim disciplinam subditorum Pontifex monitis, doctrina, paternali correctione, Princeps pœnarum rigore curent, ex traditis supra *num.* 48.

Omnino autem potestatis pars Pon-
tifici, † ac Episcopis tributa, si regulis 68
fidei nostræ, & Patrum traditionibus standum erit, mitis est, paterna est, non elata, non dominationis fastu, non denique profano more. Ita Dominus discipulis discrimen vtriusque potestatis explicans, *Luca* 22. 25. *Reges gentium do-*

mi-

minantur eorum, & qui potestatem habent inter vos, benefici vocantur; vos autem NON SIC, sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior, & qui praeceptor est, sicut ministrator; nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat, vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus

69 *Israel.* Petrus etiam Apostolus † prior huius potestatis minister, qui non muneris tantùm, sed exercendi eius normam à Christo accepit, *epistol. 1. cap. 5. Seniores ergo* (inquit) *qui in vobis sunt, obsecro consenior, & testis Christi passionum, qui & eius, qui in futuro reuelanda est gloria, communicator. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei ex animo, non coactè, sed spontaneè secundùm Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit Princeps pastorum percipietis immarcescibilem gloriae coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autem inuicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam.* Paulus quoque suã non carnalem, idest secularem, & profanam, sed spiritualem potestatem esse dicit, *ad aedificationem, & non ad destructionẽ,* vt in *2. ad Corinth. cap. 10.* per totum principium, & *cap. 13.* eiusdem, & ad *Romanos cap. 15.* & priorum seculorum Pontifices Clemens, & Bonifacius relatis locis. Item & Calixtus *1. epist. 2. cap. 3.* ait

70 *causas † per Ecclesiasticos decidi, non aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi administratione.* Leo ad *Rusticum* Episcopum *epistol. 90. Odio habeantur peccata, non homines, corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod seueriùs castigare necesse est, non saeuientis plectatur animo, sed medẽtis.* Idem *epist. 82. ad Anastasium Thessalonicẽsem Episcopum,* eos improbat, *qui dominari magis, quàm consulere subditis curant.* Ex Patribus Tertullianus, qui secũdo post Christum seculo vixit, *lib. de idololatr. cap. 18. si potestatem* (inquit) *nullam etiam in suos exercuit, quibus sordido † ministerio functus est,* 71

si Regem se denique fieri conscius sui Regni refugit, plenissimè dedit formam suis, dirigendo omni fastigio, & suggestu dignitatis, & potestatis. Quis enim his magis vsus fuisset, quàm Dei filius, nisi gloriam seculi alienam sibi, & suis iudicaret? igitur quae noluit, reiecit, quae reiecit, damnauit, quae damnauit, in pompa Diaboli reputauit, & Hieronymus *ad Nepotianum in cap. esto distinct. 95. esto subiectus Pontifici tuo, & quasi parentem animae ama, sed Episcopi, Sacerdotes sciant se esse, non dominos,* Idem in *Apostoli* epistolam ad *Titum 1. cap. 1. Infirmidum* (inquit) *est aduersus eos, qui de Episcopatu intumescunt, & putant, se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos in cap. illud 8. quaest. 1.* Ioan. Chrisostomus *homil. 3. epist. ad Titum homil. 5. epist. ad Thessalonicenses, & homil. 4.* cuius verba retuli in *C. Politico, nota 24. ad leges Federici num. 5. versic. Quod non immutatum est fol. 149.* Addẽda eiusdem doctrina *in Dialogo de Sacerdotio.* Et Sancti Hilarij, qui in *Matth. capit. 10.* in illis verbis: *Nolite possidere aurum, &c. neque virgam, &c.* (ait) *neque virgam in manibus, idest potestatis externae iura non indigi, habentes virgam de radice Iesse; nam quae alia fuerit, non erit Christi.* Item & *D. Thom.* ad ipsam *Apostoli* doctrinam *opusc. 9. cap. 3. D. Bonauent. in opusc. quare fratres minores praedicent.* Idem *D. Thom. in 4. distinct. 19. art. 1.* vbi de correctionis natura, quae ab Ecclesia adhibenda est, D. Bernardus *lib. 3. de considerat. ad Eugenium Papam,* qui latissimè omnium id prosequitur. Accedit Venerabilis Beda *super Matth. praemisso loco,* introducens Dominum his verbis alloquentem Apostolos. *Inter vos, qui estis mei, non erit hoc violenter dominari, quoniam sicut omnia carnalia sunt in necessitate posita, spiritualia in voluntate, sic & qui Principes sunt spirituales, principatus habent in dilectione, non in timore,* Gratianus demum in *§. Item cum Dauid 2. q. 2.*

Quae omnia, licèt naturam Ecclesiasticae potestatis probent, non tamen id probant, vt altera potestas penes Ecclesiam

72 siam † non sit, cùm in ea omnem potestatem adesse docuerim: quinimo firmãdum est, hæc testimonia vtramque potestatem non tollere, sed qualis actu exerceri debeat, demonstrare, nam cum secularis Principibus demandara sit, regu-
73 lariter ab illis tantùm exercenda erit, quando nempe, omnia † in cætu fideliũ ordinatè geruntur, sed si rerum ordo turbetur, iam ordo est, ordinem non seruare, vindicatque sibi locum irregularis potestas, vt omnium saluti cõsulatur. Hucque tendunt Canones omnes, quibus Pontifices vsos temporali iurisdictione in ipsos Reges docemur, vt in *cap. duo sunt 96. distinct.* vbi de causis, quibus moti Pontifices aliquos Imperatores communione priuauerunt. Sunt & alia exempla, vbi ad ipsam vsque Imperij priuationem processerunt, penes Martam *de iurisdict. part. 1. cap. 23. per totum.* Quæ vtique superioribus doctrinis opposita apparerent, item & D. Chrisostomi definitioni in *Dialogo de Sacerdotio* nuncupatim docenti, *ministerium esse munus à Deo commissum, vt sint armis doceatur homo, nec esse potestatem dandi, vel adimendi*
74 *Regna*, nisi ita concordarentur, vt † in extraordinarijs casibus corrupta disciplina, ordineque turbato, vbi vltimus Christianæ Reipublicæ casus, ac interitus adesse, & instare conspiceretur, & inconsutilis tunicæ rescissio, vt ad rectum res componi posit, hæc ex vi mutui auxilij, ac connexitatis vtriusque potestatis in eũdem finem in Ecclesia existentis licere, vt disertè affirmãt Pontifex in *cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, statim relatus, ibi: *Casualiter exercemus, & D. Bernard. de considerat. ad Eug. lib. 5. aliud est incidenter excurrere in ista (causa quidem vrgente) aliud vltrò incumbere istis*, Card. Caietan. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12. *vers. Clarè patet.*

Nam postquam Imperatores, & Reges Christianam fidem colunt, ad mutuum auxilium, non tantum Ecclesia in Republica est, sed Respublica etiam in Ecclesia, atque hoc pacto explicandum est illud tàm celebre Optati Mileuitani axioma relatum supra *num. 37. Ecclesiam esse in Republica, non Rempublicam in Ecclesia*, nempe † vbi Reges, & Imperatores 75
Reipublicæ capita extra illam sint; nam vbi fideles sint, ipsi, Regnaque eorum, omnisque Respublica quoad spiritualia intus Ecclesiam quoque sunt. *Multa quidem membra secundum Apostolum, vnum autem corpus, sunt enim omnes corpus Christi, & membra de membro, ad Corinth. c. 12.* benè Ioannes Pontifex *in dict. capit. 51. Imperator 96. distinct.* apertiùs Ambrosius *in d. cap. conuenior* superius citato.

Ex hoc quoque principio deducitur † Pontificis, vacãte Imperio, potestas, 76
de qua in *cap. licet 10. & capit. sequent. de foro compitent. extrauag. si fratrum ne sede vacante.* Non quod penes populum Romanum (cuius ipse potior ciuis est) maneat, vt aliqui dicunt, & postremo Modernus *de iure belli lib. 2. cap. 10. num. 11.* sed propter hanc, quã fundauimus vtriusque potestatis connexitatem, ac vicissitudinem. Item vbi de iuribus pacis fractæ † inter Reges agatur, vel populo fi- 77
deli ex Principum bellis magnæ strages immineant, vel sequantur, vt si Turca immanis hostis per id ingrueret, quòd Principes inter se bellantes inspiceret, quod post hæc scripta heu experimur: vt ex *cap. nouit 13. de iudic. cap. gratum de supl. negl. Prælat. lib. 6.* vel vbi de ipsorum Regum gestis agatur, ipsique se Sanctæ Sedi volentes subijciant, *dict. cap. per venerabilem 13. §. Insuper, qui filij sint legitimi*, vel demum, vbi adeo Principes à regulis fidei aberrent, vt ad eorum directionem Pontifices paterni huius officij, ac auxilij partes assumant, vel contra Principes; vel contra eorum subditos, Principibus rebelles, vt tradit *Innocent. 4. Papa in cap. licet 10. ad finem de foro competent.* Quam casualem iurisdictionem ad suæ ordinariæ differentiam (vt dictum est) nuncupat *Innocentius 3. in dict. cap. per venerabilem*, ibi: *Non solum in Ecclesiæ Patrimonio (vbi plenam in temporalibus gerimus potestatem) verùm etiam in alijs regionibus certis*

causis

*cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem ca-
ſualiter exerceremus, & Bernardus ibidem*, cer
tas autem cauſas illas eſſe definiunt no-
uiſsimi Theologi prope omnes, quæ ad
ſpiritualem finem aſſequendum dirigũ-
78 tur, vbi de ſalute † animarum, vitando-
que æternæ perditionis apertiſsimo pe-
riculo agatur, iuxta Diui Thomæ ſentẽ-
tiam 2.2. *quæſt.* 10. *artic.* 10. innumero-
rum quoque Auctorum apud Bellarm.
*de poteſtate Papæ contra Barclaium in Pro-
legomenis*, alijque per me in *C. ad leges Mar
tini fol.* 402. ac alibi latiùs: diſtinctè, ac
apertiſsimè Regij iuris propugnatores,
Ioannes Pariſ. *de poteſt. Reg. & Papali cap,
14.* & Almaynus *de poteſtate Eccleſ. & lai-
ca quæſt. 3. cap. 2. in fine*, quod naturale eſt
cuiuſcunque, qui aliqua poteſtate in be-
neficium alterius vtitur, vt tutor, vt gu-
bernator, dixi latè *deciſ.* 54. *tom.* 2.

Conſequitur demum connexitatis, ac
79 cohærentiæ † natura perſpecta, charitate
quoque, per quam hæ duæ poteſtates,
vnum integrum conſtituunt. Populi de-
nique fidelis conſenſus, ſuorumque Prin
cipum, quo iuriſdictio in viros Eccleſia-
ſticos Prælatis eorum magna ex parte
tributa eſt, ſecundùm Victor. *in relect.* 1.
de poteſt. Eccleſ. ſect. 7. *propoſ.* 7. cum col-
lectis in *C. noſtro fol.* 361. *ex num.* 44. *ad
num.* 47. non ita ſtrictè in temporalibus
præcipuè cauſis, ac Eccleſiaſticorum iu-
dicijs definiendis, nec tam rigidè cum
Principibus agendum eſſe, ne aliquando
boni publici gratia ex ipſius connexita-
tis, & vnitatis vi, extraordinatio quo-
que, & caſuali proceſſu aliquod malum
vitare, vel bonum ſaltem, vt totius Rei-
publicæ parentes promouere poſsint.
Cùm hoc ſit correſpectiuorum, ac con-
nexorum, vt liceat vni, quod liceat alte-
80 ri, vt vtriuſque par debeat † eſſe virtus
vel nulla, *l. ſed ſi plures* 10. §. *Filio impu-
beri, D. de vulgari, & pupillari, l. eum actum,
D. de negot. geſt* meliùs, & apertiùs Apo-
ſtol. *ad Epheſ. cap.* 4. *veritatem autem facien-
tes in charitate, creſcamus in illo per omnia,
qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus
compactum, & connexum per omnem iunctu-
ram ſubminiſtrationis ſecundùm operationem
in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmen
tum corporis facit in ædificationem ſui in cha-
ritate*: ſi ergo Pontifici limites tributi à
Domino muneris egredi licet, ac in ali-
quibus caſibus munia Principis (ſi hoc
ad ædificationem agat) obire: eadem
quoque ratione † idem & Principibus 81
quoad communes ſubditos licebit, vel
ſaltem idem in eis ferendum eſt, vbi cau
ſa, & finis in idem tendant, atque hac po
teſtate in ſuos ſubditos Clericos vtãtur,
*cùm Clerici præter id, quod Clerici ſunt, par-
tes etiam Reipublicæ ſunt, ac per id ſubditi*,
ſic ait Bellarmin. *lib.* 10. *de Cleric. capit.*
28. ob hanc enim connexitatem in ex-
traordinarijs ceſſat obiectio criminan-
dæ incapacitatis, per quam putant, non
poſſe conſuetudinem, ac immemorabi-
lem vſum Principibus proficere, non in-
cipere, nec coaleſcere. Item & odij, ac
fauoris diuerſitas, vt Pontificia fauora-
bilis ſit, ſecularis odioſa.

Ad huius aſſumpti corroborationem,
plura Pontificum, Patrum, piorumque
Principum teſtimonia, non pauca quo-
que exempla adduci poſſunt. *Leo Ma-
gnus* Theodoſio ita ſcripſit *epiſt.* 7. *Vobis
non ſolum Regnum, ſed etiam Sacerdotalem
† animum ineſſe gaudemus, ne ſcilicet in po- 82
pulo Dei ſchiſma, aut alia ſcandala conualeſ-
cant.* Idem ad Leonem Imperatorem
epiſtol. 75. *Sic debes incunctanter aduertere
Regiam poteſtatem tibi, non ſolùm ad mundi
regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium
eſſe collatam, vt caſus nefarios comprimendo,
& quæ benè ſunt ſtatuta, defendas, & veram
pacem ijs, quæ ſunt turbata, reſtituas.* Et a-
pertiùs *epiſtol.* 74. *Ad Imperialem pertinet
poteſtatem, vt perturbatores pacis Eccleſiæ,
& Reipublicæ, quæ Chriſtianis Principibus
meritò gloriantur, inimici ſolicitiùs compri-
mantur.* Hac intelligentia ductus videtur
D. Auguſtin. *in cap.* 38. *ſunt quædam enor-
mia* 23 *quæſt.* 1. affirmans, in enormibus
† ibidem relatis non Antiſtites, ſed Re- 83
ges animaduertere debere. Cuius ſermo
ad Epiſcoporum ſubditos dirigitur. Itẽ
Cæleſtinus Papa *epiſtol. ad Theodoſium in-*

nu-

niorem, postlelata præterita de eodem themate exempla, sic ait, *His ergo exemplis vallati præsidijs, fide, obseruãtia, virtute, vniuersalis Ecclesiæ in Deum nostrum pijssimum cultum (ne sibi aliquid dissensio vendicet) custodite: pro vestra enim salute Imperij agitur quidquid pro quiete Ecclesiæ, vel Sanctæ Religionis reuerentia laboratur*. Hormisda Pontifex *epistol. 19. ad Anastasium Imperatorem*, ita cum in quorundam Ecclesiasticorum excessus excitat. *Precor mansuetudinem vestram iniquè molientibus*
84 *obuiare*, † *& remouere molestias*. Idem *ad Iustinum Imperatorem epist. 38. Superest vobis adhuc Alexandriæ, atque Antiochiæ, atque aliarum Ecclesiarum, nullo modo negligenda correctio*. Pelagius Papa *epist. 10.* ita Imperatori scribit, *legibus tuis ipsi quoque pareant Religionis Antistites*. Idem & Gelasius præcipit, *Rufino, & Aprili Episcopis* relatus in *cap. quis autem distinct. 10.* & Leo 4. Lothario Imperatori in *cap. de capitulis eadem distinctione*, & Calixtus 1. *epist. 2. Decretali, vers. Quis enim dubitat leges humanas*, & Bonifacius Honorio Augusto in *cap. Ecclesiæ meæ, vers. Cùm enim humanis rebus 97. distinct.* Ex Patribus elegans præ omnibus est dictum Isidori in *capit. Principes sæculi 23 quæst. 5.* ibi: *Sæpè per Regnum terrenum cœleste Regnum proficit, vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam agunt, rigore Principum conterantur*, & in omnibus Ecclesiasticis,
85 qui suis superioribus † resistunt, vel ab obedientia capitis recedunt, admittit Pelagius 2. in *cap. de Liguribus, vers. Noilte ergo dubitare 23. quæst. 5.* Idem in *c. sequenti, vers. Hoc enim diuina, & humana leges* D. August. in *cap. si Ecclesia 3 8. ex epistol. 50.* ad Bonifacium Comitem, *versic. Quomodo ergò Reges 23. quæst. 4.* Idem eleganter in *cap. quando 23. quæst. 4.* Ad idē D. Gregorius hortatur Gennadium Italiæ Exarchum *lib. 2. epistol. 5. Si victorias quæritis, fide cõmissa vobis Prouinciæ securitate gloriamini, nihil in vobis magis aliud*
86 *ad hoc proficere, quàm zelare* † *Sacerdotum vitas, & intestina Ecclesiarum, quantum possibile est, bella compescere*, de subiectione etiam Episcoporum loquitur Chrisostomus *homil. 23. ad cap. 13. epist. ad Rom. Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta sit, etiam si Apostolus sis, etiam si Euangelista, etiam si Propheta, etiam si quisquis tandem fueris*. Sanctus Athanasius *ad Constantium Imperatorem hoc modo, Nequaquam restiti mandatis tuæ pietatis, neque Alexandriam ingredi conabor, quandiu id per pietatem* † *tuam non licebit*. De *Sancto Aldeberto* dictum illud refert Cardinalis Baronius *anno 1097.* se duos habere Dominos, hoc est Papam, & Regem, *quorum dominio iure subiacent omnes sæculi potestates*, Theodor. Oecumenius *in eodem capit. 13. epist. ad Romanos*, Sanctus Bernardus *epist. 41.* Archiepiscopo Senonensi sic 87
asseuerat. *Omnis anima* † *Potestatibus sublimioribus subdita sit, sit omnis, & vestra, quis vos excipit ab Vniuersitate? si quis tentat excipere, conatur decipere*, & *epistol. 170.* de se loquens, *si totus Orbis aduersùs me cõiuraret, vt quidpiam molirar aduersùs Regiam Maiestatem; ego tamen Deum timerem, & ordinatum ab eo Regem offendere temerè non auderem*. Alia huiusmodi congerit Ortiz *de immunit. part. 2. nota 4. ad 3. argument. fol. 160.* ex Scholasticis D. Thomas 1. 2. *quæst. 69. art. 4.* Auctor incertus *de regim. Principis lib. 1. cap. 12.* Soto 4. *de iustit. quæst. 4.* Driedo *de libert. Christ. lib. 2. cap. 2. prop. 4.* Henriq. *lib. 4. summæ capit. 15.* Molin. *disputat. 31. conclus. 6.* Bellarmin. *de Cleris cap. 6*: sicut enim Pontificis in omnes, licèt Reges sanctissimè potestas patet, ita Regibus, Pontificibus exceptis, in cæteros, vbi de extraordinario Reipublicæ remedio agatur, vt statim *num. 92.* Magnum autem pro laicis potestatibus huius connexitatis † testimonium illud est, quod ex *Leone 4.* affertur in *cap. nos si incompetenter 2. quæst. 7.* scribens enim Ludouico Augusto, sic ait, *Nos si incompetenter aliquid agimus, & in subditis iustum legis tramitem non seruauimus, vestro, ac vestrorum missorum cuncta volumus emẽdare iudicio*, & post aliqua, *inde magnitudinis vestræ clementiam implorarnus, vt tales ad hæc perquirenda missos in*
his

eis partibus dirigatis, qui Deum per omnia
timeant, & cuncta (quemadmodum si vestra
præsens fuisset Imperialis gloria) diligenter
exquirant, & non tantum hæc sola, quæ su-
periùs diximus, quæramus, vt examussim ex-
agitent, sed siue minora, siue etiam maiora
illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum
cuncta terminentur examine, quatenus impo-
sterum nihil sit, quod ex eis indiscussum, vel
indefinitum remaneat. Referuntur in idem
Diui Gregorij verba, non adeo tamen
proiecta; verum vltroneæ purgationis
plenissima *in capit. si quis eadem causa, &*
quæstione.

Quæ dum perlego, admirandam, ac
90 verè † Christianam eius æui libertatem
summopere veneror, similemque spiri-
tum, puritatisque conscientiam in om-
nibus Pontificibus, qui venturi sunt, ac
raram hanc temporum fœlicitatem se-
culo nostro ex animo concupisco, vt
omnimoda attenta innocentia, & senti-
re quæ velis, & quæ sentias, dicere liceat;
nam licèt, vt D. Thom. egregiè aduertit
2.2. *quæst*. 67. *artic*. 2. *ad* 2. & post eum
Bellarmin. *lib*. 2 *de Pontifice capit*. 26. ex
91 hac epistola nulla iuridica † subiectio eli
ciatur, quæ Pontificis ad omnes culmi-
ni, ac præeminentiæ officere posit, sin-
ceritatem tamen Pontificalis animi, vin
culum fraternæ, quoad fideles Princi-
pes charitatis, omnigeni scandali vitan-
di propositum egregiè elucet. Mutui
huius officij connexitatem, Dominicæ
quoque humilitatis exemplum ostendit.
Videnturque *Leo, & Gregorius* Pontifi-
ces, omnino Apostoli adhortationem
implesse, de qua ad *Philippenses capit*. 2.
Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, cã-
dem charitatem habentes, vnanimes id ipsum
sentientes, nihil per contentionem, neque per
inanem gloriam, sed in humilitate superiores
sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt
singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum, in
quo Christo maximè hos Præpositos si-
milari, Apostoli iudicio videntur, *qui cũ*
in forma Dei esset, non rapinam arbitratus
est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exi-
naniuit, formam serui accipiens, &c.

Debent ergo Ecclesiæ regimini Præ-
positi, inani gloria reiecta, horum *Ponti-*
ficum exemplo, *Pauli* quoque apertissi-
ma doctrina, non ex obligatione subie-
ctionis, sed voluntariè, voluntate recta,
quasi per medium amicabilis compositi-
tionis Potestates laicas agnoscere, aliqua
eorum arbitria † vnanimes admittere; 92
nam & Principes seculi parentum titu-
lo gaudent, illorumque paternæ corre-
ctioni, vbi superiores negligant, etiam
Ecclesiastici subsunt, vt probat Thomas
Vvaldensis *in doctrinalibus à Martino V.*
in Bulla initio operis præfixa *probatis*;
vbi *in lib*. 2. *cap*. 8. hanc elicit consequẽ-
tiam, *quòd vbi duo hæc in Ecclesiæ communi-*
tate concurrant, scilicet extrema, & non vl-
teriùs differenda necessitas, & Ordinarij Pa-
storis, aut Præsidis ad succurrendum desperata
facultas, extraordinarius pater quærendus
est, priusquam Christi Domini fabrica dissol-
uatur. Cui accedit Diui Thomæ senten-
tia in 4. *distinct*. 19 *art*. 2. *part*. 3. *Prælati*
Ecclesiastici fraternæ † correctioni subesse 93
sunt, immo & Pontifex secundùm Ioan-
nem Maiorem *in disputatione speciali in id*
edita, quod vix admitterem, & huc ren-
dit elegans Gregorij Magni simile in
cap. 46. *sicut* 2. *quæst*. 7. *Sicut laudabile, di-*
scretumque est, reuerentiam, & honorem ex-
hibere prioribus; ita rectitudinis, & Dei ti-
moris est, si qua in eis sunt, quæ indigent cor-
rectione, nulla dissimulatione postponere. Idẽ
cap. 57. *admonendi, eadem causa, & quæstio-*
ne; nam si id cum superioribus permitti-
tur, multò magis in cęteris omnibus Cle
ricis, ac Religiosis viris subditis, latè
Ponte Hurtado *disputat*. 162. *de charit.*
sect. 4. *ex* §. 26.

Hæc etiam potestatis connexio, qua
Pontificis sublimitate nullatenus præ-
iudicata, potestatibus laicis aliquid in
cæteros Ecclesiasticos ad commune to-
tius Reipublicæ bonum tribuitur, Im-
peratorum piorum dictis confirmatur.
Et primò ex Constantini Magni pijssi-
mi Principis effatu, de quo per Euseb. in
eius vita *lib*. 4. *cap*. 24. *Vos intra, ego autem*
extra Ecclesiam constitutus sum Episcopus
Theo-

Theodosij *iunioris* epist. *ad S.Cirillum* in
actis Ephesini Concilij, ibi: *Noueritis Ec-*
clesiam, & Regnum nostrum esse coniuncta, †
94 *vtraque accedente auctoritate, & imperio, &*
Christi Seruatoris nostri aspirante proui-n-
tia, magis subinde inter se coitura esse. Idem
eodem sensu non multa disparibus ver-
bis Arnulfus *Gallus* ad *Alexand.* 3. *Ponti-*
ficem Maximum. Quasi quibusdam sibi mu-
tem complexibus dignitas Ecclesiastica, & Re-
galis occurrunt, cùm nec Reges salutem sine
Ecclesia, nec Ecclesia pacem sine protectione
Regia consequantur. Refert Choppinus *de*
sacra Politica fol. 490. Iustinianus Impe-
tator *nouella* 6. *titul.* 6. *Quomodo oporteat*
Episcopos, aut alios Clericos esse, eadem senti-
re ostendit, sic concludens: *Nam hoc qui-*
dem inculpabile sit, vndique, & apud Deum
fiducia plenum. Imperium autem rectè, ac com
petenter exornet, traditam sibi Rempublicã,
erit consonantia quædam bona, omne quidquid
vtile est humano conferens generi. Ex hac ma
nauit plurium Imperatorum, & Regum
super Prælatorum, & Cleri reformatio-
95 ne † pristinique spiritus inferendi studiũ,
maximique labores. De Carolo Magno
Surius refert (cum Cleri mores instaura-
re cæpisset) ita Summo Pontifici scripsis-
se. *Ne aliquis quæso huius pietatis admonitio-*
nem esse præsumptionem putet, vel iudicet, qua
nos errata corrigere, superflua rescindere, recta
connectere studeamus. Testatur de hac ad fi-
nem perducta instauratione Rhemensis
lib. 2. *histor. cap.* 18. & de Ludouico Pio
Imperatore, præmissi Caroli nepote ha-
betur in Concilio Suesfionensi, mini-
stros suos scrutatores ad visendas Im-
96 perij † Diœceses, ac in eis Canonum ob-
seruantiam suscitandam, & refouendam
misisse hoc pacto, *vt Ministri nostri per Ci-*
uitates, & singula Monasteria, tam Canonico-
rum, quàm Monachorum, siue sanctimonia-
lium, vnà cum Episcopo vitam ibi digentium,
& conuersationem inquirant, & vbi necessè
fuerit, corrigant. De Edgaro magno Britã-
niæ Rege in celebri Conuentu apud se
habito pijssima oratio habetur ad eun-
dem finem reformationis Cleri, & Præ-
positorum emissa, quæ integra legitur in
Apologetico ad Causabonum pro Annalibus
Baronij, cui nomen *lex talionis* ad finem.

De Carolo V. Imperatore Maximo † 97
Austriacæ familiæ alumno, Patres Con-
cilij Treuerensis, hoc idem testãtur. *Sacra*
illius Maiestas sibi haud quaque graue duxit
formam nobis proponere adamussim consenta-
neam scripturis, & cœlitus inspirans Canoni-
bus ad instaurandũ Ecclesiæ integritatẽ. Atq;
in confirmationem Archiepiscopus Tre-
uerensis adiungit. *Eam reformationis for-*
mulam, iuxta Cæsaris mandatum publicari,
& perlegi omnibus vobis curauimus, refert
historiam *Panetinus* in vita *Pauli* 3. *fol.*
213. & Reges Gothi in Hispania antiqui
tus idem curauerunt, vt habetur in *Tole-*
tanis Concilijs, præcipuè in 4. tempore Re-
caredi, vbi Sanctus † Leander interfuit, 98
& *in Concilio* 3. vbi integri Concilij con-
fessio est, *collapsæ cœtus Ecclesiastici disci-*
plinæ instaurationem curæ, & operæ Regalis
fore.

Quæ omnia si quis culparet, pijssimos
Principes, amplissimos Ecclesiæ conuen
tus, vbi Spiritus Sanctus præsidet, infide-
litate, ignorantia, schismate demum no-
taret. Si quis verò nulla adhibita distin-
ctione, quasi iurę suo gesta probaret, ni-
mium Ecclesiæ † maioriam, libertatem- 99
que diuinitus cõcessam denigraret. Om-
nino autem & hæc licuisse, & nihil Ec-
clesiæ detractum fuisse dicamus. Ex hac
animorum connexione, & mutua chari-
tate originem hausisse, ac inde peruenis-
se, firmandũ erit. Quod præter præmissa,
duabus quoque Leonis Maximi episto-
lis magis clarescit, *epist.* 29. *ad Pulcheriam.*
Res autem omnes aliter tutæ † esse non posse, 100
nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent,
& Regia, & Sacerdotalis defendat auctori-
tas. Item *epistol.* 93. *Prodest ista districtio*
Ecclesiasticæ lenitati, quæ Sacerdotali conten-
ta iudicio cruentas refugit vltiones., saeuis
tamen Christianorum Principum Constitutio-
nibus adiuuatur, dum ad spirituale nonnun-
quam recurrunt remedium, qui timuerint cor-
porale supplicium. Huc quoque pertinet
Innocentij 4. sententia *in Lugdunensi Con-*
cilio prolata, de qua in *cap. dilecto filio* 6. *de*

sentent. ex communic. in 6. quia hi duo gladij
101 *consueuerūt* † *exigente necessitate sibi inuicem suffragari, & in iuuamen alterius subuenientione mutua frequentiùs exercere*. Ecce apertissimā Pontificis sententiā, præmissa à nobis tradita confirmantē, dū ingruente necessitatis casu mutuū auxilium in ambobus brāchijs, ac vtraque potestate admittit, cū hæc separata fuerint, non opposita, ac diuersa. In idē D. Bernard. *de cōsideratione ad Eugeniū Papam lib. 4.* id etiā sentire visus est, dum ait: *Vterque ergo Ecclesiæ, & spiritualis scilicet gladius, & materialis, sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercendus, ille Sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum Sacerdotis, & iussum Imperatoris*, nec esset autem aliqua connexio, & vicissitu-
102 do, si vni † extensio concederetur (altero omninò intra limites cohibito) immò sociari, & cōmunioni, vt talis est, repugnaret, *l. si nō fuerint 29. §. Aristo refert, D. pro soc. Iniquissimū enim genus societatis*, vocat Consultus illud, *ex quo quis tantùm lucrum spectet, damno omni in socium reiecto*.

Si quid ergo moris inter Catholicos
103 Principes † receptū esse cōspicimus, quo duce ob malū aliquod inter subditos vitādum, vel bonū inferendū in specialibus causis Ecclesiasticorū aliquid præcipiūt, vel in rebus ipsorū se ingerūt, si vetustissimi tēporis cursu id adeo firmatū sit, vt vel cōcessionem antecessisse præsumere faciat, vel Apostolicā ad successores vsque traditionē, id nequaquam improbandum est, cùm primariæ institutioni, & rei naturæ non repugnet, nec tā incōsideratè (vt aliqui Scriptores faciūt) Ecclesiasticæ immunitatis, & libertatis violatores nuncupandos, ac per hoc cēsuris irretitos, ac per insordescentiam in putrida membra conuersos; nec enim putandū est, Principes adeo salutis suæ oblitos, vt ob modicas contentiones, si nō traditione, & irrefragabili consuetudine secuta, roborarentur, vellent Deo, & Papæ resistere, cui fasces ob Deum in omnibus submisere, traditionem autem obseruare necessariū est ex Christianorum inconcusso more, vt probatum est *supra num. 18*.

Nā si per hæc, quæ ad nauseā premisimus ambæ potestates intra Ecclesiā existētes vnū principatū natura constituunt administratione diuisum, siquè hęc diuisio aliquādo (necessitate exigente) mutuis auxilijs integratur, nō ad dānatā vsurpationē, si quid vni mēbro accedat, sed ad connexitatis naturā referendū est; atque ita fecisse videmus optimos Principes. Sāctus Simplicius Papa *epist. 13.* probat † Zeno 104
nis Imperatoris factum, quo præceperat Antiochenā Ecclesiā à Constantinopolitano Patriarcha, de Episcopo (ad sedanda scandala) prouideri, neve iuxta Canonicam illius temporis formā in Conuētu publico eligeretur: vnde inquit. *Quæ à vobis amore quietis Sanctè, & Religiosè sunt ordinata, improbare nō possumus*, factū aliud ex se improbum, ac Ecclesiasticæ libertati contrarium *Mauritij Imperatoris*, cùm laudare † nequisset *Magnus Gregorius*, im- 105
mo Imperatorē de iniustitia monuisset, Episcopis tamen, vt parerent, legemque exequerentur, præcepit, *lib. 2. indict. 10. epist. 61. vtrobique*, ait, *quæ debui, exsolui, qui & Imperatori obedientiam præbui, & quod sensi, minimè tacui.*

Quòd si recētia facta, quatenus ex charitate, & bono zelo procedūt, probātur, malè etiā gesta cōniuentur; quonā pacto antiquissimi mores, qui in bonū commune, & quietē Prouinciarū recepti videntur, execrādi sint? nescio; hoc vnum scio animas Principū, & cū eis Ministrorum omniū, subditorū quoque nō exiguā partē nō temerè ob inobedientiæ grauissimā notā damnandas esse, quin potiùs Pontifices Apostolicis præceptis imbutos, pro priæ etiā † potestatis abiectione, si opus 106
esset, illas lucri facere exoptare, credendum esse; nam si secundùm *Bonauenturam* relato *opusculo. Oues Christi perire vellent, potiùs, quam de ore luporum erui, talis voluntas careret effectu Pastoralis potestatis, quæ solum in ædificationem, & non in destructionem data est ab ipso Principe pastorum*, Bellarmin. *lib. 5. capit. 6. de potestat. Pontificis*, ecce enim Paulus *ad Corinth. 1. capit. 9.* suæ renunciauit potestati, ne damno

sub-

ſubditis eſſet. *Sed nō vſi* (inquit) *ſumus hac*
poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offen
diculū detur Euāgelio Chriſti, & ſtatim dicit,
ſe omnibus omnia factū, vt omnes faceret ſal-
uos, quod repetit *c. ſeq. in fine*. *Nō quærens*
(ait) *quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt*
ſalui fiant. Tāta autē fuit Apoſtoli ad ani
mas quærendas appetētia, vt iurauerit ſe
optaſſe, anathema eſſe à Chriſto pro Hebræis
fratribus ſuis, atque contribulis. *Ad Rom.*
c. 9. in ead. epiſt. c. 15. ait: *Debemus autē nos*
107 *firmiores imbecillitatē infirmorū* † *ſuſtinere,*
& nō nobis placere, vnuſquiſque veſtrū pro-
ximo ſuo placeat in bonū ad ædificationē, et-
enim Chriſtus nō ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptū
eſt, improperia improperantiū tibi ceciderūt ſu
per me, quæcūque enim ſcripta ſunt, ad noſtrā
doctrinā ſcripta ſunt. Hanc ſi Pōtifices ſe-
qui velint, vt velle putandi ſunt, propter
hæc tēporalia animas omniū penè fide-
liū perdere velle, negare oportet, errant-
què plurimùm, qui de ipſis ſpecioſa hæc
mendacia cōfingunt, inuidiā omnium in
eos reijciētes, vt tēporali Eccleſiæ pote-
ſtati morem gerere videantur. Chriſtus
enim Dominus noſter, cuius ipſi veſtigia
ſequūtur, humanū Regnū deſpexit, vt no
bis æterni hæreditatem relinqueret. Ipſe
108 enim (ait) *veniſſe quærere, & saluū* † *facere,*
quod perierat, vnā etiā animā ſuo ſangui-
ne redēpturus. Nō deceret ideo Pōtifici
ob minimum iuriſdictionis profanæ in
Clericos vſum, Principibus ex rationa-
bili ſæpè cauſa quæſitū, tot eorū animas
illuſtriū etiā virorum, qui eis in conſiliis
ſunt, ac populorū, ad interitū vergētes, ne
gligere, totque iā defunctorū neglexiſſe.
Fidelis ſermo (inquit Apoſtolus) *ad Thim.*
1. 4. & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus
Ieſus venit in hunc mundū, peccatores ſaluos
facere, & immediatè magis ad rē *in cap. 2.*
Obſecro igitur primū omniū fieri obſecratio-
nes, orationes, poſtulationes, gratiarū actiones
pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omni-
bus, qui in ſublimitate ſunt, vt quietā, & trā-
quillā vitā agamus in omni pietate, & caſtita-
te: hoc enim bonū eſt, & acceptū corā Saluatore
noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fie-
ri, & in agnitionē veritatis venire, quē locū
commentatus Tertul. *in Apolog. ad gentes*
c. 31. † addit rationē hanc, vt tēporis ſig-
concutitur Imperium, concuſſis poſitum. Cum
membris eius, ideo minus malis traditioni
ſtendum, *c. duo mala, c. veritis* aſſertioni per
Sanchez *de matrimon. lib. 2. diſputat.* in ex
num. 2. & 12. ex omnibus Theologis
Vazquez *tractat. de ſcandalo dub. 1.*

Quòd ſi antequā Reges in Eccleſia eſ-
ſent, dum illā perſequebantur, tanta cura
in Paulo de eorū ſalute, tantæ orationes
præſcriptæ: haud ambigendū puto, quin
idē hodie Sūmi Pontifices de Principi-
bus, iā fidelibus curent, atque illos vt fi-
lios primogenitos ſummis fauoribus pro
ſequantur, optantes, ac omnibus viribus
curantes, vt ipſi verū ſalutis ſtatum cōſe-
quantur, nihil omiſſuri, optātes etiā cum
eodē *Anathema eſſe pro his fratribus*, quo-
rū exēplo, & cæteri ſubditi, Orbiſquè to
tus cōponitur, quorū prauitate, ac infide
litate Regna integra periclitantur. *Rege*
integro, dixit ille, *mens omnibus vna, amiſſo*
rupere fidem, ſicut è conuerſo, *obſequium in*
Principē, & æmulandi amor validior, quā pœ-
na ex legibus, aut metus ſecundū *Tacitum*.
Inde Chriſtiana Reſpublica, non mino-
rē ex Catholicorum Principum exēplo
vtilitatem, quoad ſubditorum perſuaſio
nem, ac in fide firmitatem, quā ex Præla
torū, ac Religioſorū ſuaſu percepit, exē-
plum in Conſtantini, & Hiſpaniæ, Fran
ciæquè Regum conuerſione, & è con-
uerſo in Angliæ, & Scotiæ Regno ob
perditū Regē Catholiciſsimi exploſione.

Quarta & vltima propoſitio. Conſuetu-
do in Eccleſia, cui (vltra communē fide-
liū conſenſum) initiū certū non agnoſci-
tur ex traditione priſci poſt Chriſtū paſ-
ſum † tēporis introducta cenſeri poteſt, 110
& debet, cùm multas traditiones nō ſcri
ptas ſeruandas eſſe Apoſtolus doceat *2.*
ad Theſſal. c. 2. & 1. & 1. ad Corinth. c. 11.
quibus omninò poſt apertiſsimas ſcri-
pturas ſtandum eſt, illis maximè per quę
apertiùs ſtatuitur, quid in eis obſcurè tra
ditū fuerat. Multa in id ſupra hoc *lib. 2.*
q. 1. propoſit. 5. n. 12. adducta fuere, quæ
nō repeto, præter Auguſtini doctrinā *in*
lib. ex dictis Baſilij, cōtēto in *c. Eccleſiarū d.*
11. relato meliùs quàm à Gratiano per

Bruchard. *tit.* 223. *de universali Ecclesia ex eod. in lib. de Spiritu Sancto: Ecclesiasticorum,* inquit, *institutionum quasdam in scriptis, quasdam verò Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus. Quasdam verò consuetudine roboratas approbauit vsus, quibus par ritus, & idem vtrisque pietatis debetur affectus. Vnde quis, vel aliquantulum sacrarum expertus literarum hæsitauerit? Si enim attentauerimus consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas à Patribus traditas, nihil æstimare, quantum religioni detrimenti sit, intensiue inspicientibus liquidò constabit,* & *lib.* 5. *contra Donatistas. Quæ vniuersa tenet Ecclesia ab Apostolis præcepta benè creduntur, quamquam scripta non reperiantur.* De interpretatiuâ, vt sic dicam, consuetudine, apertissima est sententia Sancti Martyris Irenæi *lib.* 1. *cap.* 4. *Et si de aliqua,* inquit, *modica quæstione disceptatio esset, non ne oportet in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere quod certum est, & re liquidum est? Quid autem, si neque Apostoli scripturas quidem tradidissent, non ne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ÿs, quibus committebant Ecclesias?* egregiè quoque more Iurisconsulti, Tertul. *de corona militis c.* 4. *Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum si legem expostules, scripturarum nullam inuenies, traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix,* & inde *eodem cap.* tradit exempla, & concludit. *His igitur exemplis renutiatum sit, posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine idonea teste tunc traditionis, ex perseuerantia obseruationis. Consuetudo autem, etiam in ciuilibus legibus pro lege suscipitur, cùm deficit lex,* cum traditis supra *ex n.* 21. *cum seqq.* ex pluribus, & in hac immunitatis materia, per D. Thomam relatum hoc libro *quæst.* 1. post principium *num.* 5.

Quando enim consuetudinem nõ recentẽ, nec sciti initij, circa Ecclesiasticorũ immunitatẽ prospicimus, sed inueteratã, ac vniformẽ in omnibus fideliũ Prouincijs, vel in aliquibus receptã, antiquiori constitutione nõ vrgẽte in aduersum, omnes regulæ naturalis, & humani iuris monẽt, ac nos credere cogũt, illã nõ sine que contra Pontificũ † voluntatẽ, nec in opprobriũ Ecclesiæ processisse. Quinimo eis ex iusta causa annuentibus ad perfectiorẽ Politici regiminis statũ institutã, ac cõproductam, & tanquã primitiuæ Ecclesiæ moribus conuenientem ample xatã, perinde successiua obseruatione in posteros trãsmissam, interpretatione mi ri semper adhibita, *vt monet fideles Hieron.* siue *Origen. in c.* 15. *Iudicũ hom.* 21. ne scandalum facilè patiãtur, vel inferãr, & *Antherus Papa* Episcopis Hispaniæ, *ne quidquã finistri de Ministris Ecclesiæ arbitrarentur;* nã putãdum nõ est, Pontificẽ, aut inferiores Prælatos, † ita cõtra ius factũ laturos, quin re, vel saltẽ verbis reclamassent, vt fecisse *D. Greg.* in simili secularis edicti casu prohibentis milites monachari, testatur ipsemet *epist.* 61. *lib.* 2. *indict.* 11. præcepit enim obediri edicto, & Imperatorem de culpa admonuit, cuius verba *supra n.* 204. retulimus. Benè *Victor Papa epist.* 2, relatus in *c. si quis diuinis in fine, vers. In certa charissimi* 30. *q.* 5. & Iulius *epist.* 1. *ad Episcop. Orientales* relatus supra *q.* 2. *n.* 13 *hoc libro Kunincb. de Sacramentis tract.* 2. *disp.* 7. *dub.* 8. *concl.* 7.

111

112

Diximus consuetudines non recẽtes, nec sciti principij, vt modernos vsus, quorũ introductionis † initia patent, ex sermone prædicto secluderemus; nã aliter præscriptione certi tẽporis Ecclesiastica iura cõfringerentur, quod supra cõceptis verbis negarũ est: cõsuetudo enim quæ certis, ac numeratis annis cõstat, nihil aliud est, quã tẽporis præscriptum à *Bulla Cœnæ* improbatũ, quę per hoc manauit, vt eo ex die, quo publicari † cœpit, omnes tẽporis ministerio vsurpationes ea rẽpestate, vt tales notæ, ac patẽres, recentiusquè institutæ irritarẽtur. Iterũ futuræ produci impedirẽtur: nec enim *Bulla* relata, mores Ecclesiæ vetustissimos, nec minùs Patrũ traditiones (in posteros progressas, vel Põtificum instituta, & ab eis cõcessa, siue verbo, siue scripto tradita, quæve priuilegiũ supponũt) extẽplo aufert, ac destruit, sed tantùm modernas cõsuetudines nullo iure, nullo priuilegio ful-

113

114

fulcitas, nullis auctoribus, ac põdere argumẽtorum subnixas; ex latè traditis per Nauar. *conf. 29. num. 3. & per tot. de sent. excommunic.* Bañez *in 1. 2. quæst. 67. art. 1. dub. 2. concl. 6.* Alter. *de censur. disp. 14. lib. 5 capit. 2.* Duard. *ad Bullam Cœnæ can. 13. quæst. 9. num. 11. & quæst. 5. ex num. 9. ex D. Thom. de potestat. Papæ, & Concilij cap. 27. vers. Ad secundam, & 2. 2. quæst. 69. art. 4.* Soto *in 4. sentent. distinct. 25. art. 2. quæst. 2.* innumeros in speciali quæstione allegat Ioannes Castillus Sotom. *tom. 7. controuers. capit. 183. cum pluribus sequentib.* Vbi omnes ex aduerso citatos cum hac distinctionẽ transire affirmat, & certum est, eos loqui, vbi consuetudinis initium scitur, vel violentum, vel tempore schismatis, & vacantis cœptum, vel post introductã huius *Bullæ* publicationem, qua attenta vti per li-
15 tis contestationẽ † omnes incipiunt esse malæ fidei possessores, vt in *l. litigator, C. de fruct. & lit. exp.* nam vbi initium scitum est, nulla temporis præscriptio iuuat; esset enim contrà veritatem, vt benè idem Tertullianus notat *tract. de Velandis Virgin. capit. 1. & 2.* D. Ciprianus *epist. 63. ad Cæcilium epistol. 73. ad Iubaianum epist. 74. ad Pompeium.* Nam quæ originem notam non habet, quæve potuit, vel ex traditione veteris Ecclesiæ, vel ex concessione Pontificia proficisci, non potuit ab his Auctoribus refelli, cùm ab Ecclesia Romana ob hoc ipsum, quod initium ignoretur centenaria (quę minor est) amplectatur in *cap. ad audientiam 13. de præsc.* ibi: *Respicientes, quod est lõgè validius, ipsum negotium tangere principaliter Romanã
16 Ecclesiam, contra quam non nisi † centenaria præscriptio currit, c. si diligenti eod. tit.* Cõformauit se Ecclesia per hæc diuinis testimonijs, quibus vetustis moribus adhęrere monemur, vt apud Iob *capit. 8.* ibi: *Interroga enim generationem pristinã, & diligenter inuestiga patrum memoriã,* & in Prouerbijs *capit. 22.* habetur, *ne transgrediamur terminos antiquos, quos posuerunt patres nostri.* Nõ obstat ergo Dianæ ratio, sed nec Suarij ab eo citati, loquentis de ciuili, & ordinaria præscriptione, vt tẽporis figmentum est veritati oppositum. Cum nos insistamus, vel vetustæ traditioni in Ecclesia receptæ, vel concessioni per tempus solemniter, & melius, quàm ex scripto probatæ, supposito ex DD. Augustini, & Basilij doctrina, & cæterorum posse traditionem, & Pontificales Constitutiones probari ex tempore, & consuetudine, quod in hac immunitatis materia docuisse D. Thõ. statim retulimus.

QVÆSTIO V.

An adsit tolerantia, & consensus tacitus Summi Pontificis cum dicta cõsuetudine, ita vt Principes aliquid licitè efficiant aduersùs libertatem Ecclesiasticam?

EPITOME.

1 *Tolerantia est pati scienter præiudicium, tacendo.*

2 *Verbis non egemus, vbi animus aliàs haberi potest.*

3 *Præiudicium ex consensu, & taciturnitate, non cessat ex pœnitentia.*

4 *Tacens quandoque consentit, vbi longum tempus transit.*

5 *Acquisitio ex tacito consensu, per derelictionem naturæ congruit.*

6 *Iuri suo quisque præiudicare potest.*

7 *Consuetudo immemorialis scientiam supponit, nec probatam.*

8 *. . . . maiorem vim habet, quàm leges.*

9 *. . . . vsus vnius membri ad integri conseruationem ex totius consensu præsumit.*

10 *Immunitas Ecclesiastica ex totius populi Christiani consensu orta.*

11 *Consuetudo consuetudinem; vsus vsum aperit.*

12 *Moralia non consistunt in puncto indiuisibili, sed extensionem admittunt.*

13 *Modus vtendi consuetis pars consuetudinis reputatur.*

14 *Consuetudo immemorialis in specie est deroganda.*

15 *. . . . quæ supponit traditionem primitiuæ Ecclesiæ, & consensum fidelium non potest, nisi è Cathedra reuocari.*

16 *Pontifex, qui potest concedere expressè, potest & tacitè.*
17 *Bulla Cœnæ tollit ciuiles præscriptiones contra Canonicas immunitates.*
18 .... *non tollit mores antiquos vim traditionis habentes.*
19 *Principes laici sicut in rebus Ecclesiasticis non statuunt, ita nec vsum inducunt.*
20 *Pontifex tolerando iniquam, & modernam consuetudinem, illam non probat.*
21 *Bulla Cœnæ vim expressi dissensus habet.*
22 *Principes si ex quocunque vsu Ecclesiastica acquirere possent, actum esset de Ecclesiæ iuribus.*
23 *Pontifex sine monitione Principes de retro quæsitis excommunicare non debuisset.*
24 *Citatio nec à Papa omitti potest.*
25 *Diuus Gregorius Papa se famulum Imperatoris appellat.*
26 *Pontifices nunquam, nisi vrbanè agere.*
27 *Principes nullo pacto vetustissimis consuetudinibus, sibi aduersantibus derogant.*

LIcèt ex præmissis in præcedenti quid in hoc firmari debeat, non obscurè deduci possit, attamen vt illa ex his discussis, & hæc ex illis apertiora fiant, infrascripta offerre, ac pensare non inutile erit.

Tolerantiam, ex qua tacitus consensus elicitur, illam esse, quam Consulti
1 scientiam, † & pacientiam vocamus, necessariam omnino, vt is, cui per temporis vsum, siue consuetudinem præiudicium inferri prætenditur, amisisse ius suum censeatur. At quoties interuenisse probatur in eo, qui concedere, vel ius suum cedere possit, vicem specificæ cõcessionis habebit; nam quid refert verbis non expressisse, si re ipsa factum alterius ratum habuit? *l. Paulus respondit* 5. aliàs *non tantum, D. rem ratam haberi*, mul-
2 ta enim ex facto negatiuo, sine † verbis conficiuntur. Hæc enim ad animi explicationem inuenta abundant, vbi aliter animus haberi, aut obtineri queat, ita *Cicero in oratione pro Cecinna*. Modus autem est naturalis ad acquisitionem præstitutus, qui ex tempore, & cursu plurium annorum fortius, quàm ipsa concessio, quàm ipsum priuilegium, quàm denique alter gratuitus contractus, ligat, ac obligat eum, qui passus est; nam priora aliquã retractationẽ, proprietate, sine dicamus, natura cuiuscunque actus attẽta, patiuntur. Vnde actio de dolo, læsionis remedium, fraudandi edictum, nullitas, rescissio orta sunt. Consensus verò,
ac cùm longæuo vsu taciturnitas, † ne- 3
quáquam pœnitẽtiam, vllum remedium admittit, ex populi enim comprobatione, ac promiscuo vsu, iuris naturalis secundi efficitur, quo nihil firmius, nihil vtentibus tutius, patientibus dulcius, & suauius: vnde illud: *Consuetudo altera natura*. Probantur hæc omnia primò ex præmissa in antecedenti quæstione Sacræ Scripturæ auctoritate *Iudicum* 11. *lib. 26* ibi: *Quare tanto tempore nihil sic per hac repetitione tentastis?* & alibi *Num. 30. lin. 12.* induci ait, præiudicium ex con-
sensu † per taciturnitatẽ. Probatur quo- 4
que ex iuris Pontificij regula in *cap. qui tacet, l. nemo 45. de regulis iuris*, atque docuit *D. Thom. 1. 2. quæst. 97. art. 3.* Suarez *de leg. lib. 7. capit. 15.* alijque suprà *ex num. 25.* ad plures sequentes. Secundò auctoritate iuris ciuilis, ac Consultorum
naturali † iuri effectũ huiusmodi tribuẽ- 5
tium, *l. quâ ratione autem 9. §. hæc quoque res, vers. Nihil enim tam conueniens naturali æquitati, D. de acquir. rerum domin. l. Labeo. 2.* ibi: *Sed etiam tacitè consensu conuenire, D. de pact. l. recusari 95. D. de acquir. vel amitt. hæred.* Naturalis enim ra-
tio dictat, posse se quemquã suo † iure 6
abdicare, naturalisque præsumptio est, vt voluisse credatur, qui id sufficientibus animi sui indicijs significauerit, *l. Barbarius 3. D. de offic. Præsid. l. an inutilis 8. vers. Quia hoc iure vtimur, D. de acceptilat. l. si finita 15. §. Nondum*, ibi: *Pro derelicto ædes longo silentio dominus videatur habuisse, D. de damn. infect.* Accedit *l. 1. §. Magistratum*, ibi: *Cæterum si scit, & passus est, eum in naui magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur, D. de exercit. act.* Ex qui-
bus

bus omnes, nemine refragante, imme-
7 morabilem vsum nullã † scientiæ pro-
bationem (cum satis præsumatur) exi-
gere, ac omni alio titulo, & consensu va
lidiorem esse affirmant. Quos omnes, ad
saturitatem congerunt, Salgado *part*. 1.
cap. 1. *prælud*. 3. *ex num*. 153. Anguian.
de leg. lib. 2. *controu*. 20. *ex num*. 18. & ne-
mine omisso Castill. Sotom. *tom*. 7. *con-
trou. capit*. 24. alios adduximus supra *lib*.
1. *quæst*. 1. *num*. 18. & hoc *lib*. 2. *quæst*.
antecedenti. Addimus Sotum *de iust. quæst*.
2. *art*. 7. Valent. *tom*. 2. *disputat*. 7. *quæst*.
5. *punctio*. 8. Sairum *in claui Regia lib*. 3.
cap. 11. *num*. 5. latè Salas *de leg. disputat*.
19. *sect*. 3. *num*. 10. *&* 37. Suarez *eodem
tractat. lib*. 7. *capit*. 13. *ex num*. 6. *ad* 10.
Azor 1. *part. lib*. 5. *c*. 18. *quæst*. 1. Sanch.
de matrimon. lib. 7. *disputat*. 4. *ex num*. 11.
ad 15. Baldell. *post omnes lib*. 5. *disput*. 46.
num. 7. idem Diana *tractat*. 5. *resolut*. 75.
part. 3. ex Consultis idem docent Mo-
dernus *de iur. belli lib*. 2. *cap*. 4. *num*. 8. *&*
9. affirmans iuris naturalis principio il-
lam niti, & voluntario gentium iure ad
pacem communem inductam. Idẽ quo-
que latissimè ex multis fundat Narbon.
*de appellat. à Vicario ad Archiepiscop. Toleta-
num part*. 2. *fundament*. 5. *num*. 6. licèt in
suo casu deficiat.

Tertiò ex sententia Philosophorum,
& Consultorum maiorem consuetudi-
8 ni, quàm legibus † vim tribuentiũ, quo-
rum aliquos citatis locis habes, præci-
puè apud Anneum Robert. *rerum iudi-
cat. lib*. 2. *capit*. 1. & apud Mornac. *ad leg*.
38. *de leg*. non dissentit Marta *de iurisdict.
casu* 63. *num*. 1. post Couarru. *lib*. 1. *var.
iur. capit*. 10. Ego post plures *de iurisdict.
Inquisitor. cap*. 3. *num*. 26. *in C. fol*. 371.

Illud etiam in grauissima hac dispu-
tatione ponderare oportet, quod prædi-
ximus *d. quæst*. 4. *num*. 48. & per totam
potestates hasce Ecclesiasticam, & Secu-
larem in eodem corpore esse, quando
hæc postrema à Christiano Principe in-
tus Ecclesiam existente geratur, atque
per hoc quicquid inter se participare cõ-
periantur, id omne ex totius corporis
consensu (si maximè ad integri bonum
tendat) receptũ, † introductumquè exi- 9
stimandum esse. Enim verò cum ipso-
rum voto, ac vniformi voluntate, † im- 10
munitatem Ecclesiasticorum peruenis-
se optimis rationibus fundat Victoria
de potest. Eccles. relect. 1. *sect*. 7. *propos*. 7.
si forte à Principibus, vt capitibus pro-
uenisse negetur, de quo supra *quæst*. 1. *n*.
5. Vsus consensu firmatus potuit † for- 11
mam vtendi, limitesquè cõstituere. Nec
enim ad indiuisibilem punctum redu-
ctam immunitatis obseruantiam putare
debemus, sed aliquam etiam admittere
dilationẽ, † vt in cæteris moralibus eue- 12
nit, præcipuè in quæstionibus adeo con-
terminis inter vnius integri partes, ac
vnici corporis membra, quorum actio-
nes (si rectæ sint, vti supponi debent) in
vnum, indiuiduumquè finem ad salutis-
simè tendunt. Hæ autem obseruationes,
modiquè exercendi † *parem* (si Augu- 13
stino credimus) *cum expressè scriptis, cum
obtineant firmitatem*, eandem auctorita-
tem habere debent, *Ecclesiasticarum*, in-
quit, *Constitutionum quasdam in scriptis,
quasdam vero Apostolica traditione, per suc-
cessores in ministerio confirmatas accepimus*,
(ecce immunitatis institutio) *quasdam ve-
rò consuetudine roboratas approbauit vsus*,
(ecce vtendi, exercendi, ac practicandi
methodus, ordoque) *quibus par ritus, &
idem vtriusque pietatis debetur affectus*, re-
fertur *in capit. Ecclesiasticarum distinct*. 11.
Idem *epist*. 118. *ad Ianuarium, in capit. illa
distinct*. 12. cum supra traditis *dict. quæst*.
4. *ex num*. 2. benè Suarez *de legib. lib*. 7.
capit. 18. *num*. 12. reuocationi verò has
consuetudines minimè subiacere, & in
hoc leges superare, constat ex dictis D.
Augustini. *epist*. 128. & D. Ioan. Chryso-
stom. *homil*. 7. *ad Corinth*. Cassiodor. *lib*.
2. *epist*. 4.

His accedit quod alibi à nobis tam
enixè fundatum est, tantam esse apud
nostros immemorialis consuetudinis ve-
nerationem, atque firmitatem, vt spe-
ciali † indigeat reuocatione, vbi talis 14
sit, quæ ordinatiæ potestati Legislatoris

sub-

subiaceat, vt pluribus fundat Gonçalez *ad reg.8.Cancell.gloss.33.num.5*. Gutier. *practicar.cap.14.num.69.lib.3*. Monald. *cons.73.num.24*. cui opinioni Cardinalium Declarationes accessit, vt per Gonçalez *ibidem*, quas cum alijs refert D. Barbos. *in claus.non obstante consuetudine, & in cap.cum tanta num.7.de consuet*. per me supra *lib.1.quæst.1.num.19*. Eman. Rodrig. *Quæst.Regul.quæst.9.artic.5.tom.1*. Sanchez de matrim. *lib.7.disputat.4.n.13*. Oxeda *de incompat.part.1.capit.17.num.19*. Narbona *dict.tract.1.fundam.2.num.9*. Moneta *de distribut.part.2.cap.12.num.22*. nec mirum, nam vt diximus supra immediata *quæst.num.118*. Sacræ Scripturæ testimonijs antiqui mores roborantur.

Diximus: *ordinariæ potestati*, quoniam putamus, vsum ex traditione antiquissima Ecclesiæ vniuersalis, vel nonnullarū Prouinciarum, qui Apostolicis institutis, vel communi fidelium cōsensu constare creditur, nec fidei regulis repugnat, nō subiacere ordinarijs reuocationibus; sed indigere vel determinatione Ponti-
15 ficia † è Cathedra in bonum Christianæ Reipublicæ proueniente, vel vniuersali alio in Oecumenico Concilio consensu. Nec enim iudicialibus definitionibus tam grauia committi debent; nam in his error quandoque interuenire potest, *cap.à nobis 28.de sentent.excommunic. capit.tum ex literis 5.de restitut.in integr.* cum alijs per me relatis *q.6.n.20*.

Suppositis præmissis, facilis veritas quæstionis elicitur, dum enim quærit *Diana*: An attenta tolerantia, vbi adsit, & per illam Summorum Pontificum consensu, possint seculi Principes per consuetudinem de Clericorum immunitate (aliquam cognitionem à iure Canonico prohibitam sibi tribuendo) aliquid derogare? Illud dubitare videtur, quod ex præmissis indubitatum apud Consultos est: an ne consensus nempe tacitus ex scientia, & tolerantia elicitus vim specificæ cōcessionis habeat? Quod quidem vt tale in quæstionem venire nō potest, nisi dicas, Pontificem, vt qui ex- 16
pressè nequeat cōcedere, † nec tacitè id posse, sicut de alienare prohibito firmat Consultus *in l.cum quis 165.de regul.iuris*. At nos iam probauimus, speciem aliquam cognitionis in Clericos ob bonū publicum laicis Magistratibus concedere posse; immo & ad libitum elargiri supra *quæst.2.m.3.conclus*. quod apud omnes receptissimum est, consentitque, velit nolit *Marta*, vbi de hac consuetudine differit in *tractat.de iurisdict.part.4.cas.64.num.14.& 18*.

Quòd si consensus ex taciturnitate, & tolerantia, accedēte temporis lapsu, omni iure licitam, & probatam acquisitionem facit, & Pontifex aliquam iurisdictionis speciem concedere potuit, sequitur, nullam per id immunitatis violationem sequi, nec *Bullam Cœnæ* illi officere posse; quoniam per *Bullam* † ciuiles præ- 17
scriptiones, ac per laicos sua auctoritate, sinoque iure introductæ consuetudines improbantur, tam in esse productæ, quàm producendæ. At consuetudines, quæ Papæ, consensum supponūt (in bonum publicum alicuius Prouinciæ reipsa subditis, nec flagitantibus præstitutæ) non in vim præscriptionis sustinentur, sed ex promiscuo Pontificis, populorūque cōsensu, ac ex traditione primi Ecclesiæ seculi; ergo hæc tolerantia per Bullam Cœnæ non tollitur.

Probatur assumptum, quoniam *Bulla Cœnæ* receptas in Ecclesia vniuersa, vel particulari alicuius Prouinciæ traditiones, ac constituta ex communi † con- 18
sensu ad perfectius regimen subditorum non reuocat, sed tantùm consuetudines contra Ecclesiasticam immunitatem à laicis potestatibus vsurpatas, atque inductas, vt in *Canone excommunicamus*. Indè hanc *Bullam* ad præcitatos mores non protrahi, quasi omnes Theologi dixere, Nauar. *de censur.Bull.Cœnæ, cap.27.ex num.75.vers.Tertia*, Tolet. *in instruct. Sacerdot.lib.1.capit.28.num.9*. Alter. *de censur.disputat.14.cap.2.vers.Notandum*, Duard. *ad Bull.Cœnæ can.15.q.5.num.7. vers.*

verf. Aduerte, Salas *de leg. quæst.* 96. *tract.* 14. *sect.* 11. *num.* 121. Vazquez *in opusc. de restitut. cap.* 6. §. 1. *num.* 33. Molina *de iustit. to.* 2. *tract.* 2. *disputat.* 270. *num.* 5. Malder. *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 8. Rodrig. *in additio. ad Bull. Cruciat. fol.* 159. Driedon. Caietan. Cardin. Iacobat. & alij relati per Ceuall. *cap.* 25. *in fin. & q.* 879. *num.* 483. Salgado *prælud.* 3. *num.* 139. *& de supplicat. ad Sanctissimum*, latissimè Castill. Sotom. *tom.* 7. *controuers. ex cap.* 133. pluresquè alij, per me passim citati. Ergo non tollit antiquā Pontificum tolerantiam, seu manis scientiā, & patientiam, quæ consensum, non verò repugnantiam supponit, Vazq. *opusc. de restitut. cap.* 6. §. 2. *dub.* 2. *ex num.* 30. *ad* 34. Suarez *de leg. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 12. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *num.* 38. 39. & 40. Bonac. *de censur. disput.* 5. *quæst.* 15. *punct.* 4. §. 1. *num.* 5.

Quamobrem Malderus *part.* 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *col.* 1. *fol.* 407. cum Laimano *lib.* 4. *Moral. Theolog. tractat.* 9. *cap.* 10. & alij citati per Dianam *dict. resolut.* 5. in consuetudine per laicos Magistratus introducta, atque clam vsurpata loqui intelligendi sunt, si illam ad vsum produ-
19 cere ex suæ potestatis vi † intentent, vt qui vice legis consuetudinem, tanquam statutum inducunt; nam cùm sit ille iurisdictionis effectus, sustineri nō potest, per ea, quæ tradit Innocent. *in capit. cum accessissent, de constit.* Bald. *in l.* 2. *post gloss. in* 1 *&* 3 *opposit. C. quæ sit longa consuetud.* Alexand. *cons.* 173. *num.* 12. *vol.* 6. & declarat Marta *de iurisdict. cas.* 63. *num.* 8. *&* 9. *part.* 4. Salas *de leg. disput.* 14. *sect.* 8. *num.* 92. Suarez *eodem tract. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 9. Baldell. *disput.* 47. *lib.* 5. *num.* 19. Sair. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 5.

Hanc licèt toleret Pontifex, ne aliqua turbatio eueniat, licèt millies (cùm discrimini non possit occurrere) conni-
20 ueat, † non per hoc probasse censetu[r] nec procedunt regulæ supra narrat[æ] consensu. Primò, quia non valen[t] re præscriptio non currit, *l.* 6. *C. quibus non obijc. long. tempor.*

lex enim ad impossibile non adstringit.

Secundò, quia ipsa *Bulla Cœnæ* per tot annos repetita disertè huiusmodi consuetudini (quæ potius corruptela dicenda est) resistit, immo ne enascere possit, ac produci è vestigio impedit, cùm ipsa & malam fidem operetur, simulquè omnem Pontificum patientiam excludat, inducto † expressissimo dissensu. Ita 21
Malder. Laim. *tam relati*, ac Vigianus *de immunitat. Eccles. capit.* 2. *tom.* 4. *fol.* 4. D. Barbos. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ extr. de constit.* Philiarch. *de offic. Sacerdot. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *in fin.* Tannerus 2. 2. *disputat.* 5. *quæst.* 5. *dub.* 4. *num.* 132. ac Scribentes omnes super iustitia censurarum contra Venetos, quibus & nos in hoc assentimur, nec aduersarij negabāt, sed eorum mores antiquissimos in toto dominio seruandos contendebant.

Et re vèra, si supremis, ac potentibus Principibus sola Pontificis scientia, ac tolerantia fretis, nouas contra Ecclesiasticam immunitatem consuetudines inducere permitteretur, paulatim omnis potestas Prælatorum in profanis contra Clericos iudicijs † in eos transferretur, quod recipiendum non est, per eander[...] quam in iurium patronatus præscri[...] ne Tridentinum Concilium con[...] uit rationem, quave motum [...] tioribus maiorem probatio[...] actiorem exegit, *sess.* 25. *c.* [...] 9. & 10. Tolerantia n[...] modi (quorum vsur[...] nota est) sufficien[...] indicat, quia m[...] rantur, quæ n[...] *dudum* 18. [...] Gregor[...] Ar[...] de[...]

[...] pa- rentes [...] deorum Pommune- tus cc itidem proceregesvim alioni principum 26 dictis Poto in Ger- iustitiæ probante cō- rantum meneta Respu- edictum vo Latio Princi- pes,

Eis partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum si vestra præsens fuisset Imperialis gloria) diligenter exquirant, & non tantùm hæc sola, quæ superiùs diximus, quærimus, vt examussim exagitent, sed siue minora, siue etiam maiora illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta terminentur examine, quatenus imposterum nihil sit, quod ex eis indiscussum, vel indefinitum remaneat. Referuntur in idem Diui Gregorij verba, non adeo tamen proiecta; verum vltroneæ purgationis plenissima *in capit. si quis eadem causa, & quæstione.*

Quæ dum perlego, admirandam, ac
90 verè † Christianam eius æui libertatem summopere veneror, similemque spiritum, puritatisque conscientiam in omnibus Pontificibus, qui venturi sunt, ac raram hanc temporum fœlicitatem seculo nostro ex animo concupisco, vt omnimoda attenta innocentia, & sentire quæ velis, & quæ sentias, dicere liceat; nam licèt, vt D. Thom. egregiè aduertit *2.2. quæst. 67. artic. 2. ad 2.* & post eum Bellarmin. *lib. 2 de Pontifice capit. 26.* ex
91 hac epistola nulla iuridica † subiectio eliciatur, quæ Pontificis ad omnes culmini, ac præeminentiæ officere possit, sinceritatem tamen Pontificalis animi, vinculum fraternæ, quoad fideles Principes charitatis, omnigeni scandali vitandi propositum egregiè elucet. Mutui huius officij connexitatem, Dominicæ quoque humilitatis exemplum ostendit. Videnturque *Leo, & Gregorius* Pontifices, omnino Apostoli adhortationem impleße, de qua ad *Philippenses capit. 2. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum,* in quo Christo maximè hos Præpositos similari, Apostoli iudicio videntur, *qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c.*

Debent ergo Ecclesiæ regimini Præpositi, inani gloria reiecta, horum *Pontificum* exemplo, *Pauli* quoque apertissima doctrina, non ex obligatione subiectionis, sed voluntatiè, voluntate recta, quasi per medium amicabilis connexionis Potestates laicas agnoscere, aliquando eorum arbitria † vnanimes admittere; 92
nam & Principes seculi parentum titulo gaudent, illorumque paternæ correctioni, vbi superiores negligant, etiam Ecclesiastici subsunt, vt probat Thomas Vualdensis *in doctrinalibus à Martino V. in Bulla* initio operis præfixa *probatis;* vbi *in lib. 2. cap. 8.* hanc elicit consequentiam, *quod vbi duo hæc in Ecclesiæ communitate concurrant, scilicet extrema, & non vlterius differenda necessitas, & Ordinarij Pastoris, aut Præsidis ad succurrendum desperata facultas, extraordinarius pater quærendus est, priusquam Christi Domini fabrica dissipatur.* Cui accedit Diui Thomæ sententia in *4. distinct. 19 art. 2. part. 3. Prælati Ecclesiastici fraternæ † correctioni subiecti* 93
sunt, immo & Pontifex secundùm Ioannem Maiorem *in disputatione speciali in id edita*, quod vix admitterem, & huc tendit elegans Gregorij Magni simile in *cap. 46. sicut 2. quæst. 7. Sicut laudabile, discretumque est, reuerentiam, & honorem exhibere prioribus; ita rectitudinis, & Dei timoris est, si qua in eis sunt, quæ indigent correctione, nulla dissimulatione postponere.* Idē *cap. 57. admonendi, eadem causa, & quæstione;* nam si id cum superioribus permittitur, multò magis in ceteris omnibus Clericis, ac Religiosis viris subditis, latè Ponte Hurtado *disputat. 162. de charit. sect. 4. ex § 26.*

Hæc etiam potestatis connexio, qua Pontificis sublimitate nullatenus præiudicata, potestatibus laicis aliquid in cæteros Ecclesiasticos ad commune totius Reipublicæ bonum tribuitur, Imperatorum piorum dictis confirmatur. Et primò ex Constantini Magni piissimi Principis effatu, de quo per Euseb. in eius vita *lib. 4. cap. 24. Vos intra, ego autem extra Ecclesiam constitutus sum Episcopus* Theo-

Theodoſij *iunioris* epiſt. *ad S. Cirillum* in
actis Epheſini Concilij, ibi: *Noueritis Ec-
cleſiam, & Regnum noſtrum eſſe coniuncta,* †
94 *noſtraque accedente auctoritate, & imperio, &
Christi Seruatoris noſtri aſpirante prouide n-
tia, magis ſubinde inter ſe coitura eſſe.* Idem
eodem ſenſu non multa diſparibus ver-
bis Arnulfus *Gallus* ad *Alexand.* 3. *Ponti-
ficem Maximum. Quaſi quibuſdam ſibi mu-
tuis complexibus dignitas Eccleſiaſtica, & Re-
galis occurrunt, cum nec Reges ſalutem ſine
Eccleſia, nec Eccleſiæ pacem ſine protectione
Regia conſequantur.* Refert Choppinus *de
ſacra Politica fol.* 490. Iuſtinianus Impe-
rator *nouella* 6. *titul.* 6. *Quomodo oporteat
Epiſcopos, aut alios Clericos eſſe,* eadem ſenti-
re oſtendit, ſic concludens: *Nam hoc qui-
dem inculpabile ſit, vndique, & apud Deum
fiducia plenum. Imperium autem rectè, ac com
petenter exornet, traditam ſibi Rempublicã;
erit conſonantia quædam bona, omne quidquid
vtile eſt humano conferens generi.* Ex hac ma
nauit plurium Imperatorum, & Regum
ſuper Prælatorum, & Cleri reformatio-
95 ne † priſtinique ſpiritus inſerendi ſtudiũ,
maximique labores. De Carolo Magno
Surius refert (cum Cleri mores inſtaura-
re cæpiſſet) ita Summo Pontifici ſcripſiſ-
ſe. *Ne aliquis quæſo huius pietatis admonitio-
nem eſſe præſumptionem putet, vel iudicet, quia
nos errata corrigere, ſuperflua reſcindere, recta
connectere ſtudeamus.* Teſtatur de hac ad fi-
nem perducta inſtauratione Rhemenſis
lib. 2. *hiſtor. cap.* 18. & de Ludouico Pio
Imperatore, præmiſsi Caroli nepote ha-
betur in Concilio Sueſsionenſi, mini-
ſtros ſuos ſcrutatores ad viſendas Im-
96 perij † Diœceſes, ac in eis Canonum ob-
ſeruantiam ſuſcitandam, & refouendam
miſiſſe hoc pacto, *vt Miniſtri noſtri per Ci-
uitates, & ſingula Monaſteria, tam Canonico-
rum, quàm Monachorum, ſiue ſanctimonia-
lium, vnà cum Epiſcopo vitam ibi degentium,
& conuerſationem inquirant, & vbi neceſſe
fuerit, corrigant.* De Edgaro magno Britã-
niæ Rege in celebri Conuentu apud ſe
habito pijſsima oratio habetur ad eun-
dem finem reformationis Cleri, & Præ-
poſitorum emiſſa, quæ integra legitur in
Apologetico ad Cauſabonum pro Annalibus
Baronij, cui nomen *lex talionis* ad finem.
De Carolo V. Imperatore Maximo † 97
Auſtriacæ familiæ alumno, Patres Con-
cilij Treuerenſis, hoc idem teſtãtur. *Sacra
illius Maieſtas ſibi haud quoque graue duxit
formam nobis proponere adamuſsim conſenta-
neam ſcripturis, & cœlitus inſpirans Canoni-
bus ad inſtaurandã Eccleſiæ integritatẽ.* Atq;
in confirmationem Archiepiſcopus Tre-
uerenſis adiungit. *Eam reformationis for-
mulam, iuxta Cæſaris mandatum publicari,
& perlegi omnibus vobis curauimus*, refert
hiſtoriam *Panuinus* in vita *Pauli* 3. *fol.*
213. & Reges Gothi in Hiſpania antiqui
tus idem curauerunt, vt habetur in *Tole-
tanis Concilijs, præcipuè in* 4. tempore Re-
caredi, vbi Sanctus † Leander interfuit, 98
& *in Concilio* 3. vbi integri Concilij con-
feſsio eſt, *collapſæ cœtus Eccleſiaſtici diſci-
plinæ inſtaurationem curæ, & operæ Regalis
fore.*

Quæ omnia ſi quis culparet, pijſsimos
Principes, ampliſsimos Eccleſiæ conuen-
tus, vbi Spiritus Sanctus præſidet, infide-
litate, ignorantia, ſchiſmate demum no-
taret. Si quis verò nulla adhibita diſtin-
ctione, quaſi iure ſuo geſta probaret, ni-
mium Eccleſiæ † maioriam, libertatem- 99
que diuinitus cõceſſam denigraret. Om-
nino autem & hæc licuiſſe, & nihil Ec-
cleſiæ detractum fuiſſe dicamus. Ex hac
animorum connexione, & mutua chari-
tate originem hauſiſſe, ac inde perueniſ-
ſe, firmandũ erit. Quod præter premiſſa,
duabus quoque Leonis Maximi epiſto-
lis magis clareſcit, *epiſt.* 29. *ad Pulcheriam.
Res autem omnes aliter tutæ † eſſe non poſſe,* 100
*niſi quæ ad diuinam confeſsionem pertinent,
& Regia, & Sacerdotalis defendat auctori-
tas.* Item *epiſtol.* 93. *Prodeſt iſta diſtrictio
Eccleſiaſtica lenitati, quæ Sacerdotali conten-
ta iudicio cruentas refugit vltiones, ſeueris
tamen Chriſtianorum Principum Conſtitutio-
nibus adiuuatur, dum ad ſpirituale nonnun-
quam recurrunt remedium, qui timuerint cor-
porale ſupplicium.* Huc quoque pertinet
Innocentij 4. ſententia *in Lugdunenſi Con-
cilio* prolata, de qua in *cap. dilecto filio* 6. *de*

sentent.excommunic. in 6. *quia bi duo gladij*
101 *consueuerint* † *exigente necessitate sibi mutuam*
suffragari, & munimen alterius subuentione
mutua frequentiùs exercere. Ecce apertissi-
mā Pontificis sententiā, præmissa à nobis
tradita confirmantē, dū ingruente neces-
sitatis casu mutuū auxilium in ambobus
brāchijs, ac vtraque potestate admittit, cū
hæc separata fuerint, non opposita, ac di-
uersa. In idē D. Bernard. *de cōsideratione ad*
Eugeniū Papam lib. 4. id etiā sentire visus
est, dum ait: *Vterque ergo Ecclesiæ, & spiri-*
tualis scilicet gladius, & materialis, sed is qui-
dem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercen-
dus, ille Sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad
nutum Sacerdotis, & iussum Imperatoris, nec
esset autem aliqua connexio, & vicissitu-
102 do, si vni † extensio concederetur (altero
omninò intra limites cohibito) immo so-
cietati, & cōmunioni, vt talis est, repugna
ret, *l. si nō fuerint* 29. *§. Aristo refert, D. pro*
soc. Iniquissimū enim genus societatis, vocat
Consultus illud, *ex quo quis tantùm lucrum*
spectet, damno omni in socium reiecto.

Si quid ergo mòris inter Catholicos
103 Principes † receptū esse cōspicimus, quo
duce ob malū aliquod inter subditos vi-
tādum, vel bonū inferendū in specialibus
causis Ecclesiasticorū aliquid præcipiūt,
vel in rebus ipsorū se ingerūt, si vetustis-
simi tēporis cursu id adeo firmatū sit, vt
vel cōcessionem antecessisse præsumere
faciat, vel Apostolicā ad successores vs-
que traditionē, id nequaquam improban
dum est, cùm primariæ institutioni, & rei
naturæ non repugnet, nec tā incōsideratè
(vt aliqui Scriptores faciūt) Ecclesiasticę
immunitatis, & libertatis violatores nun
cupandos, ac per hoc cēsuris irretitos, ac
per insordescentiam in puttrida membra
conuersos; nec enim putandū est, Princi-
pes adeo salutis suæ oblitos, vt ob modi-
cas contentiones, si nō traditione, & irre
fragabili consuetudine secuta, roborare-
tur, vellent Deo, & Papæ resistere, cui
fasces ob Deum in omnibus submisere,
traditionem autem obseruare necessariū
est ex Christianorum inconcusso more,
vt probatum est *supra num.* 18.

Nā si per hæc, quæ ad nauseā premisimus
ambæ potestates intra Ecclesiā existētes
vnū principatū natura constituunt admi-
nistratione diuisum, siquè hęc diuisio ali-
quādo (necessitate exigente) mutuis auxi-
lijs integratur, nō ad dānatā vsurpationē,
si quid vni mēbro accedat, sed ad conne-
xitatis naturā referendū est; atque ita fe-
cisse videmus optimos Principes. Sāctus
Simplicius Papa *epist.* 13. probat † Zeno 104
nis Imperatoris factum, quo præceperat
Antiochenā Ecclesiā à Constantinopo-
litano Patriarcha, de Episcopo (ad sedan
da scandala) prouideri, neve iuxta Cano-
nicam illius temporis formā in Conuētu
publico eligeretur: vnde inquit. *Quæ à*
vobis amore quietis Sanctè, & Religiosè sunt
ordinata, improbare nō possumus, factū aliud
ex se improbum, ac Ecclesiasticæ liber-
tati contrarium *Mauritij Imperatoris,* cùm
laudare † nequisset *Magnus Gregorius,* im- 105
mo Imperatorē de iniustitia monuisset,
Episcopis tamen, vt parerent, legemque
exequerentur, præcepit, *lib.* 2. *indict.* 11.
epist. 61. *vtrobique,* ait, *quæ debui, exsolui, qui*
& Imperatori obedientiam præbui, & quod
sensi, minimè tacui.

Quòd si recētia facta, quatenus ex cha
ritate, & bono zelo procedūt, probātur,
malè etiā gesta cōniuentur; quonā pacto
antiquissimi mores, qui in bonū commu
ne, & quietē Prouinciarū recepti viden-
tur, execrādi sint? nescio; hoc vnum scio
animas Principū, & cū eis Ministrorum
omniū, subditorū quoque nō exiguā par-
tē nō temerè ob inobediētiæ grauissimā
notā damnandas esse, quin potiùs Ponti-
fices Apostolicis præceptis imbutos, pro
priæ etiā † potestatis abiectione, si opus 106
esset, illas lucri facere exoptare, creden-
dum esse; nam si secundùm *Bonauenturam*
relato *opusculo. Oues Christi perire vellent,*
potiùs, quam de ore luporum eruì, talis volun-
tas careret effectu Pastoralis potestatis, quæ
solum in ædificationem, & non in destructio-
nem data est ab ipso Principe pastorum, Bel-
larmin. *lib.* 5. *capit.* 6. *de potestat. Pontifi-*
cis, ecce enim Paulus *ad Corinth.* 1. *capit.*
9. suæ renunciauit potestati, ne damno
sub-

subditis esset. *Sed nō vsi* (inquit) *sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculū datur Euāgelio Christi*, & statim dicit, *se omnibus omnia factū, vt omnes faceret saluos*, quod repetit *c. seq. in fine. Nō quærens* (ait) *quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.* Tāta antē fuit Apostoli ad animas quærendas appetētia, vt iurauerit se *optasse, anathema esse à Christo pro Hebræis fratribus suis*, atque contribulis. *Ad Rom. c. 9. in ead. epist. c. 15.* ait: *Debemus autē nos*

107 *firmiores imbecillitatē infirmorū † sustinere, & nō nobis placere, vnusquisque vestrū proximo suo placeat in bonū ad ædificationē, etenim Christus nō sibi placuit, sed sicut scriptū est, improperia improperantiū tibi ceciderūt super me, quæcūque enim scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt.* Hanc si Pōtifices sequi velint, vt velle putandi sunt, propter hæc tēporalia animas omniū penè fideliū perdere velle, negare oportet, errantque plurimùm, qui de ipsis speciosa hæc mendacia cōfingunt, inuidiā omnium in eos reijciētes, vt tēporali Ecclesiæ potestati morem gerere videantur. Christus enim Dominus noster, cuius ipsi vestigia sequūtur, humanū Regnū despexit, vt nobis æterni hæreditatem relinqueret. Ipse

108 enim (ait) *venisse quærere, & saluū † facere, quod perierat*, vnā etiā animā suo sanguine redēpturus. Nō deceret ideo Pōtifici ob minimum iurisdictionis profanæ in Clericos vsum, Principibus ex rationabili sæpè causa quæsitū, tot eorū animas illustriū etiā virorum, qui eis in consiliis sunt, ac popalorū, ad interitū vergēres, negligere, totque iā defunctorū neglexisse. *Fidelis sermo* (inquit Apostolus) *ad Thim. 1. 4. & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundū, peccatores saluos facere*, & immediatè magis ad rē *in cap. 2. Obsecro igitur primū omniū fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietā, & tranquillā vitā agamus in omni pietate, & castitate: hoc enim bonū est, & acceptū corā Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionē veritatis venire*, quē locū commentatus Tertul. *in Apolog. ad gentes c. 31.* † addit rationem, *hanc: vobiscum enim* 109 *concutitur Imperium, concussis etiam cæteris membris eius*, ideo minūs malum amplectendum, *c. duo mala, c. nerùis distinct. 13.* Sanchez *de matrimon. lib. 2. disputat. 39. num. 2. & 12.* ex omnibus Theologis Vazquez *tractat. de scandalo dub. 1.*

Quòd si antequā Reges in Ecclesia essent, dum illā persequebantur, tanta cura in Paulo de eorū salute, tantæ orationes præscriptæ: haud ambigendū puto, quin idē hodie Sūmi Pontifices de Principibus, iā fidelibus curent, atque illos vt filios primogenitos summis fauoribus pro sequantur, optantes, ac omnibus viribus curantes, vt ipsi verū salutis statum cōsequantur, nihil omissuri, optātes etiā cum eodē *Anathema esse pro his fratribus*, quorū exēplo, & cæteri subditi, Orbisque totus cōponitur, quorū prauitate, ac infidelitate Regna integra periclitantur. *Rege integro*, dixit ille, *mens omnibus vna, amisso rupere fidem*, sicut è conuerso, *obsequium in Principē, & æmulandi amor validior, quā pœna ex legibus, aut metus* secundū *Tacitum*. Inde Christiana Respublica, non minorē ex Catholicorum Principum exēplo vtilitatem, quoad subditorum persuasionem, ac in fide firmitatem, quā ex Prælatorū, ac Religiosorū suasu percepit, exēplum in Constantini, & Hispaniæ, Franciæque Regum conuersione, & è conuerso in Angliæ, & Scotiæ Regno ob perditū Regē Catholicissimi explosione.

Quarta & vltima propositio. Consuetudo in Ecclesia, cui (vltra communē fidelium consensum) initiū certū non agnoscitur ex traditione prisci post Christū passum † tēporis introducta censeri potest, 110 & debet, cùm multas traditiones nō scriptas seruandas esse Apostolus doceat *2. ad Thessal. c. 2. & 1. & 1. ad Corinth. c. 11.* quibus omnino post apertissimas scripturas standum est, illis maximè per quę apertiùs statuitur, quid in eis obscurè traditū fuerat. Multa in id supra hoc *lib. 2. q. 1. proposit. 5. n. 12.* adducta fuere, quæ nō repeto, præter Augustini doctrinā *in lib. ex dictis Basilij*, cōtēto in *c. Ecclesiarū d. 11.* relato meliùs quàm à Gratiano per

Buchard. lib.3. tit.22. *de vniuersali Ecclesia ex eod. in lib. de Spiritu Sācto: Ecclesiasticorū, inquit, mysteriorum quasdā in scriptis, quasdam verò Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus. Quasdam verò consuetudine roboratas approbauit vsus, quibus par ritus, & idem vtrisque pietatis debetur affectus. Vnde quis, vel aliquātulum sacrarū expertus literarum hæsitauerit? Si enim attentauerimus consuetudines Ecclesiæ, nō per scripturas à Patribus traditas, nihil æstimare, quantum religioni detrimenti sit, intensiuè inspicientibus liquidò constabit*, & lib.5. *cōtra Donastitas. Quæ vniuersa tenet Ecclesia ab Apostolis præcepta benè creduntur, quamquam scripta non reperiantur.* De interpretatiuà, vt sic dicam, consuetudine, apertissima est sententia Sancti Martyris Irenæi *lib.* 1. *cap.* 4. *Et si de aliqua,* inquit, *modica quæstione disceptatio esset, non ne oportet in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli cōuersati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere quod certum est, & re liquidum est? Quid autem, si neque Apostoli scripturas quidem tradidissent, non ne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ij, quibus cōmittebant Ecclesias?* egregiè quoque more Iurisconsulti, Tertul. *de corona militis c.*4. *Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum si legem expostules, scripturarum nullam inuenies, traditio tibi prætēdetur auctrix, cōsuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix*, & inde *eodem cap.* tradit exempla, & concludit. *His igitur exemplis renūtiatum sit, posse etiam nō scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine idonea teste tunc traditionis, ex perseuerantià obseruationis. Consuetudo autem, etiā in ciuilibus legibus pro lege suscipitur, cùm deficit lex*, cum traditis supra *ex n.* 21. *cum seqq.* ex pluribus, & in hac immunitatis materia, per D. Thomam relatum hoc libro *quæst.* 1. post principium *num.* 5.

Quando enim consuetudinem nō recentē, nec sciti initij, circa Ecclesiasticorū immunitatē prospicimus, sed inueteratā, ac vniformē in omnibus fideliū Prouincijs, vel in aliquibus receptā, antiquiori constitutione nō vrgēte in aduersum, omnes regulæ naturalis, & humani iuris monēt, ac nos credere cogūt, illā nō vtique contra Pontificū † voluntatē, nec in 111
opprobriū Ecclesiæ processisse. Quinimo eis ex iusta causa annuentibus ad perfectiorē Politici regiminis statū institutā, ac cōproductam, & tanquā primitiuæ Ecclesiæ moribus conuenientem ampleχatā, perinde successiua obseruatione in posteros trāsmissam, interpretatione mihi semper adhibita, *vt monet fideles Hieron.* siue *Origen. in c.* 15. *Iudicū hom.* 21. ne scandalum facilè patiātur, vel inferāt, & *Antherus Papa* Episcopis Hispaniæ, *ne quidquā sinistrū de Ministris Ecclesiæ arbitrarentur*; nā putādum nō est, Pontificē, aut
inferiores Prælatos; † ita cōtra ius factū 112
laturos, quin re, vel saltē verbis reclamassent, vt fecisse *D. Greg.* in simili secularis edicti casu prohibentis milites monachari, testatur ipsemet *epist.* 61. *lib.* 2. *indict.* 11. præcepit enim obediri edicto, & Imperatorem de culpa admonuit; cuius verba *supra n.*204. retulimus. Benè *Victor Papa epist.* 2. relatus in *c. si quis diuinis in fine, vers. In certa charissimè* 30. *q.* 5. & Iulius *epist.* 1. *ad Episcop. Orientales* relatus supra *q.* 2. *n.* 13 *hoc libro Konincb. de Sacramentis tract.* 2. *disp.* 7. *dub.* 8. *concl.* 7.

Diximus consuetudines non recētes, nec sciti principij, vt modernos vsus,
quorū introductionis † initia patent, ex 113
sermone prædicto secluderemus; nā aliter præscriptione certi tēporis Ecclesiastica iura cōfringerentur, quod supra cōceptis verbis negatū est: cōsuetudo enim quæ certis, ac numeratis annis cōstat, nihil aliud est; quā tēporis præscriptum à *Bulla Cœnæ* improbatū, quę per hoc ma-
nauit, vt eo ex die, quo publicari † cœpit 114
omnes tēporis ministerio vsurpationes ea tēpestate, vt tales notæ, ac patētes, recentiusquè institutæ irritarētur. Iterū futuræ produci impedirētur: nec enim *Bulla* relata, mores Ecclesiæ vetustissimos, nec minùs Patrū traditiones (in posteros progressas, vel Pōtificum instituta, & ab eis cōcessa, siue verbo, siue scripto tradita, quævc priuilegiū supponūt) extēplo aufert, ac destruit, sed tantùm modernas cōsuetudines nullo iure, nullo priuilegio ful-

fulcitas, nullis auctoribus, ac pondere argumētorum subnixas; ex latè traditis per Nauar. *cons.* 29. *num.* 3. *& per tot. de sent. excommunic.* Bañez *in* 1. 2. *quæst.* 67. *art.* 1. *dub.* 2. *concl.* 6. Alter. *de censur. disp.* 14. *lib.* 5 *capit.* 2. Duard. *ad Bullam Cœnæ can.* 13. *quæst.* 9. *num.* 11. *& quæst.* 5. *ex num.* 9. *ex D. Thom. de potestat. Papæ, & Concilij cap.* 27. *vers. Ad secundam, &* 2. 2. *quæst* 69. *art.* 4. Soto *in* 4 *sentent distinct.* 25. *art.* 2. *quæst.* 2. innumeros in speciali quæstione allegat Ioannes Castillus Sotom. *tom.* 7. *controuers. capit.* 183. *cum pluribus sequentib.* Vbi omnes ex aduerso citatos cum hac distinctionē transire affirmat, & certum est, eos loqui, vbi consuetudinis initium scitur, vel violentum, vel tempore schismatis, & vacantis cœptum, vel post introductā huius *Bullæ* publicationem, qua attenta vti per li-
15 tis contestationē † omnes incipiunt esse malę fidei possessores, vt in *l. litigator, C. de fruct. & lit. exp.* nam vbi initium scitum est, nulla temporis præscriptio iuuat; esset enim contrà veritatem, vt benè idem Tertullianus notat *tract. de Velandis Virgin. capit.* 1. *&* 2. D. Ciprianus *epist.* 63. *ad Cæcilium epistol.* 73. *ad Iubaianum epist.* 74. *ad Pompeium*. Nam quæ originem notam non habet, quæve potuit, vel ex traditione veteris Ecclesiæ, vel ex concessione Pontificia proficisci, non potuit ab his Auctoribus refelli, cùm ab Ecclesia Romana ob hoc ipsum, quod initium ignoretur centenaria (quę minor est) amplectatur in *cap. ad audientiam* 13. *de præsc.* ibi: *Respicientes, quod est longè validius, ipsum negotium tangere principaliter Romanā*
16 *Ecclesiam, contra quam non nisi † centenaria præscriptio currit, c. si diligenti cod. tit.* Cōformauit se Ecclesia per hæc diuinis testimonijs, quibus vetustis moribus adhęrere monemur, vt apud Iob *capit.* 8. ibi: *Interroga enim generationem pristinā, & diligenter inuestiga patrum memoriā,* & in *Prouerbijs capit.* 22. habetur, *ne transgrediamur terminos antiquos, quos posuerunt patres nostri.* Nō obstat ergo Dianæ ratio, sed nec Suarij ab eo citati, loquentis de ciuili, & ordinaria præscriptione, vt tēporis figmentum est veritati oppositum. Cum nos insistamus, vel vetustæ traditioni in Ecclesia receptæ, vel concessioni per tempus solemniter, & melius, quam ex scripto probatæ, supposito ex DD. Augustini, & Basilij doctrina, & cæterorum posse traditionem, & Pontificales Constitutiones probari ex tempore, & consuetudine, quod in hac immunitatis materia docuisse D. Tho. statim retulimus.

QVÆSTIO V

An adsit tolerantia, & consensus tacitus Summi Pontificis cum dicta cōsuetudine, ita vt Principes aliquid licitè efficiant aduersùs libertatem Ecclesiasticam?

EPITOME.

1 *Tolerantia est pati scienter præiudicium, tacendo.*
2 *Verbis non egemus, vbi animus alibi haberi potest.*
3 *Præiudicium ex consensu, & taciturnitate, non cessat ex pœnitentia.*
4 *Tacens quandoque consentit, vbi longum tempus transit.*
5 *Acquisitio ex tacito consensu, per derelictionem naturæ congruit.*
6 *Iuri suo quisque præiudicare potest.*
7 *Consuetudo immemorialis scientiam supponit, nec probatam.*
8 *. . . . maiorem vim habet, quàm leges.*
9 *. . . . vsus vnius membri ad integri conseruationem ex totius consensu præsumi.*
10 *Immunitas Ecclesiastica ex totius populi Christiani consensu orta.*
11 *Consuetudo consuetudinem, vsus vsum aperit.*
12 *Moralia non consistunt in puncto indiuisibili, sed extensionem admittunt.*
13 *Modus vtendi consuetis pars consuetudinis reputatur.*
14 *Consuetudo immemorialis in specie est deroganda.*
15 *. . . . quæ supponit traditionem primitiuæ Ecclesiæ, & consensum fidelium non potest, nisi è Cathedra reuocari.*

16 *Pontifex, qui potest concedere expressè, potest & tacitè.*
17 *Bulla Cœnæ tollit ciuiles præscriptiones contra Canonicas immunitates.*
18 .... *non tollit mores antiquos vim traditionis habentes.*
19 *Principes laici sicut in rebus Ecclesiasticis non statuunt, ita nec vsum inducunt.*
20 *Pontifex tolerando iniquam, & modernam consuetudinem, illam non probat.*
21 *Bulla Cœnæ vim expressi dissensus habet.*
22 *Principes si ex quocunque vsu Ecclesiastica acquirere possent, actum esset de Ecclesiæ iuribus.*
23 *Pontifex sine monitione Principes de retro quæsitis excommunicare non debuisset.*
24 *Citatio nec à Papa omitti potest.*
25 *Diuus Gregorius Papa se famulum Imperatoris appellat.*
26 *Pontifices nunquam, nisi vrbanè agere.*
27 *Principes nullo pacto vetustissimis consuetudinibus, sibi aduersantibus derogant.*

LIcet ex præmisis in præcedenti quid in hoc firmari debeat, non obscurè deduci possit, attamen vt illa ex his discussis, & hæc ex illis apertiora fiant, infrascripta offerre, ac pensare non inutile erit.

Tolerantiam, ex qua tacitus consensus elicitur, illam esse, quam Consulti
1 scientiam, † & patientiam vocamus, necessariam omnino, vt is, cui per temporis vsum, siue consuetudinem præiudicium inferri prætenditur, amisisse ius suum censeatur. At quoties interuenisse probatur in eo, qui concedere, vel ius suum cedere posit, vicem specificæ concessionis habebit; nam quid refert verbis non expressisse, si re ipsa factum alterius ratum habuit? *l. Pamus respondit* 5. aliàs *non tantum, D. rem ratam haberi*, multa
2 enim ex facto negatiuo, siue † verbis conficiuntur. Hæc enim ad animi explicationem inuenta abundant, vbi aliter animus haberi, aut obtineri queat, ita *Cicero in oratione pro Cecinna.* Modus autem est naturalis ad acquisitionem præstitutus, qui ex tempore, & cursu plurium æuorum sortius, quàm ipsa concessio, quàm ipsum priuilegium, quàm denique alter gratuitus contractus, ligat, ac obligat eum, qui passus est; nam priora aliquã retractationẽ, proprietate, siue dicamus, natura cuiuscunque actus attẽta, patiuntur. Vnde actio de dolo, læsionis remedium, fraudandi edictum, nullitas, rescissio orta sunt. Consensus verò, ac cum longæuo vsu taciturnitas, † ne- 3
quaquam pœnitentiam, vllum remedium admittit, ex populi enim comprobatione, ac promiscuo vsu, iuris naturalis fecundi efficitur, quo nihil firmius, nihil vtentibus tutius, patientibus dulcius, & firmius: vnde illud: *Consuetudo altera natura.* Probantur hæc omnia primò ex præmissa in antecedenti quæstione Sacræ Scripturæ auctoritate *Isaiæ cum* 11, *lib. 26* ibi: *Quare tanto tempore nihil si per hac repetitione tentasti?* & alibi *Num. 30., lin. 12.* inducit ait, præiudicium ex consensu † per taciturnitatẽ. Probatur quo- 4
que ex iuris Pontificij regula in *cap. qui tacet, l. nemo 45. de regulis iuris*, atque docuit *D. Thom. 1. 2. quæst. 97. art. 3.* Suarez *de leg. lib. 7. capit. 15.* aliique supra *ex num. 25.* ad plures sequentes. Secundò auctoritate iuris ciuilis, ac Consultorum naturali † iuri effectũ huiusmodi tribuẽ- 5
tium, *l. quâ ratione autem 9. §. hæc quoque res, vers. Nihil enim tam conueniens naturali æquitati, D. de acquir. rerum domin. l. Labeo. 2.* ibi: *Sed etiam tacitè consensu conuenire, D. de pact. l. recusari 95. D. de acquir. vel amitt. hæred.* Naturalis enim ratio dictat, posse se quemquã suo † iure 6
abdicare, naturalisquè præsumptio est, vt voluisse credatur, qui id sufficientibus animi sui indicijs significauerit, *l. Barbarius 3. D. de offic. Præsid. l. an inutilis 8. vers. Quia hoc iure vtimur, D. de acceptilat. l. si finita* 15. §. *Nondum*, ibi: *Pro derelicto a aes longo silentio dominus videatur habuisse, D. de damn. infect.* Accedit *l. 1. §. Magistratum*, ibi: *Cæterùm si sciit, & passus est, eum in naui magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur, D. de exercit. act.* Ex quibus

bus omnes, nemine refragante, imme-
7 morabilem vsum nullâ † scientiæ probationem (cum satis præsumatur) exigere, ac omni alio titulo, & consensu validiorem esse affirmant. Quos omnes ad saturitatem congerunt, Salgado *part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *ex num.* 53. Anguian. *de leg. lib.* 2. *controu.* 20. *ex num.* 18. & neminè omisso Castill. Sotom. *tom.* 7. *controu. capit.* 24. alios adduximus supra *lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 18. & hoc *lib.* 2. *quæst. antecedenti*. Addimus Sotum *de iust. quæst.* 2. *art.* 7. Valent. *tom.* 2. *disputat.* 7. *quæst.* 5. *punctio.* 8. Sairum *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. latè Salas *de leg. disputat.* 19. *sect.* 3. *num.* 20. & 37. Suarez *eodem tractat. lib.* 7. *capit.* 13. *ex num.* 6. *ad* 10. Azor 1. *part. lib.* 5. *c.* 18. *quæst.* 1. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disputat.* 4. *ex num.* 11. *ad* 15. Baldell. *posteriores lib.* 5. *disput.* 46. *num.* 7. idem Diana *tractat.* 5. *resolut.* 75. *part.* 3. ex Consultis idem docent Modernus *de iur. belli lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. & 9. affirmans iuris naturalis principio illam niti, & voluntario gentium iure ad pacem communem inductam. Idè quoque latissimè ex multis fundat Narbon. *de appellat. a Vicario ad Archiepiscop. Toletanum part.* 2. *fundament.* 5. *num.* 6. licèt in suo casu deficiat.

Tertiò ex sententia Philosophorum, & Consultorum maiorem consuetudini,
8 quàm legibus † vim tribuentiũ, quorum aliquos citatis locis habes, præcipuè apud Anneum Robert. *rerum iudicat. lib.* 2. *capit.* 1. & apud Mornac. *ad leg.* 38. *de leg.* non dissentit Marta *de iurisdict. casu* 63. *num.* 1. post Couarru. *lib.* 1. *var. iur. capit.* 10. Ego post plures *de iurisdict. Inquisitor. cap.* 3. *num.* 26. *in C. fol.* 371.

Illud etiam in gratissima hac disputatione ponderare oportet, quod prædiximus *d. quæst.* 4. *num.* 48. & per totam potestates has se Ecclesiasticam, & Secularem in eodem corpore esse, quando hæc postrema à Christiano Principe intus Ecclesiam existente geratur, atque per hoc quicquid inter se participare eō periantur, id omne ex totius corporis consensu (si maximè ad integri bonum
9 tendat) receptũ, † introductumquè existimandum esse. Enim verò eum ipso-
10 rum voto, ac vniformi voluntate, † immunitatem Ecclesiasticorum prę uenisse optimis rationibus fundat Victoria *de potest. Eccles. relect.* 1. *sect.* 7. *prope fi.* 7. si forte à Principibus, vt capitibus prouenisse negetur, de quo supra *quæst.* 1. *n.*
11 5. Vsus consensu firmatus potuit † formam vtendi, limitesquè constituere. Nec enim ad indiuisibilem punctum redactam immunitatis obseruantiam putare debemus, sed aliquam etiam admittere
12 dilatione, † vt in cæteris moralibus fuit, præcipuè in quæstionibus adeo conterminis inter vnius integri partes, ac vnici corporis membra, quorum actiones (si rectæ sint, vti supponi debent) in vnum, indiuiduumquè finem absolutissimè tendant. Hæ autem obseruationes,
13 modiquè exercendi † partem (si Augustino credimus) *cùm expressè scripto, etiam obtineant firmitatem*, eandem auctoritatem habere debent, *Ecclesiasticarum*, inquit, *Constitutionum quasdam in scriptis, quasdam vero Apostolicâ traditione, per successores in ministerio confirmatas accepimus*, (ecce immunitatis institutio) *quasdam verò consuetudine roboratas approbauit vsus*, (ecce vtendi, exercendi, ac practicandi methodus, ordoque) *quibus par ritus, & idem vtriusque pietatis debetur affectus*, refertur *in capit. Ecclesiasticarum distinct.* 11. Idem *epist.* 118 *ad Ianuarium, in capit. illa distinct.* 12. cum supra traditis *dict. quæst.* 4. *ex num.* 2. benè Suarez *de legib. lib.* 7. *capit.* 18. *num.* 12. renouationi verò has consuetudines minimè subiacere, & in hoc leges superare, constat ex dictis D. Augustini. *epist.* 128. & D. Ioan. Chrysostom. *homil.* 7. *ad Corinth.* Cassiodor. *lib.* 2. *epist.* 4.

His accedit quod alibi à nobis tam effixè fundatum est, tantam esse apud nostros immemorialis consuetudinis venerationem, atque firmitatem, vt spe-
14 ciali † indigeat reuocatione, vbi talis sit, quæ ordinariæ potestati Legislatoris

subiaceat, vt pluribus fundat Gonçalez
ad reg. 8. Cancell. gloss. 33. num. 5. Gutier.
practicar, cap. 14. num. 69. lib. 3. Monald.
cons. 73. num. 24. cui opinioni Cardina-
lium Declarationes accedunt, vt per Gon
çalez *ibidem*, quas cum alijs refert D. Bar
bos. *in claus. non obstante consuetudine, & in
cap. cum tanta num. 7. de consuet.* per me su-
pra *lib. 1. quæst. 1. num. 19.* Eman. Ro-
drig. *Quæst. Regul. quæst. 9. artic. 5. tom. 1.*
Sanchez de matrim. *lib. 7. disputat. 4. n.
13.* Oxeda *de incompat. part. 1. capit. 17.
num. 19.* Narbona *dict. tract. 1. fundam.
2. num. 9.* Moneta *de distribut. part. 2. cap.
12. num. 22.* nec mirum, nam vt diximus
supra immediata *quæst. num. 18.* Sacræ
Scripturæ testimonijs antiquũ mores ro
borantur.

Diximus: *ordinariæ potestati*, quoniam
putamus, vsum ex traditione antiquissi-
ma Ecclesiæ vniuersalis, vel nonnullarũ
Prouinciarum, qui Apostolicis institu-
tis, vel communi fidelium cõsensu con-
stare creditur, nec fidei regulis repugnat,
nõ subiacere ordinarijs reuocationibus;
sed indigere vel determinatione Ponti-
15 ficia † è Cathedra in bonum Christia-
næ Reipublicæ proueniente, vel vniuer-
sali alio in Oecumenico Concilio con-
sensu. Nec enim iudicialibus definitio-
nibus tam grauia committi debent; nam
in his error quandoquè interuenire po-
test, *cap. à nobis 28. de sentent. excommunic.
capit. tum ex literis 5. de restitut. in integr.*
cum alijs per me relatis *q. 6. n. 20.*

Suppositis præmissis, facilis veritas
quæstionis elicitur, dum enim quærit
Diana: An attenta tolerantia, vbi addit,
& per illam Summorum Pontificum
consensu, possint seculi Principes per
consuetudinem de Clericorum immu-
nitate (aliquam cognitionem à iure Ca-
nonico prohibitam sibi tribuendo) ali-
quid derogare? Illud dubitare videtur,
quod ex præmissis indubitatum apud
Consultos est: an ne consensus nempe
tacitus ex scientia, & tolerantia elicitus
vim specificæ cõcessionis habeat? Quod
quidem vt tale in quæstionem venire nõ
potest, nisi dicas, Pontificem, vt qui ex-
pressè nequeat cõcedere, † nec tacitè id 16
posse, sicut de alienare prohibito firmat
Consultus *in l. cum quis 165. de regul. iu-
ris.* At nos iam probauimus, speciem ali-
quam cognitionis in Clericos ob bonũ
publicum laicis Magistratibus concede-
re posse, immo & ad libitum elargiti su-
pra *quæst. 2. in 3. conclus.* quod apud om-
nes receptissimum est, consentitque, ve-
lit nolit *Marta*, vbi de hac consuetudine
disserit in *tractat. de iurisdict. part. 4. cas.
64. num. 14. & 18.*

Quòd si consensus ex taciturnitate, &
tolerantia, accedẽte temporis lapsu, om-
ni iure licitam, & probatam acquisitio-
nem facit, & Pontifex aliquam iurisdi-
ctionis speciem concedere potuit, sequi-
tur, nullam per id immunitatis violatio-
nem sequi, nec *Bullam Cœnæ* illi officere
posse; quoniam per *Bullam* † ciuiles præ- 17
scriptiones, ac per laicos sua auctorita-
te, suoquè iure introductæ consuetudi-
nes improbantur, tam in esse productæ,
quàm producendæ. At consuetudines,
quæ Papæ consensum supponũt (in bo-
num publicum alicuius Prouinciæ reip-
sa subditis, nec flagitantibus præstitum)
non in vim præscriptionis sustinentur,
sed ex promiscuo Pontificis, populorũ-
què cõsensu, ac ex traditione primi Ec-
clesiæ sæculi; ergo hæc tolerantia per
Bullam Cœnæ non tollitur.

Probatur assumptum, quoniam *Bulla
Cœnæ* receptas in Ecclesia vniuersa, vel
particulari alicuius Prouinciæ traditio-
nes, ac constituta ex communi † con- 18
sensu ad perfectius regimen subditorum
non reuocat, sed tantùm consuetudines
contra Ecclesiasticam immunitatem à
laicis potestatibus vsurpatas, atque indu
ctas, vt in *Canone excommunicamus*. Indè
hanc *Bullam* ad præcitatos mores non
protrahi, quasi omnes Theologi dixere,
Nauar. *de censur. Bull. Cœnæ, cap. 27. ex
num. 75. vers. Tertia*, Tolet. *in instruct.
Sacerdot. lib. 1. capit. 28. num. 9.* Alter. *de
censur. disputat. 14. cap. 2. vers. Notandum*,
Duard. *ad Bull. Cœnæ can. 15. q. 5. num. 7.
vers.*

vers. Aduerte, Salas *de leg. quæst. 96. tract. 14. sect. 11. num. 121.* Vazquez *in opusc. de restitut. cap. 6. §. 1. num. 33.* Molina *de iustit. to. n. 3. tract. 2. disputat. 270. num. 5.* Malder. *in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 8.* Rodrig. *in additio. ad Bull. Cruciat. fol. 159.* Driedon. Caietan. Cardin. Iacobat. & alij relati per Ceuall. *cap. 25. in fin. & q. 879. num. 483.* Salgado *prælud. 3. num. 139. & de supplicat. ad Sanctissimum*, latissimè Castill. Sotom. *tom. 7. controuers. ex cap. 183.* plureſquè alij, per me passim citati. Ergo non tollit antiquã Pontificum tolerantiam, seu manis scientiã, & pacientiam, quæ consensum, non verò repugnantiam supponit, Vazq. *opusc. de restitut. cap. 6. §. 1. dub. 2. ex num. 30. ad 34.* Suarez *de leg. lib. 7. cap. 13. num. 12.* Lesss. *de Iustit. lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 38. 39. & 40.* Bonac. *de censur. disput. 5. quæst. 15. punct. 4. §. 1. num. 5.*

Quamobrem Malderus *part. 2. quæst. 96. art. 4. col. 1. fol. 407.* cum Laimano *lib. 4. Moral. Theolog. tractat. 9. cap. 10.* & alij citati per Dianam *dict. resolut. 5.* in consuetudine per laicos Magistratus introducta, atque clam vsurpata loqui intelligendi sunt, si illam ad vsum produ-
19 cere ex suæ potestatis vi † intendent, vt qui vice legis consuetudinem, tanquam statutum inducunt; nam cùm sit ille iurisdictionis effectus, sustineri nõ potest, per ea, quæ tradit Innocent. *in capit. cum accessissent, de constit.* Bald. *in l. 2. post gloss. in 1 & 3 opposit. C. quæ sit longa consuetud.* Alexand. *cons. 173. num. 12. vol. 6.* & declarat Marta *de iurisdict. cas. 63. num. 8. & 9. part. 4.* Salas *de leg. disput. 14. sect. 8. num. 92.* Suarez *eodem tract. lib. 3. cap. 16. num. 9.* Baldell. *disput. 47. lib. 5. num. 19.* Sair. *in claui Regia lib. 3. cap. 11. n. 5.*

Hanc licèt toleret Pontifex, ne aliqua turbatio eueniat, licèt millies (cùm discrimini non possit occurrere) conni-
20 ueat, † non per hoc probasse censetur, nec procedunt regulæ supra narratæ de consensu. Primò, quia non valenti agere præscriptio non currit, *l. 2. 3. & 6. C. quibus non obijc. long. tempor. præscr.* lex enim ad impossibile non adstringit.

Secundò, quia ipsa *Bulla Cœnæ* per tot annos repetita disertè huiusmodi consuetudini (quæ potius corruptela dicenda est) resistit, immo ne enascere possit, ac produci è vestiglo impedit, cùm ipsa & malam fidem operetur, simulquè omnem Pontificum pacientiam excludat, inducto † expressissimo dissensu. Ita 21
Malder. Laim. *iam relati*, ac Vigianus *de immunitat. Eccles. capit. 2. tom. 4. fol. 4.* D. Barbos. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 25. de constit.* Philiarch. *de offic. Sacerdot. part. 1. lib. 3. cap. 9. in fin.* Tannerus *2. 2. disputat. 5. quæst. 5. dub. 4. num. 132.* ac Scribentes omnes super iustitia censurarum contra Venetos, quibus & nos in hoc assentimur, nec aduersarij negabãt, sed eorum mores antiquissimos in toto dominio seruandos contendebant.

Et re verà, si supremis, ac potentibus Principibus sola Pontificis scientia, ac tolerantia fretis, nouas contra Ecclesiasticam immunitatem consuetudines inducere permitteretur, paulatim omnis potestas Prælatorum in profanis contra Clericos iudicijs † in eos transferretur, 22
quod recipiendum non est, per eandem, quam in iurium patronatus præscriptione Tridentinum Concilium considerauit rationem, quave motum in potentioribus maiorem probationem, ac exactiorem exegit, *sess. 25. de reformat. cap. 9. & 10.* Tolerantia namquè in huiusmodi (quorum vsurpatio ex suis initijs nota est) sufficientem consensum non indicat, quia multa per pacientiam tolerantur, quæ non probantur, *cap. cum iam dudum 18. in fin. de præbend.* eleganter D. Gregor. *in cap. nihil prodest 2. de præscript.*

At si ex antiquissima traditione vsus descendat, nec vlla de vsurpatione suspicio supersit, qua possit mala fides notari (& hoc est suppositum, quod suscepimus), inhumanum esset, ac penè incredibile, quòd Pontifices illum sub huius Bullæ rigore includere voluissent, nulla ante Priorem Bullæ damnatoriæ promulgationem in Reges, ac † Principes 23
mo-

monitione præmissa, per quam eos, vt ab
huiusmodi vsurpationibus abstinerent,
ac à præteritis recederent, paternè hor-
tarētur primùm, deinum vt Iudices præ-
24 ciperent. Hæc enim solemnitas † cū iu-
ris diuini, siue naturalis sit, *cap. Deus om-
nipotens, cap. si peccauerit 2. quæst. 1. l. nam
ita Diuus 3. D. de adopt*, nec à Pontifici-
bus omitti potest, immo ab eis exactiùs
seruanda, vt fatentur *in capit. nos in quem-
quam eadem causa*, cùm vrbaniùs etiam er-
ga Principes, vt tales sunt, se habere so-
leant, quos Dominos humilitatis Chri-
stianæ ostendendæ, pacati, ac benigni ani-
mi ostentandi gratia appellare solent, vt
D. Gregorius ad Mauritiū. *Ego indignus*,
25 inquit, *pietatis † vestræ famulus* (& paulò
post) *ego hæc Dominis meis loquens, quis sum,
nisi puluis, & vermis?* Et deinde de noua
lege à Mauritio contra Ecclesiasticam
libertatem loquens, ait: *Ego iussioni subie-
ctus eādem legem per diuersas terrarum par-
tes trāsmitto, vbiquè ergo quæ debui, exsolui,
qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro
Deo, quod sensi minimè tacui*. Non est ergo
credendum, nec mihi quisquam suadere
poterit, iamdiu statuta, ac vsu firmata
per solam *Bullæ* in vulgus emissionem
euertere voluisse, quādo Gregorius no-
uæ Constitutioni, tam vrbanè, tam con-
sideratè (præmissa etiam executione) oc-
currit, quod & cum Constantia Augusta
seruauit in *cap. Salononitanæ 24. distinct.
63*. ibi: *Nisi priùs à Serenissimis Dominis
cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent*, at de-
inde cognita Imperatorum voluntate,
ait: *Ego autem præceptioni pietatis eorum
obediens.*

Toto autem cœlo exempla hæc cum
relatis ex aduerso doctrinis pugnare vi-
dentur, satiusquè existimo, Sanctissimi
Pontificis in simili casu exemplis mo-
tus contra reuocationem (quæ de facto
processerit) tenere, quàm ex inconsultis
aliorū (citra Pontificiam declarationē)
26 dictis Pontifices † in vrbanitatis, & in-
iustitiæ notare, si id Principibus non
tantùm monitis, ac auditis, sed nec per
edictum vocatis contra id, quod solent
egissent, ad *Clement. Pastoralis, §. Cæterùm
de re iudicat*. latè *Thesaur. decis. 24. seu 23.*
Standum ergo potiùs est Sanctorū Pon
tificum gestis, & exemplis, quàm aucto-
rum interpretationibus ob rationes tra-
ditas à Ioanne Parisiensi *de potestate Reg.
& Papali capit. 21. ad 41*. ibi: *Dicere, quòd
tanti viri, inter quos aliqui fuerunt Summi
Pontifices, scripserunt contra conscientiam
suam in fauorem Principum, vel ob timorem
eorum, est ponere os in cœlum. Magis autem
probabiliter è contrario dici, quòd tales Do-
ctores, qui sic indebitè ampliant auctoritatem
Papæ, loquuntur timore, vel fauore ipsius,
cùm sint personæ Ecclesiasticæ, quæ magis
possunt per ipsum promoueri.*

Principes etiam, qui præscriptiones
ciuiles suis legibus induxerunt, comple-
tas semel cursu longissimi, ac immemo-
rialis temporis, † nec de facto, nec de 27
iure reuocant, siquidèm æquitatis in sa-
cris literis insinuatæ, studio salutis, illas
(quibuscumque genericis reuocationi-
bus non refragantibus) intactas esse si-
nunt, futuras tantùm impedientes, latè
Brun. *cons. 24. num. 99*. Surd. *consil. 262.
num. 65*. Cancer. *lib. 3. cap. 3. num. 106.
& 107. Nos de donat. tom. 1. dist. 2. part.
6. num. 123. fol. 213*. Quibus moueor,
vt putem, *Bullā Cœnæ* futuras tantùm, &
non completas, nec iam diuturno vsu fir
matas consuetudines impedire voluisse.

His rectè perpensis, ac antehabitis,
securè, ac tutè Principes, eorumque Ad-
ministri (omni Dianæ hæsitatione sublata)
iura sua exercere prosequuntur, nec per
Scribentū nouitates remouentur. Cùm
præcipuè præter manifestissimas ratio-
nes, nec doctiorum opiniones deside-
rantur. Etenim pugnāt pro eis vltra præ-
missos, allegati per Dianam, Lessius *lib.
2. cap. 33. dub. 5. num. 39*. Turrian. *in 2.
2. tom. 2. disputat. 14. dub. 4. num. 12*. Sa-
las *de legib. quæst. 96. tractat. 14. sect. 11.
num. 1121*. Vazquez *de restitut. capit. 6.
§. 1. num. 33*. Molina *de iustitia & iure
tom. 3. tractat. 2. disputat. 270. num. 5*.
Malder. *in 2. 2. tractat. 5. capit. 6. dub. 8.*
cum alijs summo studio collectis per
Sal-

Salgadum, *& Castillum* locis præmissis, qui disputationem omnem, simulque scrupulum submouent.

QVÆSTIO VI.

An per aliquod priuilegium sit in aliquibus Regnis supradictæ Ecclesiasticæ libertati derogatum?

EPITOME.

1 *Principes plures plura priuilegia per Pontifices recepisse dubitandum non est.*
2 *Pontifex Rogerio Comiti legationem Ecclesiasticam in Siciliæ Regno concessit.*
3 *Concordata plura inter Pontificem, & Reges, & Principes inueniuntur.*
4 *Concessiones cognitionum in rebus Ecclesiasticis sæpe ad bonum Ecclesiæ processere.*
5 *Libertas Ecclesiastica, quæ verè, & propriè dicatur?*
6 *. . . . datur nomine, & non re, quæ refellenda est.*
7 *. . . . & potestas insipientibus resecanda potiùs, quàm augenda.*
8 *Pontifex non tantùm de temporalibus, & profanis, sed de spiritualibus disponit.*
9 *Priuilegium in concessione rei Ecclesiasticæ, an scriptura solum probetur?*
10 *Canones in Moralis Theologiæ materia attendendi sunt.*
11 *Priuilegium vbi requiritur, immemorialis vsus satis est.*
12 *. . . . censetur exhibitum ex probatione immemorialis.*
13 *. . . . concernens materias Ecclesiasticas, an per Bullam Cœnæ reuocetur?*
14 *Reuocatio priuilegiorum per Bullam Cœnæ Sayro contra Nauarrum probatur.*
15 *Immemorialis vsus non fuit nominatim in* Bulla Cœnæ *sublatus.*
16 *Derogatio priuilegiorum prædecessorum debet fieri in specie, nec generalis clausula satis est.*
17 *Veneti post controuersiam, & censuras, absolutione obtenta, antiquis moribus incumbunt.*
18 *Bulla Cœnæ priuilegia antiquitus Principibus concessa non reuocat.*
19 *Pontifex ex sua iustitia non reuocat priuilegia ob bonum publicum concessa.*
20 *. . . . se errore subditum in iudicialibus, & profanis fatetur, & circumuentum.*
21 *. . . . importunis precibus obtenta medetur, patiendo sibi rescribi.*
22 *Principes concessa, emel, etiam ad beneplacitum sine iusta causa non reuocant.*

QVæstio huiusmodi primùm facti est, an nempe adsint priuilegia? iterumque facti, & iuris, fuerint ne per Pontificias Bullas (quas Cœnæ vocant) reuocata?

Quò ad priorem partem puto, hæsitandum non fore, multos Christianorum Principum ob eorum in Catholicam Ecclesiam benemerita, item boni publici causa, quætemque Regnorum, & Prouinciarum † multa in re huiusmodi priuilegia meruisse; Pleraque concorditer inter vtramque potestatem stabilita, & firmata. Multa ex consensu Pontificum vsu producta, quò audacia delinquentium coerceretur; abususque exemptionis moderationem acciperet, viuæ causæ in Prouincijs secundum *Nicens* statuta *Concilij* ad finem perducerentur. Prælati quoque accepti, ac grati Reipublicæ, bonique nominis, cogniteque virtutis eligerentur: pacis denique vinculū, quo vterque status colligatur, integrum remaneret. Huius generis sunt concessiones relatæ in *cap. Adrianus, & cap. in Synodo 63. distinct. & in cap. inter nos 31. distinct. 61.* vbi de similibus pactionibus inter Pontificem, & Imperatores fit mentio. Similiter cōcessa Rogerio † vtraque Sicilia ab hostibus fidei erepta. Regibus itidem Hispaniarum ob illa Regna, Insulasque inter iacentes Christo restituras; in tantorum erga Ecclesiam beneficiorum remunerationem processere. Cōcordata itidem inter † Pontifices, & Francos Reges vim pacti obtinēt, Imperatoris, ac Principum electorū iura, iam inde translato in Germanos Imperio, Pontifice probante cōstituta, ac recepta sunt. Veneta Respublica, non pauci tandem in Latio Princi-

pes,

pes,quò pacatiùs res eorum haberentur,
quò pietas excresceret, multa ex Pōtifi-
cum concésſione obtinuere. Omnes quā
plura ex Ecclesiarum peruetustissimis
traditionibus,jam inde ab earū per Apo-
stolos, eorumque discipulos fundatione
didicerunt,ac hucusque seruauerunt,ple-
naue est traditio ex multis Historiarum
libris,huiusmodi concessiones testanti-
bus. Plures de Siciliæ Regno citaui *in C.*
fol.78.col.1.& fol.535.col.2.

Per hæc minimè Ecclesiasticæ liber-
tati detractum videri debet,quoniā quod
4 ob publicum totius Ecclesiæ corporis †
bonum,eiusque membrorum vni, vel al-
teri Principi intus Ecclesiam existenti
negotijs super secularibus, ac profanis
Clericorum tribuitur, libertatem(si regu
lata illa sit) non imminuit,immo conser-
5 uat, ac sæpiùs adauget. Libertas enim †
qua Ecclesiastici aliqui, vt libitum viue-
re (sui ordinis regulis, ac moderatione
spreta) posse putant, dissolutio est, cor-
ruptio morum, ordinis dedecus. *Subiecti,*
inquit Cleri Princeps *epist.1.cap.2.13.*
estote omni humanæ creaturæ. propter Deum,
siue Regi,tanquam praeexcellenti ,siue Duci-
bus,tanquam à Deo missis ad vindictam ma-
lè factorum,laudem verò bonorum,quia sic est
voluntas Dei,vt benefacientes obmutescere fa-
ciatis imprudentium hominum, ignorantiam,
quasi liberi,& non quasi velamen habentes ma
litiæ libertatem ,sed sicut serui Dei. Datur
6 enim libertas nomine, † quæ re vera li-
bertas non est, qua fortè docentur fide-
les, Clerici nempe,& laici vel potestates
spernere,vel legibus non parere, discipli
nam omnem abijcere,omnia conturba-
re. Hanc vocat Apostolus libertatem ma
lè palliatam,per quam vt D. Augustinus
aduertit lib.1.cap.6.de liber. arbitr. potiùs
quis ad seruitutem ducitur, de qua Ambros.
7 *lib.2.epistol.7.* prōnuntiauit † *resecandum*
insipientibus potestatem,non adijciēdam liber-
tatem, seruitus enim eis conuenit.

De potestate autem Pontificum, qua
hæc statuta cōcessa, inducta , præscripta-
ve sunt, dubitare non libet, cum eis bōni
publici causa non tantùm de temporali-
bus, † & profanis, verùm quoque & de 8
sacris,citra fidei articulos, disponere per-
mittitur, vt supra *quæst.2.ex num.7.& q.*
6. latè præcipuè ex Nauarro *manual.cap.*
27.num.11. ex Suario *ad Regem Angliæ*
lib.4.cap.34.num.27.& 43. probatum
est, Bonacina *de censur.disput.1.quæst.15.*
puncto 4. Vazquez *1.2.disputat.167.cap.*
4.num.32. tom.2. Beccan *in summa 2.*
tractat.3.capit.6.quæst.11.num.2. Azor
tom.2.lib.10.capit.7.quæst.5. iuxta quæ
accipienda sunt, quæ referunt Bañez in
2.2.quæst.67.art.1.dub.2.concl.2. Ioan.
de la Cruz *in direct.part.1.præcept.8.art.*
1.dub.1.conclus.3. Pesantius Zenardus,
& alij per Dianam in præsenti adducti,
& quàmplures per Salgadum in vtroque
tractat.de priuilegijs,& concessionibus hu-
iusmodi loquentes , ac demum Filiuc.
tom.1.tractat.16.cap.10.n.258.

Solùm expedit aperire , quibus quan-
tisque modis priuilegia hæc probari pos-
sint, & vsu constituta edoceri; nam sunt
qui putant,tantùm ex authenticis † papi- 9
ris vsum, ac cognitionem in rebus pro-
fanis, vel personis Clericorum probari
posse,& probatum excusari, immo & de
his hæsitando id sentiunt, vt Filiuc. *sta-*
tim citato loco Bellarmin. & post eum Sua
rez *ad Regem Angliæ lib.4.capit.34.num.*
20. remittens iudicium de validitate ad
Sedem Apostolicam, Vazquez , ex Na-
uar. *dict.part.2.tom.2.disputat.167.cap.*
4.num.2. Salas *de legib.disputat.14.sectio.*
9.num.114. à Diana relati.

At si ad Canones,qui re vera in iuri-
dica hac materia † iurisdictionum atten- 10
dendi sunt,quòque Pontifices in tituli
probandi materia generatim constituere
recurramus, vt probat Bañez *1.part.q.*
1.art.1.dub.vlt.in sol.ad vltim. nulli du-
bium erit,priuilegium ex diuturno, non-
ve interrupto,nec contradicto vsu pro-
bari posse. Ita enim deciditur in *cap.1.de*
præscript.in 6. vbi ei,qui incapax est, cui-
ve ius commune resistit (vel in eum præ-
sumit) titulum necessarium esse decerni-
tur,cùm hac exceptione, *nisi,* inquit, *tanti*
temporis allegetur † præscriptio, cuius con- 11
tra-

trorŭ memoria nō existat. Ad literam idem docet, *cap. cùm personæ 7. de priuileg. lib. 6.* facit, quòd egregiè scriptum est in *capit. Ecclesiasticarum, & cap. in his rebus 11. distinct.* & quę tradidi supra *lib. 1. quæst. 31. num. 6.* & apertiùs *hoc lib. 2. quæst. 4. proposit. 2. num. 14. post princip. & quæst. 6. vers. Quid autem num. 15.* Modus est ergo priuilegij probandi ipsi exhibitioni,
12 † æquipollens ille, qui ex tempore inducitur, tantiquè ab omnibus fit, vt fortius ipsa concessione habeatur, ita ex multis probat Couarruuias *lib. 1. cap. 17. num. 5. vers. Sed si dubitatur lib. 1. variar. resol.* Sahagun *in capit. 2. de iudic. n. 167.* Abb. Gloritius *resp. 12. n. 62.* P. Suar. *de religion. lib. 1. tit. de decim. c. 27. n. 3* Aug. Barbos. post infinitos *in cap. causam q. 7. de præscript.* & ex Legistis innumeri per me passim adducti *decis. 20. n. 91.* & superiori quæstione latissimè *ex n. 7.*

Sequitur modò, an hæc quomodolibet
13 reuocata inueniantur, † & an potuerint reuocari, quod est quærere de volūtate, simulque de potestate. De priori satis dubitauit Nauar. *in manuali cap. 27. n. 71.* dixitquè vti in re dubia (an voluerit) recurrendum ad Summ Pontificē fore. Ipse tamē cùm post illa scripta Romam aduenisset, summaque familiaritate plurimis Summis Pontificibus coniunctus fuerit, præcipuè verò Pio V. nihil in ōppositum in posterioribus libris scripsit, quo de reuocatione restaretur.

At Sairus *de censur. lib. 3. c. 25. n. 10.* leuitatis arguit *Nauar.* quod sine causa de his dubitauerit, putans per Bullam Cœ-
14 næ † has cōcessiones (etiamsi quacunque grauissima causa manauerint) reuocatas eius attentis verbis manifestissimò fore. Addit *Diana* suum *Duardum in Bulla Cœnæ lib. 3. q. 1. §. 5. n. 1.* Mainard. *de priuil. Ecclesʃ. part. 2. artic 18. n. 10.* Vgolin. *in responsʃ. ad aliud Collegij Patauini pro Venetis, c. 7. fol. 63.* aientem per Bullam hanc singulis annis coram Principum oratoribus publicatam omnia priuilegia (quæ hanc immunitatē lædūt) reuocari. Theologi religionis Seruorum in eadem causa *c. 8. n. 19. in fin.* Ioan. Beltr. de Gueuara *in prop. Eccles. libert. §. 7. num. 43.* asʃert. 1. Marta *de iurisdict. part. 4. cent. 1. casu 7. num. 12.* D. Barbos. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 25. de constit.*

At si omissis Scribentium numero, & auctoritate (quæ pro me nec deficiunt) veritas sectāda est, nullibi per *Bullam* illā † concessā iam à Pontificibus priuile- 15
gia, vel vsu probata, ac iā sæculis tot firmata reuocari video, qui scio huiusmodi expressam, ac nominatā derogationē desiderare, tam si ius, quàm si morē Pontificum in similibus spectare velimus. Quò ad ius enim attinet, ita decisum reperio in *cap. fin. de præscript.* ibi: *Per quod priuilegijs suorū antecessorum non extitit derogatum, cùm de ipsis nullam fecerit mentionē* facit *c. quia intentionis 29. de priuileg.* Melius *c. Ecclesia vestra 57. de elect.* ibi: *Ne certa, quæ super hoc alibi statuta noscuntur, vno verbo videātur euersa, & in c. 1. de constitut.* Vbi de consuetis, & in vsu continuo diu deductis dicitur, nunquam censeri derogata per Constitutiones nouiter editas,
† *nisi expressè caueatur in ipsis* Idem habe- 16
mus in *cap. fin. in corpore*, vnde sumitur *de offic. Archidiac.* ac vno ore omnes Canonistæ, & Legistæ hanc sententiā sequuntur, vt per tradita *in priori libro q. 1. num. 14. ad num. 21. & quæst. præcedenti ex num. 7. ad finem*, ex mille.

Et quòd clausula non obstantibus per *Vgolinum* considerata, nec priuilegia huiusmodi, nec minùs consuetudines, de quibus agimus, comprehēdat, multis iuribus, ac auctoritatibus probatum est *in d. q. 1. n. 56.* ac in specie cōsuetudinum, & priuilegiorum huiusmodi, quæ Reges, & Magnos Principes tangunt, salutem quoque, ac pacem Prouinciarum, relegenda puto, quæ hoc *lib. 2. q. 4. proposit. 2. per tot. & quæst. proxima per totam*, ne idem bis repetamus, addito Baldello *lib. 5. Theologia Moralis disputat. 33 num. 22. 23. 24.* qui viso Diana scripsit.

Solùm aduertendum est, multa per Scriptores in materia controuersiarū inter Pontificem, & Venetos tradita iam

S omit-

omitti posse, dũ Respublica illa tãtũ abfuit † ne consuetudinibus vetutissimis per censuras illas priuata fuerit, quãtum adest, quòd nouis tãtùm reformatis, vetustis vti permissa sit, ac absolutionem, pristinumquè locum meruerit, iureque merito (quòad cõcessa loquor, quorum probatio, vel scriptura, vel immemorabili cursu contendebatur) cùm nihil eorum mutatũ fuerit, opinio Patauini Collegij, ac cæterorum, qui pro Republica scripserunt, obtinuisse firmari debet, essequè hodie determinationem illam in contradictorio iudicio potiùs, quã Scribentium rationes attendendas. Pro non reuocatione demum scripserunt Maldecrus *part.* 6 *q.* 96. qui dicit Bullam † hæc non tollere, Fagundez *de præcept. Eccles. tract.* 1. *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 17. & alij penes Salgad. *tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 10. *ex n.* 96. addimus nouissimè, & post hæc Salzedum *de Lege Politica lib.* 1. *cap.* 8. *per tot.* alios citantem, & latè arguentem.

17

18

Quòd si ad potestatẽ recurrimus (exceptis casibus, vbi pij, doctique viri ob publicam, ac euidentem totius Christianæ Reipublicæ vtilitatem mutationem, semel constitutorum admittunt) in Summo Pontifice Christi vicesgerente † iusto, æquo, optimo, prudenti, potestatem huiusmodi, quam ad libitum iure, vel iniuria exercitam tribuũt, nemo agnoscit. Colligo autem hoc ex multis Pontificũ responsis in vnum collatis in Decreto Gratiani *causa* 25. *q.* 2. præcipuè 2. 4. 7. 9. 10. 11 12. 16. 19. & apertiùs *in cap.* 21. vbi nullatenus, *his discedendi liberam Pontifex, vel si vult, permittatur habere licentiam*, cum alijs per me supra præmissis, hoc *lib.* 2. *quæst.* 2. *proposit.* 2. *num.* 2. *cum plurib. sequent.*

19

Quibus obturari hæreticorum ora facillimè puto, oblatrãtium cõtra absolutam illam (quàm à Pontificibus vsurpari dicunt) potestatem: ipsi enim Pontifices diuersè, ac in oppositum de se fatentur, ac professi sunt, & licèt aliquando nonnulla rescripta repugnare huic professioni videantur, quibus ius tertiorum læditur, iam ipsi disertè in pluribus Canonibus præmittunt, ac monent, illa sæpiùs ad importunitatem partium, † ac ob nimias occupationes subterfugere, ac quasi furtim excidere in *cap. si aliquando* 41. *de sentent. excommunicat.* ibi: *Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam subreptionem cõtingat, huiusmodi literas impetrari*, *capit. si quando* 5. *de rescript.* ibi: *Patienter sustinebimus, si non feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum. cap. cùm adeo* 17. *eodem tit.* in corpore, ibi: *Vt ex certa scientia nihil in eis* (rescriptis nempe) *faciamus apponi, quod de iure debet reprehendi*, & in *cap. constitutus* 19. *eodem*, ibi: *Intelligendum erat, circumuenisse prædecessorem nostrum* (& post aliqua) *quicquid factum est occasione literarum ipsarũ, irritum decernatis, cap. ad hæc* 10. in corpore *eodem tit.* cuius verba, aliaque in id testimonia retuli in *C. Politico ad leges Federici not.* a 26. *fol.* 181. videnda insignis Ancharran. *doctrina consil.* 313. Victor. *de potestat. Papæ, & Concilij num.* 2. latè post innumeros, Salzedo *de Lege Politica lib.* 2. *capit.* 3. *&* 4. 20

Satis enim factum importunis his petitionibus † medendis putant pijssimi Pontifices, si velle se de præiudicialibus rescriptis edoceri pronuncient, si consultationem, si dilationem executionis patiantur, vt aduersùs innominatum hæreticum ibi differui, latiùs explicaturus, vbi de retinendis rescriptis agẽdum nobis aduersùs palliatum Scriptorum quorundam (pro executione rescriptorum Papalium) zelum, qui modicæ dilationis impatientes, iniustitiæ notam Pontificibus inurere non curant, ac summam inuidiam in eos excitare infra nẽpe *quæst.* 13. hoc libro, nec tollit præmissa, publicatio Bullæ Cœnæ orationibus Principum, quoniam cùm hæc priuilegia in ea, non contineri sciant videantquè Principes ob id ipsum illis continuo vti, nec in specie à Põtifice moneri, magis, magisquè certiores fiunt, hęc reuocata non esse; nam vbi Pontifices repugnare velint, 21

id

id agunt, vt per D. Solorçanum *lib. 2. c. 22. de Iure Indiarum.*

Ex his ergo patet, quid in hac quæstione (quã modo indecisam Diana noster pertransiuit) dici, ac cõsiderari possit, cætera, citatis huius præsentis libri locis, apertius relata sunt, vt facili negotio vnusquisquè, quid de suorum prædecessorum tolerantia, ac consensu tenen-
32 dum sit, definire posit. Hoc tantùm addito, Principes † seculares propria, etiã ad liberum beneplacitum concessa priuilegia, nisi ex magna causa non reuocare, precarij natura, & clausulis nõ attentis, quod magis, magisquè Pontificem decet, & habemus ex pluribus relatis per *Calist. de lege Regia, §. 17. num. 8.* cùm alijs à me allegaris *de donat. tract. 1. disc. 2. par. 6. num. 197. & 198. fol. 244. tom. 1.* & iterum, *tom. 2. speciali* 24. vbi de quolibet concedẽte, indecorumquè esse, Põtificem à Principibus seculi æquitate, & constantia vinci, optimè *Innocent. 4. in cap. per tuas, vers. Igitur de donat.*

QVÆSTIO VII.

An aliqui sint casus, in quibus Principes seculares possent pœnis coercere Clericos?

EPITOME.

1 *Remedia anteuersiua contra imminentia mala omnino necessaria.*
2 *Principes an aliquo casu ob bonum publicum in Ecclesiasticos animaduertant, &* num. 18.
3 *Populus ex sua sæpius indiscreta pietate Prælatis malum præcipientibus obsequitur, &* num. 6.
4 *Sacerdotes, si sui muneris obliuiscãtur, plus quàm cæteri in Ecclesiã nocent.*
5 *Damna præsentis Ecclesiæ Ecclesiasticis tribuuntur per Legatos Trident. Concil.*
7 *Pax Prouinciarũm vertitur in vita honesta, & recta Sacerdotum.*
8 *Potestas extraordinaria Principibus in Ecclesia vnde manauerit.*
9 *Portugalliæ Regnũ, & Cathaloniæ magna pars opera Ecclesiasticorum à Rege nostro defecerunt.*
10 *Ecclesiasticorum opera quot Prouinciæ commotæ sint?*
11 .... *quorundam audacia quomodo per Canones compescatur?*
12 .... *factiones per viam repulsæ à seculari Magistratu extemplò auerti possunt.*
13 *Frustratio iudicij vbi timeatur, incompetens iudex iudicat.*
14 *Imperia manu inferioris notæ hominum turbantur, & ex leui sæpe causa,*
15 *Concionatores turbulenti excommunicantur, & pœnis coercentur.*
16 *Sacerdotibus credendum, sed non in omnibus imitandi.*
17 *Peccatum per legem, & pœnam reuelatur.*
19 *Commodum Reipublicæ omnibus præponendũ, etiam particulari ipsius Principis.*
20 *Rempublicam euerti potius, quam immunitatem Clericorũ debere, qui dixerit.*
21 *Pontifices profana ob salutem Christiani populi despiciunt.*
22 *Hebræorum desolatio ob Sacerdotum causam, malaquè consulta accidisse.*
23 *Malum Christianis imminens priùs auertendum, quàm vt immunitati faueatur.*
24 *Scandalum, vel religio vbi timeatur, supersedendum in executione mandati.*
25 *Censuræ possunt dissimulari ad vitanda scandala.*
26 *Summo Sacerdoti quo casu resisti potest.*
27 *Resistentia in Summum Sacerdotem permissa negatiuè ad executionem mãdati iniusti.*
28 *Principes in Ecclesiasticos non vtuntur Imperio, sed facultate naturali inuita ossibus.*
29 *Facultas defensionis vnicuique data, sed non iudicialiter.*
30 *Remedia ne sint malis potiora.*

1 EXtremæ angustiæ casus, instantem imminentis periculi è vestigio vitandi, ac auertendi necessitatem, † qui negant, vel historiæ omnino inexpertes sunt, vel fragilitatem rerum huma-

narum vtilatemis aduertunt, aut deni-
que statum præsentem intuentes, futu-
ra, quæ euenire possunt, curare nolunt;
cùm vel Comico teste, *istud est sapere, non
quæ ante pedes modò sunt, videre, sed futura
etiam prænoscere*; metuenda enim, & ante-
uertenda damna, quæ euenire probabili-
ter possunt, argum *capit. bonæ*, vbi gloss.
verb. Metuebat, de elect. Grammatic. decis.
5. *num.* 7. Gail *de pace publica lib.* 1. *capit.*
2. *num.* 6. D. Barbos. *de potestat. Episcop.*
part. 2. *allegat.* 106. *num.* 34. *ego in C. Po-
tuit nota* 24. *num.* 3. *fol.* 143. Quamobrem
Salas *de leg. quæst.* 94. *tractat.* 14. *disputat.*
14. *sect.* 9. *n.* 111. relatus à *Diana resol.*
7. atque Azor *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *q.* 5.
qui absolutè negarunt, dari posse ca-
2 sus, vbi seculi Principes † extraordina-
ria potestate arreptâ, Clericos exemptio-
ne abutentes, ac Rempublicam perturban-
tes (Ecclesiastico iudice dissimulante, vel
conniuente) coercere; ac in officio con-
tinere possint; moti, quia nec Episcopi,
neque Clerici tantùm habent in Republi-
ca potestatis, vt illam turbare, ac euerte-
re possint, absolutè decepti sunt; nam vt
eleganter notat *Anastasius Germonius de
sacr. immunit. lib.* 3. *c.* 12. populus maior
Reipublicæ pars Prælatis, ac Sacerdoti-
bus addictissimi sunt, ac vbi isti speciem
Diuini cultus, vel boni publici suis turbu-
lentis sermonibus, ac suasionibus interse-
runt, eo prætextu præsentem rerum statum
3 mutare, ac reuoluere optantes, facilè †
plebis animos seducunt; nam & D. *Au-
gustinus* aiebat *in c. nemo quippe* 83. *dist. ne-
4 mo nocet in Ecclesia Dei* † *ampliùs, quàm qui
peruersè agens nomen, vel ordinem Sanctita-
tis, & Sacerdotis habet*, doctè, & verè Con
cilij Tridentini Legati in *oratione ad Patres
tom.* 4. *Conciliorum p.* 2. *fol.* 279. Colonien
sis editionis, Bellorum internorum, & exter
5 norum causas † Ecclesiasticis adscribunt,
per hæc verba, *Hæreses, lapsa morum discipli
na, intestinum atque externum bellum, hoc er-
go videamus, & consideremus, cùm tam multis
annis Ecclesia his calamitatibus vexetur: vn-
de nam ipsa originem habuerunt? Num illis nos
quodammodo principium, num fomentum de-
derimus? hic verò nil attinet inuestigare, qui
nam tantorum malorum Auctores fuerint,
cùm præter nos ipsos, ne nominare quidem alium
Auctorem possimus.* Dixerant ante, *nostram
ambitionem, nostram auaritiam, nostras cupi-
ditates his omnibus malis populum Dei affli-
xisse.* Tanta enim est populi Christiani
erga Sacerdotes veneratio; adeo eos † 6
illorum facta, dictaque mouent, vt ex il-
lis omnino, vel commoneantur, vel à se-
ditione resiliant; eorum gestis ædificen-
tur, si bona, scandalizentur, si mala. Vnde
ad pacem Prouinciarum summè perti-
nere putauit *Gregorius Magnus*, si in mo-
res † Ecclesiasticorum animaduerterc- 7
tur, quasi populi obsequentes, pacifici-
què futuri sint, vbi Sacerdotes rectam vi-
uendi normam priores doceant, & se-
quantur. Itaque *lib.* 2. *epistol.* 6. *ad Genna-
dium Exarchum Italiæ. Scito*, inquit, *Excel-
lentissime fili, si victorias quæritis, si de com-
missæ vobis Prouinciæ securitate gloriamini,
nihil in vobis magis aliud ad hoc proficere,
quàm zelare Sacerdotum vitas, & intestina
Ecclesiarum, quantum possibile est, bella com-
pescere.* Præclarè idem in *cap.* 46. *sicut* 2.
quæst. 7. & *cap.* 57. *admonendi ibidem*, est
autem vetustissimum malum in Orbe, Sa-
cerdotes aliquos sacris ad profana quæ-
renda abuti, vt in Sacra Scriptura sta-
tim citando *cap.* 2. *lib.* 3. *Regum*, vbi de
Abiathar, & *Tacitus* de Hebræis dixit 3.
histor. quòd *honor Sacerdotij firmamentum
potentiæ assumebatur.*

Ex his moti omnes Ecclesiæ Galli-
canæ Patres, atque non pauci ex nostris
putant, potestatem hanc in profanis Ec-
clesiasticarum personarum causis Prin-
cipibus, † vt Ecclesiæ protectoribus ab 8
ipsamet, eiusque capite Christo Domi-
no datam, vt disciplina Sacerdotalis sar-
ta, tectaque seruetur, vtque eis hæc fa-
cultas ex omissione superiorum Eccle-
siasticorum quodammodo, ad tempus
tamen accrescat, ita *Gerson Cancellarius
Parisiensis super ludo stultorum, consid.* 3.
tom. 4. *in abusibus, quibus non medentur
Prælati, possunt Principes sanctè, & iustè
prouidere per edictum, & prohibitionem ge-*
ne-

neralem, *atque per coactionem inobedientium*, *& rebellium*, *immo apparere posset*, *eos obligari ad illud exequendum*, *vt ut Sancti e Ecclesiæ Protectores*, *Sanct. Thom.* 2.2. *quæst.* 102. *artic.* 2. *Abulensis quæst.* 28. & Gaspar Sanchez *ad lib.* 3. *Reg cap.* 2. vbi de Abiathar Sacerdote Summo, & probatum est *supra quæst.* 2. *num.* 29. *&* 30. latiùs *quæst.* 4. *per totam*, maximè ex *num.* 61.

Hæc quoad speculatiuam, ad practicam quod attinet, si *Salas*, atque *Azorius* in hæc tempora incidissent, nihil amplius quærerent, neque explorandum esse putarent, nam ex Cathaloniæ, ac Portugalliæ motibus satis edocerentur † Episcoporum, Religiosorum, ac Sacerdotum opera posse Regna, ac Prouincias non solùm turbari, sed etiam omnino euerti, dominia iustis, atque antiquissimis Dominis (spreta fidelitate) cōtra fas omne, diuinumque ius eripi, Tyrannis, atque iniustissimis occupatoribus, superiore Ecclesiastico non tantùm conniuente, verùm annuente, & probāte, addici; nec antiquiora exempla deficiunt; nam Castellæ Communitates † aduersùs Carolum Imperatorem opera, ac Ecclesiasticorum industria commotæ, atque ad interitum penè perductę sunt, vnde manauit *Pragmatica* tam celebris *de Vuormes*, vt in eos animaduerteretur, lata anno 1520. de qua Molina *de primogen. lib* 4. *cap fin. n.* 58. vt nempe rebelles declararentur, ac expoliati temporalibus, expellerentur; Rusticorum in Germania bellum Ministrorum Pseudo Ecclesiasticorum suasu susceptum, ac tot infandis sceleribus perfectum est. Galeatius Maria Vicecomes Mediolani Dux, Sacerdotum consilio interimitur, Prouincia in alios translata, Leandrus Albertus *in descriptione Italiæ pagin.* 437. Flandriæ subditi, adhortantibus Parochis Hispanos trucidarunt. *Conestagius de bello Belgico lib.* 4. *fol. vltim.* de Regno Galliæ plura adducit *Henricus Catharinus Dauila in sua Historia bellorum ciuilium* ante Henricum IV. aliaquè per historias, atque Annales subministrata exempla, præcipuè de Imper. Henrici III. nece opera religiosi cuiusdam in sumptione S. Eucharistiæ, omissis antiquioribus relatis per Ioannem à Carrione *in Epitome Annalium* ex tempore Gregorij VII. & Henrici Imperatoris IV. ad Carolum V. vsque, ne inuidiam augere videamur, maximè cùm ad Principem instruendum multa tradiderimus libello in hoc compacto, quem Regi annis præteritis consignauimus.

Ad hæc euertenda plura à piissimis Pontificibus, nonnulla ab vniuersalibus Concilijs statuta sunt, quibus talium seditiosorum audacia † compescatur; nā si seditiosi prægnoscantur, ordinari inhibentur, ordinati forsan gradu deijciūtur, ex Concilio Carthaginensi *Gratianus distinct.* 90. Pelagius itidem Summus Pontifex hos omnes laicis potestatibus subiecit, *capit. non vos* 41. ibi: *Turbas facientes, & seditiones Ecclesiæ per externam potestatem, tanquam seditiosum comprimi*, *& cap. seq.* incipit *de Liguribus*, ibi: *De patrum vobis auctoritate hac breuiter dirigimus curaui. Cùm mille alia exempla, & Consilij ut ionis sint*, *quibus euidenter agnoscitur, vt facientes scissuras in Sancta Ecclesia non solum exilijs, sed etiam proscriptione rerum, vt aura custodia per publicas potestates debeant coerceri.* Pleraquè alia 23 *quæst.* 5. vbi enim de totius corporis turbatione agitur, vbi salus publica, ac quies in discrimen adducuntur, caput Politicum brachia, ac corporis manus sunt hi Principes, & Magistratus, ne seditio, ac motus acerbiùs incrudescant, † vim vi repellunt, & inordinatas Ecclesiasticorum factiones contra proprij status naturam, ac decus, extraordinariā quoque potēstate medētur, ac sæpius, quod vtilius, & sanctius est, extemplo illas, ac è vestigio auertunt; nam vt *Salustius* sæpe à me relatus, nunquā tamen meritò, ac satis perpēsis de huiusmodi seditionibus aiebat. *Cætera maleficia tunc persequere, vbi facta sint, hoc nisi prœuideris, ne accidat, vbi euenerit frustra iudicia implores.* Ita ipse *in Catilinā.*

S 3 Ad

Ad rem est quoque dictū Scipionis Nasicæ, ad Sceuolam, iuris ordinem in plectendo Graccho turbatore Reipublicæ requirentem. *Consul dum iuris ordinem sequitur, illud agit, vt cum omnibus legibus Romanum Imperium ruat*, refert Valer. Maxim. *lib. 3. tit. de fortitudine*; nam vbi fru-
13 stratio † iudicij ex mora iudicij, vel absentia, periculo instāte, timetur, quisquè Iudex est *l. nulli* 10. *C. de iudic. l. 3. §. Si debitorē, D. quæ in fraud. creditor.* & similia de nocturno fure *in l. 1. C. quando liceat vnicuique sine iudice vindic.* cùm vtrobique notatis, & vbi Iudex Ecclesiasticus conniueret, vel abesset, loquuntur, Victoria *relect. 1. de not. Eccles. quæst. fin. n.* 8. Soto *in 4. distinct. 25. artic. 2. quæst. 2.* Azor *part. 1. lib. 5. cap. 14. quæst. 2.* Molin. *disp. 31. conclus. 4.* Henriq. *part. 2. summ. lib. 4. cap. 12. num. 6.* Salas *de legib. disputat. 14. sect. 9. num. 111.* Suarez *ad Regem Angliæ lib. 4. cap. 34. ex num. 6.* Baldell. *lib. 5. disputat. 31. num. 18.* quàmplures citaui *in C. nota 24. ad leg. Federici fol. 145. col. 2. & fol. 155. col. 1.* Item in *cap. nec licuit 17. distinct. cap. fama de sentent. excommunicat.* V valdensis *lib. 2. Doctr. Fidei cap. 8.* Nec in huiusmodi, demonstrationem rei expectandam esse, sed imbecillem etiam suspicionem timendam, simul atque auertendam. *Non enim* pronunciauit *Tacitus 4. annal. sine vsu erit introspicere illa primo aspectu leuia, ex quibus magnarum sæpe rerū motus oriuntur.* Translatio enim Imperij etiam maximi pau-
14 corum, † ac viliorum sæpe opera euenire potest, vt idem *in 1. histor. adnotat. Suscepere*, inquit, *duo viri manipulares Imperium populi Romani transferendum, & transtulerunt.* His in casibus, quo pacto ordinem seruari posse ab Azorio, & Sala edoceri optarem, cùm vt idem Tacitus aiebat. *Nihil in discordijs ciuilibus festinatione tutius, vbi facto potiùs, quàm consulto opus est.*

Hinc vt ordini me restituam, factum
15 est turbulentos † Concionatores, qui è suggestis vitia Principum, vel Magistratuum ad turbas suscitandas exagerant, atque plus æquo criminantur, grauissimis pœnis, atque cēsuris subijci ex *Bulla Pauli III.* incipit *Apostolici culminis* edita anno 1542. in idem Concilium Coloniense *cap. 16. & 17. part. 6.* plura cumulat Alphons. Aluar. *in Speculo Roman. Pontific. cap. 20. ad fin.* Petrus Gregorius *de Republica lib. 3. cap. 14.* Idem de conspirantibus contra Principem, quocunque ordine, etiā Episcopali muniti sint, vt in *cap. 20. conspirationum 11. quæst. 1. & in 6. Concilio generali can. 34.* Moti omnes, quia magna est Prælatorum, & Concionatorum apud populum auctoritas, etiam si vita probata nō esset, quasi enim à Domino prouenerit, dictis eorum † credendū, factis (nisi optima sint, 16
non esse. *Omnia*, inquit, *Matthæi 23. in. 3. quæcumque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera eorum nolite facere.*

Quæ omnia, nisi experientia Pontifices, ac Concilia didicissent, in nonnullis nempe Prouincijs seditiones opera Ecclesiasticorum euenisse, Constitutiones iam relatas non edidissent, nec remedia non euenturis malis adhibuissent, optimè *D. Paulus ad Romanos cap. 7.* post principium, & quasi per totum, *leges egregias* (inquit Tacitus) *& exempla honesta apud bonos † ex delictis aliorum gigni; nam culpa,* 17
quàm pœna tempore prior; emendari, quàm peccare posterius est, ipse quidem *lib. 14. annal. & lib. 3. à maioribus institutum, vt si antissent delicta, pœnæ sequerentur.*

Immeritò ergo Salas putauit, hos casus metaphisicos esse, nec posse moraliter contingere; quoniam physici sunt (quod doleo dicere) & moraliter euenire possunt, & quod pessimum est, pluries euenere. Quòd si Deus meliora Ecclesiæ suæ conferat tempora, ac pristinam libertatem, spiritus perfectionem largiatur, non sine fructu erit, semper scire, quid corrupto seculo agendum sit, vt cauti, qui similia pati possunt, reddantur, qui verò iniuriam facere (vindicari hæc scientes) timidiores ad malum, atque eò segniores fiant, ac à similibus abstineant. Benè ergo ex *Dominico Soto*, Fran-

Franciſcove Victoria, hanc Principum ſe-
18 cularium extraordinariam † propter in-
ordinatas Eccleſiaſticorum actiones ſu-
ſtinuit, Anton. Fernand. in examine Theo-
log. Moral. part. 2. cap. 6. §. 1. num. 4. Mo-
lin. de iuſtit. & iur. tom. 1. tractat. 2. diſput.
31. num. 10. Simanc. de Catholic. inſtitut.
cap. 44. num. 31. Nauar. in cap. cum contin
gat, remed. 5. verſ. 1. de reſcript. ex conſul-
tis Auſter. de poteſt. ſecular. iudic. ad Eccleſ.
perſ. regul. 2. Benedict. in capit. Raynutius,
verb. & uxorem num. 454. quibus per Dia-
nam allatis addendi ſunt Suarez ad Reg.
Angl. cap. 34. num. 15. ibi: Solet iuſtificari
per modum defenſionis, Souſa in Bulla Cœnæ
cap. 16. diſputat. 82. num. 9. ibi: Iudex in
tali caſu vtilitati, & tranquillitati Reipubli-
19 cæ † conſulit, plus enim poteſt Reſpublica,
quàm quælibet particularis perſona, immo
& commodum ipſius Principis ad publicum
bonum non tēdens, vt enim aduertit Taci-
tus: Principes mortales, Rempublicam æter-
nam eſſe, & Imperator in auth. de reſtitut.
verſ. Ea enim, quæ communiter proſunt, &
quæ ſequuntur, faciunt diſputata per Ba-
ñez 2. 2. quæſt. 67. artic. 1. dub. 2. Lorca
1. 2. tom. 2. de leg. diſputat. 25. membro 4.
Cruz in direct. 1. p. præcep. 8. quæſt. 3. art.
1. dub. 3. concluſ. 31. Exemplar verò re-
latum ex Sacra Scriptura in perſonam
Abiatar Summi Sacerdotis in conſpira-
tione contra Salomonem hanc opinio-
nem indubitabilem reddit. Addito ibi
Lyrano, & cæteris Scribentibus, & omni-
bus quæ de obligatione obediendi cumu
lauimus ſupra quæſt. 4. ex num. 87. & ite-
rum quæſt. ſeq. latiſsimè.

Abſurdiſsima autem, & Eccleſiæ ni-
toris decoloratiua, quæquè multa mala
in Catholica Eccleſia ſuſcitare poſſet,
videtur propoſitio, quam in hac materia
ſcripſit Bonacina de leg. diſputat. 10. præ-
cept. 8. quæſt. 2. puncto 5. num. 11. cui &
Grauina applaudere videtur, non eſſe
nempe curandum, quòd Reſpublica in
ſeditiones, ac quæcunque alia incommo
da incidat, dūmodo per extraiudiciales
20 has animaduerſiones † immunitati Ec-
cleſiaſticæ in profanis cauſis in minimo
non præiudicetur, quod eſt dicere Eccle
ſiam magis curare, ne ſua temporalis iu-
riſdictio, quæ caſualis eſt, vt alibi proba-
uimus ex capit. per venerabilem qui fil. ſint
leg. & D. Bernardo ad Eugenium Papā,
aliquid incommodi patiatur, quàm ſi
omnis Chriſtiana Reſpublica pereat.
Contra ea, quæ Apoſtoli, Pontifices, ac
Doctores Eccleſiæ concorditer fatentur
deſpicere † ſc(nempe) humana hæc om- 21
nia, ne pacis vinculum diſſoluatur, vidē-
di ad hæc Victoria de poteſtat. Eccleſ. rel.
1. ſect. 6. ex num. 8. ad 12. Suarez in de-
fenſ. fid. lib. 4. capit. 34. & alij ſtatim per
me citandi. Quid quòd ſeditione cæpta
arreptis armis mixto cædis facto, vt dicebat
Tacitus, difficilis modus omnia ſurſum de-
orſum, ſacra, profana itidem ſubuertun-
tur? Abſit autem, vt horum cauſa Sacer
dotes ſint, magiſquè abſit, vt dicatur Pō
tificem, ne iuriſdictio aliqua in ſubditos
ſuos exerceatur, Orbem omnem potiùs
affligi, ac deſolari velit, vtque in Chriſti
Eccleſia Michea profetica vox capit. 3.
adimpleatur, Sacerdotum magnatū cul-
pis euerſionem Hebræorum aſcribētis.
Propter hoc (inquit) cauſa veſtri Sion quaſi
ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus la-
pidum erit, & mons templi in excelſa ſyluа-
rum. Nam Iudæorum populus ſtriden-
tibus, ac tumultum excitantibus Ponti-
ficibus, † ac Sacerdotibus Chriſtum Do- 22
minum ad mortem petijt, & niſi ipſi im-
puliſſent, tantum ſcelus perfectum for-
ſan non eſſet, cum populus eum ſummè
coleret, & reuereretur, vita, ac beneficijs
ſummè allectus: at ſi hoc ſcelere abſti-
nuiſſet, euerſus non eſſet.

Satius ergo, ac conſultius eſt poſt tē-
tatam (ſi res ipſa ſpatium præſtet) ſpe-
cialis iudicis, Eccleſiaſtici nempe,
medelam imminenti malo, à ſeculari
occurri, † quàm publicā quietem in diſ- 23
crimen adduci. Hoc enim Chriſtianæ
diſciplinæ, & Pontificio muneri conue-
nit, iuxta text. in cap. 10. memor ſum. 24.
quæſt. 5. vbi Pontifex ait: Intelligo mihi ali
ter non licere, quàm vt omnes conatus meos ei
cauſæ, in quam vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus in-

feſſa-

festatur impendam. Non vt ob vnam, alteramve causam trahēdam, vniuerso corpori pernicies vltima eueniat, *Alexand.* 3. *in cap. eum teneamur de praebend.* inquit: *Si non potest ei, sine scandalo prouideri aequa-*
24 *nimiter sustineas*, † *si mandatum nostrum, non duxeris exequendum*, faciunt tradita per *Siluestrum, verbo, Obedientia*, vbi docet
25 censuras, & anathemata † quoque dissimulari posse, ne status Ecclesiae vehementer perturbetur, vel si scandalum timeatur, sequitur Corduba *lib.* 3. *quaest.* 13. *reg.* 3. Idem si iudex ipse, vel Praepo-
26 situs † Ecclesiasticus turbationem suscitet, tunc enim ex praemisso exemplo Solomonis animaduertentis in Abiathar Sacerdotum Summum seditionem, ac perduellionem tentantem, *Regum lib.* 3. *cap.* 2. ipsi resisti potest, licèt non in eum iuridicè statui, Felin. & Dec. *in capit. si quando de rescript.* Socin. Senior *in capit. nulli de sentent. excommunicat.* Nauarr. *in cap. cum contingat remed.* 2 quod admittit acerrimus immunitatis huius propugnator Ottizius *part.* 2. *opposit.* 1. *fol.* 136. & plures vltra Sotum *in* 4. *distinct.* 25. *quaest.* 2. *art.* 2. *concl.* 2. *num.* 23. & Victoriam *de potestat. Papae*, nempe Gerson *in reg. moralib. tit. de praeceptis Decalogi, & consil.* 10. *de vnitate Eccles.ae*, Siluester *verb. Papa* 4. post Paludan. Cardin. Caietan. *de potestat. Papae cap.* 27. Corduba *lib.* 4. *quaest.* 10. *distinct.* 13. Card. Turrecrem. *lib.* 2. *cap.* 106. Card. Tolctan. *in summa explicationis Bullae Coenae excom.* 9. Card. Bellarm. *de Romano Pontifice lib.* 2. *capit.* 29. *resp. ad* 7. *versic. Itaque.* Dat iste rationem ex sensu praedictorum huic themati congruentem, his verbis: *Sicut licet resi-*
27 *stere Pontifici* † *inuadenti corpus, ita licet resistere inuadenti animas, vel turbanti Rempublicam, & multò magis si Ecclesiam destruere niteretur, licet inquam ei resistere, non faciendo quod iubet, & impediendo, ne exequatur voluntatem suam.* Atsi id in Pontifices licet, quare in Clericos non licebit, vbi necessitas ineuitabilis id suadeat, quia superior absit, vel in Clericos turbatores animaduertere cōniueat? Haec enim † facultas praeuentiua, & medicinalis est 28
tantùm ad auertendum malum directa, non verè potestas, & Imperium, vt per Suarium *ad Reg. Angl. lib.* 3. *capit.* 3. *post Princip.* Baldell. *dict. lib.* 5. *disputat.* 10. *n.* 7. *& disputat.* 35. vbi de Pontifice, ante hos Driedo *de libert. Christ. capit.* 2. Salas *disput.* 14. *sect.* 11 Molin. *de iustit. disput.* 31. estquè facultas naturalis † insita 29
ossibus vniuscuiusque, minimè subdita positiuis dispositionibus in rebus publicis bené ordinatis, residetque in Principe, ne si liceret cuicumque hoc agere, maiora scandala sequerentur, fortioraquè † malis remedia, vt infra *quaest.* 14. 30
vbi de violentijs vitandis sermo erit, enucleatum pro viribus habes.

QVAESTIO VIII.

An Ecclesiastici sint exempti à legibus ciuilibus, quatenus cum libertate Ecclesiastica non pugnant?

EPITOME.

1 *Leges ciuiles an ligent. Clericos in rebus temporalibus?*

2 *Clerici tenentur seruare leges ciuiles ex vi rationis secundùm aliquos.*

3 .... *tenentur indistinctè legibus ciuilibus si libertati Ecclesiasticae non se opponunt.*

4 .... *non possunt ad legum obseruantiam per Magistratus cogi, sed* vide infra.

5 .... *non possunt puniri poenis in legibus contentis, sed minoribus secundùm Dianam*, & num. 41.

6 .... *in dispositis ad salutem Reipublicae an obligentur?* vide num. 79.

7 *Principes legis ferendae potestatem iure diuino consecuti sunt.*

8 .... *lege Euangelica ius proprium non immutatum, sed firmatum habent.*

9 *Leges condere principale Principum munus est.*

10 .... *à Christianis ad amussim seruandae, vbi legi diuinae non obsistant.*

11 *Pontifices Episcopis, & Clero legum humanarum obseruantiam in temporalibus praecipiunt*, & num. 15.

12 .... *legem etiam Canonicis iuribus aduersantibus, seruari præcipiunt.*

13 *Principes leges contra Ecclesiasticos prolatas moderantur ex sua potestate.*

14 *Pontifex Damasus legem prohibitiuam diuitiarum in Clerum probauit.*

15 *Prælati Ecclesiastici obnoxij legibus ciuilibus cum Clero.*

16 .... *non præiudicantur ex Politica administratione Principum, cum pietati in Deum non repugnat.*

17 .... *in temporalibus Regi, Rex in spiritualibus Episcopis subest.*

18 *Pontifex Romanus Supremus, & absolutus Princeps; ideo in temporalibus non subest.*

19 *Clerici nullo pacto sunt à legibus ciuilibus exempti.*

20 *Ecclesiarum, & Clericorum bona iure humano reguntur.*

21 *Ecclesiæ bona, quæ ex primitijs, decimis, & oblationibus proueniunt, ab Imperatoribus non recognoscunt.*

22 .... *possessiones, & cætera profana iure ciuili possidentur, eo sublato, corruit possessio.*

23 *D. Augustinus voluit renunciare possessionibus, si populus suscepisset onus alendi.*

24 *Possessio, quæ recuperari actione ciuili potest, iure humano prouenit, & post* num. 27. *ex Bernardo.*

25 *Christus Dominus soluit censum, sed non de suo de mundo, ad vitandum tamen scandalum.*

26 *Ecclesia accepta à mundo iustè mundo reddere cogitur.*

27 *Potestatem accepit crimina in foro pœnitentiali iudicandi, non possessiones.*

28 *Dominatus Apostolis interdicitur, ministratio conceditur.*

29 *Pontifices, & Imperatores conuenere, vt leges ciuiles seruarentur, Pontifex pactis ligatur.*

30 *Libertas Ecclesiastica, quæ sit secundùm Ephesinam Synodum?*

31 .... *ex iure Apostolico, ac traditionibus Apostolicis.*

32 *Concilium Ephesinum ius diuinum constituere quodammodo dicitur.*

33 .... *& tria alia vniuersalia non possunt à Papa derogari.*

34 *Pontifices contra Patrum statuta fatentur nihil posse.*

35 .... *iurabant seruare statuta quatuor Conciliorum.*

36 .... *qua formula iuramento firmabant Conciliorum obseruationem?*

37 *Imperatores quatuor Concilia post Euangelium seruari præcipiunt.*

38 *Pastores decreta Patrum, at leges humanas seruare debent.*

39 *Ecclesiasticæ libertatis definitio ab Ephesino tradita variari non potest.*

40 .... *specie vitandus est potentiæ typhus à Christo detestatus.*

42 *Vniuersalia quatuor Concilia iurisdictionalia quoque inter Prælatos definierunt.*

43 *Libertas Christiana est libertas spiritus, & non corporis ex D. Thoma contra sensum aliquorum.*

44 *Subiectio temporalibus dominis non cessat durante hac vita.*

45 *Libertatis Ecclesiasticæ lata descriptio Caietani.*

46 .... *descriptio angustior Suarij.*

47 .... *finis debet respicere totam Ecclesiam, non particulares.*

48 *Statuta contra libertatem vnius Ecclesiæ, toti Ecclesiæ officiunt secundùm Decium.*

49 .... *quibus Ecclesiastici fiunt timidiores, & laici audaciores, non valent.*

50 .... *subtrahentes Pontifici obedientiam, obsunt libertati Ecclesiasticæ.*

51 *Auctores in dubio loquentes propriè loqui, & secundùm antiquiora præcepta credendi sunt.*

52 *Ecclesiam lædentes in exterioribus bonis, an admittant sacrilegium?*

53 *Excommunicatio sine mortali reatu non incurritur.*

54 *Pœna vt incurratur, sermo propriè interpretandus.*

55 *Appellatione Ecclesiastica libertatis venit illa, quæ competit Ecclesiæ, vt talis.*

56 *Bona temporalia adhæserunt Ecclesiæ satis post illam conditam, & ex dispositione humana.*

57 *Sacrilegium est violare libertatem Ecclesiæ in spiritualibus.*
58 *Libertas Ecclesiæ in quibus propriè versetur?*
59 *Concilium Tridentinum absolutè loquens secundùm priora Concilia intelligendum.*
60 *Concilijs antiquioribus, an nouissimis stari debeat?*
61 *Lex omnis post se trahit executionem.*
62 *. . . . frustra ferretur, si subditi ad obseruantiam cogi non possint.*
63 *Pœna sanctio portio legis est.*
64 *Lex, cui non obeditur, bona lex non est.*
65 *Pœna eos omnes comprehendit, quos lex alligat.*
66 *Lex necessitatem infert, necessitas in exactione pœna consistit.*
67 *Finem præcedunt necessariò media in sublunaribus.*
68 *Humana natura consecuta est à Deo media necessaria ad finem.*
69 *Potestas illa, quæ ex se absquè alieno auxilio nil potest, frustratoria est.*
70 *. . . . quæ conceditur Papæ in ordine ad finem spiritualem, suadet potestatem Principum in bonum commune.*
71 *Iudice Ecclesiastico renitente, vel dissimulante, quo pacto iudex laicus se gerat?*
72 *Legibus contemptis, perit potestas Magistratuum.*
73 *Superiores Ecclesiasticos nonnullos excessus dissimulare.*
74 *. . . . monentur à Scriptoribus, vt dissimulent.*
75 *Damna plurima ex omissa delictorum punitione.*
76 *. . . . referuntur in specie, quæ Rempublicam vexant.*
77 *Populi damna ob inordinatas Ecclesiasticorum actiones quamobrem non repellunt?*
78 *Legis rationabilitas non debet à subditis iudicari.*
80 *Sacerdotes acrioribus pœnis coercendi.*
81 *Æqualitas inter pœnam, & culpam.*
82 *. . . . seruãda, licèt mundus pereat, iuxta Pij V. sententiam.*
83 *Imperatores concedendo iurisdictionem, non censentur in bonum publicum cõiurare,*
84 *Exempti à iudice vno, & subiecti alteri censentur sub eisdem legibus.*

DVæ sunt recentiorum in hac disputatione sententiæ. Prior omnino Clericos à vinculis humanarũ legum † ab- 1
soluit, cosque exleges in politicis facit. Hæc fuit post aliquos *Ianuensis in practic. Archiepiscop. cap. 74. per totum*, latiusquè tenuerat Marta *de iurisdict. part. 4. casu 5.* Altera opinio est, quòd teneantur seruare leges ex vi naturalis rationis, non autem vi † legis, sicuti dicimus de Princi- 2
pibus, qui cùm legibus soluti sint, tenentur tamen ex quadam congruitate illas seruare, licèt cogi nõ possint, *l. digna vox, C. de legib. capit. iustum 9. distinct.* quam tenuerunt Vigiatius *de immunit. Ecclesiastic. disputat. 2. conclus. 5.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 2. dub. 31. num. 31.* Portellus *de dub. regul. verbo lex, num. 2.* Filiuc. *tom. 2. tract. 35. cap. 4. num. 94.* Faust. *in Speculo Confessorum disputat. 6. quæst. 44.* Barbosa *post omnes in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 4. de constitut.* vtitur quoque Diana *resolut. 8.* Bellarmino *in responso ad Epistolam Anonimi pro Venetis fol. 6.*

Pro oppositis huius posterioris sententiæ recitat ibi Diana, Siluestrum *verbo lex, quæst. 15.* Salam *tom. 2. in 2. 2. q. 77. artic. 15. controuers. 10.* Angel. *verbo lex num. 5.* Ledesmã *tom. 2. tract. 8. capit. 32. difficult. 4.* Molin. *tom. 2. tract. 2. disp. 31. num. 15.* Sotum *de instit. lib. 1. quæst. 7. artic. 7. conclus. 5.* Perinum *de priuileg. Minim. tom. 1. Constit. Iul. 2. §. 33. n. 151.* cum Iurisconsultis, ac Moralibus per Salgado *adductis tom. 1. part. 1. capit. 5. n. 64. prælud. 2.* necnon per *Dianam ibi*, qui præmittit, hãc esse communiorẽ Theologorum, ac Iuristarum sententiam, quæ Clericos non diuino, nec humano iure à
† legibus ciuilibus exemptos esse docet, 3
si modò huiusmodi leges Ecclesiasticæ libertati nõ aduersentur. Nouissimè præ doctus, ac religiosissimus vir P. Arauxo *in 1. 2. quæst. 97. disputat. 3. sect. 5. differ. 4. num. 9. fol. 683.* Ipse tamen Diana (si morem scriptorum omnium attẽdimus) cum

cum priori ſtare videtur, concludens, quòd etiam ſi alteri ſententiæ adhærendum eſſet, quòd directè ad legum obſeruantiam teneantur, nullatenus tamē pro
4 earum † inobſeruantia in eos animaduerti à laicis Magiſtratibus poſſet, nec ipſum quidem Eccleſiaſticum iudicem debere, eadem pœna in legibus conſti-
5 tuta, ſed leuiori † Clericos coercere, ac punire, *quia*, inquit, *ordini hoc Eccleſiaſtico decet, vt mitiùs cum eis ob vniuerſi eiuſdem ſtatus conſeruationem agatur ex* Salas *de legib. diſput.* 14. *ſect.* 8. *num.* 104. *&* 110. vtrobique *in fine*, atque ita obſeruari eriā in legum naturalium violatione, teſtatur inferens Vincent. de Franch. *deciſ.* 9. *p.* 2. ob id, quòd teneat Clericos (vbi de legibus ciuilibus ad trāquillitatem Rei-
6 publicæ inſtitutis agatur) omnino † exēptos nō eſſe, cautè legendum, vti aduersùm eum notauerat Marius Anton. *lib.* 1. *reſolut.* 97. *num.* 8. Mihi, ſi verum fateri liceat, hæc ita reſoluta maturiori diſmiſſione indigere videntur, atque ob id plura neceſſariò præmittenda, ex quibus poſſit Sanctitas Tua, quod magis Religioni Chriſtianæ conueniat, decernere.

Primò aduertendum eſſe, poteſtatem
7 condendarum legum, † cum Principatu ipſo diuinitus Regibus conceſſam fuiſſe: ita Ioannes Pontifex *in cap. ſi Imperator* 96. *diſtinct.* ibi: *Habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus fuit*, D. Auguſtinus apertè in *capit. quo iure* 8. *diſtinct.* ibi: *Quia ipſa iura humana per Imperatores, & Rectores ſeculi Deus diſtribuit humano generi*, D. Gregor. *epiſt.* 61. *lib.* 2. infra relatus *num.* 13. iterum D. Auguſtin. infra *num.* 24. His verò priuilegijs diuinitus conceſsis ex noua lege, non tātùm quic-
8 quam † derogatum, verùm exemplo, ac verbis adſtipulatum eſſe, ne poſsit omne, ac quidquid per Reges conſtituatur, euerti, vt aduertit, ac refert D. Ambroſ. *lib.* 10. *comment. ad Lucam capit.* 5. relatus in *cap.* 27. *Magnum* 11. *quæſt.* 1. *Magnū*, inquit, *quidem eſt, & ſpeciale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionem terreni Regis putet eſſe ſoluendā: ſi enim cenſum filius Dei ſoluit, quis tu tantus es, qui putas non eſſe ſoluendum?* & Apoſtolus *ad Titum cap.* 3. vbi de Chriſtianis erudiendis, *Admone illos*, inquit, *Principibus, & Poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire*, ac ſimilia alibi à nobis cumulata, id probantia, quod ſupponimus, nempe nihil, nec quicquam per Chriſtum Dominum ex Principatus natura detractum, cui inter † maiora legis condendæ facultas ineſt, 9
l. 1. *D. de Conſtitut. Princip.* D. Auguſtin. *contra Creſconium lib.* 2. *cap.* 11. ibi: *In hoc enim Reges, ſicut eis diuinitus præcipitur, Deo ſeruiunt, in quantum Reges ſunt, ſi in ſuo Regno bona iubeant, mala prohibeant, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verùm etiam quæ ad diuinam religionem*; & ad *Bonifacium epiſtol.* 50. ibi: *Quà verò Rex eſt, Deo ſeruit, leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti rigore ſanciendo* (& deinde) *vbi ea faciunt, quæ non poſſunt facere, niſi Reges.* Iterum aduerto, Pontifices, ac Patres eiuſdem doctrinæ aſſertores eſſe, ſolùmquè caſum illum excipere, quo humanis ex legibus diuina † iura peruerterentur, vel 10
vbi ſpiritualia nēgotia circa fidem, eius articulos, & Sacramenta quoquomodo attingantur, cùm hæc ex Euangelij verbis, ac Pontificia claui diſponenda ſint, ac regenda. Ita *Nicolaus Papa* relatus *in capit. lege diſtinct.* 10. ibi: *Cùm inueniatur Euangelicæ, ac Catholicæ Sanctioni aliquatenus obuiare.* Item Simmacus in *capit. non licet*, & Felix *in cap. certum eadem diſtinct.* ibi: *Vt cùm de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius Conſtitutionem, Regiam voluntatem Sacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere, non præferre* (& ſtatim) *Eccleſiaſticam formam ſequi, nō huic humanitus ſequenda iura præfigere*, & *Nicolaus, ad Michaelem Imperatorem in cap. Imperium, eadem diſtinct.* ibi: *Non vſurpare, quæ Sacerdotibus Domini ſolùm conueniunt.* Idem *in capit. nunquam* 96. *diſtinct.* quæ ad fidei articulos, & Sacramenta pertinent.

Cæ-

Cætetum si de ptofanis causis quæ-
stio sit, Imperatorum leges, ac Constitu-
11 tutiones seruandas † suis etiam subditis
Pontifices pręcipiunt. Ita idem *Nicolaus*
ad eundem *Michaelem Imperatorem*, in *cap.*
quoniam distinct. 10. ibi: *Et Pontifices pro*
cursu temporalium rerum Imperialibus legi-
bus vterentur. Ita enim originalis episto-
la loquitut; expūgique debet restrictiua
illa dictio, *Tantummodo* à Gratiano ad-
dita; nam tota illa epistola ex sententia
Gelasij *in tom:1.de Anath.* compacta est
apud *Vincent.tom.2.Conc.fol.*301.& 302.
vbi hæc resttictiua deest, & *Leo Quartus*
Lothario, ita respondit. *De capitulis, vel*
præceptis Imperialibus vestris, vestrorumque
etiam Pontificum prædecessorum irrefragabi-
liter custodiendis, & conseruandis quantum
valuimus, & valemus Christo propitio, &
nunc, & in æuum nos conseruaturos modis om-
nibus profitemur, & si fortasse quilibet aliter
vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum
pro certo mendacem. Alia rescripta huins-
modi habentur in *eadem distinct.* ex *Gela-*
sio cum traditis infra *num.*28. In idem
quoque tendunt eiusdem *Gelasij*, ac etiã
Gregorij Magni Decretales epistolæ, qui-
bus præcipiunt leges Impetatotias de
12 non ordinandis, † nec ad Monacismum
recipiendis seruis, & militibus ab omni-
bus Ecclesiasticis seruari. *Gelasius* nempe
Iustiniani legem de non otdinandis ser-
uis, vt in *capit.principali* 63 *.distinct.* Idem
ipse in *cap.ex antiquis, cap.frequens, capit.*
quis autem 54 *.distinct.* vbi in vniuersum
sic concludit, *quis autem leges Principum,*
aut Patrum regulas, aut admonitiones moder-
nas dicat debere contemni, nisi qui impunitum
sibi existimat transire commissum? Et Grego-
rius Mauritij legem, licet Ecclesiasticæ
regulæ repugnantem seruari tamen præ-
cepit in *cap.legem* 53 *.distinct.* quæ postea
cum alijs ab eisdem, vel alijs Principi-
13 bus † modetatæ sunt. De hac eadem le-
ge Mauritij loquitur *Gregorius epistol.*61.
*lib.*2. dum ait: *Ego quidem iussioni subie-*
ctus eandem legem per diuersas terrarum par-
tes transmitti feci, & quia lex ipsa omnipo-
tenti Deo minimè concordat, ecce per sugge-
stionis meæ paginam Serenissimis Dominis
nunciaui. Vtrobique ergo quæ debui, exolui,
quia Imperatori obedientiam prabui, & pro
Deo quod sensi, minimè tacui. Antea verò
dixerat à Deo legum tradendarũ facul-
tatem Imperatoribus concessam, ibi: *Ad*
hoc enim potestas super omnes homines domi-
norum meorum pietati cœlitus data est. Da- 14
masus quoque † Sanctissimus Pontifex
leges Valentiniani, Valentis, & Gratia-
ni Ecclesiasticorum nimiam ditationẽ
prohibentes (quæ in *l.*16.& 20.*C.Theo-*
dos.de Episc.& Cleric. extat) auctor fuit,
simulque probator, refert Ortizius *de*
*immunitate part.*3 *.dub.*3 *.fol.*331 *.Impres-*
sionis Romanæ, dixeratque priùs *Baronius*
in Damaso, *Gelasius*, item ptiot, qui vixit
circa annum 412. successitque in Pon-
tificatu, Felici *epist.*10 *.ad Anastasium Im-*
peratorem. Si enim, ait, *quantùm ad ordinem*
pertinet disciplinæ, cognoscentes Imperium ti-
bi superna dispositione collatum, legibus tuis
ipsi † quoque pareant religionis Antistites. 15
Et Calixtus *epist.2.Decretali*, sic ait; *Quis*
enim dubitat leges humanas rationi, & hone-
stati non repugnantes esse amplectendas, præ-
sertim vbi publicæ consulatur vtilitati, vel
Ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defen-
dant? Eleganter demum, & piè *Bonifacius*
ad Honorium relatus *in capit.Ecclesiæ meæ*
97 *.distinct.* qui & potestatem fatetur, &
ptotectionem implorat. Quòd si, Pon-
tificibus leges Principum probatæ sunt,
ac subditis iniuncta eorum obseruatio,
sequitur leges Ecclesiasticos obligare, si
non ex vi illas ferentium, ex iure confir-
mationis, vt deciditur in *Sinodo Romana*
& à Simmaco Papa in *capit.benè quidem*
96 *.distinct.* & ex regula *decreti* 13 *.Cæle-*
stini Papæ ad Episcop.Galliarum, ibi: *Quas*
vtique suas fecerunt Apostolici Antistites, cũ
probarunt, iuncto *axiomate* D. Barbosæ
12. *num.*4. ex patribus *D.Chrisostomus*
Apostoli locum. *Omnis anima potestatibus*
sublimioribus subdita sit, ita commẽtatur,
quasi dicat, inquit, *etiam si Apostolus sis, etiã*
si Euangelista, etiamsi Propheta, siue tandem
quisquis fueris, neque tamen † pietatem sub- 16
uertit ista subiectio, alludens ad *l.*2 *.D.leg.*
ibi:

ibi: Lex est, cui omnes homines debent obedire
(& deinde) facit hoc Apostolus, vt ostendat,
Christum leges suas non ad hoc induxisse, vt
Politias auertat, sed vt ad melius instruat,
ostendens, quòd ista omnibus imperantur, &
Monachis, & Sacerdotibus non solùm secu-
laribus, & prius dixerat: Omnibus hæc præ-
cepi, Sacerdotibus, & Monachis, non autem
ijs solis, qui huius vitæ negocijs occupantur.
Hæc quoque fatetur responsio ad Apologiã
contra Bellarminum sub nomine Romuli,
quæ communi consensu eidem Cardi-
nali tribuitur fol. 114. ibi: Episcopi in tem
17 poralibus † rebus, & Reges Episcopis in spiri-
tualibus subiecti esse debebunt, vt copiosè di-
sputant Gelasius Primus in Epistola ad Ana-
stasium, & Nicolaus ad Michaelem Impera-
torem, quoniam verò Romanus Episcopus, non
modò Summus est Princeps Ecclesiasticus, cui
omnes Christiani diuino iure subyciuntur, sed
est quoque in suis Prouincijs Princeps tempo-
18 ralis, neque vllum in temporalibus † superiorẽ
agnoscit, exinde fit, vt ipse nullam supra se
potestatem in terris habeat; ita Franciscus
Romulus, seu veriùs Bellarminus. Idem
que asserit aperto nomine in libro de Cle-
19 ricis cap. 28. ibi: Non sunt † exempti Cleri-
ci vllo modo ab obligatione legum ciuiliũ, quæ
non repugnãt sacris Canonibus, vel officio Cle-
ricali quò ad Deum, & in diuinis; adstipu-
latur B. Bernardus epist. 42. ad Archiepisco-
pum Senon. ad finem, ibi: Dicite, si audetis
sui Præsulis Deum ordinationem nescire, cùm
Romani Præsidis potestatem super se Chri-
stus quoquè fateatur cœlitus fuisse ordina-
tam.

20 Quòd verò inter profana res, † & bo-
na Ecclesiasticorum, Ecclesiarumquè
comprehendãtur, quò legibus subsint, ac
per illa regãtur, licèt aliàs (quoniam Ec-
clesijs adhærent) Ecclesiastica dicantur,
& sacra, ex Pontificũ vetustorũ, Patrum
que testimonijs probari, nulli dubiũ est;
nam ita dictat præmissa Nicolai epistola ad
Michaelem in cap. cũ ad verum 96. dist. ibi:
Vt Christiani Imperatores pro æterna vita
Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cur-
su temporalium rerum Imperialibus legibus
vterentur, quatenus spiritualis actio à carna-
libus distaret incursibus, & Deo militans mi-
nimè se negocijs secularibus implicaret. Mirè
in cap. solitæ de maiorit. & obedient. Aliaquè
in hunc sensum ex dicta epistola tradita
inferiùs q. 13. ac ex epistolę corpore de-
letis mendis restitutæ. Gregorius Magnus
epist. 1. ad Parmenianum, ait: Notandum est
quosdam Episcopos Leuiticæ tantum portione
esse contentos, & statim his nihil est commune
cum Principibus seculi, quia temporalia pe-
nitus abijciunt, ne earũ occasione legibus Im-
peratorũ obnoxij teneantur (& deinde) Porrò
alij sunt, qui non contenti decimis, † & pri- 21
mitijs, prædia, Villas, & Castella, Ciuitatesq;
possident. Ex quibus Cæsari debent tributa,
nisi Imperiali benignitate immunitatẽ huius-
modi promeruerint, quibus à domino dicitur.
Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt
Dei, Deo. Et ex Patribus Augustinus, cùm
quidam malèferiatus nihil sibi cum Rege
pronunciasset, respõdisse fertur: Quid ti-
bi ergo & possessioni? per iura Regum possi-
dentur † possessiones, dixisti, quid mihi & Re 22
gi? noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa
iura renunciasti humana, quibus possessiones
tenentur, quòd si hæc & æterna lege sancita
essent, non esset in manu Principum, vt ea in
quibusdam strictè iudicarent, in quibusdam
misericorditer relaxarent. Ex eius epistola
refert Iuo Carnotensis, partimquè habetur
in cap. quo iure distinct. 8 refert autem Pos-
sidius in eius vita. Ipsum sæpius ad subie-
ctionem in tẽporalibus vitãdam, omni-
bus † renunciare voluisse. Defecisse ve- 23
rò in hoc populum, oblatamquè condi-
tionem alendi Clericos acceptare re-
nuisse. Idem Augustinus tractatione 6. in
Ioannem in dicto capit. quo iure Ecclesiasti-
cos his verbis apertissimè affatur. Quo
iure defendis villas Ecclesiæ? Diuino, † an 24
humano? Diuinum ius in Scripturis diuinis
habemus, humanum in legibus Regum. Vnde
quisque possidet quod possidet, nonne iure
humano? nam iure diuino Domini est terra,
& plenitudo eius. Dominus de vno limo fecit
& pauperes, & diuites; iure ergo humano di-
citur, hæc villa est mea, hic seruus, hæc domus.
Iura autem humana, iura Imperatorum sunt:
quare? quia ipsa iura humana per Imperato-
res, & Rectores seculi Deus distribuit huma-
no generi. Item tolle iura Imperatorũ, & quis
audet dicere: hæc villa est mea? meus seruus?
mea domus? si autem, vt teneantur ista ab ho-

T mi-

minibus, Regum iura fecerunt, vultis, vt re-
tineamus leges? D. quoque Ambrosius com-
mentario ad Lucam lib. 10. cap. 20. si Chri-
stus, inquit, non habuit imaginem Cæsaris, cur
25 dedit censum? Non de suo † dedit, sed reddi-
dit de mundo, quod erat mundi, & tu si vis non
esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ mundi
sunt, sed si habes diuitias, obnoxius es Cæsari.
Si vis nihil debere Regno terreno, relinque om-
nia, & sequere Christum. Idem lib. 5. cap. 5.
inquit. Ille censum soluit, qui nihil posside-
bat, tu autem, qui seculi es, cur seculi obsequiū
non recognoscis? cur te supra seculum quadam
animi arrogantia feras, cùm seculo sis misera
cupiditate subiectus? Similia tradit D. Chri
sost. in Matthæum homil. 86. ad populum,
eleganter etiam D. Hilarius cap. 23. Com
mentarij in eūdem. Si enim (scribit) nihil eius
Cæsaris penes nos resederit, eādem conditione reddēdi
ei, quæ sua sunt, non tenebimur. Porrò autem
si rebus illius incumbimus, si iure potestatis
eius vtimur, & nos tanquā mercenarios alie-
nū patrimonij procurationi subijcimus, extra
26 querelam iniuriæ est, Cæsari reddi, † quod Cæ
saris est, Deo autē, quæ eius sunt propria, red-
dere nos oportet, corpus, animam, voluntatem,
ab eo nāque hæc profecta, & aucta retinemus.
Demum D. Bernard. lib. 1. c. 5. de conside-
ratione ad Eugenium post locum Apostoli
ad Timoth. Nemo militans Deo implicat se
negotijs secularibus. Cōcludit: Ergo in crimi
27 nibus, † non in possessionibus potestas vestra,
quoniam propter illa, nō propter has accepistis
claues Regni cœlorum, præuaricatores vtique
exclusuri, non possessores, vt sciatis, ait, quia
filius hominis habet potestatem in terra dimit-
tendi peccata, & c. quænam tibi maior vide-
tur dignitas, & potestas dimittendi peccata, an
prædia diuidendi? sed non est comparatio. Ha-
bēt hæc infima, & terrena iudices suos Re-
ges, & Principes terræ. Quid fines alienos in-
uaditis? Quid falcem vestrā in alienā messem
intenditis? non quia indigni vos, sed quia indi-
gnum vobis talibus insistere, quippe potioribus
occupati, & lib. 2. c. 5. ad Petri epistolæ lo
cum. Pascite, qui in vobis est, gregē Dei, pro-
uidentes non coactè, sed spontaneè secundum
Deū, nec turpis lucri gratia, sed voluntariè,
nec vt dominantes in Cleris, sed forma facti
gregis ex animo, exclamat, ne dictū hoc solà hu
militate putes, non etiā veritate, vox Domini
est in Euāgelio. Reges gentiū dominātur eorū,
& qui potestatē habēt super eos, benefici vocā
tur, vos autē nō sic. Planū est, Apostolis † inter 28
dicitur dominatus: ergo tu, tuque, & tibi vsur-
pare aude, aut dominās Apostolatū, aut Aposto-
lus dominatū? Planè ab alterutro prohiberis,
si vtrūque simul habere voles, perdes vtrūque.
Quibus cōsentit Card. & Beatus Petrus
Damian. epistol. ad Firmanū Episcopum, ibi:
Causas igitur Ecclesiastici cuiuscunque negotij
leges dirimāt fori, vel Sacerdotalis edicta Cōci
lij. Certūque est, Pōtifices expressissimè
† Imperatoribus assensisse, vt Imperiales 29
leges inter Clericos vim suā obtinerent,
tā latæ, quā ferēdæ, vt ex suggestione Vigi
lij Papæ, refert Iustinianus in Pragmatica, in
cipit. Pro petitione Vigilij antiquioris Romæ
Episcopi, ac ante eū, Gelasius scribens Theo
dorico Italiæ Regi in c. certū dist. 19. & po-
stea idē petijt Leo 4. Lothario: Vestram, in-
quit, flagitantes clementiam, vt sicut hacte-
nus Romana lex viguit, absque vniuersis pro-
cellis, & pro nullius hominis persona reminisce-
tur esse corrupta, ita nūc suū robur, propriū-
que vigorē obtineat. & in casu speciali Ho-
norius Secūdus in c. 1. de iuramento calum-
niæ Pactis verò teneri Pontificem, nec
posse ab illis recedere, patet ex traditis à
me in tom. 1. de donat. p. 6. n. 79. & 102.
fol. 202. post Magistrū Sententiarū, dicentē
Deum ipsum opt. max. conuentione obligari.

Postremò, vt cognoscamus, cui Cano
nū iuri contradicere debeat humana lex,
ne valeat, cui verò libertati derogare vl-
tra relata supra n. 10. Præmittendū ve-
nit, libertatē Ecclesiasticā (cū qua si pug-
narēt ciuiles leges, † Ecclesiasticos non
obligarēt) secundū Ephesinā Sinodū can. 8. 30
in definitione causæ Episcoporū Cipriorum, ita
perpetuò definiri, nihil aliud esse, quā re-
gulas, & disciplinā à Sāctis Apostolis Ecclesiæ
traditā, siue vt describitur in Codice Ca
nonū, libertatē Ecclesiæ † esse ius Apostolicū; 31
siue diuinū, scriptis Apostolorū comprehensum:
est autem Ephesini Concilij † de quatuor 32
vnū, quorū Sūmi Pontifices, ac Impera-
tores fassi sunt, post quatuor Euangelia
seruari debere, alterumque ius diuinum
constituere, vt ex Leonis Magni epist. 53.
ad Anatolium, & epistol. 55. ad Pulche-
riam Augustam euidentissimè colligitur.

Nam

Nam cùm neget, Canones hos posse Sũ-
33 morum † Pontificũ auctoritate cõuelli,
irẽ dicat diuinitùs Spiritu Sancto instil-
lante cõstituta, apertissimè illa de iure di
uino esse supponit, illo nẽpe, de quo ex
D. Tho. 2. 2. q. 1. art. 7. ad 4. atque ex *Gae
tano ibi*, diximus hoc ipso *lib. 2. q. 1. pro-
posit. 5.* Illud idem, quod *Leo* affirmauit
quoque *Zosimus Papa in c. contra 25. q. 1.*
34 his verbis: *Contra statuta † Patrũ condere
aliquid, vel mutare, ne huius quidẽ Sedis potest
auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus
viuit antiquitas, cui statuta Patrũ sanxere
reuerentiam.* Hinc Romani Pontifices in
limine suscepti muneris hoc ipsum post
35 fidei † regulas profitebantur, *vt in c. San-
cta 16. dist.* ibi: *Octo vniuersalia Cõcilia. Pri
mũ Nicenũ: Secũdum Constantinopolitanum:
Tertium Ephesinũ, Calcedonẽse Quartũ, &c.
vsque ad vnũ apicẽ immutilata seruare, & pa
ri honore, & veneratione digna habere, & quæ
prædicauerunt, & statuerunt, modis omnibus
sequi, & prædicare, & c. profiteor,* refert Car
din. *Deus dedit in sua Canonum collectanea.*
Itaque *D. Gregor.* de se fecisse testatur in
c. sicut dist. 15. Sicut, inquit, *Sancti Euãgelij
36 quatuor libros, sic quatuor Cõcilia suscipere, †
& venerari me fateor, Nicænũ scilicet, & c.
Constantinopolitanũ; & c. Ephesinũ, & c. Cal
cedonense. Hæc tota deuotione amplector, &
integerrima approbatione custodio, quia in his
velut in quadrato lapide sanctæ fidei structu-
ra consurgit, & cuiuslibet vitæ cõmunis, atque
actionis norma consistit.* Cõcordat in idem
37 sensus † Imperatorũ, vt *per Iustinianũ no-
uella 131.* vbi sic ait: *Sancimus vicẽ legum
obtinere sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ à
Sanctis quatuor Concilijs expositæ sunt, aut
firmatæ: Prædictarũ enim quatuor Synodorũ
dogmata, sicut Sanctas Scripturas accipimus,
& regulas, sicut leges obseruantes.* Atque ad
hæc simul respexisse videtur *Leo IV.* dum
38 ait: *Ideo permittente Domino pastores † ho-
minũ sumus effecti; & quod Patres nostri, si-
ue in sanctis Canonibus, siue in mũdanis affi-
xere legibus, excedere minimè debeamus.* Nõ
irrepserat tunc latissima modernorum
opinio de Conciliaribus decretis nullis
exceptis ad libitum, & tacitè per nouis-
simas Constitutiones reuocandis.

Videtur ideo definitio hæc Ecclesia-
sticæ † libertatis à *Concilio Ephesino* omni 39
bus fidelibus ob bonũ publicum tradita,
variationẽ scriptorum ex traditionibus
priuatorũ Auctorũ nõ admittere, quorũ
assertiones directè verbis, ac fini Cõcilij
se opponunt. Hæc enim ad dilatãdam in
infinitũ vsque exemptionẽ, illa ad coar-
ctandam tẽdere videtur. Audi quæso Ca
nonis illius rationẽ, & confer *cũ supra ci-
tatis ex Diana.* Aiunt Patres, se ad statu-
ta Apostolica libertatẽ coarctare, *ne for-
tè* (sunt ipsa verba) *sub specie administratio-
nis sacrarũ † rerũ, typhus potẽtiæ in Ecclesiã 40
sese insinuet, sensimque imprudẽtes libertatem
eã amittamus, quã Dominus noster Iesus Chri
stus omniũ liberator suo sanguine pretioso no-
bis largitus est,* qui sermo ad *D. Petri* sen-
tentiam omnino alludit *epist. 1. c. 2.* dum
postquã debitã Regibus subiectionẽ cõ-
mendat, ait: *Sic est voluntas Dei; vt benefa-
cientes obmutescere faciatis imprudentiũ homi
nũ ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi ve-
lamen habẽtes malitiæ libertatẽ, sed sicut serui
Dei.* Diana verò ex *Salas* ait, nõ debere † 41
Clericos pœnis à legibus in delinquẽtes
secundũ modũ delictorũ statutis affici,
quia, inquit, (sunt formalia eius verba) *de
cet cũ Clericis mitiùs agere ob conseruationem
Status Ecclesiastici, & ita vsu seruari vide-
mus, etiã in pœnis statutis pro violatione le-
gũ naturalium,* cũque hæc, quæ dicit, mani-
festè (vt ex præmissis patet) Apostolis, ac
Cõcilijs Oecumenicis repugnent, cõtra
ait ipse, *cautè legendos,* qui Canonibus ad-
hærent, sibique contradicunt, quasi quid
hæreticũ in medium adducãt. Tanta est
præsentis status Ecclesiæ, si cum veteri
conferatur, quòad hæc tẽporalia defor-
matio, ac varietas, nõ tãtùm ne Cõcilia-
ris sententia præualeat, immo verò om-
nino damnetur, quod manifestiùs intuẽ-
ti patebit, si Diui Gregorij verba *n. 36.*
relata perpendet, qui non tantùm Con-
cilijs præmissis omnino adhærẽdum pu
tat in fidei definitionibus, † sed in iuris- 42
dictionali materia, ibi: *Quia in his velut in
quadrato lapide sanctæ fidei structura cõsur-
git, & cuiuslibet vitæ cõmunis, ac actionis nor
ma consistit,* etenim in illis iurisdictiones,

& fines earum cõstitutæ, ac diuisæ sunt.

Iterum Ecclesiastica libertas à Christo Domino concessa, non corporum equidem, sed animarũ libertas est, quatenus à seruitute peccati nos exemit. Corpora autem constitutis à se potestatibus subiecta remanere voluit, enarrauerunt, nec minùs hodie errant, qui aliter præsumunt, optimè *D. Thomas* ad decantatum locum Apostoli, *omnis anima, &c.* sic de hac pretensa exemptione loquens. *Considerandum est, quòd quidam fiaeles in primitiua Ecclesia dicebant, terrenis potestatibus se subijci non debere propter libertatem, quam consecuti erant à Christo, secundùm illud Ioannis cap. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, sed libertas per Christum*
43 *concessa, est libertas † spiritus, qua liberamur à peccato, & morte, sicut supra 8. dictum est lex, spiritus, quæ est in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati, & mortis, caro autem remanet seruituti obnoxia, sicut supra 7. dictum est. Et ideo nunc nulli subiectioni homo per Christum liberatus, erit obnoxius, nec spirituali scilicet, nec carnali, vt dicitur 1. Corinth. cùm tradiderit Christus Regnum Deo Patri, & euacuauerit omnem principatum, & potestatem. Interim autem dum corrupti-*
44 *bilem carnem gerimus, † oportet nos Dominis carnalibus subiacere. Vnde dicitur epistol. 6. obedite dominis carnalibus, & hoc est etiã, quod hic Apostolus dicit: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, hæc Sanctus ille vir; non omittenda definitio vanæ libertatis à Quintiliano *tract. de Oratore*, tradita, vbi versus finem, ait: *De otio sa, & quieta re loquimur, & quæ probitate, & modestia gaudeat, sed est magna ista, & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam stulti libertatem vocant, comes seditionum, effrænati populi incitamentum, sine obsequio, sine seruitute, contumax, temeraria, arrogans, quæ in benè constitutis ciuitatibus non oritur.*

Verum moderniores Theologi, Canonistæ quoque, ac Moraliũ Scriptores secundùm recẽtem Ecclesiæ statum respõdentes aliter se in huius libertatis definitione habere videntur. Nam Caietanus *in summ.* verbo, *Excommunicatio cap,*
45 3 1. vers. *Quinto nota, ait, libertatem † Ecclesiæ importare totum id, in quo Ecclesia non subijcitur, aut arctatur, siue illud spectet ad esse naturale, vel spirituale, siue ad operari, aut recipere, siue ad quodcumque aliud, siue Ecclesia de iure communi ad illud non arctata sit, siue ex priuilegio à Deo, vel à Papa, vel Imperatore concesso, ab eo libera sit.* Sairus verò *de censuris lib. 3. c. 19. n. 9. contra Ecclesiasticam libertatem*, inquit, *esse omne illud, quo libertas eius, aut tollitur, aut minuitur, aut in aliquo læditur, vel deprimitur, aut quouis modo restringitur.* Demum Suarez *eod. tract. disput. 21. sect. 2. n. 89.* duo putat requiri ad immunitatem, aut libertatẽ Ecclesiasticã constituendam. Primũ, † vt sit im- 46
munitas, priuilegium, seu exemptio, siue quouis alio nomine nũcupetur, propria, & naturalis Ecclesiæ, quatenus ex personis Ecclesiasticis constat, locare, ac res ad eos specialiter pertinẽtes cõplectitur. Secũdum, vt hoc pertineat ad communẽ
† immunitatẽ Ecclesiæ, vt sic, nõ ad specialia priuilegia Ecclesiarũ particulariũ. 47
Posterior enim hæc (vt aduertit) licèt libertas Ecclesiastica dici possit ex subiecto, cui inest, nempè Ecclesiæ, nõ tamen dici potest inesse adequatè toti Ecclesiæ secundùm se totã, sed secundũ aliquam principaliorẽ partẽ eius, quæ est spiritualis Hierarchia, seu Clerus. Huic distinctioni officit doctrina *Decij in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 12. de constit.* qui docet statuẽtem cõtra libertatẽ vnius Ecclesię
† inurere iniuriã toti Ecclesiæ. Secundũ 48
Caietani definitionẽ sunt aliæ traditæ per *Innocentiũ, Butriũ, & Felin. in cap. nouit, de sent. excommun. folii Panormitanus in d. c. nouit* (post *Bart. in auth. cassa*, & *Bald. in Margarita*, verbo *Ecclesia*) ex Canonistis dixit statuta, quibus Ecclesiastici efficiũ
tur † timidiores, & laici audaciores ad 49
nocẽdum, esse opposita libertati Ecclesiæ. Addit *Dominicus* de statutis loquens *in cap. 2. § Cæterùm in 4. not. de verborum*
significat. lib. 6. illa quoque esse, † quæ 50
subtrahunt obedientiam Papæ.

Nullus horum, vt vides, Ephesina auctoritate (Apostolicis scriptis, atque traditionibus consentienti) vtitur, vel mouetur, neque declarant (de Theologis

ago)

ago) loquantur ne de libertatibus citra spiritualia concessis, atque in ordine ad diuinum cultum, an ne de pertinentibus ad profanas res ciuiles criminalesque causas; vt agnoscere possimus, opponãt se ne definitioni Canonicę dicti Concilij, vel ei adhæreant; in dubio verò, quòd contradicere noluerint, & quòd propriè
51 † locuti sint, credere cogimur. Atque ita Siluester in verbo *sacrilegiũ*, & Iacobus Souertius *in summa omniũ excõmunicationũ part.* 1. n. 4. putarunt, offendẽtem Ec-
52 clesiam † in exterioribus bonis Clericorum, siue mobilibus, siue immobilibus (exceptis decimis, ac primitijs de quibus statim) licèt secundùm quid posset dici violasse libertatẽ Ecclesiasticam, prout sunt in subiecto, non tamen sacrilegium admisisse putant, quod tanquam morta-
53 lis aliquis † reatus excommunicationem mereatur, vt requiritur secundùm *D. Thom. in addit.* 3. *part.* q. 21. *art.* 3. Alex. de Ales *in* 4 *p. summæ*, q. 22. *membro* 1. *art.* 3. ad censuras ferendas, ac ex latè tra ditis *supra lib.* 1. *quæst. vlt. ad finem.*

54 Nam, cùm quilibet sermo † in pœnalibus propriè, & quòad principalia inter pretandus sit *reg. à pœnis de reg. iur. in* 6. *l. vlt. C. de præpos. agent.* Couar. *lib.* 3. *var. c.* 3. Tiraquel. *ad leg. connub. gloss.* 5. *n.* 115. Mõtnac. *ad l.* 3. *de Constit. Princip. ego nota* 108. *ad leges Federici fol.* 28 t. sequitur quòd vbi de violatione huius libertatis, quòad pœnam actum fuerit, eius appel-
55 latione veniat libertas illa, † quæ competit Ecclesiæ per se, quatenus Ecclesia, nempe quòad spiritualia, & in tempora libus quòad decimas, primitias, oblationes, & eleemosynas iure diuino debitas, iuxta Nauar. *in manuali c.* 27. *num.* 120. *cap. reuertimini* 16. *quæst.* 1. *cap. tua de decim.* Nam cætera temporalia, quæ inde †
56 adhæserunt Ecclesiæ post primam viuẽdi normam, dicũtur per accidens ei pertinere, per Caietan. *in summa*, verbo *excommunicatio cap.* 31. *notab.* 4. Nam Constantinus Optimus Imperator auctor fuit, vt immobilia possideret, *cap. futurã Ecclesiam* 12. *quæst.* 1. Apertissimè in *c. futuram Ecclesiam*, verſ. *Ne autem ipsa mater de elect. & electi potestate*, cum testimonijs *Gregorij*, *Augustini*, & *Hilarij* supra *n.* 21. & *seq.* adductis, & recentiorum opinionibus, de quibus supra *hoc libro q.* 1. *n.* 16. ex *D. Thoma*, & *Scoto*. Intelligi ergo debet secundùm hos, quos retulimus, libertas Ecclesiastica tũc violata (vt sacrilegiũ † dicatur incursum) quoties id pertingitur, quod Ecclesia inter se ipsam, 57
habet in principaliori parte sua, quæ spiritualis est, comparatione alterius, quæ temporalis est. Consistit autem prior in excellentia † potestatis, ordinis, & iurisdictionis (vt ita dicã) interioris, nẽpe in 58
vsu clauium, & per consequens compre hendit omnia priuilegia, & exemptiones, quæ ab Ecclesia quocumque ex iure obtinentur, ac secundùm hanc principaliorem partẽ, omne nempe illud, in quo homin respectu libera censetur à subiectione, & coactione alterius potestatis, quæ in mũdo est. Hucque referenda videntur quæcumque de hac Ecclesiastica libertate absolutè dicta sunt, iura nempe Pontificia de *immunitate Ecclesiæ*, Concilium Tridentinum *sess.* 25. *c. apit.* 20. *de reformat.* & cætera huiusmodi, vt per Suarez *de censur. disput.* 21. *sect.* 2. *n.* 90. Nã maiestati huius Oecumenici Synodi cõuenit, vt eius intelligẽtia, † ex alijs Oecu 59
menicis Concilijs, non ex Scriptorum particularium interpretatione sumatur, idemque de Bulla Cœnæ dicendum est.

Vt nẽpe posteriora hæc cũ prioribus Concilijs, Patrumque traditionibus cõcordent, vbi concordari possint, vel stetur prioribus, vbi Pontifex è Cathedra oppositum nõ difinierit, amplexata illa Canonum regula nouitates respuẽte, nõ straquæ fidei summæ cõsentanea, quod vbi apertè dissentiant, posteriora Concilia à prioribus (non vt in legibus dici cõsueuit, vincantur vetera à nouissimis, *l. non est nouum cum duabus sequentibus*, *D. de leg.*) sed superent priora † ea, quæ sub- 60
sequuntur, vt *D. Isidorus* docet in *cap. Domino*, verſ. *In fine autem dist.* 50. ibi: *Hoc adijciendũ putauit, vt quotiescunque in gestis*

Cõciliorum difcors fententia inuenitur, illius Concilij fententia magis teneatur, cuius antiquior, & potior extat auctoritas. Repetitum in *cap. hoc ipfum 33. quæft*. 2. quod dictum inter elementa iuris Canonici mandato Pontificio confcripta interpofitum eft *lib*. 1. *inftit*. 3. *tit*. 3. atque pro regula traditum. Addita traditione *Zofimi, & Hormifdæ in cap. contra ftatuta, & cap. prima falus 25. quæft*. 1. cum alijs præmiſsis *ex n*. 30. *ad* 42. nec fpreto *Innocent. in cap*. 5. *de conftitut*. vt deficiente è Cathedra definitione vnufquifque, quam opinionem velit, eligat.

Hifce præhabitis, circa legum, ac cõftitutionum principalium validitatem, illudquoque annectendum erit, omnem legem (fi à legitima poteftate proceffe-
61 rit) executionem † fecum, & coercitionem (fi non obediatur) habere, quod ex Apoftoli dicto euidenter confequitur; nam cùm præcepiffet, omnem animam Chriftianam poteftatibus fubiectam effe debere, comminata inobedientibus damnatione diuina, quafi in Deum peccetur, fi eius fubordinatis non pareatur, ait: *Si autem malum feceris, time, non enim fine caufa gladium portat; Dei enim minifter eft, vindex in iram ei, qui malum agit*. At fi Legislaror pœnis inobedientes coerce-
62 re nequiret, fine caufa † equidem gladium haberet; nam lex fine coercitione, vacua, & nulla eft, *l*. 2. *D. de iurifdictione*
63 *omnium iudicum*. Portionemquè † legũ effe pœnæ fanctionem ait Confultus *in l. legum Sanctio, D. de pœnis, & Tribonianus in §. Sanctæ quoque, inftitut. de rerum diuif.* egregiè *Philofophus* 4. *Politic. capit*. 7. *non*
64 *eft autem legum † difpofitio, benè pont leges, non obedire autem*. Idem repetit 8. *eiufdem cap*. 9. Almainus *de fuprema poteftate q*. 2. *capit*. 5. vices Principis, ac fubditorum effe dicit, leges fancire, ipfifquè parere.
65 Cum ergo Apoftolus omnem † animam fubiectam effe pronunciet, *Chrifoftomus* vero dicat, Sacerdores, ac Monachos fub hoc præcepto comprehendi, *Thomas* quoque idem firmet, addarquè vlterius, quod nõ tantùm damnationem æternam ifti huiufmodi poreftatibus refiftentes, ac non obedientes timere debeant, verùm quoque in hac vita fupplicium in corpora per Principes, iuxta delicti meritum inferendum. Sequitur, ni fallor, exactionem pœnæ † à legis 66
vinculo per quafcumquè exemptiones feparari nõ poffe. Appofitiſsimè D. Hieronymus *lib*. 1. *contra Iouinianum: fi quod præcipitur imperatur, quod imperatur, neceffe eft fieri, fi non fiat, pœnam habet*, & nofter Iurifconfultus in *l. legis virtus, D. de leg. vis legis conftitit in his maximè quatuor, Imperare, vetare, permittere, punire*.

Hoc etiam ex naturæ principijs prouenire videtur, vt nempe facultare pro affecutione alicuius finis cõceffa, † me- 67
dia ad illud præftita cenfeantur, vt docet *Ariftoteles lib*. 1. *ethicor. cap*. 1. ac ab eo fecundus *D. Thomas* 2. 2. *quæft*. 40. *artic*. 3. *ad* 3. atque ad propofitam fpeciem Francifcus Suarez *de primatu Summi Põtificis ad Regem Angliæ lib*. 3. *cap*. 34. *num*. 42. hoc pacto eius quoad temporalia in ordine ad fpiritualem finem auctoritatem propugnat, quòd nempe humana † 68
natura in omnibus, nequaquam medijs ad fui conferuationem neceffarijs deftituitur, confirmatquè Bellarmin. *in refponfione ad Barclaium pro eadem poteftate cap*. 18. & alibi, loco ftatim citando.

Viderentur autem Principes, quibus legum ferendarum facultas (vt indicauimus) ad humani generis conferuationem, regimen, pacem præftita fuit, conceffa femel poteftate fruftrari † fi con- 69
ditis à fe, ad præmiffa affequenda legibus, pro earum executione opportuna poreftas deficeret, adeò vt fine alterius ope, ac auxilio, nil poffet. Ita arguit Suarez *dict. tractat. lib*. 3. *capit*. 1. *n*. 43. cuius ipfiſsima verba in *C. ad leges Martini fol*. 393. *num*. 39. tranftulimus, atque *Bellarminus* loco prænotato, & *de Romano Pontifice lib*. 5. *capit*. 4. ficut enim ipfi ob ib temporalia videri cõceffa putant, quę ad finem fpiritualem media neceffaria videntur, ne diuina difpofitio imperfecta, & inanis appareat, eodem pacto, &

Ec-

Eccleſiaſticorum coercitionē permiſ-
ſam videri ob eandem rationem argui
70 poteſt, † ne aliqui leges ad commune bo-
num ſtatutas optato fine careant, faciūt
latè Franciſcus Victoria *relect.1.quæſt.*
5.præpoſ.8.de poteſt.Eccleſ. Simancas *de*
inſtitut.Catholic.tit.45.num.25. Pater
Sanchez *Conſil.Moral. lib.2.cap.4.dub.*
71 *55 num.3.* Qui omnes Eccleſiaſtico †
renuente, vel moram in iure reddendo,
in Clericorum cauſis tributarijs, & ſi-
milibus,nectente, laici iudicis auctorita-
tem de facto admittunt,quibus aſſenti-
tur Baldell. *Theolog.Moral lib.5 diſputat.*
33.ex num.18. motus eadem ratione,ne
legis curſus,finiſquè impediatur, ac iu-
ſtitia effectu vacuetur, nouiſsimè mul-
tos cumulat Ioan.Baptiſt.de Larrea *al-*
*legat.27.*de quo infra *quæſt.16.& quæſt.*
*42.*At carere res ſuo fine videtur,ſi pœ-
næ,quarum metu vetita minimè tranſ-
grediuntur, exigi non poſsint,ille enim
72 *Si impunè contemnantur,* † *neque metus vl-*
tra, neque pudor eſt. Quotus quiſque enim,
aiebat Cicero *impunitate propoſita abſti-*
nebit iniuria. Exigi autem nequaquam
poſſe per eum,qui legem tulit, præmiſsi
docent,nec per ipſummet exemptorum
iudicem debere,inquit *Salas,* quid ergo
remanet, niſi legum condendarum po-
teſtatem Principibus , ſine vllo vſu im-
perfectiſsimè, ac fruſtratoriè præbitam
dicamus? Benè D.Ambroſius *in Sermo-*
ne de Abſalon.

Nam quod obijcimur, Eccleſiaſticos
præpoſitos animaduertere poſſe, & de-
bere; iam ſemel diximus ex *Annib Ro-*
berto; quid euenire in huiuſmodi ſoleat,
in patrocinio,capit.2.num.54 & in 2. im-
preſsione num.32.fol.357: cui & elegans
Dominici Soti teſtimonium accedit *in 4.*
Sententiarum diſtinct.25.quæſt.2. artic.1.
aiētis, *Prælatorum negligentiam,ac nimiam*
73 † *diſsimulationem in cauſa eſſe, ne Clericis*
priuilegia ſemel indulta, ſalua Republica, ſer-
uari poſsint. Nos verò licèt legum execu-
tionem in Clericos conceſſam,ac tribu-
tam Prælatis fateamur. Primò id quæ-
rimus,an pœnæ in legibus contētæ exe-
qui debeant,legeſquè,vt tales ſunt,obli-
gatoriæ nempe ſeruari? deinde de caſu
illo quærimus,vbi Prælati non animad-
uertant, ſed impunitos ſinant; nam ſi eos
coercerent, delictaque ceſſarent , quid
opus eſt de iuriſdictione diſceptare? lo-
quimur ergo ex ſuppoſitione,quod deli-
cta nec auerrant, nec puniant, quòdque
leges non exequantur, cùm debeant. &
ex ſolitis in præteritum præſumptionem
in futurum ſumimus. Cui præſumptioni
Iudicatæ (itemquè, & experientiæ,quòd
Prælati diſsimulaturi ſint; vnde inferi-
mus ob bonum publicum tali caſu co-
ercitionem alijs permittendam eſſe,per
text.in *l. ſi apperitor in fine,C. de cohortal.lib.*
lib.12.) Non parùm ſcripta † per *Salas,* 74
ac Dianam ſuffragantur, dum ex eis Ec-
cleſiaſtici Præpoſiti, ne pœnas pro de-
lictis conſtituras exequantur,nō tantùm
monentur,verùm quoque ad id omnino
teneri doctrinaliter, vt ſic dicam,edo-
centur.

Experimur verò in dies quantum † 75
damnu in huiuſmodi (quæ ad omnium
bonorum, & pacem conſtituta à Prin-
cipibus ſunt) negata Magiſtratibus co-
ercitio Reipublicæ affetat,timeriquè in
futurum poſsit,ne hoc exemplo Eccle-
ſiaſticorum quàm plures, vt libitum vi-
uant, mercaturas,monopolia cōtra pro-
prij ſtatus rationem exerceant, non pre-
tijs ſtatutis,non bonitate,non iuſtis mē-
ſuris vtantur, omnia turbent,omnia au-
deant, charitate annonæ (quæ facilè eue-
nire poteſt) Rempublicam vexent, nec
ſolùm ipſi ex ſui patrimonij redditibus,
ſed ex laicorum, à quibus fictis donatio-
nibus,emptionibus, locationibus ſubij-
ciuntur, vt ſeruato pœnæ laico dominio
ad fraudanda, immo in totum vitanda
vectigalia, tributa, indictiones,& onera
(quibus Principatus ſubſtinentur) vi-
deantur Clerici bonis velut ſuis, cùm
aliena ſint ; ſimulquè immunitate frui,
vnde populorum turbationes, ſeditio-
nes,tumultus,in vniuerſum ſtatus Eccle-
ſiaſtici contemptus, ac apud omnes vi-
lipendium , fidei (quod peius eſt) nau-
fra-

fragium fortè euenire posset, sicuti alicubi re ipsa euenit, quòd ne apud nos eueniat, neue populi onere presi damnum hoc vi etiam quandoque repellant,
77 Regum præcipuè † nostrorum pietas, Supremæ Inquisitionis rigor, Senatuum prudentia subuenire, ac præuenire debet, videant interim, quid sibi (cum isto nouitio in Ecclesia distinctionis inuolucro) velint, qui dicunt, Ecclesiasticos, vi rationis tantùm ligari. Ego enim quid per hoc firmare velint, nō percipio; nam
78 si † Clericis lex tantum, quæ rationabilis sit, imperare debet, quæ non sit, minimè; iam à legum fautoribus ad Clericos super validitate legum appellaretur, si rationem legis, quæ eius anima dicitur, idest iusta eius condendæ ratio, & causa, eos ligare dixerint: nescio quo pacto à lege ipsa, eiusquè natura separari possit, sin autem rationis vim pro iusta obediēdi ratione, vel causa accipiunt; perinde est, ac dicere iustum esse, eos, sicut & cæteros obligari, sed dubito, ne horum vllum sit, quòd cogitauerunt, vnumquemque eis propositum, quod semel falsi sunt, valorem legum principalium eludere, ac vacuare.

His omnibus pensatis, quid in hac specie firmandum sit, non obscurè elicere possumus, ac prospicere, quàm melioribus fundamentis opposita, *Soti, Victoriæ, Medinæ*, cæterorumquè opinio fulciatur, quàmque pristinæ Ecclesiæ disciplinæ conueniat, quod ipsi docent, cautionemquè in cæterorum scriptis legendis,
79 † non verò in decisis à Sacro Neapolitano Consilio apud Iuriscōsultissimum Franchum dicta *decis.* 9. adhibendam fore; nam eius sententiæ, Sanctorum Patrum, & Pontificum traditiones oppido assistunt, quę moderni vnius, vel alterius Auctoris contraria assertione labefactari non possunt, cùm maximè illius decisioni in sua specie, Nauar. *in manuali cap.* 23. & Molin. *de iustit. & iur. disputat.* 31. *colum.* 8. *vers. Sexta conclusio*, Suarez *de leg. lib.* 3. *capit.* 34. *num.* 11. Baldell. *Theolog. Moral. lib.* 5. *disputat.* 33. *num.* 13. *cum sequent.* Arauxo vir doctrina, ac vitæ modestia apud omnes perspicuus, honorum minimè appetens, Principibus non plùs æquo additus in 1. 2. *quæst.* 97. *disputat.* 3. *sect.* 5. *subsin.* 4. *num.* 9. *fo.* 683. multiquè alij præter relatos à Diana suffragētur, nec illud sine responso omittendum est, quod dicūt, leuioribus pœnis Sacerdotes, † ac Clericos puniendos, cùm id 80
Patrū antiquorū regulis contradicat, vt in *c. multi*, ibi: *Malus Sacerdos de Sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem* 40. *dist.* concordat *l. Presbyteri, C. de Episcop. & Cleric. capit. quia*, §. *Presbyteri* 5. *quæst.* 6. Hilarius in *cap. nulli* 25. *quæst.* 1. ibi: *Reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatoris dignitas peccantium, cap. cùm quidam* 12. *de iure iurand. Tantò grauius*, inquit, *vindicandi, quantò maiori præminet dignitate*. Ratio ex *Concilio Parisiensi lib.* 1. *capit.* 12. *Grandis est*, inquit, *dignitas Sacerdotum, sed grandis est ruina, si peccat*. Hinc maioribus pœnis subijciendum docet natura æqualitatis
† pœnæ ad culpam, & Cardin. Turrecremat. *in capit. homo, num.* 4. *distinct.* 40. 81
Carol. de Grassis *de effect. Cleric. præludio num.* 4. Dixi partim *controuers.* 1. *in C. n.* 2. *fol.* 416. Per quæ subsisto, atque illud Pij V. Pōtificis Maximi in medium refero; nam cùm quidam Curiæ ruinam, ac desolationem ob eius seueritatem intimasset, respōdisse fertur: *Istam potius*, † 82
quàm totius Ecclesiæ excidium, tolerandam, & ita Summus Pontifex Romæ, & in Statu suo seruat, licèt ergo per Principes pijssimos auctoritas iuris dicendi Prælatis in suos subditos quoad temporalia concessa fuerit, vt legum executio, & pœnæ ab eis exequantur, ac dici possit eis perpetuò delegata. Id tamen ita capiendum, ne seipsos, & Rempublicam tali concessione † prodidisse censendi 83
sint, vt neque Prælatis dissimulantibus, & scelera inulta, (vnde Respublica euerti possit) sinentibus, Clerici vt libitum in omnium perniciem viuere possint, sed quòd ita concesserint, vt quandoquè regressus pateret, si illa abuterentur in dam-

dammum communitatis, impunitatem concedendo per conniuētiam, & legum irrisionem. Hoc autem supplent Magistratus seculares potius per exceptionē, quàm per actionem, defendendo nempe Rempublicam, non irruendo in Ecclesiæ concessam iam immunitatem, *vt q.* 13. latiùs exarabimus. Ex quibus fit, ne per exemptionem ab vno iudice, & sub-
84 iectione alterius † à legibus exempti dici possint, sed quòd Prælati ex eisdem legibus Clericos vice Principum puni-
85 rent, vt infra *quæst.* 19. Constantinus † enim, cæterique Principes, licèt quoad proprium ius in Ecclesiam, ius dicendi in profanis transferre potuerint, id tamē in communitatis damnum, à qua in eos iurisdictio per legē Regiā manauit, efficere adeo non potuerūt, vt naturalis defensio, quæ aduersùs eos populo competebat, si iurisdictione malè vterentur, illa eadem in Ecclesiasticos non pateat, optimè Salcedo *de Leg. Politic. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 82. *fol.* 162. qui ita in violentis arguit, & ex pluribus comprobat. Esset verò vniuersam Rempublicam euertere, si Clerici legibus non tenerentur, ne ex illis puniri possent ex D. Ambrosio *in dicto sermone de Absalon, scelera dum non resecantur, increscunt, & in augmentum facinorum proslistur, dum promissa impunitate peccatur.*

QVÆSTIO IX.

An Seculares Magistratus possint cogere Clericos, vt triticum vendant, si necessitas adsit?

EPITOME.

1 *Clerici an debeant cogi vendere fructus, & frumenta pretio currenti? vide* num. 14.
2 .... *non ex vi iurisdictionis, sed de facto ob famem instantem possunt cogi vendere.*
3 *Christiani priscis temporibus omnia habebant communia.*
4 *Clerici nihil proprium habere deberēt quò ad pauperes alendos.*
5 *Sacerdotes Pharaonis terrenas possessiones habebant, Christi vero minimè secundum D. Bernardum.*
6 *Necessitas omnem legem frangit, ideo Dauidi panes Propositionis dati.*
7 *Ecclesiæ bona in pauperum alimenta vertenda.*
8 *Necessitate instante præcepta secunda tabulæ, ac positiua violari.*
9 *Ecclesia bona temporalia, & potestatem profanam per seculi viros administrat.*
10 .... *vt tutè possideat, Principis opem implorat, eique vicissim egenti succurrit.*
11 *Princeps nō potest, vt talis est, subsidium oppressō non ferre.*
12 *Iurisdictionis in casu necessitatis quilibet capax est.*
13 *Defensio cuicumque competit, etiam aduersùs Pontificem.*
14 *Magistratus laici, ne tumultus ex annonæ charitate excitentur, Clericorum frumenta venundant.*
15 *Clericis non conuenit pretia alimentorū, absconditis proprijs fructibus, augere.*
16 .... *negociationes, & acquisitiones vetitæ.*
17 *Auaritia in Ecclesiastico Statu multa mala induxit, & bona abstulit.*
18 .... *multa odia causauit, & turbines induxit.*
19 *Ecclesiastici non debent diuitijs cæteros præstare, sed necessarijs contenti esse.*
20 .... *videntur proprij muneris obliuisci, dum auro inhiant.*
21 *Ecclesia non debet accipere, sed dare.*
22 *Alimentis pretium intendere contra naturam est.*
23 *Latrocinium non fœnus est de fame publica negociari.*
24 *Clericorum coactio primitus, & principaliter est iudicis Ecclesiastici, & semper iudicialiter.*
25 *Ordo iuris instante necessitate omittitur, & censetur concessum, vt de facto procedatur.*
26 *Summus Pontifex communis omnium parens est, & Clericorum, & laicorum.*
27 *Priuilegio abusus illud amittere debet, saltem in illo actu.*

28 *Ma-*

28 *Magistratus quilibet, qui quamlibet potestatem habet, procedit, ubi privato id licet.*
29 .... *avertere tenetur, ne sui subditi naturali defensione contra Clericos utantur.*
30 *Venditio etiam invita magis iuridica, quàm rapina, & furtum.*
31 *Statuta ob bonum publicum, & commune licitè à Principe fiunt, & servari mandantur.*
32 *Vexationes, & angarias in Clericos, quia Clerici, statutas rectè tollit Pontifex.*
33 *Contributiones in casu necessitatis ad mensuram facultatum, egentibus laicis, Papa non improbat.*
34 *Summus Pontifex consuli debet quoàd impositiones contra Clericos, ubi necessitas novas urget.*
35 *Clerici non soluunt pro transitu rerum propriarum, quæ ad usum, non ad negociationem trahunt.*
36 *Commercijs prohibitis & retentio frumenti, ut cariùs vendatur, vetita censetur.*
37 *Irregularis est Clericus, qui fame urgente frumentum non vendit.*

PRoposita in universo resolutione de legibus civilibus, & Principum Constitutionibus, earúque vi, cis nempe Clericos non ligati, consequens erat & ad particularia provenire, ac ut cætera faciliora explicatu essent, nene legẽtem subsequentia turbarent à duriori initium ducere. Est verò necessitas, ac novissimi periculi casus, qui proponitur de fame urgente, tritico ab Ecclesiasticis abscondito, ac ad populi alimenta negato. In hac quæstione *Pater Diana* post relatam opinionem affirmativam omnium Iureconsultorum, aliquorum etiã Theologorum, quòd hoc in casu necessitatis
1 possint Clerici per Magistratus † cogi vendere, & taxationem pretij servare, existimat ipse prorsus non licere, nec compelli posse, ex *cap. adversus de immunitate Eccles. cap. quamquam de cens. in 6. & cap. non minus de immunitate Eccles. & can. 12. Bullæ Cœnæ*. Hoc autem totum iudici Ecclesiastico remittendum ex Dn. ad. *in Bulla lib. 2. can. 15. quæst. 17. num. 45.* Bellet. *disquisit. Clericai. part. 5. tit. 5. §. 2. num. 9.* Madio *de sacra ordin. capit. 14. num. 38.* & ex Molfesio *in summa tom. 2. tractat. 2. cap. 15. num. 85.* impugnante contrarios.

Vnã solùm exceptionem addens, ubi nempe famis, aut necessitas ita urgeat, ut esset in mora periculum tunc enim admittit frumenta Clericorum sequestrari, & venditioni † exponi posse, non ex vi iurisdictionis, sed ob instans periculum de facto iuris, ut ait. 2

At ut veritas aperiatur, quidve perfecto Clericorum statui conveniat, præmitto, priori Christianorum ævo fideles † omnia intèr se communia habuisse, non modò mobilia, alimenta, aurum, vestes, & cętera, quę promiscuo usu cõsumuntur, sed stabilia quoque, domos nempe, ac agros, dum omnibus venundatis pretium in communem usum vertebant, ut in Apostolorum Actis, *cap. 4. l. 32.* ibi: *Nec quisquam eorum, quæ possidebant, suum esse dicebant, sed erant illis omnia communia*, & statim, *neque enim quisquam egens erat inter illos*, de hac communitate loquitur *Apostolus in 2. ad Corinth. cap. 8. & 9. ad Philippens. cap. 4. l. 15. ad Thessalonicens. 1. cap. 4. l. 9. ad Timoth. 1. capit. 6. post princip. usque ad fin.* quod usque ad sua tempora productum significat Tertullianus *libro ad uxorem de connubio gentilium post princip. pag. 2.* quæ licèt aucto credentium numero in universum cessasset, intèr Clericos tamen semper mansit, qui post hoc ex proprij status † natura tenentur & suas, & Ecclesiarum pecunias, & res, nempe frumenta, cæterosquè naturæ, & industriæ fructus in indigentium usum ultro, nullo accepto pretio expẽdere, infirmis, ac in necessitate cõstitutis ministrare. Ita ex plutibus Pontificum Decretis, Sanctorum Conciliorum Cãnonibus, Patrum sententijs habetur in tota 12. *causa, quæst. 1.* quo loci, quidquid ab initio ortæ Ecclesiæ ad hęc usque tempora servatum sit, perspicuè ha- 3 4

habetur à nobis alibi expensa. Illud so-
lùm repetentes, quod *ex Apostolo ad Timo-
theum* in Concilio Antiocheno asseri-
tur, *præceptum dari Clericis, vt post victum,
& vestitum, quæ superfunt, cæteris dispen-
sentur in cap: Episcopus, ibidem*. Quod & D.
Bernardus apertè docuit *epist.* 2. ante
eum D. Hieronymus *ad Hypotianum* D.
Ambrosius *ad Valentin. quæst.* 31. *lib.* 5.
Idem apertissimè *homil.* 16. *super Genes.*
ibi: *Christus Dominus noster quid Sacerdo-
tibus suis præceperit, audiamus, qui non re-
nunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest
meus esse discipulus*, & statim *negat suum es-
se discipulum, quem viderit aliquid possiden-
tem, & eum, qui non renunciat omnibus, quæ
possidet, festinemus transire à Sacerdotibus*
5 *Pharaonis, † quibus terrena possessio est, ad
Sacerdotes Domini, quibus in terra pars non
est, quibus portio Dominus est, talis enim
erat & ille qui dicebat, tanquam egenos, &
multos locupletantes, ac nihil habentes, & om-
nia possidentes*. Cuius doctrinæ non absi-
milia sunt ex D. Augustino, & alijs con-
gesta supra *quæst.* 8. *num.* 20. *vers. Quid
verò inter profanas*, probantia, Clericos, si
Principibus subiacere nolint, possessio-
nibus quoque renũciare debere. Id enim
quoad Clericos ex præcepto hoc Patres
illi sequi putant.

Præmittendum quoque est maximũ
ingruentis necessitatis robur, humanæ
6 imbecillitatis præsidium, inexcusabile †
confugium, quo multa ex se vetita quò
ad Deum, & homines, licita efficiuntur,
vt in dies experimur: præcipuè verò vbi
annonæ charitas vrgeat, vbi fames mor-
tales in vltimum discrimen adducat, vel
quòd adductura sit, timeatur; communia
enim tunc omnia effici, ciuilia vincula,
gentium etiam leges dissolui, sacra de-
mum in vsum egentium cõuerti, exem-
plo à Propheta Rege ducto, cui fame
obsesso Propositionis panes ministrati
sunt, 5. *Regum capit.* 21. cuius factum
probauit, laudauitque Dominus apud
Matthæum 12. egregia item habemus in
hoc testimonia *Ambrosij, & Hieronymi*
prioris in *libro de officijs*, secundi in *tracta-
tu de vita Clericorum*, relati *in cap. aurum,
& cap. gloria* 12. *quæst.* 2. qui sacra vasa,
& suppellectiles Ecclesiæ † in pauperũ 7
alimonias omnino distrahendas putant,
oppositam parsimoniam omnino dam-
nantes.

Necessitate etiam instante rapinæ vi-
tium non incurri † secundæ tabulæ, nec 8
minus positiua præcepta violari, passim
apud Moralium tractatores videmus,
quæ ad vsum colligit P. Diana alibi la-
tiùs, atque in vniuersum censet *Gelasius*
prior *ad Episcopos Lucaniæ in cap. & si* 5. *q.*
7. ob necessitatem præcepta Canonica
dispensari, ac mutilari. Ad rem verò Hu-
go de Sancto Victore *in tractatu de Sa-
cramentis*, quem Cardinalis Bellarminus
ad Barclaium in Prolegomena, num. 58. *do-
ctissimum, ac sanctissimum virum* appellat,
ita fatur: *Ecclesia licèt fructum terrenæ pos-
sessionis † in vsum accipiat, potestatem ta-* 9
*men exercendæ iustitiæ per Ecclesiasticas per-
sonas, aut iudicia secularia exercere non po-
test. Potest tamen Ministros habere laicas per-
sonas, per quos iura, & iudicia ad terrenam
potestatem pertinentia secundùm tenorem le-
gum, ac debitum iuris terreni exerceantur. Sic
tamen, vt & ipsam, quam potestatem † ha-* 10
*bet, à Principe terreno se habere cognoscat, &
ipsas possessiones nunquam à Regia potestate
elargiri posse intelligat, quin si ratio postula-
uerit*, & necessitas, *& illis ipsa potestas ha-
beat patrocinium, & illi ipsæ possessiones de-
beant in necessitate obsequium. Sicut enim †* 11
*Regalis potestas patrociniũ, quod debet alijs,
non potest non dare, sic ipsa possessio ab Eccle-
siasticis*, quem ad id firmandum D. Hila-
rij pronũciatum suadere potuit in *Com-
ment. in Matth. cap.* 23. relatus *supra quæst.
antecedenti*, vers. *Quod verò inter profana,
num.* 20. *ad finem*.

Existimat ergo hic Auctor, ob neces-
sitatis casum Ecclesiæ rerum vsum, ip-
samquè iuris dicẽdi facultatem ad Prin-
cipes, vnde manauit, redire, vel ex eorũ
fructibus eis ministrandum. Quorum
primum de iurisdictione absolute in præ-
sens nobis asserere non expedit, nisi in
casibus in præcedenti *quæstione* relatis se-
cun-

cundùm cum moderatione, quæ quoad Patronos pauperes seruari solet, quibus Ecclesia sucurrere tenetur *cap. nobis* 25. cum alijs iuribus allegatis *in gloss. vltim. de iure patronatus*. Tantùm ex eius dictis, assumo, necessitatem multa suppeditare. Inde ob eandem rationem, vitandique instantis periculi causa iurisdictio
12 manualis, ac coactiua † in priuatos homines, ac minùs capaces transfertur, sicuti vbi iudex longè absit, nec res moram sufferat, vel vbi adsit, opemque ferre renuat, *l. ait Prætor, §. Debitorem, D. de his, quæ in fraud. credit. l. generali, C. de Decurion. lib.* 10. & probat in his terminis, Griuellus *decis.* 30. *Dolana* ex *Benedicto in verbo vxorem, decis.* 2. *num.* 163. egregiè ad rem Dominicus Sotus *in* 4. *sentent. dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 1. nam vbi discrimē postremum immineat, nec alio pacto vitari possit, quàm proprijs viribus, & conatu, vnusquisque sibi non tātùm in priuatum quempiam, sed in publicam personam Ecclesiasticam quoque iudex est, cùm res ad priora naturæ principia reuertantur, vt ex Consulto habemus in *l. vt vim, D. de iustit. & iur.* quod omnes ferè Theologi (*Azorium, Bonacin. & Grauinam* si excipias) admittunt, extendūtque
13 † vt etiam in Papam defensio, si necessitas vrgeat, exerceri possit, ita Caietanus *opusc. de potestat. Pap c.* 27. & post *Victor. Couarru.* & alios, *Suarez ad Reg. Angl. lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 30. *Henric. de Pontificis clave*, Molin. *tractat.* 2. *disp.* 31. & prope innumeri, quos alibi congessimus, cum Corduba *lib.* 4. *quæst.* 10. *dist.* 10.

Præmissis hisce pro quæstionis diffinitione, ita distingui oportet, quòd si
14 quærimus, an Magistratibus † laicis Clericos ad suos fructus vendendos cogere in vniuersum liceat, id negatiuè resoluendum sit. At si casum necessitatis adijciamus, cum temperamento affirmandum, vt nempe instante necessitate, frementibus populis, ac vim meditantibus, Episcopo, vt id pro sua potestate præster monito, nec opem ferente, ad scandala, ac priuatas iniurias auertēdas, Magistratus extraordinaria potestate vtendo, id per se præstare possit, & debeat. Hoc enim casu publicæ vtilitati consulitur, damnaque imminentia auertūtur, nimia Ecclesiasticorū cupiditas coercetur, de munere status proprij admonentur; ac denium ab Ecclesiasticis inuidia populorum remouetur, amor conciliatur.

Neque enim dubium esse potest, quin
Clericorum † statui pugnet, pretia ali- 15
mentis intendere, famę populos vrgere, cùm potiùs ipsi spontè de suo nullo pretio præstare tencātur, non vt Christi sectatores tantùm, sed vt discipuli Apostolicum locum implentes, arctiori disciplinæ addicti, vt adnotat rectè Driedo *de libert. Christiana cap.* 4. his verbis: *Magnus profectò abusus Prælatorum, qui ex pretijs fructuum Ecclesiasticorum (quos oportebat dispensari pro occurrētibus pauperum, aut aliorum piorum locorum necessitatibus) annuis Ecclesiarum prouentibus cogēdis vacant, copulantes agrum agro, iuxta Isaiæ vaticinium, arescentibus, passim præ penuria tot pauperibus, tot pupillis, tot viduis, tot orphanis, tot ægrotis, & calamitosis constrictis angustia famis, atque vestitus, quod de directo præcepta Apostoli se opponit ad Timoth.* 1. *capit.* 3. 8. *Diaconos, inquit, similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes ministerium fidei in con-*
scientia pura. Quid † quòd omissa, ac oblita 16
huiusmodi regula, maximum ordini huic dedecus nascitur, ac ob priuatas opes promouendas, verus Ecclesiæ typus deseritur. Meliùs, & apertiùs D. Hieron. *lib. de septem Eccles. ordinibus*, relatus *in capit. Diaconi dist.*
93. *Nunc autem ex quo in Ecclesijs, † sicut* 17
in Romano Imperio creuit auaritia, perijt lex de Sacerdote, & visio de Prophetas; singuli quippe per potentiam Episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicitè, absque Ecclesia vendicauerunt totum, quod Leuitarum est, in suos vsus redigunt. Nec hoc solùm, quod sibi adscriptum est, vendicant, sed cunctis auferunt vniuersa (& deinde) *solus Episcopus incubat bonis, solus vtitur ministerio, solus vniuersa sibi vendicat, solus partes inuadit alienas, solus occidit vniuersos. Hinc propter auaritiam*

Sa-

18 *Sacerdotum ſæpe odia* † *cōſurgunt, hinc Epi-*
ſcopi accuſantur à Clericis, hinc Principum
lites, hinc deſolationis cauſa, hinc origo fit cri-
minis. Et ſtatim comparatione facta ad
laicos, quibus aliena commoda interci-
pere nō licet, addit: *Quantò magis qui Ec-*
19 *cleſiæ Dei præeſt, debet ita* † *ſeruare in om-*
nibus iuſtitiam, vt ſolùm ſibi vendicet; quod
ſui iuris eſſe cognoſcit, aliena non rapiat, aliena
non contingat, æqualem ſe cæteris faciat. Bea
tus quoque Seuerus Sulpicius *lib. 1. ſacræ*
hiſtoriæ, multùm conqueritur de hac Cle-
ricorum habendi contra Dominica præ-
cepta cupiditate: *Etenim*, ait, *præcepti hu-*
ius nō ſolùm immemores, ſed etiam ignari mi-
hi videntur, tanta hoc tempore animos eorum
20 *habendi cupido, veluti tabes* † *inceſsit, inhian-*
tes poſſeſsionibus, prædia excolunt, auro in-
cubant, emunt, vendunt què, quæſtui per om-
nia ſtudent ante hos Cyprianus *tractat. de*
lapſis, & alij infra *quæſt. 5. num. 1.* Quod
cùm nimiam ſacro ordini inuidiam cō-
pararet in Cabilonenſi Concilio Ca-
roli Magni tempore, malo huic, his ver-
bis occurſum fuit. *Eccleſia verò Sancta, nō*
21 *ſolùm fideles ſpoliare* † *non debet, quin po-*
tiùs in opibus opem facere, vt debiles, paupe-
res, viduæ, orphani, & cæteri neceſſitatem pa-
tientes à ſancta Eccleſia, vt puta à pia ma-
tre ſubſidium accipiant. At in Prouerbijs
capit. 11. verſ. 26. ita pronunciatur. *Qui*
abſcondit frumenta, maledicetur in populis,
benedictio autem ſuper caput vendentium, &
D. *Ambroſ. lib. 3. offic. cap. 6. Cur*, inquit, *ad*
22 *fraudem conuertis* † *naturæ indulgentiam,*
quæ copioſas dat fruges? cur inuides vſibus
hominum publicos partus? cur populis minuis
abundantiam? cur affectas inopiam? cur opta-
ri facis à pauperibus ſterilitatem? cùm enim
non ſentiunt beneficia fœcunditatis, & au-
ctionante pretium, te vendente frumentum,
optant potiùs nihil naſci, quàm te de fame pu-
23 *blica negociari.* Et inde *latrocinium* † *hoc,*
an fœnus appellem? captantur tanquam leno-
cinij tempora, quibus in viſcera hominum du-
riùs inſidiatur, obrepes *lucrum tuum dam-*
num publicum eſt. Quantùm hæc autem
perfectioni Eccleſiaſticorū aduerſentur,
nemo non videt. Reliquum ergo eſt, vt
nihil in huiuſmodi rebus fauoris Clericis
tribuamus. Adhærendum ergo regulari-
ter videtur *Dignæ* dicēti, munus hoc co-
gendi † ad Prælatos Eccleſiaſticos pri- 24
mum pertinere, ſemel enim quòd Cleri-
ci à Magiſtratibus exempti fuerunt, om-
nis coactio iudicialis ad ſuos iudices ſpe
ctat: affirmare verò ob inſtans pericu-
lum ab ordinatio laico (propter negli-
gentiam Prælati) id præſtandum quādo-
què eſſe, præmiſſæ concluſioni minimè
contradicit; nam ob neceſſitatem ordo
ſeruari † non permittitur, naturaquè ipſa 25
diſpenſat, vt quoquo modo humanæ im
becillitati ſuccurratur, fictione, ſi opus
eſſet, adhibita, vt cenſeatur ordinario lai
co à Pontifice conceſſa poteſtas, ſicut
in *l. Barbarius 3. de offic. Prætor.* indican-
di facultas incapaci tributa per prius
per eum, ad quem ſpectat, cenſetur:
Cùm etiam, inquit, *potuit populus Romanus*
ſeruo decernere hanc poteſtatem; facit *cap. vt*
famæ in fin. de ſentent. excommunicat. cum
traditis hoc *lib. 2. quæſt.*

Nam credendum non eſt, Pontificem
Summum ouium † Chriſti paſtorem, ob 26
aliquas ſingulariter fouēdas, cæteras om
nes perire velle: quinimo certò exiſtimā
dum, communi ſaluti potiùs, quā vnius,
vel alterius temporali cōmodo promitu-
rum, ac conſulturum, vt ipſe fatetur in
c. ne morſum 24. q. 5. D. Ambroſ. *ſermon.*
8. in Pſalm. 118. verſ. 2. relatus in *c. 29.*
eſt iniuſta 24. q. 4. præcipuè cùm Clerici,
qui id agunt, vt ſublatis, abſconditiſquè
cibarijs alimentorum pretium intenda-
tur, ac violenta fames ſuccedat, contra
proprij ſtatus munus pugnent, ac exem-
ptionem ipſam in malum vertant, vnde
illam in actu illo ſpecifico ſaltē amittere
† merentur, vt in *cap. vt priuilegia 23. de* 27
priuileg. & exceſsibus. Benè in *l. 2. C. de pri-*
uileg. ſcholar. lib. 12. Innocent. *in cap. licet*
ex ſuſcepto n. 1. de foro compet. Seſſe latè *de-*
ciſ. 417. Angulian. *de legib. lib. 3. contr. 33.*
Ac ad rē, *Honorius 3. in c. ex literis fin. de*
vit. & honeſt. Clericor. ex corpore, ibi: *Cùm*
prædicta in Clericalis ordinis priuilegiū redūn
dare noſcuntur, & Clericorū vita generare nō

debet laicis scandalum, sed præstare honestatis exemplum, &c. Præcipiens inde Clericos negotiatores monitos à Clericatu pelli, interim autem, vt cognoscantur statum seruare, ac eis subiacere, vtquè in huiusmodi à Prælatis Ecclesiasticis non defendantur, de quo infra *quæst.* 16.

Mirandum ergo minimè erit (si hæc ita sunt) cur Ortizius *in summa c.* 4. *num.* 9. Salas *de emptione & venditione dub.* 9. *num.* 2. Valer. *in different. vtr. fori*, verbo, *Clericus, different.* 3. *num.* 3. dixeriut, posse
28 id per seculi Magistratus † præstari; nam (per ea quæ præmisimus) vbi necessitas immineat, ac periculum rimeatur (qui est casus *à Diana* in themate propositus) hoc omni iure licitum apparet, etiam priuatis; at vbi priuato cuilibet conceditur, fortiùs Magistratui aliqualem potestatem habenti concedendum est, cui rationi cùm applaudat *P. Diana*, quo pacto Scribentibus illis non annuat, ne scio, nisi fortè necessitatem non quamlibet, sed illam demum, quæ vltima sit
29 admittat, ob quod aduertendum † est, illam, per quam omnia communia efficiuntur, & vnicuique libertas de alieno sumendi tribuitur, vitare teneri Magistratum, neueeueniat, anteuertere, *l.* 4. *in fin. C. ad leg. Cornel. de sicar. l. æquissimum, D. de vsufruct.* Majora enim incommoda Clericos sequerentur, si vnicuique rapere ea, quorum indiget, concederetur: ac perinde satius est ad vendendum illos
30 cogere, quã vt eripiatur † per tumultus permittere, & ne restituatur, conniuere. Accedunt premissis tradita per Episcopũ Couar. *in c. possessor part.* 2. §. 4. *n.* 9. Molin. *Theolog. disput.* 3 1. *col.* 8. *vers. Sexta cõclusio*, Nauar. *in Manuali c.* 2 3. *n.* 88. Soto *in* 4. *sentent. dist.* 2 5. *q.* 2. *col.* 4. ac disputata *in decis.* Cõsilij Neapolitani penes Franch. *decis.* 9. affirmãtes, posse in huius
31 modi licitè † statui, ac vt statuta semel seruẽtur, curari, ne in vltimum discrimẽ Respublica adducatur, cuius decisionem supra proximè tutati pro viribus sumus.

Reliquum est, vt adductis contra Decretalibus satisfaciam. Allegãtur primò duo textus *in titulo de immunitate Ecclesiastica capit. non minus, & capit. aduersus*, quorum neuter ad propositam quæstionem respicit; nam in primo de potestatibus Laicis sic asseritur: *Quòd onera sua ferè vniuersa important Ecclesijs, & tot angarijs † eas affligunt, vt eis quod Hieremias* 32
deplorat, competere videatur, Princeps Prouinciarum facta est sub tributo, siue quidem fossata, siue expeditiones, seu alia quælibet arbitrentur agenda, ae bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & pauperum Christi vsibus destinatis volunt ferè cuncta compleri. Deinde sic disponit, *quocirca sub anathematis districtione fieri de cætero talia prohibemus, nisi Episcopus, & Clericus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint, vt absque vlla exactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum non supersint facultates, subsidia per Ecclesiam existiment conferenda.* Quæ Decretalis tantùm abest, vt præmissa destruat, quantum adest, enunciatis supra quam maximè fauere; nam ex volũtarijs etiam præstationibus casum non solùm necessitatis, verùm quoque vtilitatis separat, duabus restrictionibus adiectis, vt Episcopus, & Clericus necessitatem, vel vtilitatem vexam esse agnoscant: iterùm, vt in subsidium, & postremò de Ecclesiæ bonis † præstentur. Quorum vtrumque 33
interuenire in nostro casu præmisimus, notoria nempe (quæ cognitionem suppleat) necessitas, per ea, quæ tradidimus supra *lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 9. & alterum, quòd in subsidium, deficientibus laicorũ alimentis, id permittatur, dum supponimus, ita demum exponi venalia Clericorum frumenta, si ex alijs publica necessitas subleuari non possit, vel vbi ex retẽtione peneś eos, & occultatione pretia nimiũ intẽdantur, timeaturque, ne plebs grauata tumultuet. Idẽ procedit quoad *cap. aduersus*; nam in eo præmissa Decretalis hoc adicẽto firmatur, vt *ad vitandã in prudentiam † Prælatorum Summus Pontifex consulatur*, quæ qualitas in præsenti 34
neutiquam desideratur, dũ famis vrgẽt similem moram non permittit, per quod reducta re ad naturalem defensionẽ consultationis, moræque necessitas cessat,

cum

cùm maximè de imponendo aliquo Clericis onere nō agatur, quos terminos Decretalis antecedens supponit in *capit. non minus*. Iterum adducitur *cap. quamquam de censib. in 6. Quo guidagia, & pedagia ex mercibus Clericorum exigi prohibentur, dummodo propria sint*, † *neque negotiandi causa*
35 *deferātur*, qui casus nullam cum eo, quod disputamus, cognationem habet, quinimo si aliqua ex ea ratio perrahi ad præsentem posit, satis percipimus, priuilegiū nullum fauere Clericis, vbi quæstus
36 causa res ad vsum † venales retinent, ac commercia gerūt: dicitur etiam ibi Ecclesiarum, & Clericorum bona pauperū vsibus inseruire, quod præmissis congruere videtur. Demum & *Bullæ Cœnæ* Canon adducitur, qui præmissis in iure dispositis accedit, nec nouam aliquam ad præsentem speciem dispositionem annectit.

Quòcirca manet: Cōclusio triticum aliaquè alimenta etiam Clericorum per Magistratus venalia exponi posse, vbi cū necessitate, dissimulatio Prælatorum ne vendantur, accedat, quibus primitus vetare, ne Clerici contra charitatē alimenta, ideo abscondant, vt pretia augeantur,
37 incumbit; nam aliàs homicidæ efficent, † atque irregularitatem incurrerēt, vt colligitur manifestè ex *cap. pasce distinct. 86. ibi: Quisquis pascere hominem poteras, si nō pauisti, occidisti*, quod omnino, etiam à seculi iudice vitandum est.

QVÆSTIO X.

An Minister laicus spoliare posit Clericum armis prohibitis?

EPITOME.

1 *Armorum prohibitio, ac concessio solius Principis est.*
2 *Belli, & pacis auctoritas penes Supremum Principem est.*
3 *Paci omnium conuenit, ne armorū tractatio posit, præter quàm à Principe cōcedi.*
4 *Maiestatis ius est arma concedere; in illud peccat, qui per se illis vtitur.*
5 *Romani nihil magis curauere, quàm ne arma, nisi iussa publicè haberentur.*
6 *Summus Pontifex in Statu proprio rigidissimè armis abutentes punit.*
7 *Rex Hispanus in suis Regnis multa super armorum vsu constituit.*
8 *Clerici in Gallia pro armorum vsu à laicis iudicibus coercentur.*
9 *Armorum quæstio in Imperio ad quæstionem pacis publicæ refertur.*
10 *Clericis per Christum Dominum non solùm ad vindictā, sed ad animaduersionem arma vetantur.*
11 *Apostoli prohibiti armis Dominum vindicare.*
12 *Prelati monentur à D. Petro, ne vi vtantur, sed Pastorum more agant.*
13 *Pastoris officium quale secundùm D. Bernardum?*
14 *Episcopis arma debuissent permitti, vt capitibus Cleri.*
15 *.... præcipitur per Apostolum, ne percussores sint.*
16 *Arma militiæ Clericorū spiritualia sunt*, & num. 32.
17 *Potestas Apostolica in ædificationem, non in destructionem.*
18 *.... consistit in doctrina, suasu, auctoritate, exemplo.*
19 *Patres vetustissimæ Ecclesiæ exemplo, ac doctrina omnē māsuetudinem docuerūt.*
20 *Arma Christus abstulit, exarmando Petrum*, & num. 25.
21 *.... vsque ad capturam Christi licita fuere, post impletas prophetias cessauere.*
22 *Arma tractaturos Clericos contra Dominica præcepta Dominus prædixit.*
23 *Fletus, ac orationes arma Christianorum, & Clericorum*, & num. 32. & 41.
24 *Iuliani Apostatæ exercitus omnis ex Christianis constabat.*
25 *Arma nequaquam Christus, neque ad defensionem Apostolis permisit.*
26 *Gladij duo nō sufficeissent ad Dominicam capturam impediendam.*
27 *Arma habere in potētia voluit Dominus Apostolos, vt illa volentes deponere scirent;*
28 *.... si quis dicit iniquè prohiberi, Dominum iniquitatis arguit;*

29 *Arma Euangelicæ doctrinæ possidenti nihil deest.*

30 *Legiones Christi Domini diuersæ à legionibus seculi.*

31 *D. Ambrosius potiùs mori voluit, quàm armis (cùm posset) Ecclesiam defendere,* & num. seq.

33 *Potestas alia præter vsum Christi Domini, Christiana non est.*

34 *Arma humana posse patrocinari Deo stultum est credere.*

35 *Christus Dominus inopiæ arguitur, dum pro eo arma corripiuntur.*

36 *Arma Phineæ figura degradationum, & censurarum.*

37 *.... visibilia in Ecclesia secundù Christi institutionem cessarunt.*

38 *D. Gregorius Papa potuit expellere Lōgobardos, & per vim noluit.*

39 *D. Petrus quo pacto Pontificiam gesserit dignitatem?*

40 *Pontifex in temporalibus Constantinum repræsentat.*

41 *Pro Ecclesia ad mortem pugnandum, sed quomodo statim.*

42 *Ecclesia non ferro, sed verbo scorpiones occidit.*

43 *Pontifex habet gladium in nutu, quatenus innuere potest, quandò eo vtendum sit.*

44 *.... siquando innuat Imperatori, vt gladio in hostes Ecclesiæ vtatur, & nolit, quid agendum?*

45 *Imperatoris manus succurrere Ecclesiæ fluctuanti.*

46 *Gratianus probus vir, sed Decretorum corruptor.*

47 *Pontifex Episcopis armorum vsum non concedit.*

48 *Christus Dominus mundum patientia, non potentia superauit.*

49 *Arma Regni, & arma Sacerdotij à Christo discreta.*

50 *Armorum vsus ab aliquibus Pontificibus vsurpatus non per hoc illa reddit licita.*

51 *Legibus, vel Cōciliorum edictis causæ terminantur, non armis.*

52 *Arma, & gladij in Euangelio positi non denotant potestatem temporalem Pontifici traditam.*

53 *Extrauagans Bonifacij: Vnam sanctam in sensu Mistico fundatur.*

54 *Arma, & gladios Euangelicos denotare potestatem temporalem Prælatorum si quis dicat, imperitus est Augustino.*

55 *Tributa præstanda, & gladij timendi, de Principum gladijs sermo est, sicut de tributo eis debito.*

56 *Inobedientes Regibus, & Deo, impij reputantur.*

57 *Clerici armis vtentes excommunicantur, etsi cum eis non deliquerint.*

58 *.... in suum statum ex Diametro pugnant ex armorum vsu.*

59 *Pontifex non dispensat in repugnantibus Statui Clericali, ipso manente.*

60 *Pontifices acribus pœnis Clericis arma vetuere.*

61 *Episcopi, & Clerici ad exercitum ad ministranda Sacramenta remissi.*

62 *Ecclesia corporalia nesciens arma, Dominum propugnatorem expectat.*

63 *.... post excommunicationem mintam, nihil habet facere.*

64 *Brachij secularis imploratio frustranea, dato in Ecclesia armorum vsu.*

65 *Leo IV. Pontifex purgat se coram Ludouico, quòd populum Romanum armasset.*

66 *...., idem agit, super coniuratione falsò accusatus.*

67 *Arma Clericis permittere solius est Principis secundùm aliquos.*

68 *Prohibita an fuerint iure Euangelico, an Decretalibus Pontificum?*

69 *Arma Diuus Thomas cùm vno loco videtur Prælatis concedere, alio negare, quomodo capiendus?*

71 *Arma licèt Clericis vetentur, Christianis laicis licita sunt, nec Euangelij vlla lege prohibentur.*

72 *Prælati quærentes dominari, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi.*

73 *Pontifex quatenus temporalem statum obtinet, arma licitè tractat, ad illum tuendum.*

74 *Temporalia pacificè sine armorum tutela non possidentur.*

75 *Pontifex vsque ad hunc diem nullis Clericis arma permisit.*

79 Ar-

DVplicem præsens quæstio inspectionem continet, priorem de auferẽdi, secundã de retinendi iure. In priori paucis exceptis, omnes concordant, de secũda tam Canonistæ, quàm Morales inter se nõ modicè discrepãt. Nobis pauca in vtraquè aduersùs nouissimos Scriptores tradẽda sunt, vt de prioris, & integrioris Ecclesiæ more patescat; his tantùm præmissis. De armorũ libero vsu, omnimoda prohibitione, licito permissu in omnibus, siue priscis, siue recentioribus Rebus
1 publicis, † Regnis, & Prouincijs (vt quæ ad pacem, & tranquillitatem subditorũ, ac communem totius, vt totius vtilitatẽ, vel perniciem refertur) sicuti de bello, & pace cum exteris gẽtibus statuere, ad so-
2 lum Principem † pertinere, atque maiorem eius præeminentiam esse, qua spreta, vel omissa, periclitari omnia posse, ac in summum discrimen adduci. *Ordo na-*
3 *turalis † paci mortalium accommodatus*, inquit D. Augustinus *lib. 22. cap. 75. contra Faustum, hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas, atq; consiliũ penes Principes sit.* Huic ordini se conformem reddidit Plato *in vltim. de legib. libro.* Romani quoque
4 ad ius † maiestatis id etiam retulere, per legem latam à Lucio Cornelio Sylla, vt in *l. 3. D. ad legem Iul. Maiestat. & in C.*

in C.tit.vt armorum vsus in suo Principe interdictus sit, vnica constitutione priuata, & publica arma vetantur. *Nulli*, inquiūt Valētinianus, & Valens, *prorsus nobis insciis, atque inconsultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur*, de vetustissi-
5 ma † Romanorum lege testatur Liuius *lib.34.num.14.* quem ad præsentem speciem retuli *in C.ad leg.Federici, nota 98. fol.261.* Republica Romana deleta, diuisisque Prouincijs, vnusquisque Princeps suo dominatui similiter consuluit,
6 Summus Pontifex † in suo, cæteris rigidior plures in id Constitutiones edixit, ac adamussim seruari facit, quorum meminit Farinac. *de Inquisit.quæst.108.* inter cæteras, per nos in dicto *C.fol.260.* illa Pij V. refertur, qua perduellionis, ac Maiestatis crimine notat armorum certas species gestantes. Rex noster itidem
7 in † Hispaniarum dominatu plura in idem statuit, inter quæ est *l.51.tit.19. lib.8.Ordinationum*, proditionis pœnam imponens. In Neapolitano Regno habetur *Constitutio intētionis nostræ, &c.* In Siculo sunt plures, quas nos præmisso loco glossauimus. Apud Gallos eædem, quarum meminit *Petrus Gregorius Tolosanus in sintagm.iur.vniuers.lib.36.cap.26.* Quibus legibus ibi Clerici quoque tenentur,
8 † etiam quòad mulctam ab eis per Magistratus exigendam, vt per Carolum de Grassalijs *de Regalibus Franciæ lib.2.iure 17.* vt aduertit Couarru. *pract.cap.33.ad finem, vers. Apud Gallos.* In tota quoque Imperiali ditione armorum vsus ad pa-
9 cis, † maiestatisquè titulum pertinet, quo & in Ecclesiasticos animaduerti potest, vt *in Constitutione Henrici de pace tenenda, §.Clericis*, & in nouissima *Recopilat.legum Imperialium, tit.de armis eorumquè vsu.*

10 Iterum Clerici à Domino, † atque Apostolis non tantùm ad priuatam vindictam, verùm etiam ad publicam animaduersionem armis vti prohibiti sunt. Nam cùm per mysterium Christus gladios, vendiris etiam tunicis, emēdos diceret, duosquè discipuli prę manibus obtulissent, vt illis † tam in conflictu Dominicæ capturæ, quàm alio in euētu vterentur, negatum omnino est. 11 *Conuerte*, inquit, *gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt, Matth.26.* dixerat antea *cap.11. discite à me, quia mitis sum, & humilis corde* Petrus † verò in eūdem sensum Prælatos omnes monet, ne vlla vi manuali 12 vtātur: *Pascite*, inquit, *qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundùm Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.* In quibus verbis illud mirari oportet, Apostolum tot sinonimis ad inhibendā vim (cum vno id verbo insinuari potuisset) vsum. Sat enim erat dicere, *vt gregem pascerent*, quò omnis percussio, ac vis remora censeretur. Cùm si animaduersionem inducere voluisset, verbo, *Regere* id satis explicasset. Quinimo addit, *non coactè, sed spontaneè*, & iterum *voluntariè, neque vt dominantes*, vt per hāc similium multiplicationem præsenti corruptelæ apertiùs occurreret, quando liberum armorum vsum, atque vis adhibendæ ad Ecclesiæ libertatem referimus. Quòdquè si per Magistratus Clericis arma auferantur, si Prælatis ad armamentarium fortè construendum non consignentur, illi derogatum videatur. Cùm ècontra Apostolorum Princeps pacificam Pastoris prouidentiam, non Rectoris violenti speciem in Ecclesia inducat. Benè *D.Bernardus ad Eugenium lib.4. Euangelizare*, inquit, *pascere est, fac opus Euangelistæ, & † Pastoris opus impleſti.* Paulus quo- 13
que Episcopum instruens, † caput, ac 14 normam cuiusquè Cleri, cui spiritualis iurisdictio data est, ac cui perinde armorum vsus (si Christianæ professioni conueniret) præ omnibus licere debuisset, sic ait *ad Timotheum 1.cap.3. Oportet † Episcopum irreprehensibilem esse, non violentum, non percussorem, sed modestum, nō litigiosum, non cupidum.* 15 Apertiùs de propria, & Apostolica potestate locutus in prima *ad Corinth.cap.10. Rogo autem vos,*

ne

ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos, tanquam secundum carnem militamus,
16 *nam arma militiæ nostræ nō carnalia † sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinē extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Cùmquè in reliquo epistolæ Corinthios increpasset, suamquè supra quædam Euangelizantes, virtutem extulisset, cæterisquè Apostolis æquasset, tandem in fine, *cap.* 13. subiungit. *Ideo absens hæc scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatem, quam dedit*
17 *Dominus mihi in ædificationem, † & non in destructionem,* vt per hæc semel pro semper Apostolici muneris successores naturam propriæ potestatis agnoscerent, qua quidquid destruere potest, quidquid carnalem militiam olere, armorum strepitum, vim, arrogantiam, id omne sibi vetari scirent; idquè tantùm, quod ad con-
18 uincēdos † suasu, sermone, doctrina, auctoritate, exemplo, subditorum intellectus pertinet, proprio muneri cōuenire. Idem & Canones qui Apostolis tribuūtur, docent, præcipuè *cap.* 26 hoc addito, *nusquam Christum Dominum terrorem incutiendum à suis Ministris, docuisse.* Post Apostolos vetustissimi, integerrimiquè Patres, qui Dominica instituta recenti traditione cum lacte ab Ecclesia suxe-
19 runt; idem opere, ac verbo † nostram ad instructionem tradidere. Tertullianus Presbyter, qui ducentis post Christum passum circiter annis scripsit *in lib. de idololatria cap.* 19. de armis militiæ, an deceant, ait: *Quomodo autem bellabit, immo quomodo et iam in pace militabit sine gladio, quem Dominus abstulit? nam etsi adierant milites Ioannem, & formam obseruationis acceperant, si etiam Centurio crediderat, omnem*
20 *postea militem Dominus † in Petro exarmando discinxit,* D. Basilius *reg.* 251. quærit: *Quomodo vetat Dominus, Lucæ* 10. *sacculum, & peram in via ferre, aliàs verò cap.* 22. *eiusdem Euangelistæ, Qui habet,* inquit, *sacculum, tollat similiter & peram, & qui nō habet, vendat tunicam suam, & emat gladiū,* & respondet his verbis: *Hoc ipse Dominus dilucidat, cùm ait, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me, & cum iniquis deputatus sum. Continuò enim postquā prophetia † impleta est, Petro aiecit, conuerte gladium tuum in locum suum, omnes* 21
enim, qui acceperint gladium, gladio peribūt; ita vt præcipientis non sint hæc, sed nunc qui habet sacculum tollat, vel tollet (ita enim plura habent exemplaria) *sed prædicentis Domini fore, vt Apostoli donis, † & lege Do-* 22
mini obitutioni traditis, gladiū auaerēt vsurpare, quod verò imperantium loquendi modo prophetico loco sæpius vtatur scriptura, notum est, eandem expositionem D. Athanasius adhibuit *in libro,* cui nomen *dicta, & interpretationes Parabolarū Sancti Euangelij, quæst.* 33. S. Gregorius Nazianzenus *orat.* 1 *in Iulianum: Coercitus est,* inquit, *Dei clementia, & lachrymis Christianorum, † quæ* 23
nullæ iam, & à multis effusæ; cùm solum hoc contra persecutorem haberent remedium. Constat tamē eo temporis Christianos armatorum copijs, quàm maximè floruisse; omnis enim Iuliani † exercitus ex Christianis compactus erat, Ruffino *te-* 24
ste lib. 2. *cap.* 1. Socrate *scol lib.* 3. *cap.* 22. Theodor. *lib.* 4. *cap.* 1. & D. Chrisostomus *homil. 20 cap.* 16. *epist. ad Romanos,* ad postrema verba, *salutat Priscam, &c.* in explicatione verborum Dominicorum, *vendat vestem suam, & emat gladium,* ita fatur, *qui dicit, si quis te percusserit in dextram maxillam, obuerte ei & alteram, qui præcipit, vt benedicamus his, qui nos conuicijs lacessunt, feramus insidiantes, oremus pro persequentibus, nunc armat? armatquè vno gladio, & quomodo hæc rationi consona sunt?* Postmodum verò cùm qualitatem, ac exiguitatem armorum hostibus imparē aduertisset, addit, *quare hoc dicit? Iudæorū insidias vindicare volebat, idquè manifestè, nō per ænigmata, ne secum iterum confunderentur* (& post aliqua.) *Non ergò igitur sentimus, quòd talibus verbis iusserit haberi gladios, sed quòd per gladios insinuaret, imminere insidias, † & passurum se à Iudæis, quæ pas-* 25
sus est, atque hoc ex sequentibus manifestum est;

est; nam vt dixit, emēdum gladium, mox adiecit, quia oportet adimpleri ea, quæ de me sunt scripta, quòd cum iniquis reputatus sum; discipulis autem dicentibus, hic sunt duo gladij, non intelligentibus dictum ait, satis est.

26 *Tamen si non sufficissent,* † *vel duo, vel tres, vel centum, si humano auxilio eos vti voluisset; quòd si noluit humano auxilio vti, sunt vtique & hi duo gladij superflui.* D. item Ambros. *ad idem Lucæ caput*, ita fatur. *O Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quē vetas promi? nisi fortè, vt sit parata defen-*

27 *se, non vltio necessaria, & videar* † *potuisse vindicare, sed noluisse? lex tamen referire non vetat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, satis est, dicit, quasi licuerit vsque ad Euangelium, vt sit in lege, idest veteri æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfe-*

28 *ctio. Multis hoc iniquum videtur, sed non* † *iniquus Dominus, qui cum se potuit vlcisci, maluit immolari: est enim gladius spiritualis, vt vēdas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia vestiantur; est enim gladius passionis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuijs, ematur tibi sacri corona martyrij,* & postmodum *denique vt scias, quia de passione loquutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum protulit, dicens: quoniam hoc, quod scriptum est, oportet impleri de me, quòd & cum iniquis deputatus est,* & demum concludit. *Duo gladij permittuntur, vnus noui, alter veteris testamenti, quibus aduersùs diaboli munimur insidias, & dicitur, satis est, quia nihil deest ei, quem vtriusque testamenti doctrina munierit.* Idem in præfatione ad eundem Lucam, sic ait: *Ad diuina conuersi acuamus ingenium, exerceamus affectum, vel gladium illum, quem vendita veste, emi Dominus iubet paratum semper, & lucidum, tanquam in vagina mentis repositum habere possimus. Arma enim spiritualia, & fortia Deo ad destruendas munitiones militibus Christi, debent semper esse præsentia, ne cùm venerit Dux cœlestis militiæ, situ nostrorum offensus armorum*

30 *à legionum* † *nos suarum societate secernat.* Hoc ipsum ille exemplo firmauit; nam cùm à Valentiniano, vt hæreticis Basilicam traderet, vrgeretur, haberetquè pro se armatum populum: quinimo Imperatoris ipsi satellites, ac milites pro se starent, † martyrio potiùs se exposuit, 31
quàm vt armis obsisteret, vt in *oratione in Auxentium: Quid ergo*, inquit, *turbamini? volens nunquam vos deseram, coactus repugnare non noui, dolere potero, flere potero, gemere potero, aduersùs arma, milites Gothos quoque lachrimæ meæ arma sunt, talia enim* † *sunt munimenta Sacerdotis, aliter enim nec* 32
debeo, nec possum resistere. Habetur *in capit. conuenior* 26. *q.* 8. D. quoque Hilarius ad Matthæi *verba, cap.* 10. *nolite possidere aurum, &c. non peram in via, neque duas tunicas, neque virgam in manibus*, sic ait: *Neque virgam in manibus, idest potestatis externæ iure non indigi, habentes virgam de radice Iesse; nam quæ alia* † *fuerit, non erit Christi.* 33
Idem iterum in *Auxentium Mediolani Episcopum. Primū*, ait, *misereri licet nostræ ætatis laborem, & præsentium temporum stultas congemiscere opiniones, quibus patrocinari* † 34
Deo humana creduntur, & ad tuendam Christi Ecclesiam ambitione seculari laboratur. Et post multa, *at nunc proh dolor diuinam fidem suffragia terrena commendant, inopsquè virtutis suæ* † *Christus* (*dum ambitio nomini suo conciliatur*) *arguitur. Terret exilijs, &* 35
carceribus Ecclesia, crediquè sibi cogit, quæ exilijs, & carceribus credita est. D. Augustinus *tractat. de fide, & operibus cap.* 2. *Gladium materialem* (inquit) *quo in veteri testamento Moyses, & Phinees vsi sunt, fuisse figuram degradationum,* † *& excommunica-* 36
tionum, quæ in lege noua exercendæ sunt, cùm in Ecclesia † *disciplina visibilis fuerit gla-* 37
dius cessaturus, & lib. 7. *cap.* 7. *contra Parmenianum*, Gladium materialem Principibus exercendum Christum tradidisse affirmat, de quo infra. Gregorius Magnus *lib.* 7. *Regesti cap.* 1. *siue epistol.* 1. *ad Sabinianum*. In manu † sua fuisse testatur 38
Longobardos Ecclesiæ persecutores, eorumquè Regē excindere, ac penitus è solio deijcere, noluisse tamē, quoniam pastorali suo muneri minimè congruebat. *Quia*, inquit, *Deum timeo in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido*, in *cap. si in*

si in morte 23.*q*.8.D.Bernatd.multis in
locis Christi præcepto, Apostolorũ exẽ
plo arma Ecclesiasticis vetita affirmat,
Pontifice(quod magis, vt talis est)nequa
quam excluso, nam *lib*.4.*de consideratio-*
ne ad Eugenium Papam cap.3.ait: *Petrus*
39 *hic est,* † *qui nescitur processisse aliquando,*
vel gemmis ornatus, vel sericis, non tectus
auro, non vectus equo albo, nec stipatus mili-
te, nec circumstrepentibus septus Ministris.
Absque his tamen credidit satis posse impleri
salutare mandatum, si amas me, pasce oues
40 *meas. In his successisti, nõ Petro,* † *sed Con-*
stantino, & in *epistol*.221. *ad Ludouicum*
Crassum, nos Ecclesiæ filij matris iniuriam,
contemptum, & conculcationem omnino dis-
simulare non possumus. Profectò stabimus, &
pugnabimus vsque ad mortem, si ita oportue-
41 *rit pro matre* † *nostra armis, quibus licet,*
non scutis, & gladijs, sed precibus, fletibus-
què ad Deum, & eodem *lib*.4.*capit*.3.ex
ore Pontificis, *Dracones*, ait, *mones me pa-*
42 *scere, & scorpiones, non oues, propter hoc* †
inquam magis aggredere eos, sed verbo, non
ferro. Alibi etiam eodem *libro* 4.*capit*.4.
Quid tu denuo vsurpare gladium têtes, quem
semel iussus es ponere in vaginam, quem ta-
men qui tuum negat, non satis mihi videtur
attendere Verbum Domini, dicentis sic, con-
uerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo
43 † *& ipse, tuo forsan nutu, & si non tua manu*
euaginandus, alioqui si nullo modo ad te per-
tineret, & is dicentibus Apostolis, ecce duo
gladij, non respondisset Dominus, satis est, sed
nimis est. Vterque ergo Ecclesiæ, & spiritualis
scilicet gladius & materialis, sed is quidem
pro Ecclesia, ille verò & ab Ecclesia exeren-
dus est, ille Sacerdotis, is militis manu, sed
sanè ad nutum Sacerdotis, & iussum Impera-
toris. Cuius doctrinæ (satis per se claræ)
interpretationem (ne contra scribentis
sensum deturpetur) assumpsit egregiè
Ioannes Paris *de potestate Regia, & Papa-*
li capit.11.ibi: *Signanter dicit Bernardus,*
quòd Papa materialem gladium habet in nu-
tu, quia vbi innuit Papa propter necessita-
tem boni spiritualis, Imperator debet exerce-
re iurisdictionem temporalis potestatis, si ta-
44 *men nolit, vel non videtur* † *sibi expedire*
Papa, non habet aliud facere, quia non habet
ipsum in iussu, sed Imperator tantum, sicut
ipsemet dicit. Exinde *capit*.14, dixit aper-
tiùs: *Ecclesiam habere gladium secularem, nõ*
quidem manu, nec iussu, sed nutu, & supplica
sione. Hoc autem, quod Bernardus ait,
Imperatorem nutu Sacerdotum, & for-
tius ipsius Pontificis gladium distringere
teneri, illud idem est, quod elegantissi-
mis verbis Bonifacius Pontifex *Honorio*
Augusto insinuauit, Imperatoris nempe es-
se Ecclesiæ fluctuanti, † ac periclitanti auxi- 45
lium petenti subsidium ferre, atque sua-
denti Pontifici aures præstare, vt *in c.p.*
Ecclesiæ meæ distinct.97. Qua epistola, nil
solemnius ad Bernardi sensum percipiẽ-
dum. Si præcipuè & illa perpendantur,
quæ per nos supra *quæst*.4.vers. *Atque hoc*
est num.65. & vers. *Quæ omnia num*.72,
& demum, vers. *Ad huius assumpti num*.
82. circa mutuum inter vtramque pote-
statem auxilium, latiori fortè, sed non
superfluo stilo exarata sunt; adhibitis
etiam quæ *in C. Politico* scripsimus *nota*
4.*ad leges Petri num* 21.*fol*.289. & quę
post hæc repertus addit Marta *de iurisd.*
part.1.*cap*.49.*per totum*, omnino adeun-
dus. Gratianus quoque Bernardi † fer- 46
me contemporaneus, vir iudicio Cardi-
nalis Bellarmini *in Barclaium capit*.34.
probus, ac Ecclesiasticæ perfectionis stu-
diosus, etsi ex nimio studio in Ecclesia-
sticos, Canonum corruptor vocetur, vt
refert Iacobus Pamelius *ad Tertulliani de*
Corona militis, ad capit.4.*num*.4.*in medio*,
quod Codicum vitio euenire potuit, ille
quidem *in cap.de Episcopis* 23.*quæst*.8.ex
pręmissorum mente, Clericis, atque E-
piscopis armorum vsum, ne Pontificis
quidem † auctoritate licere (Petri exem 47
plo inducto) affirmat, cùm illa tantùm à
legitima, ac seculari potestate exercen-
da sint. Cardinalis Petrus Damianus
sanctitate, & doctrina conspicuus *epistol.*
ad Firmanum Episcopum: Sicut ergo, inquit,
ipse Dei filius cuncta mundi furentis obsta-
cula, non per districti examinis vltionem, sed
per inuictam superauit † *patientia maiesta-* 48
tem: ita decet mundi rabiem potiùs æquani-
miter

mitèr ferre, quàm vel arma corripere, vel le-
denti læsionibus respondere, cùm præsertim in-
49 *ter Regnum,* † *& Sacerdotium propria eu-*
iusquè distinguantur officia, vt Rex armis
vtatur seculi, & Sacerdos accingatur gladio
spirituali, qui est verbum Dei. De seculari nem-
pe Principe Paulus dicit, non sine causa gla-
dium portat, Dei enim minister est, vindex in
iram ei, qui malè agit. Ozias Rex, qui Sacer-
dotale vsurpat officium, lepra perfunditur, &
si Sacerdos arma corripit (quòd vtique laico-
rum est) quid meretur? Et, post multa. *Ad*
hæc, si quis obijciat, Leonem bellicis vsibus se
frequenter implicuisse Pontificem, nihilominus
50 † *verum esse dico, quod sentio, quoniam nec*
Petrus ob hoc Apostolicum obtinet principa-
tum, quia negauit, nec Dauid idcirco prophe-
tiæ meretur oraculum, quia thorum viri alie-
ni inuasit, cùm mala, vel bona non pro meri-
tis considerentur habentium, sed ex proprijs
debeant qualitatibus iudicari. Numquid hoc
legitur, vel egisse, vel literis docuisse Grego-
rium? qui tot rapinas, atque violentias à Lon-
gobardorum feritate est perpessus? Num Am-
brosius bellum Arrianis, se, suamquè Eccle-
siam crudeliter infestantibus intulit? cansas
51 *igitur Ecclesiastici cuiuscumque negotij* † *le-*
ges dirimant fori, vel Sacerdotalis edicta Con-
cilij, ne quod gerendum est in tribunalibus iu-
dicum, vel ex sententia prodire Pontificum,
in nostrum vertatur opprobrium congressione
bellorũ. Ex nouissimis Scriptoribus, Pō-
tificibus non infensus Cardinalis Bellar-
minus *lib. 5. de Romano Pontifice capit. 3.*
52 ingenuè fateri cogitur † interpretatio-
nem relatam de gladio materiali nequa-
quam concesso ex illis verbis. *Vendat tu-*
nicam suam, & emat gladium. Veriorem
esse, immo verò Dominum de passionũ
suarum angustijs discipulos admonitos
voluisse, atque infert, Bonifacium Octa-
uum mystico sensu vsum fuisse, qui ad
probandam temporalem potestatē, hanc
auctoritatem adducit in *Extrauag. Vnam*
53 † *sanctam de maiorit. & obedient.* Aptior
præmissorum omnium ad hæc percipien-
da est auctoritas D. Augustini *lib. 1. cap.*
7. contra Parmenianum, vbi gladium ma-
terialem penes Principes residere docet,
ibi: *Nisi fortè quemadmodum* † *nonnulli co-* 54
rum sanè imperitissimi hoc intelligere solent
de honoribus Ecclesiasticis dictum esse, vt gla-
dius intelligatur vindicta spiritualis, quæ ex-
communicationem operatur. Gladius ergo
secundùm Augustinum corporalis ani-
maduersio est, quæ penes Magistratum
tantùm residet. Id vt clariùs explicet, sic
addit. *Cùm prudentissimus Apostolus conse-*
quenter lectionis cōtextione satis aperiat, quod
loquatur, ille quippe addidit: propter hoc &
tributa præstatis, innuens, per hoc expli-
cari antecedens, quòd solùm ad laicos
Principes gladius pertinere debeat, &
subdit. *Hoc ergo iam* † *resiat, vt istis disputa-* 55
tationibus suis prohibeant Christianos tribu-
ta persoluere; cùm & Dominus talia sentien-
tibus Pharisæis (quos imitantur isti) nummo
inspecto, respōderit. Reddite, inquam, Cæsari,
quod Cæsaris est, & Deo quod Dei est. Hi ve-
rò ijs vtroque inobedientes, atque impij, † *nec* 56
Deo reddant Christianum amorem, neque Re-
gibus humanum timorem, hæc ille.

Anneetenda quoquè præmissis sunt
Cōciliorum Decreta, Patrumquè in eis
sensus id ipsum sentientium, vt in Syno-
dis *Calcedonensi 7. Tiburiensi 11. & 27.*
Toletano 4. cap. 44. Turonensi 15. & Pictia-
uiensi. In quibus Clerici solam ob armo-
rum gestationem † excommunicantur. 57
Hac ratione adiecta (quia omnis dispen-
satio interdicta censeri debet.) *Arma tra-*
ctare Ecclesiastico statui † *contradicere, cui* 58
precibus & ieiunijs vacare conuenit. Cùm
certum sit, iuxta communem Scholasti-
corum sententiam post D. Thomam 2.
2. *art. 88. ad 11.* Durandum, Conradũ,
Henricum, Paludanum, & alios anti-
quiores, Pontificem ipsum † in rebus 59
pugnantibus cùm Ecclesiastico Statu
(manente ipsius substantia, ac figura)
dispensare non posse, aiunt enim impos-
sibile, esse repugnantia, nisi priùs vnum
immutetur, stare simul posse, puta effe-
cta seculari persona illa, quæ Ecclesia-
stica est. Potest ergo secundùm hanc dō
ctrinam Pontifex Clericum Statui lai-
co restituere, sed manente Clerico ar-
morum vsum ei concedere non posse

videtur, niſi neceſsitas talis accedat, per quam ad ius naturæ redeatur ad *l. vt vim D. de iuſtitia & iure*, & infra traditis *quæſt.* 14. & infra *num.* 67.

Ac propter id exiſtimo, priſcos Pon-
60 tifices † Eccleſiaſticæ regulæ adamuſſim ſeruatores pluribus edictis arma Clericis vetuiſſe. Nicolaus *in capit. inter hæc* 33. *quæſt.* 2. inquit. *Sancta Dei Eccleſia mũdanis numquam conſtringitur, gladium non habet, niſi ſpiritualem.* Zacharias per Bonifacium Nuncium, ad Carolum Ma-
61 gnum, ex conſenſu omnium Franciæ † Epiſcoporum, petente Rege, vt Epiſcopi ad eius comitatum accederent. *Dei ſeruos armari, & pugnare, aut in exercitum, vel hoſtem pergere prohibuit.* Exceptis ijs, qui ad Diuinum miniſterium, miſſarum videlicet implenda ſolemnia, electi fuiſſent, vt vnum ad id, vel duos Epiſcopos, cùm Capellanis, & Presbyteris penes ſe haberent. Ioannes Papa VIII. *in c. porrò* 16. *q.* 3. ibi: *Eccleſiæ corpora, iam neſcientes ar-*
62 *ma ſola † dominum, & propugnatorem ſuũ, quando ei placuerit mittere, ſitienter expectant*; non diſcrepat Cæleſtinus 3. *in cap. cùm ab homine extra de iudic.* vbi poſt cõminatam excommunicationem ſubſe-
63 quitur, *cùm non habeat Eccleſia † vltra quid faciat, per ſecularem comprimendus eſt poteſtatem, ita quòd ei deputetur exilium, aut alia legitima pœna inferatur.* Pluraque alia, quę
64 ad ſecularis brachij † implorationem à Principibus effuſa ſunt, quæ dato in Eccleſia armorum vſu, abundarent vtriquè. Pulchrè Pelagius 2. *in cap. de Liguribus* 23. *quæſt.* 5. cum adductis infra *quæſt. ſequenti*, & quæ conciſè tradidi *in C. ad leges Federici nota* 87. *ex num.* 10.
65 At ſi quis, ſpreta hac regula, arma † (vigente Imperio) exercere tentauit, grauiſsimè increpitus cauſas excuſationis ſedulò præſtitit. Leo nempe 4. vt qui cùm ad Sarracenorum incurſus vitandos populum Romanum armauerit, Ludouico Pio Imperatori huius nominis ſecundo moleſtè id ferenti cauſas, ac excuſationes tranſmiſit. Refert B. Iuo Carnotenſis Epiſcopus *lib.* 8. habeturquè partim excuſationis epiſtola in *capit. igitur* 23. *quæſt.* 8. Atque de eo locutus videtur Cardin. Petrus Damianus *præcitata epiſtola ad Epiſcopum Fundanum* ſupra *n.* 50. relatus. Idem Leo obiectam ſibi ad-
nerſus Imperium † coniurationem, atque armorum motum ſpõtè coram eodem Ludouico ſe purgauit, vt *in cap. nos ſi incompetentem* 2. *quæſt.* 8. de cuius vi ſupra ex D. Thoma diſſeruimus, nihil imperio acceſsiſſe firmante. 66

Demum præſciendum eſt, Theologos illos, qui arma Clericis in defenſionem, aliamve honeſtam ob cauſam, permitti poſſe dicunt, † hoc Pontificis ſo- 67
lius auctoritati, non alterius Prælati tribuunt, atque inter effectus eius diſpenſationis referunt, vt qui ius Diuinum, ac Euangelicum piè interpretando quodãmodo prohibitionem relaxare poteſt, vt ſitint Alagonius, & Salon, pluresquè alij *in* 2. 2. *D. Thom. quæſt.* 64. *art.* 4. Sũt etiam qui præmiſsis auctoritatibus non perpenſis, prohibitionem hanc, non ex naturali, aut Euangelico, ſed Canonum, & poſitiuo iure deſcendere † putant, 68
cui apertiſsimum eſt, Põtificem ad libitum diſpenſare poſſe. Colligunt hoc ex Decretalibus vetãtibus, quodquè in eis, nihil de Diuino Iure mentio habeatur, *cap. ſententiam extr. ne Cleric. vel mon. tot. tit. de Cleric. percuſſore, cap.* 2. *de vita & honeſt. Cleric.* quaſi non poſsit diuinum, ac Euangelicum ius Decretalibus firmari.

Licèt D. Thomæ ſenſus alibi, nempe 2. 2. *quæſt.* 40. *artic.* 2. in oppoſitum ſit abſolutè Epiſcopis, & Clericis † armo- 69
rum vſum negans, qui locus peculiaris eſt; nam dicta *quæſt.* 64. *artic.* 4. de ſuperiore delicta ſubditorum caſtigante iudicialiter, & vindicante loquitur, in quo Decretales eo caſu, id concedunt in *cap. fin.* cum concord. *nè Cleric. vel Monach.* quò per Miniſtros ſeculares iuſtitiam miniſtrent, videturquè de cætero Ambroſij doctrinam potiùs amplexaſſe *dicto Comment. in Lucam lib.* 10. tenentis in Petri perſonam arma Eccleſiaſticis omnibus Euangelica lege inhibita, ibi: *Quaſi*

licuerit vsque ad Euangelium, vt sit in lege
æquitatis eruditio, in Euāgelio bonitatis per-
71 *fectio.* Qui reuera, † cùm de Petro, vt Pe
tro loquatur, non potest rectè ad Chri-
stianos omnes, vt Erasmus perperam pu
tauit, referri, sicut ad rem aduertit Mo-
dernus *de iure belli lib. 1. cap. 2. ex conclus.*
6. ad finem. Sed ad eum, vt Cleri Caput,
vt sentit quoque Gratianus *in dict. cap. de*
Episcopis 23. quæst. 8. vbi per hoc dispen-
sari non posse decernit, de Episcopis
etiam id mea sententia apertissimè do-
cuit, statuitquè Leo Magnus *epist. 82. ad*
Anastasium Episcopum Thessalon. dum cor-
rectionē, quæ ab Episcopis in suos sub-
ditos adhibenda sit, *beneuolentia, non se-*
ueritate abundare docet, exhortationem, nō
comminationem adhiberi, charitatem, non
potestatem. Additquè oppositum seruan-
tes, & ab hac lege discedentes, subditis-
què dominari magis, quàm consulere
72 nolentes, *quæ sua sunt, quærere,* † *non quæ*
Iesu Christi. Hinc exclamat: *placet honor,*
inflat superbia, & quod prouisum est ad
concordiam, tendit ad noxam. Vult ergo
Sanctissimus hic Pontifex, superiores
etiam citra vim, & arma secūdùm Chri-
sti legem subditos suos corrigere debe-
re, multò magis id ipsum Clericis sub-
ditis insinuans, ne armari in seculo con-
uersentur. Cæterùm cùm in oppositis
doctrinis de armorum permissu inter
Christianos agatur, non debet locutio
ad Clericos referri, qui perfectiorem
statum in Ecclesia obtinent, ac Apo-
stolorum institutum imitari debent.

Quidquid autem sit de Pontifice, quē
cùm temporalis principatus hodie co-
73 mitetur, in hoc sermone nequaquam †
comprehendi potuit, nec debuit, nec
enim ipse, licèt vnus ex Episcopis sit, in
omnibus inter eos referendus est, quem
scimus in multis supra cæteros eminere.
Scitè Cardin. Bellarm. *sub nomine Fran-*
cisci Romuli in resp. ad præcipua capita Apo
logiæ meritò pro Catholicis fol. 114. hanc
differentiam, in alijs licèt terminis agi-
tando, inquit. *Verissima est illa sententia,*
debere omnes omnino superiori potestati ob-
temperare, sed quia potestas est duplex, spiri-
tualis, & temporalis, Ecclesiastica, & Politi-
ca, quarum altera Episcoporum, altera Re-
gum est, Episcopi Regibus in temporalibus re-
bus, & Reges Episcopis in spiritualibus sub-
iecti esse debebunt, vt copiosè disputant Gela-
sius I. in epistola ad Anastasiū, & Nicolaus I.
in epistola ad Michaelem. Quoniā ergo Roma-
nus Episcopus non modò summus est Princeps
Ecclesiasticus, cui omnes Christiani diuino iu-
re subyciuntur, sed est quoque in suis Pro-
uincijs Princeps temporalis, neque vllum in
temporalibus superiorem agnoscit, vt neque
reliqui absoluti, & supremi Principes in suis
Regnis, & ditionibus, inde fit, vt ipse nullam
supra se potestatem in terris habeat. Addo
ego nec vllum, qui arma ne moueat, ei
interdicat; cùm & pro sua temporali di-
tione tuenda, ac pacificè seruanda, ar-
mis, † sicut cæteri Principes, opus ha- 74
beat, verissimo existente Taciti dicto
ex Cereali lib. 4. histor. Quietem gentium si-
ne armis haberi ne quidem posse, & quæ in
hac eadem quæstione scripsi ad Pontifi-
cis iura tuenda *in C. nota 87. ad leg. Fede-*
rici fol. 232. num. 15.

Quidquid sit, inquam, de Pontifice
(cuius mihi sermo non est) illud comper
tum habeo, armorum tractationem iux-
ta præmissorum traditiones Euangelico
iure Episcopis, multòquè magis inferio-
ris gradus Clericis vetitam esse, nec mo-
ror, posse, vel ne Pontificem, iuxta præ-
missa *num. 58.* dispensare, hoc enim, cū
mei instituti non sit, libenter alijs resol-
uendum relinquo. Verūtamen † nullam 75
huc vsque dispensationem prodijsse, qua
Episcopis, vel Clericis generatim licere
statutum sit (ac perinde prohibitionem
durare) constantissimè affirmo, remque
ex superiùs traditis definiri posse ad-
uerto.

Quibus sic firmatis, facillimum est
præmissæ quæstionis solutionem obti-
nere; nam si armorum † vsus, & prohi- 76
bitio ad pacem Reipublicæ, ac ad sum-
mi Imperij ius pertinet, si Euāgelico iu-
re Episcopis, Clericisue interdicitur, si
Pontifices prohibitionem hanc laxare
ex-

expedi[illegible] hucusquè non put[illegible]runt, quam
ob rationem Clericis in summ[illegible] latum, ex
armorum gestatione peccantibus, ac per
id etiam pacem publicam turbantibus,
auferri illa non possint, non agnosco.
Dicet fat[illegible]ri se, arma Clericis no cō-
uenire, diuersum autem esse, laicis Ma-
gistratibus cognitionē concedere; cū Epi-
scoporū sit in Clericos (si crimē hoc est)
animaduertere. Respondeo, armorū sim
77 plicē ablationē iurisdictionis † actū nō
esse, nec animaduertionis, sed supremæ
potestatis, quę (cōcessa Episcopis in Cle
ricos quoquo iure cognitione) semper pę
nes Principes mansit, vt quibus dispone
78 re de † pacifico statu pertinet, vt dixi, &
fundaui *d. nota* 87. *n.* 9. Gladius enim tē-
poralis consimili gladio retūditur, qui se
cundū Apostolū *ad Romano c.* 10. à pote
state seculari geritur, *q[illegible] non sine causa gla-*
79 *dii portat*. Idcirco licèt Episcopus † pœ
nā gestationis armorū à Clericis priua-
tiuè ad laicū iudice in Hispanicis Regnis
iure exigat; sententiam quoque excōmu-
nicationis à iure prolatā ex *d. c.* 2. *de vita
& honestate Clericor.* declaret, vel arroget,
carcere, vel exilio ob id mulctet: arma
80 ipse quoque, si prior † Clericū inuenerit,
auferat, non ideo quin, & illa auferre Po
liticus Magistratus possit, impediet; nam
sicut delinquētem actu Clericum omni
iure seculi index, & lictor manu capit, vt
ex veriori *quæstione sequenti* ostendemus,
ita quoque excedenti propter armorum
gestationem, in quibus habendis actu de-
81 lictum cōmittit, illa † licitè, iureque per
mittente aufert.
Iterū cū Clerici armorū ex gestatione,
nō modicè Republicā turbent, possint
què ob id magnæ cōmotiones timeri, cū
ipsi ob exemptionē, excessiuum itē nu-
82 merū, ac infirmā † Episcoporū in manus
iniectione auctoritatē, vix coerceri pos-
sint, ad vitandum intestinū hoc, domesti
cumquè bellū, Princeps defensione natu
rali omni iure vti potest, quæ vim vi auer
tere docet, imminentiquè malo sublatis
causis occurrere, quod rectè, nec minus
moderatè vetitis, & ablatis armis fit. Ve
rū enim vero, cū id & priuato cuiquè ad
tuendā † domū & vitā concedatur, ma- 83
gis & Principi licebit, saltē ex societate
illa, quā diximus vtrasquè has Respubli-
cas spiritualē, ac politicā in vno Eccle-
siæ corpore cōstituras post Euangelium
constitu[illegible] supra *q.* 4. *ex n.* 36. *hoc libro & d.
nota* 87. *n.* 11. *ex D. Clemente*; nam vt ex
omniū Theologorum sententia affirmat
Cardin. Bellarm. *lib.* 2. *de Concilijs c.* 19.
agens de resistēdo Papæ Statū Ecclesię
turbanti. *Ad resistendū, † & vim vi repellē-* 84
*dam nō requiritur propriè aliqua auctoritas,
vel iurisdictio.* Cùm vnicuiquè ad sui sta-
tus cōseruationem sufficientē primariò
natura † facultatē, ac aptitudinē (nō adi- 85
to etiam iudice) præstiterit *c. ius naturale*
1. *dist.* *D. Thom.* 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. Victor.
de potest. ciuili n. 3. & pluribus collatis sen
tentijs libaui *in C. Pontico ad leges Iacob.
nota* 28. *fol.* 36. cum alijs infra *q.* 13. vbi
de violentijs arcendis agemus.
Demū certū est, vtrāquè Rempublicā,
siue vnā, alterāmquè potestatē spiritua-
lem, ac profanā, habere ex se media † ad 86
vniuscuiusque finē consequendū apta, ac
sufficientia. Id enim in Dei operibus fir-
mare plus, quā necessariū est, vt in pene
simili cōtrouersia omnes Theologi do-
cent. Ex quibus citauimus Suarez *ad Re-
gem Angliæ lib.* 3. *c.* 35. Bellarmin. *de Ro-
mano Pontifice aduersus Barclaium c.* 7. Vi-
ctoriam *de potest. Eccles. relect.* 1. *q.* 6. *&* 2. *§.
Octaua propositio.* Vbi ita ad tē tatur. *Res-
publica ciuilis est perfecta, & sibi sufficiens,
ergo potest se defendere ab iniuria cuiuscūquè
propria auctoritate, & confirmatur; nā possunt
Principes seruare proprias Respublicas ab in-
iuria † aliarū Rerūpublicarū, non solùm per* 87
modū defensionis, sed auctoritatiuè, &c. Eis-
dē firmiter verbis vtitur Molin. *de iustitia
& iure tract.* 2. *disput.* 31. & Ioannes Pa-
ris. *in fortiori de potestate Regia, & populi c.*
28. *ad* 37. *Licitum (inquit) est Principi abu-
sum gladij spiritualis † repellere eo modo, quo* 88
*potest, etiam per gladium materialem, præci-
puè vbi abusus gladij spiritualis vergit in ma-
lum Republicæ, cuius cura Regi incumbit,
aliàs sine causā gladium portaret.*

X Non

Non esset verò sufficiens, si Clericis
arma, quibus Rempublicā facilè turbare
valent, eripere non posset; nā singulis ho-
ris recurrere ad Ecclesiasticos iudices
89 opus haberet, quibus † morā facientibus,
vel nolentibus, aut demū (quod quando-
què euenit) nō valētibus, aduersus immē-
sura Clericorū agmen, illosquè armatos
opē ferre, Respublicá in apertū discrimē
adduceretur, vt nō semel vidimus, Mes-
sanæ præcipuè Ducis Alburquenquensis
tēpore, & in Neapolitano Regno sæpius.
Contigereque posset, vt antequā reme-
diū præberetur, periret, quod neque vn-
90 quā eueniret, † si laici Magistratus, satel-
lites, & Lictores ex se id præstare pos-
sent, dū ante ortā turbationē ablatis ar-
mis è vestigio seditioni occurreretur. er-
go id eis licere in perfecta Republica ex
præmissis firmandum erit.

Quantum verò ex re sit imminentia
damna è vestigio præuenire, ac auertere
(vbi maximè turbationes status publici
timeantur) dixi, insignibus ex locis supra
quæst.6.num.16.lib.1.

Superest demū nōnulla de secūdo quę-
sito dicere; an nēpe sublata semel arma
retineri per Lictores possint, vel Præla-
tis tradi debeāt? quod facilis resolutionis
est, si quæ premisimus, pōderentur. Om-
nibus nēpe cuiusvis ordinis Ecclesiasticis
arma interdici, nec in hoc (exceptis Pōti
ficibus, & alijs Imperij Principibus, qui
secularē dominationē ex beneficio Im-
peratorū, & Regum vnà cū Ecclesiastica
dignitate coniunctā obtinent) immorari
oportet, nā frustra per id à Prælatis repe
91 terentur, quæ ab ipsis quoque auferri †
possent, obstaretquè exceptio illa, *dolo fa-
cis petere, quod penès te manere non potest, c.
dolo facit 59. de reg. iur lib.6.* Card. *in pra-
xi, verb. Dolus,* D. Barb. *axiom.76.n.3.*
circuitus vitandi gratia, *l. Dominus testa-
mēto 53. vers. Sed tā benignius, quā vtilius,
D. de condit. indeb.* Iterū licèt arma nō cō-
mitterentur, in pari causa inhonestæ, ac
92 indebitæ † possessionis; melior esset cōdi
tio possidēris, *l. si seruū q.1.§. Sequitur,
D. de verborum obligationibus, cap. quemad-
modum, § Alioquin de iureiur. capit. cūm in
pari de reg. iur. in 6. l. sū par. 154. D. eod. tit.*

Nec spernēda est ratio Episcopi Co-
uarruuiæ *d.c.33. practic. in fine,* dū (attē-
ta validitate prohibitionis per Principē
factæ. Itē considerata necessitate priua-
tionis † armorū ob bonū publicū, quod- 93
què nulla lex, nec Canonica, nec Ciuilis
vetat arma Clericorū, ad instar cæterorū
ciuiū penes capiētes retineri) firmat, va-
lidā esse consuetudinē etiā quoad Cleri-
cos, qua arma capientibus cedant, dū illa
non inuenitur per Decretalia in specie
improbata. Cui id addimus, Clericos, li-
cèt per exemptionē in iuris effectibus à
secularibus potestatibus immunes sint,
in facti tamē executione, † sicut cæteres 94
ciues subesse; nā vt benè aduertit Card.
Bellarm. *libro de Clericis c.28. Clerici præ-
terquam quòd Clerici sunt, sunt etiam ciues,
& partes quadā Reipublicæ Politicæ pro ob-
seruatione legum à Principibus latarum,* ad
quas seruandas, etsi iuris ordine cogi nō
debeant, vt Bellarminus putat, nō tamē
omnino processum facti (vt ita dicā) ef-
fugere possunt, vt est retentio armorum,
quæ nullū iuris effectū, sed facti tantū ha
bet ad *l. naturalis 10. D. de oblig. l. quia na-
turalis 13. D. de condit. indeb.* alij ad rē *in
C. nostro nota 49. ad leg. Federici fol. 185.*
& infra *q.56.* Clerici enim mēbra Rei-
publicæ non adeo à capite † separari po 95
tuerunt, quin in aliquo non subiaceāt, vt
docet idē Cardin. Bellarmin. *libro de Mo
nachis cap.19.* & latè tradita *q.4. & q.9.
hoc libro,* & millies in hoc opere.

Scimus autē quęstiones facti, † quę ad 96
ius naturæ primariū spectāt, & in quo se-
cularis potestas subsistit, penes pristinos
ante exēptionē constitutos iudices remā
sisse, vt dicemus *q.66. hoc libro* de posses-
sorij causis beneficiorum, aliorumquè
spiritualium causarum; nā cūm ex factis
turbationes oriantur, quæ à Principibus
auerti debēt, illorum reparatio reseruā-
ta cēsetur; nā quod Ecclesiasticus iudex
prestare nō debet, vel nō potest ex vi sui
muneris, id in perfecta Republica Prin-
ceps supplet, ne Clerici acephali dicātur.

Sed

Sed iam ad excitata in aduersum accedamus; ait namque Salas *de legib. q. 96. tract. 14. disp. 14. sect. 9. n. 106.* reprobãdo Vazq. *non spectare ad iudices, seculares*
97 *priuata † auctoritate efficere, vt leges ciuiles à Clericis obseruentur, sed per iudices Ecclesiasticos cogendos esse.* Idcirco tantũ capturã ad vitandum delictũ admittit, qua tamennõ spoliati armis ad suũ iudicem †
98 ducatur, acturũ de armis ad libitũ. Huic Diana *resol. 10.* annectit Madlum. *de sacris ordinibus c. 14. n. 21.* Bonacinam *de leg. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 2.* Duard. *ad Bullam Cœnæ lib. 2. can. 12. q. 11. n. 9.* Megalam *3. p. lib. 3. c. 6. n. 20.* ex Consultis, ac Canonistis, Martam *de iurisdict. part. 4. centur. 1. casu 7. n. 20.* Bellet. *disq. Clerical. part. 1. tit. 2. §. 2. n. 38.* Barbos. *in collect. alios cumulantem lib. 3. tit. 1. c. 1. n. 6. & lib. 5. tit. 39. c. 25. n. 4.* ac pro coronide Ricciumi *part. 3. decis. 299. per totam,* qui eò furoris adductus fuit, vt diceret, posse Clericos si armis exui † à laicis
99 ministris tentarẽtur, impunè resistere, ac conflictũ inire, nè illa deponere cogãtur.

Quibus respõdemus, non docere Vazquiũ, cæterosquè statim adducendos Auctores, posse Clericos absolutè in omniũ legũ obseruatione per Politicos Magi-
100 stratus cogi, sed tantùm † in his, quæ ad pacẽ, & securitatẽ publicã tectã, sarctam què seruandam attingunt, per modũ anteuersionis, ac præuentionis facti, nõ verò ex aliqua iurisdictionali auctoritate, tollendo nempe occasiones, ac causas vitãdo, Clericos in officio continere, ne humanũ consortium turbent, neue cõmune bonum euertant, quod ex naturæ principijs vnicuiquè priuato auertere licèt, nõ tantùm aduersus æquè priuatũ, sed in su-
101 periorem, † siue Ecclesiasticũ, siue seculare ex præmissis, si modò ille terminos mandatæ sibi potestatis excedat; nam in eo priuatus habetur, *l. extra, vers. Idem si supra iurisdictionem suã velit ius dicere, D. de iurisdict. omnium iudicum, l. fin. D. de officio Præfecti Vrbis,* & quàmplures per nos *contr. 15. in C. Politico fol. 469. n. 3.* in pũcto Sousa *ad Bullam Cœnæ can. 16. disp.*
82. n. 9. qui affirmatiuam amplexus eadem ratione vtitur, & facit prælibata D. Augustini sententia apertissimè hoc docens. Hic enim (vt diximus) non de iurisdictione exercenda, sed de naturali defensione agimus, quatenus damna immi nentia anteuertere decet, quod nulla iuris ciuilis, vel Canonici dispositione inhiberi potuit, cùm pluribus traditis supra *ex n. 83. ad 89.* Cùm maximè actus, qui reparari suscipitur, Euangelico, & Apostolico, Pontificiove iure Clericis, Episcopisque vetitus sit, qui ve secũdùm aliquos, nec dispensatione Pontificia licere potest, & secundùm nos sat est dispensatum hucusquè nõ esse, quo improbatus censeatur, quivè † ex Christiana 102
charitate euerti debeat, & impediri, sicut in sano arma, ebrio vinum, puero pomum. Benè D. Augustinus *epistola ad Bonifacium in cap. ipsa pietas 23. quæst. 4.* vbi ait: *Potestates, quæ auertere possunt, si negligant, crudeles esse, falsòquè mansuetas, &c.*

Mirum ergo videri non debuit Dianæ vtramque opinionem referenti, id licere laicis iudicibus, præstãtissimos Theologos defendisse, cùm in re per Canones indeterminata vtilem Reipublicæ, decorãm Clericis † opinionem, fortioribusquè fundamentis innixam amplexi sint, 103
vt non solùm mirãdum, verùm quoquè cum D. Hilario ex animæ præcordijs super corruptione huius seculi plorandum sit, videntes adesse Theologos putantes, per ablationem armorum à Clericis, immunitati eorum, ac statui Ecclesiastico præiudicari, quiquè ob hæc vitanda resistentiam, ac exinde seditiones, conflictus, rixas, ac commotiones licitas, ac Statui Ecclesiastico decentes, & conuenientes esse putant, his præcipuè miserrimis, ac periculosis temporibus, † quã- 104
do Hæretici de hac nostra Ecclesiasticorum libertate tam libenter exultant, quãdo Principibus Statuum, ac Regnorum turbationes ab eis proficisci obijciunt, ac exprobrãt; quando demum plures Prouinciæ opera Ecclesiasticorum à vetis Dominis se subduxerunt.

X 2 San-

Sanctiùs ergo, ac Christianæ integritati, statusquè Ecclesiastici dignitati cōsulunt, iuxta D. Gregorij præceptum in *cap. admonendi 2. quæst. 7.* qui, vt hæc om-
150 nia cessent, eius sunt sententiæ, quam † tuemur, vt doctissimus Magister Vazquius *part. 2. tom. 2. disp. 167. capit. 4. n. 35.* Petrus Lorca *in part. 2. tom. 2. tract. de legib. disp. 25. memb. 4. fol. 486.* Bañez *in 2. 2. q. 67. art. 5. dubio 2. concl. 5.* Ortiz *in summa cap. 4. n. 9. cap. 7. num. 1.* Coriolan. *ad Bullam Cœnæ exc. 20. fol. 956.* Graff. *p. 1. lib. 4. decis. 5. c. 18. num. 158.* Cruz *in direct. p. 1. precept. 8. q. 3. art. 1. dub. 1. concl. 3.* Rodrig. *in summa tom. 2. c. 237. n. 13.* quibus addēdi sunt Ledesma *in summa tom. 2. tract. 8. c. 9. conc. 33.* Villalob. *in summa tom. 2. tract. 10. diff. 16. n. 2.* idem admittentes in instrumentis venationis, quos & P. Diana ibi refert, & reprobat, meritò ne an per iniuriam, ipse videat, & Lector ex præmissis iudicet.

Ex Consultis, ac Canonistis multos quoque pro hoc citat Diana, præter Couar. *pract. dict. c. 33.* quos inde haurire (si placet) poteris; nobis solùm libet aduertere, quàm à Patrum regulis, & Christi doctrina abhorreat id, quod Ecclesiastici quidam aduersùs tot insignium virorum opinionem attentant, ad repetenda
106 nempe arma † excommunicationis gladium arripere, quādo laicę potestates, si auferre illa omitterent, contra omne officium peccarent. Adeo per ablationem non excedunt; peccato verò deficiente, quo pacto excommunicatio irrogetur, non video, ex D. Thoma in supplemēto *quæst. 21. art. 3.* & alijs supra, *quæst. 41. & finali lib. 1.* & sæpius in hoc opere.

Nam si nulla legę vetāte, culpa solùm ex Doctorum opinionibus incurri pos-
107 set, satis superquè excusaretur † ob tam insignium Auctorum sensum, vt arguūt Doctores per me adducti supra *lib. 1. q. 16. ex num. 6. vsque ad finem, & dict. quæst. 41.* quo loci ad censuras vitandas Doctorum virorum sententias satis esse, probatum est, cùm alioqui vnius Auctoris egregij auctoritas in rebus iam ab Ecclesia iudicialiter non definitis, sed ex aliqua Decretali dubiè perceptis probabile
quid adeo † constituat, ne eam secutus 108
damnari possit, *ex Angelo, & Siluestro, Nauarro* quoque in Latina *summa cap. 27. num. 188.* Gregorius de Valentia *1. 2. disp. 2. q. 12. punct. 4.* Vazq. *1. 2. disput. 62. cap. 4.* Torres *de fide disp. 55. dub. 3.* Alan. *tom. 1. capit. 7. q. 6.* quantò magis vbi plures Classici manifestissimis ex rationibus, sanctisq; Patribus prædecessoribus vnam opinionem sequantur?

QVÆSTIO XI.

An iudex laicus, & eius minister possit capere personam Ecclesiasticam in fragranti crimine, & ducere illā, sine iniuria ad suum Ecclesiasticum Superiorem?

EPITOME.

1 *Captura Clerici non nisi de mandato Iudicis Ecclesiastici fieri debet.*
2 *Percutiens Clericum casualiter non incurrit in Canonem.*
3 *Brachium à seculari Iudice implorandum pro Clericorum captura.*
4 *Episcopus contumaces Clericos communione priuat.*
5 *. . . . ex Bonifacij VIII. Cōstitutione territoriū in sua Diocesi habet, & Tribunal.*
6 *Apostoli capti non restitere, nec nisi Magistratuum iussu è vinculis exire voluere.*
7 *Dominus noster capturam sui impediri noluit, ac à se datam in Pilato potestatem agnouit.*
8 *. . . . Apostolis potentiam manualem nō promisit, verùm sapientiam, ac verborum suasionem.*
9 *Obedientia ex timore propter vim, & potentiam Principibus debetur.*
10 *. . . . debetur etiam ab vniuerso Ecclesiastico Ordine.*
11 *Vectigalia, tributa, & personales præstationes debentur Principibus sub præcepto, nisi ipsi exemerint,* & num. 23.
12 *Ecclesiastici dum vitam temporalem gerunt, temporalibus subsunt secundùm bo-*

13

13 .... *eos eximens ab vniuersalitate cæterorum decipit, potius, quàm excepit.*
14 *Pontifices sæpius monent Principes, vt in Ecclesiasticos animaduertant in casibus hic expressis.*
15 *Iudicia propriè in temporalibus Regibus à Deo tributa.*
16 *Delinquentes grauiorum delictorũ, apud seculares iudices iudicantur.*
17 *Clerici homicida, & malefici à seculari iudice olim iudicabantur.*
18 *Corporalis vindicta, etiam iudicialis, Ecclesiasticis non permissa.*
19 *Magistratus laici executores Prælatorũ.*
20 *Christiana Religio neminẽ priuat iure suo.*
21 *Regnum Christi non ex hoc mundo.*
22 *Leges Politicas Principum Christus non euertit.*
23 *Tributa debentur à Christianis ex præcepto.*
24 *Ius Dominicum ex fide Christiana non minutum, sed auctum.*
25 *Episcoporum potestas non violenta, sed mitis.*
26 *Apostolos fletisse iudicandos, non iudicasse.*
27 *Gladius materialis pro Ecclesia, non ab Ecclesia exerendus.*
28 *Prælatis aduersùs multitudinem Clericorum sufficientem vim non adesse.*
29 *Reipublicæ præstanda sunt media ad sui conseruationem.*
30 *Sacerdotũ vita, à Principibus zelãda est.*
31 *Captura Clericorum alia iurisdictionalis, alia paternalis.*
32 *Captura paternalis, & subsidiaria non continetur in Bulla Cœnæ.*
33 *Clericum lædens fortuitò, non incidit in Canonem si quis suadente.*
34 *Officialis capiens Clericum, vt talis non vitat excommunicationem.*
35 .... *capiens Clericum ad vitandum instans delictum, non incidit in Canonem.*
36 *Magistratus ab omnibus reuereri debent.*
37 *Consuetudo arcendi turbam è semita, vbi Magistratus incedit.*
38 *Voluntas, & non casus in delictis spectatur.*
39 *Clerici in flagranti delicto reperti captura, sine violentia licita est.*
40 .... *captura, vt de ordine Prælati fiat impossibile reputatur.*
41 *Innocentius IV. tenuit Clericum à laico iudice in flagranti absente Prælato capi posse.*
42 *Priuatus si potest arrestare Clericũ multò magis officialis publicus.*
43 *Clericus potest capi in flagranti delicto repertus, saltẽ titulo defensionis Reipublicæ.*

QVæstionis præpositæ disputatio ortũ habet ex *Clemẽtis* 3. prædecessoris tui respõsõ in *c. vt famæ* 35. *de sent. excom.* vbi Episcopo Londinensi interrogãti, *num laici, si Clericos in magnis sceleribus deprehendant, in Canonem incidant? Cùm verò comprehẽdere, nec ad iudices trahere ipsos possunt, nisi in eos manus iniecerint violentas*, sunt eadem verba ex corpore respondet hoc pacto. *Eos citra excõmunicationis sententiam capere Clericos, ac ad iudicium trahere posse, si oporteat etiam violenter, dum tamẽ id de mandato* † *faciant Prælatorum, quorũ illi sunt iurisdictioni subiecti, & quorum est corrigere criminosos*; nam quod attinet ad *cap. si verò* 3. *eodem titulo*, vbi Scribentes omnes id disputant, citra dubium est, de captura ob præsentaneum crimen illũ nòn loqui, dum iniectionẽ manuum, ab illa, quæ *arcendæ turbæ gratia*, ac casualem † ab illa quæ ex proposito fit, distinguit. 1 2

Quidquid verò sit, ex his Decretalibus Scriptores Canonistæ, qui Pontificũ ius explanare, ac glossis augere profitentur, controuertẽdi id quod semper in Ecclesia firmiter obseruatũ, ac creditũ fuit, occasionẽ sumpserunt, cũ antea apud omnes constaret, territoriũ esse laici Magistratus, eique solũ Lictores, & capturam licere, vt infra *q.* 95. traditum est, vt nec Episcopalis audientia, si capi Clericũ decreuisset, id perficere, nisi † laicæ potestatis manu, posset; vt ex ipsorummet posteriorũ Pontificũ responsis habetur *c.* 1. *de offic. ordin. c. postulasti, vt de Iudæis, c. postulasti* 21. *de homicidio.* Contumaces † enim subditos Episcopus manu militari nõ cogit, sed vt parcãt monitos communione pri- 3 4

priuat. Eutichianus Papa *in c.non ita 2. q.6.* Fuisséque antiquis Ecclesiæ Canonibus,& regulis hoc statutũ statim subijciam, licèt non ignorem conuenientem sui temporis Constitutionem Bonifacij 8. *in cap.cum Episcopus 7. de offic. ordinar. lib.6.* vbi oppositum sine dubio procedere affirmat. *Cùm Episcopus*, inquit, *in*
5 *sua tota Diœcesi † iurisdictionẽ ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius Diœcesis, non exempto per se, vel per alium possit pro tribunali sedere, causas, ac Ecclesiasticum forum spectantes audire, personas Ecclesiasticas, cùm earum excessus exegerint, capere, ac carceri deputare, nec non & cætera, quæ ad ipsius spectant officium, liberè exercere.* Attamen cùm mei instituti non sit seculorum nouissimorũ Decretales epistolas excutere, vel propugnare; sed tantùm quid à priscis Pontificibus, ab probatissimis Episcopis, prioribusquè Concilijs seruatum, edoctumque fuerit, proponere, vt vnicuiq; sententię apud cordatos viros sua auctoritas maneat, ac ex regulis Patrum, ac inconcussis Christianæ professionis initijs eliciatur, cui, vel quibus eorum obsequendum sit, ideo huiusmodi Decretalis interpretationem libenter omitto, cùm eius à veteri, & Apostolico iure discrepantia ex traditis in præsenti, ac duabus quæstionibus antecedentibus percipi liquidò possit.

Quòd ergo semper Magistratibus capturam decernere, suisq; Lictoribus exequi licuerit, suademur primò Apostolorum † exemplo, qui se prehendentibus
6 non facto tantùm, sed nec verbo restitere, nec ex se volentes custodiam euasere, nec quòd potestatis capientium defectu euadere licuisset, discipulis suis, nouisquè fidelibus docuere. Ecce enim in *Actis Apostolorum cap.4.* cùm omnes vno die in carcerem missi fuissent, inde ab ipsis Magistratibus extracti, cum iussi fuerint amplius de IESV nõ loqui, responderunt quidem, iustum non esse in hoc eos magis audire, quàm Deum; de iniusta verò captura ne verbum quidem locuti sunt. Cùm tamen populum sibi fauentem haberent, atque ob id à Magistratibus timerentur iterũ *cap.5.* cum secũda vice in eos manus iniecisset, ac eduxisset inde eos Angelus, cum illos reperere in templo, iam prædicantes voluissent, voluntariè accesserunt, ait Scriptura. *Tunc abijt Magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi; timebãt enim populum, ne lapidarentur.* Cùmque secundò prædicare eis vetitum fuisset, responderunt quidem super prædicatione, *obedire se oportere Deo magis, quàm hominibus*, de capturæ tamen, & carceris iniustitia nihil questi sunt: immo cùm & præter vincula flagella accessissent, gaudio perfundebantur. *Ibant* (inquit sacer scriptor) *gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*, & *cap.12.* cùm Herodis iussu Petrus apprehensus, atque Ecclesia suo visibili capite orbata esset, nihil de exemptione, sed tãtùm ad Deum pro liberatione precibus cogitatum. *Et Petrus quidem*, ait, *seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* Apertiùs verò assumptum nostrum comprobat factum, quod euenit Philippis in Macedonia; nam cùm Paulus, suique socij vti turbatores cæsi, ac in carcerem coniecti fuissent, apertis Dei iussu ostijs carceris, & solutis vinculis, nemo fugam arripuit, nec à carcere se exemit, immo vsquequò iussu Magistratuum eijcerentur, nemo recessit. Paulus autem (Apostolum cùm se sciret) & Romano quoque iure frueretur, se vt Romanum cædi, ac capi non potuisse, non vt Apostolum firmauit, vt non furtim & clam, sed palam, & iure à carcere exisse videretur, vt in eisdem Actis *cap.16.* Denum ibidẽ *ex capit.22. ad finem*, de postremis Pauli vinculis indictis flagellis, ac ad Iudæos remissione Festo tentata satis compertum habemus, ipsum se Magistratibus Ethnicis subiecisse, Cæsarem appellasse, à quo se vt Romanum iudicari debere firmauerat, atque vinctum sub custode per biennium, & vsque ad martyrium man-

mansisse, nunquam tamen, nec publicè, nec priuatim apud suos de iniustitia vinculorum ob iudicis incompetentiam questum, sicut debuisset, vt posteris, ac Ecclesiasticis in munus Apostolicũ successuris potestatis laicæ defectus innotesceret (adultaque, ac potente effecta Ecclesia) iugum Magistratuum excutere iure possent; nam appellatio ab eo ad Cæsarem proposita de iure subiectionẽ importat, in Politicis tamen, vt ex Baldello *Theolog. Moral. lib. 5 disputat. 35. n. 6.* affirmat Salced. post hæc *lib. 1. cap 3. num. 19. & 20. de Leg. Politic.* vbi dat rationem, quòd susceptio ordinis à naturali parendi obligatione non liberat; inde Ecclesiastici inter infideles Principibus quoad eadem subsunt, Molin. *de iustit. disputat. 31. conclus. 5.* Sal. *de leg. disputat. 14. sectio. 11. num. 119.* Baldell. ibi *num. 30.*

Nec mirum, si Dominus ipse (cùm se summi Regis filium, ac æque dominum sciret) ne spernendarum à discipulis potestatum exemplo esset (immunis licèt) se subditum professus est, nam primò Pe-
7 trum capturæ † resistentem, ac impedire conantem fortiter increpuit. *Repone* (inquit) *gladium tuum in locum suum. Matth. 26.* Pilato autem se de iis concessa eum potestate iactanti subesse nec negauit, sed tantùm à Deo illi traditam aduertit. *Non haberes* (ait) *potestatem aduersùm me vllam, nisi tibi datum esset desuper*, iudicem quidem esse nõ negauit, sed à Deo constitutum monuit, vt sciret se, licèt vt reũ sisti, Dominum tamen, ac Principem esse, qui iurisdictionem ipsam, etiam in se mandauerat, vt benè Augustinus aduertit: *talem,* inquit, *dederat ei potestatem, vt ipse quoque esset sub Cæsaris potestate*, vt ille, qui Deus erat, & hominem induerat subditi personam, ac Dei substantiam; nam si ipse vt homo humanum iudiciũ refugisset, frustra suo exẽplo discipulos ad obediendũ, ac ferẽdum hortatus fuisset, cùm apud *Matth. 10. 17. Lucam 21. 12.* quid à Magistratibus Iudæorũ passuri erãt, prædixisset, carceres nempe, ac flagella. Aduersùs hæc nonnisi verbo, & virtute suos armauit. *Dabo,* inquit, *vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri, Luc. 21.* Arma, exẽ-
ptionẽ, † fori declinationes, incompe- 8
tentiæ allegationes non promisit, sapientiam, oratoriam vim, conclusionem efficacem pollicitus est.

Ab his nec in minimo Apostolorum doctrina discrepauit Petrus eorum Princeps in *1. cap. 2. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deũ, siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus, tanquã ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Et Paulus *ad Romanos capit. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, sibi ipsi damnationem acquirunt; nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali,* & deinde, *si enim malum feceris, time, non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.*

Docent per hæc, potestatem ad maleficia vindicãda, gladium, executionem, timoris causam in Ecclesia penes Principes esse, eorumque Magistratus, hos tamen vti Dei ministros cõstitutos † obe- 9
diendos, nec quoquo modo resistẽdos; si secus agatur, non eis, sed Deo resisti. A qua vniuersali hypotesi (secundum Patrum vetustiorum sensum) qui post Constantinum scripserũt, post nempe exemptionẽ cõcessam, nemo † excipitur, nul- 10
lus secluditur, non Episcopus, non Presbyter, non Monachus: ita D. Chrisostomus *in Commentario ad hãc epistolam. Quasi dicat,* ait ipse, *etiam si Apostolus sis, etiam si Euangelista, etiamsi Propheta, siue tandem quisquis fueris,* & deinde, *facit hic Apostolus, vt ostẽdat, Christum leges suas non ad hoc induxisse, vt Politias euertat, sed vt ad melius instruat, ostendens, quòd ista omnibus imperentur, & Monachis, & Sacerdotibus non solùm secularibus,* quæ verba mutuatus videtur Theodoretus ibidem: *Siue est Sacerdos aliquis,* inquit, *siue Antistes, siue Mona-*

nasticam curam professum iis cedant, quibus sunt mandati Magistratus, & Theodorus Oecumenius, quasi per eandem verba, *hanc etiam subiungit admonitionem omnem animam instruens, siue Sacerdos sit quispiam, siue Monachus, siue Apostolus, vt Magistratibus subdatur.* Et Episcopi ipsi de se loquentes idem fassi sunt. D. Ioannes Damascenus *de imaginibus orat. 2. Paremus Regi in his, quæ ad vitæ ciuilis negotia per-*
11 *tinent, vt in tributis † vectigalibus, angariaribusque soluendis, quorum sibi quantum ad nos spectat munus est creditum, ac demandatum. Gregorius Nazianzenus orat. ad ciues timore perculsos*, comparatiuè loquendo, sic ait: *Nobis etiam præscribitur, vt sublimioribus potestatibus pareamus, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam, vt qui tributo præstando sumus obnoxij.* D. Augustinus *Hiponensis Episcopus lib. 20. de Cathecismo rudium, est Apostolica doctrina, vt omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & vt reddantur omnibus omnia, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, & cætera quæ saluo Dei nostri cultu, Constitutionis humanæ Principibus reddimus, quando & ipse Dominus, vt nobis huius sanæ doctrinæ præberet exemplum pro capite hominis, quo erat indutus tributum soluere non est dedignatus.* Et in expositione propositionum quarundam, *epist. ad Romanos*, ait: *Cùm anima constemus, & corpore, quandiu in hac vita temporali sumus, oportet nos ex ea*
12 *parte, quæ ad hanc vitam pertinet † subditi esse potestatibus, idest hominibus res humanas, cùm aliquo honore administrantibus*, quem vt plurimum imitarunt D. Thomas, & ipse religiosus in commentarijs ad eundem Paulum interim ait: *Dum corruptibilem carnem gerimus, oportet nos dominis carnalibus subiacere*, & D. Gregorius *epistola ad Mauritium Imperatorem*, Christũ de lege à Mauritio lata, ita se conquerentem induxit. *Sacerdotes meos tuæ manui commisi, & tu à meo seruitio milites tuos subtrahis.* Et de eodem facto, ita ad Theodosium scribit *epist. 64. lib. 2. Valdè autem mihi durum videtur, vt ab eius seruitio milites suos prohibeat, qui & ei omnia tribuit, & dominari eum non solùm militibus, sed etiam Sacerdotibus concessit.* S. Bernardus Abbas Clareuallensis *epist. 41. ad Archiepiscop. Senonensem. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, si omnis, & vestra: quis vos excipit ab vniuersitate? Si quis tentat excipere conatur † decipere*, & ibidem 13
respondens obiectioni indecentiam videri subijci secularibus religiosos, ait: *Secularitatem contemnitis, sed secularior nemo Pilato, cui Dominus assitit iudicandus*, & deinde, *dicite si audetis sui Præsulis Deum auctoritatem nescire, cùm Romani Præsidis potestatem super se Christus quoque fateatur cælitus fuisse ordinatam.*

Hoc idem Pontificum etiam rescriptis firmatur, dum Imperatores ad capturam, & quorundam Episcoporum animaduersionem, † non tantùm ani- 14
mare videntur, verumetiam muneris proprij necessitate compelli pronuntiauerint. *Leo Magnus* prior huius nominis *epist. 52.* Imperatorem sic affatur. *Agite quod & Christianæ est probitatis, & Regiæ, vt prædictus Episcopus pareat patribus, consulat paci.* Pelagius Secundus *Narsæ Patricio* scribens ait: *Nolite ergo dubitare huiusmodi homines principali, vel iudiciali auctoritate comprimere, quia regulæ patrum hoc specialiter constituerunt, vt si qua Ecclesiastici officij persona restiterit*, &cæt. *excommunicetur, atque damnetur, quod si fortè, & hoc contempserit, & permanserit diuisiones, & schismata faciendo, per publicas potestates comprimatur*, & in fine testatur, & ita per mille exemplaria, & constitutiones semper receptum, *vt huiusmodi Episcopi non solùm exilijs, sed proscriptione rerum, & dura custodia, per publicas potestates debeant coerceri in cap. de Liguribus 23. quæst. 5. & in cap. sequenti*, id ipsum diuinis, & humanis legibus statutum esse apertissimè docet, quò omnis conscientiæ, & vani timoris scrupulus à Magistratuum animo auellatur, ibi: *Vel digna debeant vltione compescere, vel eos ad nos vsque perducere*, & deinde, *nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimantur: hoc enim & diuinæ, & humanæ leges statuerunt, vt*

ab

ab Eccleſiæ vnitate diuiſi,& eius pacem ini-
quiſsimè turbantes à ſecularibus etiam pote-
ſtatibus comprimantur, & generatim *Ioan-*
nes Oct auius in capit. adminiſtratores ea-
dem quæſtione, declarat, Magiſtratus ab
Epiſcopis monitos præſtò eis eſſe debe-
re, ad examen,& ſubditorum correptio-
nem inuitatos accedere. Hæc omnia ad
ſuum munus ſpectare pronũciantes, nec
Pontificiam, aut Epiſcopalem delega-
tionem exoptare; nam cùm *Pelagius* ad
ius diuinum, Euangelicum nempe, ac ad
regulãs Patrum ſe referat, præmiſsis à no
bis Scripturę, Apoſtolorum, ac Sanctorum
rum ſententijs inhærere ſe velle apertiſ-
ſimè innuit, quibus gladij poteſtas, exe-
cutionis, manuſquè militaris exercitiũ,
apud exteriores poteſtates eſſe edoce-
mur, debereque in illis caſibus cõtra Ec-
cleſiaſticos ad vſum perduci.

Quod etiam ex Sanctorum Patrum
in collectione Decretorum ſententijs,
ac Conciliorum Canonibus omnino ro
boratur, nempe ex *D.Hieronymo in cap.*
Regum 23.quæſt.4. quo loci dixit *propriũ,*
15 *ac peculiare officium Regum eſſe facere* †
iudicium,& iuſtitiam, quod eſt vocare in
ius,& ſentẽtiam ferre. D.Auguſtinus in
idem relatus *in cap. ſi Eccleſiam 23.quæſt.*
4. eam rationem aſsignat, cur *Apoſtoli*
brachium ſecularium Regum, ad rebel-
les coercendos non exegiſſent, ſucceſſo-
res verò ſuos tali brachio vti, ſic reſpon-
dit. *Quòd autem dicunt qui contra ſuam*
impietatem leges inſtitui nolunt, non petijſſe
Apoſtolos talia, non conſiderant, aliud fuiſſe
tunc temporis: quis enim tunc in Chriſtum
crediderat Imperator? (& poſt aliqua do-
cens, iam adeſſe Chriſtianos Reges ad-
dit) *quomodo ergo Reges ſeruiunt Domino*
in timore, niſi ea, quæ contra Domini iuſſa
fuerint, religioſa ſeueritate prohibendo, atque
plectendo? & deinde, *qua Rex eſt, ſeruit le-*
ges iuſta præcipientes,& contraria prohiben-
tes conueniẽti rigore ſanciendo, notanda eſt
quoque eiuſdem *epiſt.54. ad Macedonii*,
vbi quòd Paulus Apoſtolus iniquos, nõ
ſolùm futuri iudicij timore, verùm etiã
ſecularis poteſtatis inſtanti vindicta ter-
ruit,& D.Iſidorus *in capit. Principes 23.*
quæſt.5. hæc elegantiſsimè docet, *Princi-*
pes ſeculi nonnunquam intra Eccleſiam pote-
ſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem
poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticã muniant;
cæterùm intra Eccleſiam poteſtates neceſſa-
riæ non eſſent, niſi vt quod non præualent Sa-
cerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, po-
teſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem, &
quæ in eundem ſenſum miranda ſequũ-
tur. Demum quoad Concilia idem fuit
Turonenſium Patrum ſenſus. *Inceſtuoſi*
†(inquit) *parricidæ, homicidæ multi apud nos* 16
reperiuntur, ſed aliqui ex illis Sacerdotũ nolũt
admonitionibus aurẽ accõmodare, quos oportet
per ſecularis potentiæ diſciplinam à tam pra-
ua conſuetudine coerceri, qui per ſalutifera
Sacerdotum monita noluerunt reuerti 23.q.
5. & in Matiſconenſi 1.*cap.7.* quo tem-
pore Pelagius ſecundus Eccleſiam rege-
bat, prohibita coactione,& Clericorum
captura ob crimẽ, excipitur. *Vt nullus,* in-
quit, *Clericus de qualibet cauſa extra diſcuſ-*
ſionem Epiſcopi ſui à ſeculari † iudice iniu- 17
riam patiatur, aut cuſtodiæ deputetur, quòd
ſi quicumque iudex cuiuſcumquè ſeu quem-
cumquè Clericum abſque cauſa criminali, ideſt
homicidio, furto, aut maleficio hoc facere for-
taſſe præſumpſerit, quãdiu Epiſcopo loci illius
viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur,
Firmum etenim apud omnes hos Patres
fuerit *Diui Petri Apoſtoli epiſt.1.capit.4.*
præceptum, Eccleſiaſticos comprehen-
dere. *Nemo veſtrum dixit, patiatur, vt ho-*
micida, aut fur, aut maledicus, aut alieno-
rum appetitor, quòd ſi hiſce ex cauſis à
Prælatis peterẽtur, non adiuuandos, ſed
omittendos eſſe.

Idem quoque non ambigebãt, Eccle-
ſiam, ſi monitiones non proficerent, ſi
ſpernerentur, ad corporalem animad-
uerſionem manus non extenſuram, ca-
pturam, vincula Magiſtratibus incum-
bere, † vt per eorum dicta patet, quæ ſu- 18
pra *quæſt.10.ex num.19.ad num.31.*&
iterum *num.62.& 63.* retulimus, ſer-
monis efficaciam ſuaſionis vim in Ec-
cleſia, non terrorem, non vincula agno-
ſcentes. Optimè Almaynus *de dominio*
na-

naturali,& ciuili in postrema editione fol.
696.De ratione,ait,potestatis laicæ est pœ-
nam ciuilem posse infligere,vt sunt mors,exi-
lium,bonorum priuatio,&c. Sed nullam ta-
lem pœnam institutione diuina infligere po-
test Ecclesiastica potestas,immo nec incarcera-
re,vt plerisquè Doctoribus placet,sed ad so-
lam pœnam spiritualem extenditur.

Modò adeo cum temporibus opinio-
nes mutatæ sunt, vt concessa etiam Epi-
scopis captura,abrepto(inuito ipso gen-
tium iure) territorio ex *Bonifacij VIII.re-*
lato responso, præmissis regulis aduersan-
te, controuertatur, anne liceat Magi-
stratui intus Ecclesiam existenti,æqueuè
fideli in Clericos idem, quod Ethnicis
persecutoribus in Apostolos licebat,
quodq; hodie in partibus infideliũ quo-
ad Politica contra Clericos licet, vt su-
pradictum est? Nõ quidem, vt illis sem-
per & ad libitum, sæpius vt maleferiatis
rem gratam agerent,vterentur,sed in in-
stanti crimine,ad vitandam sæpe omni-
modam cædem, ad impediendam rapi-
nam, vel futuram reuendicandam rem,
ad auertendam iniuriam, vel vt hæc iam
admissa à suo tamen iudice in aliorum
exemplum corrigantur, vt pœnæ terro-
re cæteri à similibus abstineant, ac in-
uidia à Clericorum ordine auertatur. Id
verò eo in casu,vbi nemo,qui id agat, ad
19 sit, conuersi Magistratus † in Lictores,
ac seruientes, & improbo munere,ac mi
nisterio Prælatis obsequentes,qui è cõ-
uerso cùm gratias reddere debuissent,id
eis nequaquam licere contendunt,atque
id agentes immunitatem Ecclesiasticam
libertatem lædere, peccare,& in Cano-
nem incidere. Tãtaquè accessit Moder-
nis quibusdam Scriptoribus prurigo,nõ
dicam rabies,vt cùm id priuato cuilibet
concedant,Magistratui à Deo constitu-
to,ab Apostolis recognito à Sanctis Pa
tribus amplexato hoc idem abnegant,
quasi per hoc iurisdictio laicis Magistra-
tibus cõtra Clericos adquireretur, quod
ipsi abhorrent. Repetenda sunt hic,quæ
ex *S.Hilario* in Auxentium retuli supra
quæstione antecedenti num.33.34.& 35.

vt de necessitate huius secularis auxilij
in fragrantibus delictis dubitari non
possit.

At quòd nouitia horũ doctrina Chri-
stianis institutionibus aduersetur (sepo-
sitis etiam præmissis) si aliqua mẽte per-
pẽdamus,commostrare facillimum est.
Primum religionis nostræ proprium es-
se,suo iure neminem destituere, † nul- 20
lius fidelis,quà talis est, cõditionem de-
teriorem facere:ita Dominus. *Nolite*(in-
quit)*putare,quoniam veni soluere legem,aut*
Prophetas, non veni soluere, sed adimplere,
Matthæi 5.vers.17.& de regnandi iure
apud Ioannem 18 *num.36.Regnum meũ*
non est de hoc mundo,si ex hoc † mundo esset 21
Regnum,ministri mei vtique decertarent, vt
non traderer Iudæis, & in *Apocalipsi capit.*
11.*vers.*15.vbi dicitur, *mundũ tunc Chri*
sti Regnum futurum,cùm tempus iudicij ad-
uenerit. Augustinus egregiè & verè *ad in-*
dicatum Ioannis locum,ita exclamat. *Au-*
dite omnia Regna terrena,non impedio domi-
nationem vestram in hoc mundo,nolite metue-
re metu vanissimo, quo Herodes ille maior,cũ
Christus natus nunciaretur,expauit, & tot
infantes (vt mors ad eum perueniret) occidit,
timendo magis,quàm irascendo crudelior. Re-
gnum,inquit, meum non est de hoc mũdo,quid
vultis amplius? in idẽ D. Bernardus *epist.*
221. Beatus Petrus Damianus *lib. 2.*
epistol.9. ex Græcis D. Chrisostomus *ad*
sæpe citatam Apostoli epistolam ad Romanos
*cap.13.*explicans illud.*Omnis anima, &c.*
ait:*Christum suis legibus Politicas † Prin-* 22
cipum leges euertere noluisse. Cuius senten-
tiam supra non longè retulimus *quæst.*
10.D.Ambrosius *lib.10.Commentarij in*
Lucam,ibi:*Ne quis Constitutionem humani*
Regis putet esse soluendam,& reliqua supra
quæst.8.vers. Primum aduertendum puto,
per nos adducta, & D.Augustinus *in li-*
bro expositionum quarundam propositionum
ex epistola ad Romanos,per hæc verba,*quòd*
autem ait,omnis anima, &c. rectissimè ad-
monet,nequis ex eo quòd à Domino suo in li-
bertatem vocatus est, extollatur in superbiã,
& statim pòst aliquà, *siquis ergo putat*
quoniam † Christianus est,nõ sibi esse vectigal 23
red-

reddendum, aut tributum, aut nõ esse exhibẽdum honorem debitum eis, quæ hæc curant, potestatibus, in magno errore versatur, quem vt
moris sui est, sequitur D. Thomas *in Comment. eiusdem epistolæ ad Romanos cap. 13.*
affirmans id Apostolum docuisse, *vt vanas aliquorum opiniones compesceret, existimantium non spiritus, sed corporis libertatem per Euangelium consecutos fuisse*, per me relatos præmissa *quæst. 8. vers. Iterum Ecclesiastica libertas*. Hoc idem ex modernis
docet Cardinalis Bellarminus *de Romano Pontifice lib. 2. cap. 19.* & ferè omnes
Theologicam, & veram hanc propositionem admittunt, *legem nostram dominatus omnes in suo iure reliquisse*, monet enim
omnes *Apostolus 1. ad Ephesios cap. 4. in vocatione, qua vocati sunt, manere debere, & si sint serui, non sit eis curæ*, vt arguit Almainus *de potest. Eccles. quæst. 2. cap. 5.* quinimo Apostoli mens illa esse videtur, vt
24 † credamus ius Dominicum fide nostra
susceptа augeri potius, quàm minui, est
ad *Timoth. 1. cap. 6.* scribens præcipit, docere *eos, qui fideles habent dominos, ne contemnant, quia fratres sunt, sed MAGIS seruiant, quia fideles sunt, & dilecti, quia beneficij participes sunt: Hæc doce*, inquit, *& exhortare. Si quis aliter docet, nõ acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi.*

Iterum secundò perpendendum est,
25 capturam, † vincula, custodiam, exilia
(secundùm sinceras Patrum traditiones)
Episcopis, alijsque Ecclesiasticis Prepositis vel omnino negari, vel saltẽ (quod
inconcussum est) hoc pacto, vt manu secularium Magistratuum exequantur, permitti; id enim consequens est eius propositionis, qua docemur, Episcoporum
potestatem omnino mitem esse, nõ violentam, non superbam, nec seculari fastui immixtam; inde non milites, non Lictores eis decere, huiusmodi enim ex
Euangelicis præceptis priuati fuerunt
Apostoli, eorumque successores, relicto
vsu penes seculi Magistratus, vt apud
Lucam capit. 22. lin. 25. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur; vos autem non SIC, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator,
ad quæ verba plures ex Sanctis expositoribus adduximus *supra quæst. 10. ex num. 40. hoc libro 2.* docentes arma, terrorem,
coactionem, vim Prælatis Ecclesiæ non
conuenire. *Chrysostomum, Hieronymum, Hilarium, Augustinum, Leonem Magnum, Clementem, Bonifacium, Bedam, Thomam, Bonauenturam, Bernardum, Tertullianum, Almainum, Bellarminum*, qui hæc omnia quoque à Principibus exequenda
docent, qui ex hac causa gladium portant ex *Apostolo ad Romanos capit. 13.* in
specie perpendendus est idem Chrisostomus *lib. 2. de Sacerdot.* inquiens: *Nobis non est data potestas, vt auctoritate sententiæ cohibeamus homines à delictis*, manu nẽpe militari, quæ sequitur vim rei iudicatæ ab habente iurisdictionem, vt in *l. 1. vers. Frustra enim Domino vis fiat ei, qui in poss.* cum adductis à Glossatore, ibi: Ad idem
D. Bernardus *lib. 1. de consider. ad Eugenium*, ait: *Non monstrabunt, puto, qui hoc dicerent, vbi aliquando quispiam Apostolorum
† iudex sederit hominum, aut diuisor terminorum, aut distributor terrarum, stetisse denique lego Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego*, & post plura, *in his non successisti Petro, sed Constantino*, quòd verò hæc 26.
Principibus peragenda remãserint, quòd
ve id etiam præstare debeant, vbi sententiæ à Prælatis Ecclesiasticis latæ exequẽdæ sint, probatur ex eodem *Bernardo* ad
eundem *ibidem lib. 4. cap. 4.* alibi à nobis
relato, in illis verbis: *Vterque ergo est Ecclesiæ, & spiritualis scilicet gladius, & † materialis, sed is quidem pro Ecclesia, ille verò* 27.
ab Ecclesia exerendus, ille Sacerdotis, is militum manu, sed sanè ad iussum Sacerdotis, & nutum Imperatoris. Inde mutua inter vtrũque iudicem auxilia orta, iam inde ab
ipsis Apostolorum discipulis agnita, &
deinceps Pontificum rescriptis agnita,
& firmata, quæ relata sunt supra *hoc eodem libro quæst. 4.* & alibi optimè Basilius
Pontius *de matrimon. lib. 5. cap. 12. 5. vnico, vers. Tertia enunciatio post principium fol. 337.* egregiè iuxta morẽ D. Merlin.

contr,

contr.98.num.1.lib.2. Nec dubitandum Prælatos ex se vires, auctò præcipuè ad immensum vsque Clericorum, ac Reli-
28 giosorum numero, † ad eorum coercitionem, si Rempublicam turbare nitantur, non habere, partimquè probatur ex *cap.dilecto, vers. Quoniam aduersùs de sent. excommunicat.lib.6.* nam in omni Diœcesi paucos habent Episcopalis audientiæ ministros ad iudicialia exequenda potiùs selectos, quàm vt furentes, & tumultuantes in officio continere possint.

Quòd si ad compescendos subditorum excessus vires nō sufficiūt, & si vellent militibus vti, neque id daretur, licèt Episcopali muneri conueniret, vt non cōuenit, si exemptorum excessus in dies magis ingruunt, ac Respublica maxima incommoda experitur, vt præsentes turbines experimento sunt, non tantùm per eos, qui acceptis minoribus ordinibus ad sacros nunquam ascendunt (vt nil aliud optasse, nisi fori exemptionem videantur contra Trident. *sess.23.cap.6.*) quorum immēsus est numerus, verùm quoque per Sacerdotes ipsos, ac Religiosos, si deniquè Prælatis non valentibus, vel nolentibus, secularis Magistratus munus est è vestigio malis publicis occurrere, seditiones, & tumultus auertere, Rempublicam cōponere; sequitur manifestissimè, vel capturam Ecclesiasticorum delinquentium, siue tentantium delinquere laicis Magistratibus cumulatiuè spectare, vel, si id non permitteretur, †
29 Rempublicā nullo remedio pro sui cōseruatione frui, immo medijs ad seruandam necessarijs destitutam fore, contra ea quæ *supra quæst.10.n.86 & 87. tradita sunt.* Accedit D.Merlinus *controu.64.num.3.lib.2.* Hæc obstant Martæ tenenti vetitam secularibus iudicibus capturam Clericorum *part.4.casu 42,* item & *D.Gregorij* auctoritas iam citata ad Gennadium Italiæ Exarchum *epist.5.lib.2.* sui muneris esse scribentis, *zelare*
30 *Sacerdotum † vitas, & intestina Ecclesiarum, quātum possibile est, bella compescere.*

& pleraque alia tradita *supra quæst.12.num.3.* Quæ licèt satis eum conuincant, attamen singula eius argumenta perpendenda sunt. Primò vtitur doctrina Cardin. Toleti *in summ.part.de casibus in Bulla Cœnæ contentis,* vbi ait, *inter quatuor actiones ab ea damnatas, vnam esse Ecclesiasticorum capturam.* In qua assertione *Marta* nec Bullæ, nec *Toleti* sensum percepit, etenim de captura † Clericorum in 31
vim iurisdictionis, vel ob debitam pecuniam exsoluendam, vel discrimen admissum loquuntur, quia consequens est sententiæ, vel Inquisitionis iudiciariæ formatæ, ac præludium ad condemnationem, quod sine proprij iudicis iniussu per incompetentem fieri non potest, inde titulus legum *in D.tit.48. de requirendis reis, & de custodia & exhibitione reorum,* & captura propriè de mandato iudicis decernitur, & per Lictorem, vel militem exequitur, quæ propriè comprehensio dicitur, vt apud Calepinum *hoc verbo.* At ea, de qua loquimur non huiusmodi est, nam nō à iudice decretum præcedit, sed fragranti adhuc crimine per ministros laicos ob defectum familiæ Episcopi in
vim † mutui auxilij, & paternæ corre- 32
ctionis fit, vt demum Clericus suo iudici sistatur, & plerumquè interim quòd nō constet, Clericum esse, nec assumptis alienis vestibus proprium iudicē fallere, de quibus casibus *Bulla* nō loquitur, per hæc enim Ecclesiastico iudici præiudiciū non irrogatur, quinimo laicus minister ei operam præstat, vnde cùm in vim auxilij id agat, ex traditis *supra quæst.4.n.2.* non potest in *Bulla* comprehendi.

Obijcitur secundò per *Martam* textus *in cap. si verò 3. de sentent. excommunicat.* vbi *Alexand. Tertius Pontif. Maxim.*
custodem ostij Clericum † ab ingressu 33
violenter arcētem si malignè læserit, ab Episcopo absolui posse decernit, officiale verò, si ex sua potestate, ac auctoritate manus in Clericum iniiciat, à Romano Pontifice absoluendum. *Quia,* inquit, *nulli laico super Clerico tanta datur auctoritas, nisi fortè turbam arcendo irruentem,*

Actu

non ex deliberatione, sed fortuito casu Clericum lædat, quod dictum ait ita à Doctoribus communiter recipi, *vt captura quoque pro instanti delicto prohibita censeatur*. Sed fallitur, nam Pontifex ibi apertè determinat, quòd Officialis, vt talis
34 est, † non euitat pœnas ex *Canone si quis suadente* inductas, si Clericum manucapiat, ac vi comprehendat, cùm nullibi id sibi vt tali concedatur. Nostra autem disputatio in captura ob delictum commissum, in ipso delinquendi actu † ver-
35 titur: vel de ea, quæ fit, ne imminens delictum sequatur. Vtroquè etiam casu, vt Episcopo, vel alij Superiori Ecclesiastico tradatur, quod in dicta Decretali vetitum non est: nam quod fit ad vitandum delictum, non fit cum peccato, sed cum merito, vt in *cap. 8. qui potest* 23 *q. 3.* inde sine peccato excommunicatio non incurritur.

Illud autem in hac Decretali adnotare libet, excipere Pontificem fortuitam à Ministris Clericorum (cum cætera turba) repulsam, vbi Lictores, vt Magistratui † occursanti debitus honos exhibea-
36 tur, illam arceant, ac ad reuerentiam exhibendam moueant, quandoquè impellunt, quod omnibus promiscuè incumbit, etiam ex nostræ præscripto legis, de quo *sup. q. 8.* faciuntquè optimè quæ cōgerit eruditissimus D. Merlinus *controu.* 71. *n. 1. par. 2.* post hæc visus, de hoc mo-
37 re loquitur Liuius *lib. 8. Histor. Vbi † subitus in Curiam venit Papirius, repentè strepitus ante Curiam Lictorum submouentium auditur*. Seneca *Epist. 91. Non est, quòd tibi tranquillitati tuæ fastidium faciat ille, vel ille sub illis fascibus, purpura, & cultu; non est, quòd fœliciorem eum iudices, cui submouetur, quàm quem Lictor è semitá deijcit*, & Plinius *in Panegirico: Vtriusque solemnis ille Lictoris, & prænuncius clamor auribus insederat, tùm rursus Curulis, rursusquè purpura*. Ouidius deniquè *lib. 5. Tristium.*

Ceditur, & tactis, & quos prætexta verendos,
Virgaquè cum verbis imperiosa facit.

Putauit enim Pontifex, nō ob id prohibendum Lictorem, quin turbam submoueat, quoniam & Clerici intersint, vtquè, si ob id fortuito cædantur, nō per
38 hoc Lictores † excommunicationem incurrerent; nā voluntas spectanda est, non casus, *cap. si verò 4. de sent. excommunicat.* D. Augustinus *lib. 1. de libero arbitrio*, circa principium relatus *in cap. 30. licet dist. 1. de pœnit.* Ex quo fit, necessariam causam ex hac Decretali potiùs exclusam videri, ac per id efficaciorem, & magis instantem in pœna includi non debere.

Meliùs fortè suum enunciatum pro-
39 basset Marta, ex responso *Cœlestini 3. initio quæstionis* relato, † nisi illud (cùm violentam, & cum iniuria capturam supponat) moneret nos, citra violentiam id in casu criminis licere. nam post resistentiam ac renitentiam vis aperta succedit, quæ (si interim superior consulatur, ac mandatum suum accommodet) vitari potest, aut si non potest, accedente mandato, excusationem habet.

Durum enim præceptum est, semataquè impossibile, pro vitando instanti crimine opus esse, vt Superior Ecclesiasticus adeatur: nam interim facinus perfici, fugamquè consequi, pœnam etiam omnem euadi, iniuria affectos satisfactione fraudati quis vetat?

Inde Doctores omnes, opinionem à Marta propugnatam, salua Republica
40 seruari † non posse, ingenuè fatētur, secuti Innocentium, qui Cathedram Pontificiam moderatus est, id admittentem in bello, vel insultu, quem, quo pacto, qua fronte Marta *ibidem num. 9.* ad bellicos incursus tantum restringat, non video: ait enim Innocentius: *Si in bello, vel insultu Clericus percuteretur.* & statim, *Officia-*
41 *lem † non incurrere, si compellerit Clericum, vel ligaret eum, si aliter non possit compesci ab iniuria alterius, nec ibi Prælatus suus adesset.* quasi Cœlestini responsum supremum Prælatum præstò adesse posse supponat, antequam Clericus fugam arripiat: insultum verò priuatorum hominum rixam esse nemo dubitat.

Denum, quod mirandum est, admi-
42 sit Marta ratione priuati interesse † per

quemcunquè Clericos capi, ac retineri, ratione autem publici boni posse, vt suo iudici sistatur, negat, vt per *eum ibi num*. 12. *vers. Et Collectarius*, & *num*. 18. *latè*, cùm exploratum omnibus sit, publica semper priuatis præferenda, vt in individuo hoc adnotat Sousa *in Bulla Cœnæ, can*. 18. *disput*. 82. *num*. 9. faciuntquè Lorca 1. 2. *tom*. 2. *de legib. disputat*. 25. *membro* 4. Bannez 2. 2. *q*. 67. *artic*. 1. *dub*. 2. Cruz *in direct. p*. 1. præcipuè 89 3. *artic*. 1. *dubit*. 3. quibus & Diuus Augustinus fauet *in lib*. 1. *cap*. 7. *contra literas Parmeniani*: *An iustior*, inquit, *est priuata violentia, quàm Regia diligentia*? cum alijs infrà *quæst*. 14.

Standum ergo omnino videtur frequentissimæ huius sententiæ, cui tot rationes cum Patrum dictis succurrunt, quam P. Diana multis in id adductis negare ausus non est, negaturus, vt cætera si sustineri hoc posse putaret, concedit id ipsum quoquè P. Suarez *ad Regem Angliæ lib*. 4. *cap*. 44. *num*. 15. qui *sustineri il-*
43 *lud titulo* † *defensionis affirmat*, *quia expedit Reipublicæ impediri delicta*. Hoc verò munus Ministris secularibus maximè commissum videri. Et sic puto Sanctitatem Vestram huic opinioni concessuram, cum paucissimis exceptis, in hac quæstione Moderniores antiquioribus obsequantur.

QVÆSTIO XII.

Quid sentiendum, si non in fragranti crimine, sed noctu cum armis prohibitis, vel mutato habitu Clericus inuentus sit?

EPITOME.

1 *Clericus noctu armatus mutato habitu an prebendi possit?*
2 *Censuras an incurrat, qui Clericum de nocte comprehendit?*
3 *Noctis curam Imperatores sibi seruauerunt*
4 *Leges seculi, vbi Canonibus expressè non pugnent, probatæ censentur.*
5 *. . seculi à Pontificibus tam pro Clericis, quàm pro Laicis confirmatæ.*
6 *. . . ad earum quoad Laicos firmitatem alia confirmatione non egent.*
7 *. . . statuere quoad profana Regum est, Pontificum in Statu Ecclesiæ.*
8 *. . . humana quando Clericos ligant?*
9 *Arma noctu tractare Reipublicæ perniciosum.*
10 *Vigiles Status Ecclesiæ noctu Clericos armatos comprehendunt.*
11 *Pontifex instissimus, & æquissimus.*
12 *Vigiles non sunt iudices, sed custodes ciuitatis.*
13 *Scandala ex impari prohibitione nascuntur.*
14 *Defendens se contra Clericum non incidit in Canonem.*
15 *Sponsa noctu aberrans à vigilibus comprehensa fuit.*
16 *Hora nocturna seculi potestatis est.*

PErgit Diana ad finitimam præmissæ quæstionem definiendam de Clerico noctu cum armis † vetitis inuento, 1
mutato præsertim habitu, refertquè Megalam 3. *part. lib*. 3. *cap*. 11. *ex numer*. 7. *adseq*. asserentem, Officialem, qui eum comprehendat, excommunicationem Bullæ Cœnæ euidenter incurrere, quã Summi Pontifices quotannis legi iubent; quasi ibi de captura ista (in ordine, vt iudici suo Clericus sistatur) loquutio sit: Quod mihi (nisi expresè id dictum sit) nemo persuadere poterit, qui puto, hoc argumentum ex dicta Bulla elicitũ infirmissimum esse, vt in *precedenti disputatione* præmisi, & licèt ex eiusdem Megalæ, ac Dianæ dictis probabile esse prospiciam, comprehendentem sic Clericum censuris his nõ teneri, habeamquè multos id ipsum probabiliùs (vt dici solet) existimantes, & veriùs, qui sunt, Sousa *ad eamdem Bullam can*. 16. *disp*. 82. *n*. 9. Ioan. de la Cruz, Bannes, & Lorca in dicatis suprà proximè locis, Suarez quoquè ex Theologis, ac ex Canonistis famotem partem.

At-

Attamen aliqua pro speciali huius cō-
trouersiæ notione proponenda censui,
3 & primò, curā noctis † Romanos Prin-
cipes ob violentias, incendia, ac furta vi-
tanda (tamquam de totius Reipublicæ
salute agerentur) sibi specialiter sumpsis-
se, *l.* 1. ibi: *D. Augustus maluit per se huic rei*
cōsuli, ratione reddita *in l.* 3. *Nam*, inquit,
salutem Reipublicæ tueri nulli magis credi-
dit conuenire, nec alium ei rei præficiendum,
quàm Cæsarem: Disposuit ergo in hoc munus
cohortes aliquas, simulquè illis Præfectum
gilum proposuit, cuius tota nocte vigilare,
incumire onus erat, notionem nocturno-
a delictorum hac exceptione dedit, vt si
qua tam atrox, tamque famosa persona sit,
Præfecto vrbis remittatur. Quæ sic statu-
ta in omnibus benè constitutis Rebuspu-
blicis in hæc vsquè tempora obseruan-
tur.

Iterum memoriæ commendandum
est, quod salubriter sæpius inculcaui; Pō-
4 tifices vim † secularium legum (Reli-
gioni, ac Christianis moribus non aduer-
santium) non tantùm non imminuisse,
verùm quoquè comprobasse, vt promi-
scuè Clericos cum Laicis eadem disci-
plina contineret, vt ex multis Pontificū
responsis fundauimus supra *lib.* 1. *quæst.*
6. *&* 7. & *hoc eodem libro*, ex multis Pa-
trum doctrinis supra proximè *q.* 8. *num.*
12. Nam id ad solos Laicos referre non
solùm frustra, verùm † etiam ambitio-
5 sum erat. Leges enim sæculi in subditos,
sufficienti, præbitaquè à Deo potestate
latas, supra *quæst.* 8. apertissimis testimo-
nijs comprobatum est, vt in vniuersum;
nec tua, nec Decessorum tuorum confir-
matione ad robur, ac firmitatem † com-
6 parandam opus habuerint, vt probat P.
Suarez *de legibus lib.* 4. *cap.* 4. *& seq.* &
Cardinal. Bellarmin. *de Roman. Pontific.*
lib. 5. *capit.* 4. Pontificum enim, quæ ad
7 Politicam pertinent, leges † statuere nō
est, præter quàm in diui Petri Patrimo-
nio, iuxta eiusdem Bellarmini pla-
cita, & Enrici de Gauduno *par.* 3. *quæst.*
40. *membro* 3. Caiet. 2. 2. *quæst.* 43. *arti.*
8. Ioan. Maior. *in* 4. *distinct.* 24. *quæstio.*
3. Victor. *de potestate Ecclesiæ relect.* 2. *nu-*
mer. 7. *fol.* 76. Cordub. *lib.* 1. *quæst.* 53.
cap. 2. *numero* 26. Monti. *de instit. tracta.* 2.
dispu. 29. Soto *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.*
2. *artic.* 1. Salas *de legibus dispu.* 14. *assert.*
4. *num.* 50.

Teneri autem humanis † legibus Cle- 8
ricos, si Canonicis non obstent, affir-
mare expedit: si quoque nullas Canoni-
cas obstare contrarij probant, quibus
aliter, quàm ex principalibus legibus
huic rei nocturnæ prouisum fuerit: si
quieti publicæ, † omniumquè securitati
maximè conuenit, ne noctis tempore ar-
matus vllus discurrat; si hoc Clericis
non tantùm licitum, sed summè inde- 9
cens est, si eò temporis Episcopi aucto-
ritas conquiescit, si solus Magistratus id
curat, si Clerici in suum munus, atquè in
Rempublicam peccantes remittendi ad
suum Iudicem, non iudicandi capiun-
tur: si Tua † Sanctitas id ipsum in tem-
porali Statu Ecclesiæ vigilibus laicis
non tantùm permittit, sed præcipit: hu-
manissimum, æquissimumquè videtur
hoc idem, & vbiquè permitti debere, ne 10
Clericos nocturnis horis nemini subia-
cere, ac ad libitū viuere posse dicamus.

Quod autem aduersus hoc obijciunt
de censuris à te quotannis in *Bulla Cœnæ*
repetitis, esto semper apud te Iudicium:
mihi tuam æquitatem, ac sanctitatem
consideranti dicere liber † quod in *Psal-*
mo 118. 137. *Iustus es Domine, & re-*
ctum iudicium tuum, nolle te Clericos ca-
pere ex immunitate licentiam, ex exem- 11
ptione impunitatem; nec in *Bulla* ista
casum necessitatis, boniquè publici cō-
tineri, sed nec attingere: regularis enim
captura meritò interdicitur ei, qui Iu-
dex iam non est, sed non sunt vigiles Iu-
dices, nec de iudiciali † captura cogitāt, 12
nec certant, mala auertunt, quietē sacris,
profanisquè simul seruant, ne Tēpla, ne
domus incēdijs absumātur, neuè vtrisq;
fores sacræ, & profanæ perfringantur,
nequid inde abstrahatur. Id nisi æquè om-
nes armati discurrere prohibeātur, obti-
neri nō potest, quinimo si cū secularibus

vereretur, Clericis permittatur, maiora in
13 de scandala † orientur; nam Clerici propter quod tales sunt, exemptionis licentia, ac spe impunitatis maiori malo, & minori metu in Rempublicam grassari possunt. Sicut igitur apertum est, in
14 Bullam hanc non incidere priuatum † se à Clerico aggredienti defendentem ex Innocentij voto *in dict. cap. si verò el. primero de sent. excom.* communiter secuto, ac ab ipso Marta *dict. casu 42. nu. 18.* probato. Ita & vigilibus suo iuri incumbentibus, Clericos, ne suam prouinciam eo tempore turbent, comprehendere absque excommunicationis metu lice-
15 bit: Nam † & sponsa noctu aberrans in Canticis à vigilibus capta est, & dominus nocturnam capturam non modò nō improbauit, sed vim traditæ ab ipsomet
16 potestatis agnouit: *Hæc est hora vestra;* † *& potestas tenebrarum.* Tu ergo, Christe Domini, id quoque in bonum publicum licere ingenuè fateberis, præbitam nempe per id à Deo potestatem, vt Clerici eo temporis, quoad factum subsint. Nā de ea loquitur Dominus, vt patet ex Augustino, tract. in Ioannem ad indicatum Euangelij locum, quem alibi retuli.

QVÆSTIO XIII.

An Ministri Regij possint retinere in Cancellarijs Bullas Apostolicas ad examinandum, & executioni mandandum?

EPITOME.

1 *Bullarum de retentione integer tractatus excussus.*

2 . . . *retentio, vt examinētur, fieri per Magistratus laicus non potest.*

3 . . . *earum exhibitio à Principibus petitur, vt Pontifici iusta praecipienti obediri praecipiant.*

4 . . . *executores, ne illa perlegantur, optant suam ob causam.*

5 *Pontifices, vt tales errare non possunt; vt homines in iudicialibus vtique.*

6 *Galli quid in Bullarum nocuarum re pulsa seruent?*

7 . . . *Pontificem subesse Concilio, vt de fide tenent.*

8 . . . *appellant à nocuis rescriptis, tanquam ab abusu.*

9 . . . *Breuia examinant, at fine executorijs vti negant.*

10 *Citatio in omni actu, ac de omni decreto appellatio iure natura concessa.*

11 *Defensio iure naturæ proueniens quomodo in iudicialibus detur?*

12 *Appellatio in totum tolli an possit?*

13 . . . *ad S. Sedem quamobrem non obstante Niceno constituta? & post num. 14.*

14 *Capiti membra non subesse contra naturam est.*

15 *Territorij lex iuris gentium est.*

16 *Defensionis ius territorij iure potius.*

17 *Rescriptum quandoque in vim citationis resoluit.*

18 *Prouocatio aduersus decisorium rescripti datur.*

19 *Pontifici an aliquando resisti possit?*

20 . . . *si peccatum etiam veniale praecipiat, non obediendum.*

21 *Paulus Apostolus restitit Petro decernenti Gentes circumcidi.*

22 *Superioribus cum sale obediendum.*

23 *Rescripta omnia clausulam continere*, si preces veritate nitantur, *vel* dummodo ius tertiorum non lædatur.

24 *Executio rescriptorum impeditur ex clausulis subintellectis.*

25 *Impetrans rescriptum est actor, & causā prosequi tenetur.*

26 *Appellatio superioritatē iudicis designat.*

27 *Primatus Pontificius maximè in appellationibus vertitur.*

28 *Bullarum suspensio ob appellationem interpositam licita.*

29 . . . *nequaquam perpetuò fit.*

30 *Humana negotia humano more tractari.*

31 *Vtilitatem ob publicam à regulis iuris receditur.*

32 *Dissidia inter Pontificem, & Principes non fouenda.*

33 *Sacerdotium, & Imperium, ne iterum in vna persona coirent, Christus curauit.*

34

34 *Ecclesia seculare imperium quo pacto admiserit?*
35 . . . . *humano more se revereri, suisque præceptis obediri etiam curat.*
36 *Principes cur hodie rescripta prius perlegi curant?*
37 *Pontifex sæpe eorum, quæ geruntur ignarus, & post* num. 39.
38 . . . *nō potest singulas causas examinare.*
39 *Paulus Quartus Pontifex à suis nepotibus deceptus.*
40 *Pontificum innumeræ occupationes.*
41 *Importunitas rogantium explodenda in alienis iuribus.*
42 *Pontifices consultationes non ægrè ferūt.*
43 *Obedientia primò Deo debetur, & nemini contra eius mandata.*
44 . . . . *post experiētiam in hominum præceptis, cæca quoad Deum.*
45 . . . . *præceptis Pontificijs ea, quæ Petro debetur.*
46 . . . . *à pluribus Sanctis in quibusdam præceptis Pontificum negata.*
47 *Imperatores, & Reges sua rescripta examinari præcipiunt.*
48 . . . . *id etiam seruant, vbi plenum dominium exercent.*
49 *Dominium in subditos Romani non admiserunt.*
50 *Rescribendi licentia recto Principatui euenit.*
51 *Pōtifex nō Dominus, sed ministrator latè.*
52 . . . . *domitor infinitæ potestatis.*
53 *Resistendi, ac supersedendi actus superioritatem non arguit, immo subiectionem.*
54 *Reges nomine publico resistere, quàm priuatos satius est.*
55 *Adulatores à Pontificibus expulsi.*
56 *Libertas supplicandi maximè Pontifici decet.*
57 *Pontifices rescripta priscorum Imperatorum examinari curabant, & sua examinari volebant.*
58 *Principes si Bullas retinere non possunt; minùs Prælati possunt.*
59 . . . . *directè Pontifici nō subsunt, Prælati sic.*
60 . . . . *quodammodo ad consortium in Ecclesia vocati.*

SI quæstio hæc ex dignitate, si ex vtilitate, si ex necessitate tractanda foret, integro volumine opus esset; at cum id
alij † præstiterint, atque in id quæcunque 1
excogitatu, & dictu digna congesserint, illa repetere, tuosque oculos, Pater Sanctissime, auresque fatigare supersedeo, cum maximè agnoscam, ministros tuos, qui huiusmodi vsum, & vbique sciūt, & seruari vt necessariū patiuntur, quod rationibus tamē, & iuribus firmetur ægrissimè, ac molestissimè ferunt, sufferre bono quidē exēplo, cōcesso tamē iure nolle. Ad thema ergo Dianæ sic sumptum,
respōderi † ac occurri cū negatiua pos- 2
set, nempe *non posse Cancellarias ad examinandas, & exequendas Bullas Pontificis retinere*; nam ego existimo, quod nullus amodo Christianus Princeps, tātum sibi licere existimauerit, vt examinandi Bullas, & exequendi (si ipsis non dirigantur) munere fungi possit, vel debeat, titulumque hūc quæstionis ad inuidiam Catholicorum Principū præmissum arbitror, & te, Beatissimè hominum, moneo, non hoc esse quod in quæstionē venit, sed an liceat temporalibus dominis de externis
præceptis, ac mandatis † ad eorū Prouin- 3
cias trāsmissis (ne status publicus perturbetur, timentibus, aut suspicantibus) ante irretractabilem executionem illarū exhibitionem petere, ac si opus est, sapiētibus Cōsiliarijs adhibitis, de quidditate, & qualitate aduerti velle, non iudicialiter examinandi causa, sed ad merā simplicēque notitiam, qua possint, si noxia sint Pontifices supplices adire, si minimè, vt exequantur, quantum ad eos attinet, curam, aut auxilium totis viribus præstare.

Quidquid præter hæc quæ dicta sunt à Scriptoribus nonnullis; ac ab executoribus cæterisque, quibus *Breuia* diriguntur; tibi insinuatum fuerit ex-
tra veritatem † est, non ad tuam fo- 4
uendam potentiam, nec iurisdictionem sarctam, tectamque seruandam, sed vt ipsi liberiùs tuorum mandatorum prætextu grassare in Republica possent, suam, non tuam causam agentes

excessibus proprijs colorem quærentes, ac te Catholicorum Principum odio iniuriarum per eos inflictarum causa, onerantes.

Putant igitur Principes, & rectè sanè, Pontifices, vt tales sunt, non errare
5 posse, non alicui † molestos esse, vt homines verò in iudicijs & errare, & facilius quod est, decipi posse, tum à Ministris, quorũ manu Breuia, & Bullæ prodeunt, cùm sæpius ab indiscretis efflagitationibus partium, vel (quod nonnunquam in Pontificijs Ministris vidimus, legimusque) cõsultò errare voluisse, læsisse ius tertiorum, Rempublicam pessumdasse, nec mirum; nam & Pontifices ipsi labi in iudicialibus possunt Paulo dicente *ad Hebræos cap. 5. Omnem Pontificem ex hominibus assumptum pro hominibus constitui in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ijs, qui ignorãt, & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate, & propterea debere quemadmodum pro populo, ita etiam, & pro semetipso offerre pro peccatis*, namquè si infirmus supponitur, errori, vt cæteri, subijciatur, necesse est.

Inde hoc enuntiato præmisso, non inepte disputatur, quonam pacto erroribus à Papæ Ministris admissis occurrendũ sit, quomodo eis, qui erroribus lędũtur. Liberiores Prouincię (inter quas
6 Galliam † repono) atrociora remedia proponũt, & vbi res expostulauerit, seruaturos profitentur, ac seruasse docent, quorum aliqua referre libeat, vt opposita circa se posita patescant; vtquè horrentes oculi tui Dominici hęc legere cõuulsisque visceribus, Hispanorũ, ac cæterorum, qui sub eorũdem regimine viuunt, obediẽtiam, pietatemquè gratam, acceptamquè habeas, æquisquè eis sis. Putant ergo Galli, Papę, si aliquid, quod eis nocumento sit, præcipiat, obedientiã denegari posse, capturam in executores, suosquè Nũcios decerni, Bullas, & Breuia publicè comburi, ac in eos, vti priuatos quosque statui: ita enim narrant fecisse Philippum Quartum dictum Pulchrum anno tricentesimo millesimo, commissa captura Bonifacij Octaui nobili cuidam Occitano ex genere Sanfelicio Nogareti oriũdo, Bullam fuisse ab Artesiæ Comite combustam, ac nuncios manu captos. Arrestum, ac decretum fuper consimili laceratione ante Palatij forũ tẽpore Caroli VI. 29. Iulij 1408. in Bullas Benedicti XIII. refert Papirius *de Arrestis Parlamenti tit. 5. arresto art. 27.* Non absimile Decretum in Iulium II. à Ludouico XII. quod apud Lugdunum secutum est. Idem aduersus Sixtum Quintum Nauarræ Rex, ac Cõdeus Princeps 6. Nouembris 1585. nullas suas Bullas habuerunt, tanquam à Feliee Peretto vocãte se Sixto, & Henrici IV. tempore aliud simile Senatus Consultum editum est aduersus Gregorium XIIII. quod vocant Turonense, & Catalaunense, his verbis. *Bulla hac per manus carnificis in platea publica comburatur, Decreta est Nuncio Landriano comprehensio; vetitum, ne quis Romam ferat, aut mittat pecuniam, aut inde beneficiorum prouisionem petat, Gregorius XIV. se Pontificem dicens declaretur hostis pacis vnionis Catholicæ Regis, & Regni ipsius*, hæc referunt Historici Galli. Item *Seruinus, & Bedeus* Regij Aduocati, partimquè *Platina in vita Bonifacij Octaui*, & Gallus in *libro placitorum Curiæ tit. 4.*

Mitius est, si prænotatum benè perpendamus, alterum appellationis ad Generale Concilium, quod passim à Gallis aduersùs Pontificia mandata vsurpatur, vt ne vsquedum Concilium habeatur, vllus Breuium, & Bullarum sit effectus, non præcepta, nõ excommunicationem verentes, vt præmissi Auctores docent. Exẽplaria similium appellationũ profe-rẽtes, latissimè quoque *Tuscanus de monitorialibus Gregorij XIV. fol. 15. vers. In huiusmodi autem prouocationis ad Concilium interceßione*, vbi praxim, ac effectum huiusmodi notat; tetert autẽ Philippi Augusti nomine Conquestoris, prouocationẽ aduersùs Bullam Innocentij Tertij, tum Caroli VI. Ludouici XII. ac aliorum,

Non

Non mirum, nam Francorum Regum opera, vt Papis Cōcilium Generale præesset in Constantiensi, ac Basiliensi Cōcilijs, vtquè Martinus V. Pontifex huic Decreto subscriberet, curatū est, ac deinceps oppositum (quod nos firmiter tenemus) inter Francos docere vetitum sit, ac in maiestatem cōmitti præceptū, adeo vt Ecclesiæ Gallicanæ axioma hoc sit apud eos, vt de fide receptum, vt nec disputari in aduersum, nec controuerti posit, Concilium nempe acta Pōtificū moderare posse, Pontificem Con-
7 cilij statuta non posse, † atque de omnibus, quæ nocua videntur, rescriptis ad Cōcilium appellari, vt ex *Gersonis, Ochami, Ioannis Maioris, Ioannis Parisiensis* scriptis patet; demum verò ex Almainò *de supreme potestate Ecclesiæ quæst. 1. cap. 15. & 16.* alios refert Salced. *de Lege Politica lib. 2. cap. 7. num. 72. fol. 231.*

Exemplum huiusmodi legimus anno 1611. Parisijs euenisse, nam cùm Germanus quidam ex Prædicatorum familia in Generalibus Ordinis commitijs thesim hāc disputādam publicè suscepisset, Papā, nec cuiquam, nec in aliquo Concilio subiacere, Præsidente P. Moello Hispano, non tantum, ne propositio hæc sustineri posset, edictū, verùm, vt affirmatiuam de fide esse doceretur, ordinatum fuit, facultate Theologica Parisiensi id in se assumente, nec nostri Hispani moderatio quoquo modo admissa fuit, qua profitebatur, thesim illam non vt de fide sustinendam, sed vt problematicam suscepisse, vt semper fidelibus vnicuiquè sententiæ affirmanti, vel neganti adhærescere integrum foret, quin id vti ab Oecumenico Concilio definitum, credi potiùs quàm disputari deberet, quæ omnia coram Cardinali Perrono, & Apostolicò Nuncio euenisse referunt, in eodem quoque Conuentu, ne altera propositio disputanda susciperetur (quod Pontificis solius diffinitiones, tanquam de fide, vt qui errare non posset, seruari debeant) tanquam id ipsum, & in idem tenderet negatum fuit.

Quod cùm ita asseuerānter, ac acriter à Doctoribus Gallis, omniquè Gallicana Ecclesia teneatur, negari haud potest, Pater Beatissime, quin tuis in Bulla Cœnæ præceptis nimiùm hæc opinio obstet, ac sententia à nobis, vt de fide, amplexa quodammodo labefactetur, idquè causa sit, cur Bellarminus, quasi angustias inter has pressus, tēpestati obsequi coactus fuerit, ac in hæc verba effari. *Et qūamuis in Concilio Florentino, & Lateranensi vltimo videatur quæstio definita, tamen quia Florentinum Concilium non ita expressè hoc definiuit, ac de Concilio Lateranensi quod expressissimè hoc definiuit, nonnulli dubitant, an fuerit verè Generale, ideo vsque ad hanc diem quæstio superest, etiam inter Catholicos,* hæc ille, *lib. 2. de auctoritate Concilij cap. 13.* ante eum Nauar. *in c. nouit not. 3. num. 84. de iud.* ex Ioan Maiore dixit: *Romæ nemini permitti Panormitani, & Parisiensium sententiæ subscribere, & rursum Academiam Parisiensem non pati, vt opposita opinio in ea nequidem asseratur,* in idem testimonium Patris Marianæ *lib. 1. cap. 8. de Rege*, tendere videtur.

Nec enim absoluta Gallorum sententia dissidium à reliqua Ecclesia inducit, vel si Gallicana intus vniuersum ouile reputari debet, concessum id quoque cæteris cēsendum esset, vt prouocari ad Concilium posit, cùm fidei articulus vno loco affirmari, alibi negari nequicquam posit, sed idem vbique teneri debeat nos tamē firmiter pro te sentimus.

His & illud in Gallia aduersus Prædecessorum tuorū præcepta sæpius obseruatum referunt, Indictionem nempe Prouincialis Sinodi, seu eiusdem Galliæ Generalis, vt eius Ecclesiæ Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, cæteriquè Ecclesiastes, Rege cōuocante, ac Præsidēte, illa moderētur, vel in totum respuāt, vt ex præmisis haberi potest, & præ cæteris id pro regula turpiter quidem, ac proterυè constituit *Tossanus fol. 24. part. 2. in paruis, vers. Reges pœnitus*, per hæc verba: *Concilia Prouincialia Gallicæ gentis, ac Regum auctoritate priusquam à Papis ve-*

vexarentur, ſemper habita fuerant, vt optimus ordo in Regni Eccleſijs conſtitutus integer conſeruaretur, & neceſsitatibus, difficultatibuſquè rerum, quæ interuenirent, conſeruaretur. At ex quo Papæ illis infeſti eſſe, Regnique tranquillitatem interpellare cœperlit, tunc ea propugnaculo, & præſidio illis aduerſùs Papas fuerunt, ad Concilij vſque Turonenſis, quòd ab ætate noſtra propriùs abeſt, tempora, cuius petulantiam, dum apud Gallos eſſem, librumquè perlegerem, ſtomachatus ſum.

Denum ab omnibus Pontificijs, Epiſcopalibuſquè reſcriptis, Bullis, Decretis, excommunicationibus ad ſeculares
8 Curias appellant, † tanquam ab abuſu, putantes, quòd vbi poteſtate ſibi à Chriſto tradita abutantur, ac excedant; exceſſus huiuſmodi, tanquam ſi à priuato homine geſta eſſent, reparari poſsint, vt patet ex tractatu *Ægidij de Magiſtris de appellat: ab abuſu tom. 1. deciſ. diuerſorum arreſto 1. capit. 1. & arreſto 8. capit. 8.* vbi forma pronunciãdi attendenda videtur, videlicet, ibi: *Pro fratre Claudio de Xanites appellante, tanquam ab abuſu cuiuſdam induiti à S. Pontifice conceſsi Abbati Sancti Vincentij de Boy, quo ipſi indulgebat duorum beneficiorum cumulationem dependentium à ſua Abbatia, conferendorum per Vicarium ab eo deputandum, dictumquè fuit malè, & erroneè, executioni mandatum homologatumquè eſſe, intimato in expenſis cauſæ appellationis condemnato*, huiuſmodi remedium *Seruinus* aduocatus Regius veteris, & iuſtæ libertatis Eccleſiæ Gallofranciceæ arcem aduersùs excommunicationes, ac breuia eſſe, atque ob id Tridentinum Conciliũ eiectum fuiſſe, quòd hæc auertere conetur, aſſerit Gregor. Toloſ. *de Republ. lib. 15. cap. 1. num. 28.*

At cùm cunctis his vtantur, examina-
9 tionem † Breuiũ quorumcumquè, collationum, indultorum, ac facultatum nõ omittunt, non tãtùm ante executionem verùm & poſt quoque; ita idem Tuſſanus *fol. 49. verſ. Quæ igitur hactenus*, ibi: *Si quæ reſcripta, mandatave à Papis in hoc Regnum emiſſa ſunt, ea certè hactenus recepta non fuerunt; cùm præſertim aliqua vniuerſalis nota in ijs obſeruabatur, niſi Regis codicilli illius voluntatis, & aſſenſionis teſtes ijs apponerentur, eaquè in Supremo Senatu lecta, examinataquè fuiſſent*, in quo Seruino aduerſatur, & alijs, qui hoc titulo ad odium conciliandum Hiſpanos culpant.

Nobis autem (cùm hæc omnia interdicta, profana, vetitaque etiam lege ſint) quòd naturali ratione dictante, Apoſtolicis quoque præceptis, ac ſanctorum Patrum exemplo, per multa ſecula (vt honeſtum, ac ſummæ etiam noſtræ erga te reuerentiæ indicium) vſitatum eſt, ſi abuſus abſit, ſiquè placet, vitandum, atque improbãdum nõ erit, cùm hæc, quæ à Gallofrancis vſurpantur, æquo animo feras.

Naturalem enim rationem, & iura ſi ſpectemus, de omni actu, quo quis præiudicari poteſt, nec citatio omitti, nec
appellatio † vetari poteſt, de citatione 10
ſunt textus apertiſsimi in *cap. Deus omnipotens 7. quæſt. 1. cap. eorum 11. quæſt. 3.* vbi *Damaſus* vtitur ſentẽtia Salomonis, *antequam perſcruteris, nõ reprehendas, intellige prius, & tunc increpa* accedit, *cap. ſciendum 29. diſtinct.* ex D. Iſidoro, probatquè ex alijs latè Paul. Grilal. *in deciſ. fidei Catholicæ, verbo, Citatio*, atque ob id ferè omnes aiunt Principis, & Papæ poteſtati illam non ſubijci *Clement. in. fin. de verbor. ſignificat.* nec plenitudinem, quam Canoniſtæ nonnulli adſtruere conantur ad tollendam omnino citationem porrigi, cùm neque in ſeruos id ſibi licere putauerit *Sanctus Iob*; nam ſibi ita imprecabatur, *ſi contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cùm diſceptarent aduersùs me.* Ideo *Leo* verè *Magnus Epiſt. 8. ad Flauianũ*, ita decernit. *Nos qui Sacerdotum domini matura volumus eſſe iudicia, nihil poſſumus incognitis rebus vtriuſquè partis in præiudicium definire, quia geſta ſunt veraciter audiamus*, D. Chriſoſtom. *hom. 30. in Geneſ*, Lactãnt. Firmian. *lib. 5. cap. 1.* latè Salcedus *de Lege Polit. lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 11. & 12.* qui innumeros citat de Romanorum more elegans eſt Eucæ

ſelli-

teſtimonium in Actis Apoſtolorum, *cap.*
25.c.10.

De appellatione autem, quæ inuentũ
ciuilis, & poſitiui iuris videtur, cùm eius
ratio iure naturali proueniat, idem dubi-
tandum non eſt. Natura enim † cum ad-
11 uerſus iniurias vnumquemque mortaliũ
armaſſet, quò illam quouis præſidio pro
pulſare poſſet à vita, à membris, à re, vt
ex Cicerone, alijſquè Æthnicis probaui
in *C. ad leges Iacobi, nota 28. fol. 36.* Cùm
què id ipſum etiam aduerſus iudicem
iniuſtum quid præcipientem, ac exequẽ-
tem intentari poſſet, dum in eo, in quo
excedit, vti quilibet alius habeatur, *l. ex-*
tra de iuriſdiction. omn. iudi. l. in hoc iudicio,
D. famil. erciſcund. cum alijs iuribus per
me *controuerſ. 15. num. 4. in Cód. fol. 469.*
Attamen, quia (ſi hoc datum eſſet) Reſ-
publica non modicas commotiones pa-
teretur, vnuſquiſque enim iniuriam ſibi
illatam præſumeret, vnuſquiſque aduer-
ſus exequentem occurreret, appellatio-
nis ideò, ac prouocationis remedium
aduerſus iudicialem vim ſubrogata fuit,
12 quæ perinde iuris moratiorum gentiũ †
effecta eſt, reformatęq; naturę. Id circo,
vt quæ vicem defenſionis obtinet, in to-
tum tolli non poteſt, vt partim agnoſcit
Couarru. *practic. quæſt. 33. num. 6.* licèt
pedes non figat, faciuntquè allata per
Scac. *de appellat. quæſt. 16. num. 44.* Qui-
bus annotandum & illud eſt, non alia ra-
tione ſuſtineri appellationum decreta,
quæ contra ea, quæ in Niceno, & Cartha
ginenſi Concilijs (cui D. Auguſtinus in-
13 terfuit) conſtituta fuerunt, † per Pontifi
ces poſtmodum inducta videmus, de ad-
mittendis ad Romanã Sedem in maiori-
bus cauſis, Epiſcoporũq; negotijs, recur
ſibus, quã præmiſſa, vt oppreſsiones nẽ-
pe iudiciales à viſibili Eccleſiæ capite
compeſcerentur, qui finis, quæ media
nullis Concilij, vel Pontificum ſtatutis
tãquam ad naturæ ius pertinentia aufer-
ri potuerunt, de quibus *in 2. cauſa, quæſt.*
6. Sublimitas enim capitis tolleretur, ſi
membris recurſus ad illud non pateret, †
14 quod iuri naturali repugnat, vt fundat
optimè Modernus *de iure belli, lib. 2. cap.*
4. num. 13. Et ego dixi *in eod. Cod. ad leges*
Martini, nota 48. fol. 550. Nam ſi poſte-
rior ad Pontificem prouocatio contra
oppreſsiones, ac iniurias tolli quidẽ iure
Conciliari, & poſitiuo poſſet, nec ad
ius naturæ recurſus referretur: omnes, &
quæcumque cauſæ apud Prouincias, Sy-
nodóſquè Prouinciales iuxta Nicæna,
Carthaginenſia, aliorumq; priorum Cõ-
ciliorum ſtatuta terminanda eſſent. Ita
enim ibi decretum fuerat, vt patet *tom.*
3. Conciliorũ Colonienſis editionis anni 1618
part. 1. ſect. 1. fol. 437. capit. 12. qui eſt
Adriani Papæ, & cap. 17. eiuſdem cap. leges,
3. quæſt. 6. Iulius Papa epiſtol. 2. Fabianus
epiſt. 3. Higinus *epiſt. 1.* Pelagius *in capit.*
ſcitote 6. quæſt. 3. & licèt † lex territorij, 15
ſiue Prouincialis, Gentiumquoque ſit,
vt probaui *nota 66. ad leges Martini, fol.*
607. in Cod. politico, attamen ſuperiorita-
tis lex, ac ius propulſandæ violentiæ for-
tior eſt, † atquè primaria, vt ait Cicero: 16
Non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti
ſumus, quam cum barbaris, cum feris ipſis
hauſimus, atque ex ipſa natura arripuimus,
expreſsimus. de ſuperioritate alibi dixi-
mus.

Quod ergo à nobis, qui ſub Hiſpano
Rege rer pijſsimo viuimus, patribuſquè
noſtris iam diu quoad Põtificias literas,
& reſcripta inſpicienda, ac Tecum con-
ſultanda ſeruatum eſt, ſi benignè aures
præſtare velis, ac à prurientibus auerte-
re, vel † citationis reſponſio eſt, ſi reſ- 17
criptum, quod iuri non congruit (quam-
diù certioratus exequẽdum ſecundò nõ
præcipis) in citationis vim reſolui, licèt
deciſionem contineat, dicimus, vt in *l.*
1. § quæſitum de appellationibus, vbi *Pius*
Imperator, de ſuis reſcriptis recurſum tã-
quam ſi nihil ſcriptum eſſet, admiſit, vel
ſi negetur, transferri in citationem poſ-
ſe, quæ ſententia eſt, prouocatio † erit: 18
vtraque iuris naturalis effectus, repulſæ,
ac priuatæ reſiſtentiæ ſuccedanea, ac ſuf
fecta.

Sunt enim, qui aſſerunt, & præſtan-
tiſsimi quidem, ſi vulgò credendum eſt,
Theo-

19 Theologi, præceptis tuis, ac † Breuibus,
ſi publicam vtilitatem lædãt, ſi aliud, ne
exequantur, remedium non pateat, pri-
uata auctoritate, armis, ac vi reſiſti poſ-
ſe. Caietanus, Victoria, Couarr. Cordu-
ba, Suarez, Henricus, Molina, Bellar-
minus, & alij ſup. *quæſt.* 9. verſ. *Neceſſi-
tate etiam inſtante*, Salas *de legib. diſpu.* 10.
sect. 8. *num.* 43. Soto *in* 4. *diſtinction.* 15.
sect. 1. *art.* 1 *n. vlt & Contz. lib.* 6. *Poli.*
cap. 28. §. 7. Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *capit.* 46.
dub. fin. perſona præcipientis ſalua, iuxta
Conſtantienſis Conſilij ſtatuta.

Minùs etiam ſe habent alij, qui obe-
diendum non eſſe, abſolutè pronũciant,
nec de comminata excommunicatione
verendum, ſi Breue, Bulla, ac præceptũ
veniale † etiam peccatum, damnumquè
20 contineat, vt eſt Siluester *in ſumma, ver-
bo obedientia, num.* 5. per hæc verba: *Ro-
mano Pontifici, ſi quid diſponat, quod pecca-
tum ſapiat, vel veniale; etiamſi is credat,
mandatum eſſe iuſtum, minimè tamen obedien-
dum eſſe, ſi ſubdito conſtiterit, id in ſe peccatũ
continere: quòd ſi ex tali obedientia vehemen-
ter præſumi poteſt ſtatum Eccleſiæ perturba-
tum iri, aut aliud malum, aut ſcandalum fu-
turum, Pontifici in hac cauſa non eſſe paren-
dum, tametſi in illius mandato excommunica-
tionis latæ ſententiæ pœna ſanciatur.* Et de-
inde: *Si Papa ſub pœna excommunicationis
quidquam præcipiat, ex cuius executione præ-
ſumatur, ſcandalum futurum in Ciuitate ani-
marum, vel corporum, non eſt ei obediendum:*
Cuius doctrina, Apoſtolico exẽplo val-
latur: nam cùm prior Sum. Pontifex, ac
21 Apoſtolus de Gentium circumciſione †
decreuiſſet, Paulus *reſtitit ei in faciem,
quia reprehenſibilis erat* in eo, quod præce-
perat: vide Magnus Gregorius, regulam
deſumpſit in *admonit.* 5. *par.* 3. *Paſtoralis,
in ea admonendi* 2. *q.* 7 *ne ſubditi plus nimio
ſuperioribus obſequantur: atque ſpecie obe-
22 dientiæ, † quæ vitia ſunt, pro virtutibus ve-
nerentur.* egregiè D. Thom. *in quodlibet.
lib.* 1. *q.* 8. *art.* 16.

Nos autem, cùm hæc ita ſint, nec re-
ſiſtimus, nec mandata Pontificum ſper-
nimus, ſed per illa nos citari præſumi-
mus, vt ad te, Summe virorum, per re-
ſcriptionem, ac nocuorum repræſenta-
tionem recurramus; putantes reſcri-
pta tua omnia illam tacitè ſaltem ſaluta-
rem clauſulã, vbi à partibus petita ſint,
continere: *ſi preces veritate nitantur*, † vel, 23
ſi tua ſponte, vel motu, alterã, *Dummodo
tertiorum ius non lædatur*; quæ clauſulæ, in
ſecularium, & profanorũ etiam Princi-
pum reſcriptis, ſemper ineſſe cenſentur,
vt ex omnium Scriptorum ore, ac ex Põ-
tificum, & Regum omnium confeſſio-
ne, & profeſſione teſtatur Barboſa in
*ſuis ad generales clauſulas remiſſionibus, clau-
ſul.* 166. *Si preces, &c.* Et clau. 157. *Sine
præiudicio tertij*, præcipuè ex *cap. ex parte,
de reſcript.* ibi: *Intelligenda eſt hæc conditio,
etiamſi non apponatur, ſi preces veritate ni-
tantur.*

Earum verò is effectus eſt, vt reſcri-
ptum, Bulla, Breue, vel quidquid aliud
ſit, ſi iniuriam contineat, in vim citatio-
nis reſoluat, quantum ad hoc, vt execu-
tio impediatur, ac vſquequò de viribus † 24
ſuis, qui læditur, doceat, ſuſpendatur, tũ
ex neceſſitate læſi, cùm ex voto læden-
tis, ac præcipientis, vt qui cenſetur per
illas proteſtatus, ne putent velle ſe, ali-
quem per ſua præcepta læſum iri, vt in
cap. nomen præsbyteri 11. *quæſt.* 1. *cap. ſi
quando de reſcript. capit. cùm teneamur de
probat. cap.* 2. *& cap. ſi quando de offic. iu-
dicis delegat. cap. literas, verſic. Porrò, de re-
ſtit. ſpoliator. cap. paſtoralis de fide inſtrum.*
cum alijs: vbi id mentis ſuæ eſſe Ponti-
fices reſcripſerunt, quòd vè quæcumque
cauſa tacita fuerit, quæ eos à conceſſio-
ne auerteret, vel illa expreſſa, quæ veri-
tate careat, pro Breuis nullitate ſufficiat,
*cap. non poteſt, cap. ſi motu proprio de preben.
in* 6. *cap. ſi proponente de reſcriptis.*

Quòd ſi reſcripta, & Bullæ huiuſ-
modi neceſſariam executionem non ha-
bent, ſed vim tantùm citationis, vt quiſ-
quis Pontifici ſe ad contradicendum
ſiſtere poſſit, continent, nulli dubium
erit, per ſuſpenſionem iubentis poteſta-
tem non ſperni, cùm citationis illa ſit
natura, vt citatum ad mandantem attra-
hat,

hat, dato ad comparendum competenti
ſpatio, vt in *cap. vocatis*, ibi: *Perſpatium*
debet fieri congruum 5. *quæſt.* 2. Proſecu-
tio autem cauſæ ab impetrante vti acto-
25 re fieri † debet, vt docto de iuſta impetrã
di cauſa (ſi Pontifici placet) iterum pe-
titis annuens, reſcribat: quod ſi is negli-
gat, citatus ex hoc paruiſſe cenſendus
eſt, quòd per ſe, vel per Procuratorem
adeſſe ſtatuerit; nec enim citatus, ſed
actor citans cauſam proſequi tenetur,
vt notiſſimum eſt.

At, ſi reſcriptis, & Bullis vis ſenten-
tiæ tribuatur, dicamurquè appellationis
remedio vti, vbi Pontifici iubenti, quo-
vſque meliùs ſe inſtruat, non paremus,
ſicuti in Bulla Cœnæ, *Canon* 4. ſentire
videtur in illis verbis: *Niſi ſupplicationes*
huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica le-
gitimè proſequantur: quæ locuta priùs fue-
rat de impedimento literis Apoſtolicis
præſtito prætextu Sedis Apoſtolicæ in-
26 formandæ, & tũc manifeſtiſsimum† eſt,
per illam non tantùm Pontificis iuribus
minimè derogari, verùm quoque Pon-
tificalem ad omnes Eccleſias, & nego-
tia præeminẽtiã apertiſsimè agnoſci: pu
tamus enim non refragantibus *Nicæni,*
ac Carthaginenſis Concily Canonibus, poſ-
ſe ad Pontificem, non in maioribus tan-
tùm cauſis, ſed in quibuſcunque prouo-
cari. Moti præmiſsis rationibus non po-
tuiſſe (nempè) recurſum iure naturali ad-
uersùs oppreſsiones inſtitutum poſitiuis
Conciliorum regulis auferri. Cùm om-
nis recurſus priuatio eſſentiæ ſuperiori-
tatis repugnet, eſſetquè negare Pontifi-
cium ad omnes Eccleſiaſticas dignita-
tes † Primatum, vel plura capita in Ec-
27 cleſia conſtituere, optimè *D. Bernardus*
lib. 2. *de conſid. ad Eugen.* per hæc verba:
Appellatur de toto mundo ad Te, id quidem
in teſtimonium ſingularis Primatus tui Me
28 ritò ergo ſuſpenſionem † Bullarum Põ-
tificis conſulendi gratia, pronocatióne
iuridicè interpoſita, ex ipſamet Bulla
agnitam, & permiſſam dixerunt ipſimet,
qui conſuetudini huic maledicunt. Hen-
riq. *de Pontif. claue lit. C. & cap.* 12. §. 2.
gloſſ. lit. R. Bonacina *de cenſu diſput.* 1. *q.*
15. *pun.* 4. §. 2. Suar. *eod. tract. to.* 5. *diſp.*
21. *num.* 75. Baldell. *Theolog. Moral. lib.*
5. *diſp.* 18. *num.* 10. Viualdus *in Bulla Cœ*
næ, num. 109. Simanc. *de Cathol. inſtitut.*
tit. 45. *num.* 54. Rodrig. *in ſumma par.* 1.
cap. 156. *num.* 8. Villalob. *in eodem tract.*
17. *diffic.* 21. *num.* 54. Solumquè de
appellationis proſecutione diſputant,
quod mihi (ſi cõtra iuris diſpoſitione nõ
proſequatur) propugnare in animo non
eſt, nec enim (vt egregiè docebat quan-
doquè Vazquius) qui retentionem hanc
licitam affirmant, † id admittunt, vt in
perpetuum Breuia ſupprimantur, vtquè 29
propterea nuſquam ad illarum executio
nem procedatur *Quinimo* (ait ipſe) *Couar-*
ruuias apertè dicit, ad hoc ſolum retineri, &
priùs examinari poſſe, vt Pontifex ipſe de
veritate ipſa certior fiat, & an ſubreptitiè,
& falſa relatione fuerint impetratæ? Idem-
què non obſcurè Driedo ſignificauit, verùm
omnes illas indiſcriminatim ſupprimere, &
impedire, ne virtute illarum, ad executionem
procedatur, abſurdum planè videtur, nec vllus
hactenus auſus eſt docere. Hæc ille in quo-
dam *de iuriſdict. Eccleſ. opuſculo cap.* 6.

Puto enim, Fiſci patronos, ſi Regis
interſit, Pontificem opera Legati apud
eum moram habentis certiorem quàm
citò reddere; partes verò, ac tertios (ſi in
ter eos quæſtio de gratia, vel iniuria ſit)
adire Pontificem debere, quæ in cæteris
appellationibus à iure ſtatuta ſunt, ſerua-
tis; ea enim ad Te expoſitio ſuper iuſtis
retentionis, pet lectionis, ac prouocatio-
nis cauſis vertitur, quæ à ſui exordio nõ
tantùm aduerſantem, verùm conformẽ,
(præſumptam tamen) tuam voluntatem
habent, quatenus de titis reſcriptis, quæ
nocua putant, ad te referunt; nihilquè
iuris ſibi vindicant; præter quam humil-
limam ad te læſionis repræſentationem.

Nam quæ inde ſequuntur, ac de ali-
quibus circunſtantijs, quæ aliquam co-
gnitionem ſapiunt, rerum humanarum
naturam, Te latere non puto, multa ali-
ter † explicari non poſſe, quàm ſi præ- 30
ceptionis aliquid expendatur, quæ cum
reue-

reuera extraiudicialis sit, prima fronte ex auctoritate procedere videtur, vt cùm partes vocantur, executio per supersessoriales impeditur, & quædā alia, quasi iudiciario more vsurpata, quæ revera, nec ea mente fiunt, vt iurisdictio aliqua exerceatur, nec ad diuersum finem tendūt, quàm vt ad Te negotij definitio perueniat. De similibus actibus memoriæ commendandus est Canon ille B. Athanasij, literis aureis dignus: *Quæ per dispensationem* (inquit) *scribuntur, vel fiunt, ea malignè interpretari non oportet*: nam quæ ad iudicia pertinent, licèt incongruo loco peragātur, vix fieri potest, quin iudiciorum more tractentur. Egregiè Honorius Pontifex *ad Sergium Constantinum*, de quibusdam Patrū dictis auribus suorum temporum accommodatis. *Quosdā*, nempè, *Patrum aliqua balbutiendo docuisse, condescendentes ad informandas mentes, atquè intelligentias paruulorum, quæ ad Ecclesiastica dogmata trahi non debent, quæ* †
31 *cùm ad bonum finem procedant, excusanda sunt, cùm bono magis exemplo fiant, quàm concesso iure*: estquè perpetuum illud eiusdem Taciti dictum, quodquè latissimè pro communi vtilitate patet, *habere aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos auctoritate publica rependitur*.

Non est ideo nimis Criticis Censoribus deferendum, qui è cellis, vel paruis penatibus, tanquam è specula malignè Principum, ac Senatorum actiones iudicare, criminariquè scriptis suis solent, forēsis vsus, ac finis omnino ieiuni, quiquè Tibi, Ministrisquè tuis de huius praxis iniustitia obloquuntur, ac obmurmurant, nec magis omnibus Ministris tuis in partibus indiscriminatim credendum erit; nam aliqui suis commodis augendis (pace bonorum dictū sit) solùm stu-
32 dent, ac per hoc inter Te, † ac Christianos Principes diuortia suscitant, ac sestunt; nonnulli, ne illicitis commercijs, seu lucris intercidant, aliqui quò dignitatibus augeantur, iurisdictionem Ecclesiasticam specie tantùm, inanibusq; verbis interim prætexentes, cùm reuera propria lucra per fas, nefasquè in Ecclesiæ perniciem anteponant.

Sciunt ipsi, impossibile esse, humana negotia alio, quàm humano iudiciorum more tractari posse, & tamen id culpant quod necessariò sequi debet, quodvè inter homines vitari nō potest, quòdquè, vt ita dicam, vix Christus ipse, libertate arbitrij non sublata, in huius Hierarchiæ constitutione assequi voluit: ipse enim, vt ait Sinesius Sanctissimus Tolemaidæ Episcopus *epist. 57.* ne Ecclesiasticus stilus in prosana se commisceret, † nevè secularis sacrum attingere auderet, sacerdotium in noua lege à 33
Principatu segregauit. *Quoniam*, inquit, *res diuina humano more curabatur, propterea coniunctas priùs in eadem persona vitas sacram, & Principalem separauit*: Putatquè ipse Sacerdotij, ac Principatus curam in vnam iungere compagem, esse idem, quòd pugnantia inter se vnire aggredi. Gelasius Papa in idem in *tomo de Anathemate*, ex quo Nicolaus excerpsit, ac diminutè demum *Gratianus in cap. cùm ad verùm dist. 96*. *Fuerint hæc*, inquit Gelasius, *ante aduentum Christi, vt quidam figuraliter adhuc autem in carnalibus actionibus constituti pariter Reges existerent, & pariter Sacerdotes, quod sanctum Melchisedech fuisse, sacra prodit historia*. Et deinde: *Sed cùm ad verum ventum est, eundem Regem, atquè Pontificem vltra sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex Regale fastigium vindicauit, quamuis enim membra ipsius, id est, veri Regis, atquè Pontificis, secundùm participationem naturæ, magnificè vtrumquè in sacra generatione sumpsisse dicatur, vt simul Regale genus, & Sacerdotale subsistant: attamen Christus memor fragilitatis humanæ, quo suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperans, sic actio-*
nibus proprijs, dignitatibusquè distinctis offi- 34
cia & potestates vtriusque discreuit: suos volens medicinali humilitate saluari; non humana superbia rursus intercipi, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum

rerum

ferum Imperialibus diſpoſitionibus eterih-
tur; quatenus ſpiritualis actio à carnali-
bus diſtaret incurſibus, & ideo militans Deo
minimè ſe negotijs ſecularibus implica-
ret: ac viciſsim non ille rebus diuinis præſide-
re videretur, qui eſſet negotijs ſecularibus
implicatus, vt & modeſtia vtriuſquè Ordi-
nis curaretur. Hoc vero, quod tam enixè
Dominus, nè fieret, curauit, ſpretum, ac
34 omiſſum † primo aſpectu in Eccleſia
videtur, ſi Diuo Bernardo credimus *to-*
to lib. 4. de conſideration. ad Eugenium Pa-
pam, potiſsimè in ipſo principio, vbi,
conuerſum Sacerdotium in Principatum ad-
miratur, amatemquè zelum Eccleſiaſticum
pro temporali dignitate tuenda, ſpreto ſan-
ctitatis ſtudio, conuerſum monet. Quod tā-
men ipſimet mecum cordati viri ob id
probare non deſinunt, quod corrupto
ſæculo, ac immutatis Chriſtianæ pieta-
35 tis † ſtudijs, ſubditorumquè obedientia,
ac reuerentia propè ceſſante, humanis
adminiculis (nè ſuprema dignitas ſemel
ſpreta vileſceret) opus fuit. Ac perinde
Sacerdotio, vt & vires principales ho-
die accreſcant, non permittitur tantùm,
ſed optatur, vt nempè *corporalibus profi-*
ciat ſpatijs, & ſpiritualibus amplificetur aug-
mentis, vtq; humano more hęc ſpiritualia
curarentur, Ludouici, & Mathildæ lar-
gitates amplexæ ſunt. Reduc primorum
credentium feruorem, ac obedientiam,
& ſtatim Eccleſia ab externis adiumen-
tis ſecedet. Itaquè ad propoſitum reſti-
tuantur Orbi Chriſtiano priſca incorru-
36 ptaquè decreta, † aliæ, quàm in bonum
publicū, ac iuri conformes Epiſtolæ, &
Breuia non prodeant, nullum lædcn-
tes, nulli præiudicantes, de temporali-
bus non ſe immiſcentes, ſecularium-
què Principum cura perlegendorum,
ac examinandorum Breuium ceſſa-
bit.

At quia vel corrupti ſunt in Curia Bre-
uium Scriptores, vel alienorum iurium
ignari, preſsi grauioribus curis maiores
adminiſtri, Pontifex aliquando propin-
quorum, vel familiarium ſtudio mul-
37 torum, † quæ præcipiuntur, ignarus,
cui non ſemel clauſis foribus, reſerata
omnino communicandi facultate, aſsi-
ſtentibus continuò ijs, qui cauſa malo-
rum ſunt, veritas perindè (cum penetra-
re non poſsit) latet, cum vix Principum
Legatis ad hæc patefacienda aditus de-
tur, quibus id munus à Pontificibus, vt
in Bulla Sixti V. anni 1585. (incipit *R.*
Pontifex) datum. Vbi verò loquendi ve-
nia præſtatur, ſæpè Te ab illis præuēturā,
ac in oppoſitum inſtructum, immutata-
què veritate ſeducunt, & per id con-
tra ſententiam inueniunt; magna enim
peſtis eſt, graue contagium continuum
familiareque colloquium, ac nequiſ-
ſima ſuaſio, ſi à corrupta lingua pro-
cedat, *l. dat. ſi iam 27. Atias. 32. de donation.*
Negari tamen nō poteſt in euidentiori-
bus multa per Te emendari, multa re-
ctiſsimè diſponi, in dubijs aliqua ſupra
ſederi, ac differri; quanta autem ſunt,
quæ te fugiunt? quanta, quæ tibi occul-
tantur? ouidi Victoriam *de poteſtat. Papę*
& Concilij: Pontifex non † poteſt examina- 38
re omnes cauſas, obrutus grauiſſimis occu-
pationibus ſpiritualibus, & temporalibus,
& neceſſe habet mandare alijs curam, à
quibus ſæpe falli poteſt, & ſi fuerit Beatus
Gregorius, & Rodericus Zamoranus
Epiſcopus *libr. 2. Speculi Vitæ humanæ*
capitul. 3. dicebat *Pontifici (licèt cuncta*
poſsidenti) nè vnum deſit, metuendum eſſe,
fidelis, nempe Conſiliarius, qui dicat ei ve-
rum. Hinc Paulus Quartus Pontifex
è Carraffarum familiâ, diu à ſuis de-
ceptus, † atquè in Catholica Regna 39
animatus, cum illos expuliſſet, ſigno
ſuo illud Dauidicum addidit, *ſi mei non*
fuerint dominati, tunc immaculatus ero:
Pontificibus enim licèt ius pateat, facta ta-
men ſæpiſsimè latent, & ſi quæ per ora
familiarium innoteſcunt, corrupta non
ſemel ſunt, vniuſcuiuſquè ſtudijs acco-
modata: hoc idem, & Alonſ. Mendoza
ſæpius inculcat *in relect. de Dom. Chriſti fol.*
688. n. 15. Non tamen tempore iaiere Pont. ſit
ordinē, & proportionē rerū temporaliū poſſe;
propriuſq; Henric. *de Pōtifices claue lib. 2.*
capitul. 31. §. 3. Pontificem longè ab Hiſ-
pania diſtantē aſtutis quibuſdā falſa informa-
tione deceptū concedere, aut importuna quadā

vi precum victum (sunt eius verba) *quæ non intendit libera voluntate concedere, cùm ignorantia, & quadam coactio impediant voluntarium. Regem verò suspendi curare executionē huiusmodi fraudulenter impetratorum.* Omittam Castelli, & aliorum practicorum testationes de innumeris Bullis retentis, quarum executio omissa omnino est, cognito malè impetrata fuisse. Nam ipsorum Pontificum testi-
40 monio non † pauca sunt, quæ per in curiam ob nimias occupationes foris prodeunt. Ita *in capit. ex parte* ex corpore, ibi: *Vt scripsimus, taliter hoc ex nimia occupatione contingit de rescript. & in capit. constitutus,* ibi, *circumuenisse multos Romanos Pontifices. Eodem titul. & in capit. ad hæc* 10. *eod. titul.* ex corpore *tales litteras à Cancellaria nostra non credimus emanasse, vel prodiisse, vel si fortè prodierint, conscientiam nostrā, quæ diuersis occupationibus impedita singulis causis examinandis non sufficit, effugiunt*, aliaquè relata per me *in Cod. Politico nota* 46. *ad leges Federici fol.* 181. notatquè Diuus Bernardus *de considerat. ad Eugenium Papam lib.* 4. *Sunt,* inquit, *quæ necessariò à nobis rogantium aut*
41 *extorqueat importunitas,* † *aut necessitas mercatur. At istud in his, quæ nostra sunt, vbi autem non licet, quod volo facere, quis locus roganti?*

42 Vnde ob id fatentur *se patienter* † *sustinere, si executores non fecerint, quod praua fuerit insinuatione suggestum in capit. si quando* 5. *de rescriptis*, & Innocentius Quartus de se loquens occasione dissentientis à se Friderici II. Imperatoris, ait: *Quòd si Ecclesia cum in aliquo contra debitum læserat (quod non credebat) parata erat corrigere, ac in statū debitum reformare*, & deinde, si parata erat Ecclesia de consilio Concilij sibi satisfacere, si læsisset in aliquo, *& reuocare sententiam, si quam contra ipsum iniustè tulisset*, accedit Leo Quartus *in capit. nos si incompetenter* 2. *quæst.* 7. antè hos omnes Nicolaus Primus *sententiā,* ait, *non negamus in melius cōmutare, cū aut subreptum aliquid fuerit, &c.* Vt veri Petri Apostoli Hęredes, qui Paulum (vt retulimus) sibi, suisquè præceptis super infidelium circumcisione obsistentem benignè audiuit, eiusquè consilio obsecutus fuit; vbi enim Pontifex iniuriam 43
pręcipiat, non illi, sed Deo † potius obediendum, cui tantùm absoluta, & cœca debetur obedientia, hominibus verò, quatenus iusta præcipiant, cùm lex omnibus data sit, ipsaquè dilucida, & aperta. *Facies,* inquit scriptura, Deut. 17. *quæcunque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerit te iuxta legem eius*, & in Apostolorū Actis cap. 7. nunquam enim tanta Prælatis auctoritas data est, vt ad libitum præcipere possint: imo subditis discretio concessa est, *omnia,* inquit *Apost. ad Thessal.* 1. *cap.* 5. ad finem, *probate; quod bonum est, tenete*, experientiam † nempè facitote, vt 44
bonum tutè amplecti possitis. *Inde Leo Pontifex* meritò Magnus *in sermone Assumptionis suæ*, inquit, *manet Petri priuilegium, si ex eius feratur æquitate iudicium, &c.* vbi Primatum Apostolicæ Sedis agnoscens, ne ex hoc vltra id quod sunt, qui in illa sedere cōperiātur, audeant auctoritatis Petri, ipsiusq; iudicij hęredes successores Pontifices monet, eisq; parendum, si tamen eius vestigia sequantur, si eius æquitatem, si iustitiam in ijs, 45
quæ pręcipiunt, seruent, innuens † non ex sola repræsentatione, sed ex operationum similitudine Petro in eis obediendum esse. Facit quod docuerat Paulus *ad Thess.* 2. *capit.* 3. ibi: *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos*, & antè, *subtrahatis vos ab omni fratre, ambulāte inordinatè*, nam Pontifex iudex est animarum, non dominus; iudicē verò formula iuris astringit, adeò ne subditus quis viro dici debeat, sed iuri ex Abul. *in proœmio lib. Iudicum quæst.* 11. Atquè hoc idem illud est, quod ait Apostolus 2. *ad Corint. capit.* 10. *suam potestatem ad ædificationem præbitam, non ad destructionem*, iuxta expositionem Diu. Thomę *opuscul.* 19. *capit.* 3. & Diu. Bonauenturæ *in opusc. cur fratres minores prædicent*, cui pro compendio Gelasij Papæ sententia acce-

accedit in *cap. cui illicitè 11. quæſt. 1.* *dum ait: ſi iniuſta eſt ſententia, tantò curari non debet, quantò apud Deum, & Eccleſiam neminem grauare debet iniqua ſententia. Ita ergo & ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus proſpicit obligatum.*

Ex iſtis & ſecundum elicitur, quod propoſui, id nempe, quod apud nos vſu receptum eſt Apoſtolicis doctrinis, ac exemplis fundari, cùm Apoſtolus præceptorum, ac doctrinarum examinationem (vt dictum eſt) non permittat tantùm, ſed antequam admittantur præcipiat, iuxta praxim à ſe viſitatam, qua Petro, vt dictum eſt in faciem, quia reprehenſibilis erat, reſtitiſſe teſtatus eſt; ad Galatas *cap. 2. 11.*

46 Id ipſum † & plures Sancti aduersùs quorundam Pontificum inconſulta præcepta ſeruauerunt. De *Diuo Cypriano* Martyre, quòd Stephani Pontificis determinationi obſtitit, ac vt melius informaretur, reſcripſit, imo Synodo 84. Epiſcoporum coacto ita edixit, *nec quiſquàm noſtrum tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigat.* Cuius factum Diuus Auguſtinus collaudat *lib. 1. contra Donatum*, atque ipſe idem cum Patribus Carthaginenſibus in Concilio ſupra indicato ſeruauit. Pro multis demum ſufficiat *Ignatij Conſtantinopolitani* Patriarchæ, viriquè ſingularis ſanctitatis exemplar, qui Ioanni Papæ ſub anathemate, vt à Prouincijs quibuſdam regendis abſtineret, præcipienti, non obtemperauit, quinimo reſtitit; cuius conſtantiam Baronius *tom. 10. Annalium anno 878.* ſummè collaudat, quòd iura ſuæ Eccleſiæ contra Pontificem acriter tutatus fuerit: *Tenebatur*, inquit, *id agere, nec prætermittere poterat, niſi æternæ vitæ diſpendio*, neque deſtitit, eo quod Adrianus Ioannis ſucceſſor idem repetijt.

Demum, Beatiſsimè hominum, & id
47 ſummè hanc praxim ſuadet, quod † Imperatores Ethnici, quòd Chriſtiani omnes Principes, licèt profani, licèt ſeculares, licèt non Regnum tantùm, ſed dominatum exercentes, ius cum ſubditis ſeruant; dum reſcripta omnia, quæ ad gratiam, vel iuſtitiam attinent, non perlegi, & examinari tantùm permittunt, ſed omnino ſuperſederi, ac ſæpè extingui: omnino autem ſi ſemel, bis, vel ter à ſubditis [illegible] rogantur, ad iniuriam non ducunt, ad animum non reuocant, imo iucundum eis accidit, vbi ſubditi aduertant, ac de iniuria moneant: *Vt toto tit. in Cod. ſi contra Ius, vel vtilitatem publicam, vel mendacium fuerit aliquid poſtulatum, vel impetratum.* Cuius prima conſtitutiò Diocletiani, ac Maximiani, altera Conſtantij, & Maximiani Ethnicorum Principum, Duæque ſequentes Conſtantini Magni ante receptam fidem ſunt. Quorum altera 4. in ordine egregij animi argumentum eſt, ſingularisquè modeſtiæ, dum mero, & nudo executori precum examinatio conceditur, *l. etſi non cognitio C. eodem.* Omnium autem ſpecioſiſsimà eſt *l. vltima Anaſtaſij: Omnes cuiuſcumquè maioris, vel minoris adminiſtrationis vniuerſæ noſtræ Reipublicæ monemus, vt nullum reſcriptum, nullam Pragmaticam ſanctionem, nullam ſacram adnotationem, quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ aduerſa eſſe videantur, in diſceptatione cuiuſlibet litigij patiantur proferri.*

Iterum Zeno in *l. 7. C. de diuerſ. reſcriptis* pœnis voluit affici Scriniarios reſcripta dictantes, vel ſcribentes (ſi iuri fortè contradicerent) ac ineſſe clauſulam, *ſi preces veritate nitantur*, in quacumque lege, quocumque reſcripto prior conſtituit.

In idem eſt *l. 1. Cod. de petit. bon. libr. 10.* vbi ne reſcriptis ſimilibus omnino pareatur, conſtitutum eſt. *Quoniam*, inquiunt Gratianus, Valens, ac Theodoſius, *plerumquè ita inuerecunda petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus*; & pleraquè ſimilia in omnibus Regnorum Conſtitutionibus, quæ Scriptores præmiſſi qui

hanc materiam ex professo tractandam sibi assumpserunt, latissimè congerunt. Vnde ortum habet rescriptorum profanorum interinatio, ac magistratuum executoriales literæ, quæ antequàm rescripta Principum exequantur, concedi solent, videndi gratia, an cum iure cõgruant? an tertijs officiant? vt de Imperialibus rescriptis laudans, & comprobans refert Ioannes Papa infra ad verbum relatum *in capitul.* 16. *dicenti* 25. *quæst.* 2.

Id autem non per fœderatos, non per socios, nõ inter duos Reges fit, sed à subdito, à vassallo Regi suo, interdũ etiam, & Domino, † in Prouincijs nempè illis,
48 in quibus nullæ pactiones inter Princi-
pes, & subditos absolutam præcipiendi potestatem moderantur, vbi rectè dici à Domino potest, *an non licet mihi quod volo facere?* vbi stat pro ratione voluntas; de quibus disserui *in Cod. Politic. nota* 20. *ad leges Martini fol.* 339.

Romani enim Imperatores assumpto sibi sub nomine Principis imperio, †
Domini nomen refugere omnino co-
49 nati sunt: hinc Ouidius odium in Ro-
mulum, amorem in Augustum excitat, dum Priorem dominio potitum, alterum Principatu fatetur. *Tu Domini nomen, Principis ille tenet*; de eo Suetonius, *Dominum appellari se nec à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel seriò, vel ioco passus est*, idem & Tiberius, de quo *Tacitus* 2. *Annalium* ait *acerbè increpuisse eos, qui ipsum Dominum dixerant.* Claudius apud eundem *lib.* 12. ita Meherdatem Regnum assumpturum alloquitur: *Addidit præcepta, vt non dominationem, & seruos; sed rectorem, & ciues cogitaret, clementiamque, & iustitiam, quantò ignara barbaris, tantò tolerationa capesseret.* Plinius de Traiano; *hic Regnum ipsum, quæque alia captiuitas gignit, arcet, ac submouet; sedemque obtinet Principis, ne sit Domino locus.*

At cum assentiendi necessitas, ac violentia exequendi seruitutis, ac domina-
tus propria sit, rescribendi iam, ac † re- 50
plicandi licentia recto Principatui conuenire dicenda est; ita de vtroque Plinius *relato loco* de Traiani tempore. *Interrogauit, inquit, quisque quod placuit, dissentire discedere, & copiam iudicij sui Reipublicæ facere tutum fuit, consulti omnes, atque etiam dinumerati sumus, vicitque sententia non prima, sed melior. At quis antea loqui, quis hiscere audebat, præter miseros illos, qui primi interrogabantur? cæteri quidem defixi, & attoniti illam ipsam mutam, & sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore, animique tum totius corporis horrore perpetiebantur, vnus, solusque censebat, quod sequerentur omnes, & omnes improbarent, in primis ipse, qui censuerat.*

Si vero Principatui hoc conuenit, si Regnum decet; quantò magis & Tibi, Sacratissime Pontifex, cui non Dominium, nõ † Principatum, non Regnum,
sed ministratio, Præpositura, pascendi 51
onus, ac dispensandi traditum est, vt Dominus apud *Matthæum* 20. apertissimè contestatur. *Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester Minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Ad quæ illud summè aduertendum est, quod per illud; *non ita erit inter vos*, negat, irritatque contrarium actum, ac si dixisset, si quis secus faciet, nihil aget; meus non erit, Barbosa *diction.* 220. & 221. vbi quòd præcisam formam importat, quod egregiè Bernardus infra adducendus interpretatus est, Petrus verò, qui & cuncta Dominica præcepta vsque ad Euangelij consummationem percepit, quiuè, si quid aduersus hæc à Domino habuisset, tradere Ecclesiæ tenebatur, id ipsum, non aliud inculcauit *Epistol.* 1. *capit.* 5. Seniores, & Coepiscopos allocutus, vt testis, & communicator Domini, *pascite*, ait, *qui in vobis est, gregem Dei prouidentes, non coa-*

ctè,

ciè, sed spontaneè secundùm Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Præuidens enim Apostolus venturos in Ecclesia nouos Doctores, qui ex dominico verbo, ei dicto, *pasce oues meas*, iurisdictionem, & dominium datum contenderent, ly, illud *pascere*, dilucidè explicauit, non iurisdictionem, non dominatum, sed voluntariam subiectionem, & spontaneam pasturam significare. Paulus etiam ad *Cor. 1. cap. 4. Sic nos existimet homo*, de se ait: *vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: hic iam quaritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur*. At quia in hac eadē Epistola Corinthios increpauerat, ac se ad illos cum virga venturum minabatur, insinuans quēdam, qui inter eos correctione indigebat. In secunda, ne id ad potestatem, & dominationem dictum putarent, initio Epistolæ protestatur, se non ad illum finem ea scripsisse. *Ego autem Deum, inquit, inuoco in animam meam, quòd parcens vobis non veni vltra Corinthū, non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri*. Et vt apertiùs id explicet, ac ora insipientium occludat, qui ex priori Epistolà potestatem, & iurisdictionem adstruunt, secundo capite, quid sibi in priori Epistola voluerit, aperit. *Nam ex multa, ait, tribulatione, & angustia cordis scripsi per multas lachrymas, non vt contristemini, sed vt sciatis, quā charitatem habeam abundantiùs in vobis: si quis autē contristauit, non me contristauit, sed ex parte, vt nō onerē omnes vos, eium sufficit isti, qui eiusmodi est*. (Eccè quē absentem iudicasse se dixerat) *obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus*. & *cap. 10. & 13.* dum iterum de potestate sua differit, affirmat: *Arma militiæ, & potestatis suæ carnalia non esse, ac potestatem sibi datam non ad destructionem, sed ad ædificationem*. Hæc examinans Beatus Bernardus, Eugenium Papam instruens *lib. 2. de Considerat. Nec enim ille*, inquit de Petro, *tibi dare, quod non habuit, potuit: quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem, vt dixi super Ecclesias. Nunquid dominationem? audi ipsum: non dominantem ait in Clero, sed forma facti gregis, & ne dictum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini est in Euangelio, Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent inter eos, benefici vocantur, & infert. Vos autem non sic: planum est, Apostolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi vsurpare audeas, aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatū planè ab alterutro prohiberis, si vtrumque similiter habere velis, perdes vtrumquè*: quē adamussim sequitur P. Victor *relect. & de pot. Eccle. n. 2. prop. 1. fol. 68*.

Ecce vt dominatus tibi non conuenit, secundum Bernard tum ex muneris natura, tum ex irritante Domini præcepto. Quod si tuum est ministrare, si fideliter dispēsare, pascereque Christi oues: *Sic nos*, inquit Apostolus *ad Corinth. cap. 4. existimet homo, vt ministros Christi, dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur*. Fidelitas in hoc præcipuè consistit, vt de omnibus dictis, factisq; ratio ex charitate, non obligatione reddatur, nevè interrogari, & consuli, cur ita fiat? molestè feras. Optimè idem Bernardus ad eundem *lib. 3.* vbi præposita obiectione, quòd Pontifex hæres Apostolorum sit, qui in Psalmo *Principes super omnem terram constituti sunt*, addit hæc: *Non enim per omnium rerum modum, sed sanè quodam tenus, vt mihi videtur dispensatio tibi super illud tradita est, non data possessio: si pergis vsurpare & hanc, contradicis tibi, qui dicit: meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Nō tu, ille, de quo Propheta: Et erit omnis terra possessio eius. Christus hic est, qui possessionem sibi vendicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono Patris. Cui enim alteri dictum est: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ? possessionem, & dominium cede huic, tu curam illius habe, pars tua hæc, vltra ne extendas manum. Quid, inquis, non negas præesse, & dominari vetas? planè sic: quasi nō benè præsit, qui præest in solitudine? Numquid & villa villico, & paruus dominus subiectus est pedagogo? nec tamen villa ille, nec*

Domini Dñs est, ita & tu præsis, vt proui-
deas, vt cõsulas, vt procures, & serues. præsis,
vt prosis, præsis, vt fidelis seruus, & prudens,
quẽ constituit Dominus super familiam suam.
Ad quid? vt des illis escam in tempore, hoc est,
vt dispenses, non imperes. Et post pauca:
Nullum tibi venenum, nullum gladium plus
formido, quàm libididinem dominandi; certè,
vt multum tibi tribuas, si multum deceptus
non es, nihil te existimes accepisse à magnis A-
postolis. Recordare nunc vocis illius sapienti-
bus, & insipientibus debitor sum: debitoris
molestum nomen seruienti potiùs, quâm domi-
nanti congruere.

Debitum ergo est, tui paterni mune-
ris filios reclamantes audire, executio-
nem præcepti, non Domini more vrge-
re, sed aliquandiù remittere, sæpius dif-
ferre, ac misereri, vel inscitiam, vel scã-
dalum conserui tui, admittendo respon-
sum, ferendo dilationem, expectando
obedientiam.

Hæc mihi videntur supremæ digni-
tati † Tuæ, absolutæ Sanctitati, supremæ
52 iustitiæ congruere, vt nempè de Te ve-
riùs, quàm de Traiano dicatur: *Quòd cõ-*
temptor ambitionis sis, atque infinitæ potesta-
tis domitor, ac frænator; tibi enim id ma-
ximè conuenit, cui Bernardus ibidem
lib. 3. dixit: *Iustitiæ plenitudinem, non pote-*
statis docere. Nec curandum, quòd assen-
tatores, ijdemquè dissidiorum fautores
de tua auctoritate per id detrahi dicant,
ac Principibus aliquid supra Te tribui.
Nam hoc longè à veritate, longiùs ab
intentione eorum est. Re vera enim nec
tibi aliquid aufertur, nec illis accrescit, †
53 cùm actus resistendi, ac ad tempus non
parendi, nullam (vt talis est) contineat
auctoritatem. Repulsa enim non præci-
pientis, sed potiùs patientis est; ideo nul-
la auctoritas requiritur, vt ex mente om-
nium Theologorum fundat Bellarmi-
nus *lib. 2. de Concilijs c. 19. ad 2.* patetquè
ad sensum, dum vnicuiquè, priuato etiã,
ac omnium infimo id competit, estquè
absurdissimum, quod alibi ex Marta, Bo
nacina, Gabrina, & alijs huius æui Scri-
ptoribus plus nimio libertati Clericorũ
blandientibus retuli: cõcedi nempè pri-
uato cuique satius esse, quàm Principi,
vel quòd sanctius sit omnia interire,
quàm resisti; pugnant enim ipsius natu-
ræ inuiolabilibus principijs, quibus nec
Deus optimus max. dispensat, vt docet
D. Thom. 1. 2. *quæst. 69. art. 5. & 9. 10.*
ar. 8. & post eum Caiet. Soto, omnesquè
eius sequaces alibi expressi.

Rectius enim est, ac Christianæ insti-
tutioni conuenientius, † vt Regi id per- 54
mittatur, priuatis negetur, vt docet Aug.
lib. ad literas Parmenani c. 7. vbi Prælatis
Hæreticis de Principũ supplicijs cõquerẽ-
tibus occurrit, his nempè verbis: *Sed mul-*
ta cùm etiam de Paganis diximus, & de ipsis
dæmonibus, quòd persecutiones ab ipsis Princi-
pibus patiantur, an & hoc displicet? cur ergo
ipsi, vbi possunt, templa subuertunt, & per fu-
rores circumcellionum talia facere, aut vendi-
care non cessant? An iustior est priuata violen-
tia, quàm Regia diligentia? Quæ enim con-
fusio, quæ turbatio, ordinisquè omnis
peruersio, si vnicuiquè subdito Breuium
nocuorum retentio, & examinatio sub
defensionis, vel iustæ resistentiæ specie
permitteretur? & tamen permittunt isti,
ac laudant, dum Principi tantùm hoc ad
impietatem tribuunt, cæteris defensio-
nem latè patere dicunt.

His existimo Pontifices aures non
præstituros † nec me fallit iudicium. 55
Nauarrus testis est *in cap. non licet Papæ*
12. quæst. 2. sibi Pium V. Max. re vera
Pontificem, affirmasse, Iurisconsultos
plùs satis Papæ potestati tribuere soli-
tos; de eisdem Ioannes à Turrecremata
in cap. coniunctiones 35. q. 2. ait: *Mirum*
esse, quòd cùm Pontifices de potestate eis data
moderatè loquantur, quidam autem Doctor-
culi sine aliquo vero fundamento, velint eos
adulando, quasi æquiparare Deo.

Non secus ergo à Te virorum Maxi-
mè faciendum † expecto, vt tuis tempo- 56
ribus libertatem supplicandi Principi-
bus, Christianoquè populo si assentiaris,
vel confirmes, vel restituas, *vt raras illa*
temporum felicitate fruantur, quam Scri-
ptor ille profanus extollit, *vbi quisquè sen-*
tire

tire, quæ velit, & quæ sentit, dicere liceat, vtquè, vt alter de eiusdem Traiani temporibus affirmabat in Panegirico, *Tuæ moderationis hæc laus sit constantia nostra, quòdquè non ad certamen adulationis, sed ad vsum, manusq; iustitiæ accurramus, hanc simplicitati tuæ, veritatiquè gratiam relaturi, vt te quæ vis, velle, quæ non vis, nolle credamus, incipiamus inde, desinamus ibi, à quo incipi, à quo desini sub alio Principe non posset*. Et demum vt B. Bernardus aiebat *lib. 2. de Consid. non sit proindè pigrum tibi vestigare, quod desit, aut fateri quod desit verecundum; loquere, & tu voce antecessoris tui, non quòd iam acceperim, aut quòd iam perfectus sim, & rursum, ego me non arbitror comprehendisse, nam cùm multa errare possimus, admoneri velle erroris sapientia summa est, laudabilisquè modestia*. Idque maximè seruandum à Pontificibus videtur, qui idem in rescriptis Impe-
57 ratorum † sibi directis seruari cupiebant ex regula, quod quisquè iuris, &c. *vt in c. 16. dicenti 25 quæst. 2.* Ioannes Papa aiebat: *Dicenti sacras iussiones se habere præ manibus, respondemus scire illum oportere, quòd ipse clementissimus Princeps generalibus legibus constituerit, illa sacra vniuscuiusquè supplicantis desiderio præualere, & effectui mancipari, quæ cum iuris, & legum ratione concordant: ea verò quæ surreptione, vel falsis precibus forsitam impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium*. Ex quo videtur reciprocum hoc munus esse vtriusque potestatis. Confert Meldensis *Concilij statuti c. 88.* ibi: *Si vos contra hæc capitula, aut nos, quod absit, non malitia, nec peruerso studio, sed aut per humanam fragilitatem, aut per ignorantiam, aut per subreptionem non damnabiliter contra nos egerimus, mutuo hoc consilio corrigamus, & firmata deinceps conuenientia maneat*.

Postremò ad Dianæ resolutionem deueniendū est. Is ergo citatis pro affirmante sententia post aliquos I. C. Maldèro *in 22. q. 5. art. 10. dub. 8.* Rodrig. *in add. ad §. 9. Bullæ Cruciatæ fol. 159.* Llamas *in instruct. conf. f. p. 1. cap. 7. §. 19.* Graff. *decis. 2. lib. 4. cap. 16. num. 120.* Henric. *in summa lib. 14. cap. 12. num. 6. lit. O.* Ioan. *de la Cruz de statu Relig. lib. 1. c. 6. art. 2. dub. 2. concl. 1.* Ait deniq; Theologos oppositum communiter tenere, quòdque Zerula, qui oppositum docuit, notatus fuit. Citatque ad fundandam communem nouem moralium Scriptores Filiucium, Reginaldum, Azorium, Alteriumq; Bonacinā, Pesantium, Duardum, Acostam, & Sousam, firmantes *discussionem hanc apud Ecclesiasticos Iudices, & Nuncios Apostolicos agendam esse; & non apud profanos Magistratus, qui iuris, & potestatis Ecclesiasticæ incapaces sunt*. Hæc ille.

Agnosce ex hoc Pater Sanctissime, quàm leuibus, ac perfunctorijs fundamentis omnes Principes, Catholiciquè Magistratus impetantur, ac eorum praxis oppugnetur, hocquè tam acritèr, tam acerbè, vt omnes censuris irretitos velint, ac ex fidelium communione extra gregem separatos, ac simul tui muneris esse, horum existimationi, & famæ (cum nunquam in veritate à re recesserint) ac pro tollendo pusillorum scandalo consulere. Nam si ex opinationibus Auctorum argui in huiusmodi posset, maior est numerus eorum, qui pro hac praxi stant, auctoritas verò longè maxima; nam vltra relatos cum Maldero, innumeros Theologos Hispanos citat Salcedus *de leg. polit. lib. 2. cap. 3. nu. 34. & 48. 54.* inter cæteros Vasquium, ipsummet Suarium, & alios supremæ notæ Auctores, cum Ecclesia Gallicana omni, Theologisq; Venetis, vt flocci omnino qui oppositum docent, faciendi sint. Accedunt denique relati supra *quæst. 5. in fine*.

Quodquè magis animaduersione indiget, illud est, quòd putant, iurisdictionem, ac potestatem in retentione exerceri, quòdquè hæc non per seculares, sed per Ecclesiasticos Iudices exercenda sit, vt agnoscas impropriam locutionem, quàmuè distantibus, atque oppositis terminis vtantur, dum id ad potestatem referunt, quod potestatis non est, dumquè Episcopis, Archiepiscopis, ac Nuncijs

tuis

tuis subditis potestatem, iusquè aduersùs tua mandata, quam non habent, concedunt, cùm si hoc obsistere Principi-
58 bus, vt † qui subditi sunt, asseritur, multò minùs, & Episcopis, è contra concedi potest, cùm isti principaliter, & dire-
59 ctè † subsint, ille indirectè, & secundùm quid ex traditis à Ioanne Maiore *in* 4. *distinct*. 24. *quæst*. 3. Gand. *q*. 23. *quodlibe*-6. Caiet. 2. 2. *quæst*. 43. *art*. 8. Soto *in* 4. *distinct*. 25. *q*. 2. *art*. 1. Vasq. 1. 2. *disput*. 153. *cap*. 2. *nu*. 26. Bellarm. *de R. Pontifice lib*. 5. Hinc si præceptorum examinario, subditis, vt subditi sunt, repugnaret, fortiùs Episcopis, è contra interdici deberet, sed quia perlectio præcepti, executionis dilatio, ac relatio ad mandantem, cum subiectione compatiuntur, imò illã denotant, ac designant, ideo, sicut conuenit Episcopis, ita, imo fortiùs licebit Principibus; ab vtrisque enim nulla auctoritas geritur, nam si alioquin gereretur, vtrisque rectè non competeret, excusabilior tamen semper in Principibus esset, tum quia non adeo subditi, tum quia cum illis mitiùs agit Eccle-
60 sia, † quos ad consortiũ quodammodo Regiminis vocat, vt *in cap. Principes seculi* 23. *q*. 5. Aiebatquè de se Constantinus ille Magnus, piusque Princeps Episcopos alloquens. *Vos intrà, ego autẽ extra Ecclesiã, Episcopus à Deo constitutus sum, rerũque exteriorum inspector*. Refert Euseb. *lib*. 4. *capitul*. 24. Accedit Leo Magnus *Epist*. 7. *ad Theodosium*, & quæ huius tenoris exposui supra *quæst*. 11. *vers*. 1. *dicent per hæc*. Ex quibus simul perpensis tuum est æstimare, quo titulo, quo nomine, quauè occasione huiusmodi tã iustus, & necessarius mos à Catholicis Principibùs exerceatur, ac practicetur, si ob naturale ius si ob positiuũ, si deniq; ex diu per multa secula recepto vsu, ex ijs, quæ dixi *supra quæst*. 4. ex his enim, quæ proposuimus, ac vnoquoquè ipsorum dubia, sique sunt in huiusmodi controuersia, omnino deficient, vt fidelium animi, horum præcipuè qui in Hispano Principatu degunt, quiescere possint, ac Hæreticis ora reserari, qui Pontifices nolle de iniustitijs moneri asserunt, aduersùs quos in Cod. scripsi. Ex his verò Te inanium huius seculi contemptorem scient, (qui ad veram spiritualem potentiam augendam mirer existimatur.) Dum de iniustis rescriptis liberè aduerti posse pateris, & permittis.

QVÆSTIO XIIII.

An Ministri Regij possint cognoscere causas Ecclesiasticas, per viam violentiæ, vt vulgo dicitur?

EPITOME.

1 *Ecclesiasticæ causæ pretextu violentiæ à Laicis iudicibus cognosci nequeunt.*
2 *Scriptores nonnulli Hispaniarum Regis odio flagrantes notantur.*
3 *Æmulatio indiscreta quo pacto sanandæ.*
4 *Condemnãdæ opiniones indiscretè non sunt.*
5 *Principatus ad pacem subditorum constituti.*
6 *Subditi, ne quod possint, faciant, arcendi.*
7 *Potestas gladij penes Principes Laicos est.*
8 *Principis principale munus pacem seruare, idque violentias arcendo assequitur.*
9 *Ius redditur, etiam cùm iniquè redditur, quò pax seruetur.*
10 *Violentia dicitur, vbi à iudice quis recedit.*
11 *Leges ad hoc constituta, vt nemo sibi ius dicat.*
12 *Appellatio diuino auspicio ad iniurias vitandas inducta.*
13 .... *Apostoli ad Cæsarem pro violentia arcenda.*
14 .... *causam ad terminos non decisæ litis reducit, ac iudicem priuatum reddit.*
15 *Iudici vti priuato procedenti iustè resistitur, imo tanquam latroni, & post n. 52.*
16 *Superiori citra Principem naturali defensione occurritur.*
17 *Prælatis quo pacto, si vim adhibeant, resistipossit?*
18 *Pontifici resistitur, non exequendo eius præcepta.*

19 Iudi-

72 Defensionis facultas naturæ iure translata in Principem lege Regia inuenitur.

73 ....in Principem iure gentium translata.

74 Ius gentium, neque vt ab omnibus æquè recipiatur, opus est.

75 Legibus suis nemo contra alios iuuatur, nec contra se ligatus videtur.

76 Rex Hispanus Imperio non subest.

77 Violentiã lex Hispana, vt iuris Naturalis pedissequa repellit, & post n. 78.

78 Pontifex Iuri naturali, & Gentium non dispensat.

79 Leges nouæ Prouinciarum Ecclesiasticos non ligant, etiam fauorabiles.

80 Consuetudo arcendæ violentiæ ex primitiua Ecclesia ad hæc tempora seruata.

81 Christus Dominus nec naturalem, nec politicas leges sustulit.

82 ... nec consuetudinem rationi coniunctam detraxit.

83 Naturalis causa præualet accidentali, & ciuili.

84 Constantinus. Imperator se exteriorum Episcopum pronunciauit.

85 ... violentiam repressit, vt appellationi deferretur, præcipiens, & post n. 88.

86 Hæretici Imperiale auxilium pro Ecclesia præstitum improbabant.

87 Ecclesiastici iure optimo à Christianis Regibus auxilium petunt.

88 ...etiam ad Ethnicos Magistratus ad eyciendum intrusum Episcopum prouocauere.

89 Pontifex Liberius Luciferum ad Imperatorem pro Concilio congregando transmisit.

90 Exemptio Clericorum in profanis à iure Cæsarum dimanauit.

91 Obseruatio statim post concessionem enata eius entitatem ostendit.

92 Imperator an potuerit sibi ius defendendi populi præripere?

93 Ius publicum ex qualibet concessione non tollitur

94 Lex illa superior cæteris est, quæ publica priuatis anteponit.

95 Christianissimi superior regula publicæ vtilitatis sucumbere.

96 Naturalia iura nec cessibilia sunt.

97 Respublica, & Principatus debet habere sufficientia ad se tuendum, & oppositum implicaret contradictionem, ideo se abdicare non potest hac facultate.

98 Defensionẽ sui populi concernentia Princeps remittere, nisi cũ Principatu non potest, nisi populus assentiretur.

99 Populus sui defendendi facultatem precario concessit.

100 ...si illum Princeps non defendat, se defendere poterit.

101 Precarium semper reuocari poterit.

102 Imperatores, qui violentias arcere conati sunt.

103 Violentias arceri posse, qui successiuis temporibus docuerint?

104 Consuetudo arcendæ violentiæ vbi adsit, ad traditionem priorum temporum referenda.

105 Sanctorum Patrum auctoritas quo pacto valeat in Ecclesiasticis causis?

106 Resistentia ex violentiæ specie quibus Canonibus improbata?

107 Pontificali decreto omnes anteriores leges cedunt, & auctoritates.

108 Prouocatio iudicialis à Prælatorum sententijs omni iure damnata.

109 Principes nostri id curant, vt subditi ad superiorem Ecclesiasticum in causis Ecclesiasticis prouocent.

110 ...censuras tolli non præcipiunt, sed appellationem admitti, qua censuræ per consequens cessant.

111 Bullæ Cœnæ realis violentiæ propulsionem non tollit.

112 ...nihil determinat credendum de fide formaliter.

113 ...abusum facultatis arcendæ violentiæ damnat.

114 Pontifex derogare voluisse naturalibus præceptis, & instinctibus credendus non est.

115 Censuræ Bullæ Cœnæ ex defectu materiæ, non obligant vtentem iure naturali.

116 P. M. Arauxo de violentijs doctrina cum Auctoris commendatione expenditur.

117 Magistratus Hispani an iudicialiter in violentijs arcendis procedant? affirmat

Vas-

Vasquius, sed vide infra.

118 *Malum minus ob maius vitandum.*

119 *Appellationes omnes satius est admitti, etiam si iniusta quæ sit, quàm vnam iustam sperni.*

120 *Acta habentur, vt trāsmissa, si pars vna impediat transmitti, & creditur informibus.*

121 *Actus humani, humano modo, etiam quoad diuina explicari possunt.*

122 *Arbitri eitando, & sententiam ferendo iudicia non vsurpant.*

123 *Veritati, & rei essentiæ incumbendum.*

124 *Citatio ad notitiam fit sine alterius iurisdictionis læsione, vbi necessitas nō inest.*

125 ... *quæcunque omitti non potest, solemnis potest.*

126 .. *ex lege Euāgelica præcisè obseruāda.*

127 *Correctio fraterna quomodo cum Prælatis vim inferentibus ad vsum deducatur.*

128 *Pontifex quà talis alia persona est respectu suæ indiuidualis.*

129 *Priuatus vbi se defendere potest, amplius Respublica poterit.*

NOn posse, & rectè ex Theologis Themati à se proposito responder P. Diana, & responsurum vnumquemquè cordatū virum simili interrogationi existimo. Nā cui in mentē venire potest, vt constituta semel in Pontifice, ac cæteris Prælatis iuris dicēdi in Ecclesiasticos potestate, eadē † sub violētiæ co-
1 lore per indirectū priuari possint, ac per id ad seculares iterum reduci? Sed longè diuersum est, Pater Sanctissime, quod quæri debet, distatquè multùm, quod ab Hispanis Regibus per multa secula seruatum est, ab eo, quod Diana tam insolitum proponit, tam extra rem enunciar. Aduertesquè per hæc, certusquè redderis, si illa libenter paterno affectu, vt sperandum est, suscipias, ac perlegas, multa tibi, non per preces tantùm, vt præmissa *quæstione* ostendi, sed per libros, ac tractatus insinuari, ac in mentem inseri, quæ Scriptores nonnulli in
2 odium † secularium Principum, Hispani præcipuè immeritò ab illis malignè habiti) magis, quàm pro reformādis Ecclesiæ motibus, vel iurisdictionis Ecclesiasticæ incolumis seruandæ amore scribunt. Arbitrantes se obsequium tibi præstare, si Hispanorum nomen, & gloriam in inferos vsquè deijciant. Quibus secundum Apostolum *testimonium perhibeo, quòd æmulationem Dei † habent, sed non* 3
secundum scientiam: ijsquè illud D. Greg. conuenire *epist. 39 lib. 9. ad Theoth. stam: Sunt multi siquidem, qui imperito zelo succēduntur, & sæpe cum quosdam, vti hæreticos insequuntur, hæreses faciunt, eorum infirmitati succurrendum est, & sicut prædixi, ratione, & mansuetudine placandi sunt. Illis quippe sunt similes, de quibus scriptum est: testimonium &c.* Idquè illi agunt, & præstant qui non ex iuris imperitia, sed ex facti ignoratione ne limina quidem rei controuersæ † salutauerunt. De his con- 4
queritur D. Gregor. Nazianzen. *orat. 26. Illud.* inquit, *saltem tibi impera, vt fratrem non condemnes, temerè præsertim, ac præcipiti iudicio, vbi condemnare, & contemnere nihil aliud est, quam a Christo eijcere, atquè exturbare, occultumquè triticum, & quidem fortasse tuo præstantius vnà cum zizanijs exscindere,* & statim, *quid enim, si lippientibus oculis, aut alio quopiam morbo laborantibus obscurum solem aspicias? Quid, si omnia averti, ac sursum, deorsumquè ferri putes, ipse nausea correptus, aut alio vitio obrutus, ignorantiam tuam alij tribuas? Multùm diuquè ante versandus, atquè contorquendus est animus, multa ferenda, quàm vt alium impietatis damnemus.*

Vt ergo pietas tua benè de Hispano Rege, suisquè Magistratibus sentiat, vt paternè te secum habeas, sinistramquè omnem ab eius actibus suspicionem auellas, audi quæso, quid ipse ab exordijs Regni Hispaniei vsu receptum, inter subditos suos hodiernis temporibus exerceat: nam ex vera quæstionis definitione resolutionis firmitas pendet, vt supra *quæst. 1. numer. 38. hoc lib. 2.* Scimus omnes ad hoc legitimos Principatus & Regna constituta, vt populi cum iusti-
tia,

tia, & pace regantur, † in hoc erecta iu-
dicia, creati Iudices, & Magistratus, obe-
dientiam, è cœlo subditis inculcari Pla-
to *in Pithagoram*, Arist. *lib. 5. Æthic. &*
lib. 3. Polit. cap. 11. eleganter D. Chriso-
stomus *hom. 6 ad populũ Antioch. Si Prin-*
cipes, inquit, *de ciuitatibus abstuleris, feris*
irrationabilibus similem vitam degeremus,
inter nos mordentes, & nos deuorantes, pau-
periorem potentior, mansuetiorem audacior,
necesse igitur fuit, vt Plato signato loco
ait, vt congregati in officijs, & pace per
vnius Imperium continerentur, & Diu.
Augustinus *lib. 5. contra Iulianum capit.*
11. *An non cernimus*, ait, *optimè vnicuique*
dominatum ab ipsa natura cum summa vti-
litate infimorum datum? D. Gregor. *lib. 7.*
epist. 120. Summum in Regibus bonum est
iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare, &
6 † *subiectis non sinere quod potestatis est, fieri,*
sed quod æquum est, custodire. Diu. Thom.
1. 2. *quæst. 49 artic. 4.* quòd Christianæ
quoquè Philosophiæ firmissimum enũ-
ciatum esse docemur ex doctrina Apo-
stoli *ad Rom. cap. 13* Cuius verba perpe-
ram ad alias potestates, quàm ad Re-
giam, & principalem protrahi, conclu-
dit Diu. Augustin. *lib. 5. capitul. 7. contra*
Parmenianum. Propter quod ergo, inquit,
7 *gladium portat*, † *qui dictus est minister Dei*
vindex in iram eis, qui male agunt? nisi forte,
quemadmodum nonnulli eorum sanè imperi-
tissimi hoc intelligere solent, de honoribus Ec-
clesiasticis dictum esse, vt gladius intelligatur
vindicta spiritualis, quæ excommunicationem
operatur, cùm prouidentissimus Apostolus,
consequenti lectionis contextione aperiat,
quid loquatur; ille quippè addidit, propter hoc,
& tributa præstatis, & quæ sequuntur, in-
ferens ad seculi dominos illa referenda esse.

Hoc ergo Principis secularis munus,
hæc mutua subditorum officia, hæc om-
nium vota vno, illoquè singulari medio,
8 ac necessariò assequuntur, † si amota
omni priuata violentia, item & pu-
blica, quidquid controuersiæ inter eos
oritur, per iusdicentes sopiatur, censea-
turquè id tantùm iure fieri, quod per
9 eos etiam † iniustè fiat, *l. ius pluribus 12.*
de iust. & iur. vbi *Prætor ius reddere di-*
citur, etiam si iniquè decernat, & in l. seruo
65. §. cum Prætor D. ad Trebellianum.
In quantum tiempe à subditis citra iu-
ris remedia resisti proprio, † ac priuato 10
iure non licet, vt *in l. extat. D. quod metus*
causa, & in l. creditores 7. D. ad l. Iuliam
de vi publica. Tu vim, ait, *putas esse solum, si*
homines vulnerentur? vis est & tunc, quo-
ties quis, id quod deberi sibi putat, non per iu-
dicem reposcit. Demosthen. in cononem
placuit de omnibus his iniurijs † ex legibus
iudicium exerceri, non autem ex cuiuscum- 11
què impetu, vel arbitrio. Vnde hausit Cas-
siod. *epistol. 4. l. 4.* vbi Theodoricus ait:
Hinc est, quòd legum reperta est sacra reue-
rentia, vt nihil manu, nihil proprio agere-
mus impulsu, l. nulli C. de iudæis, ideirco
iudiciorum vigor, iurisquè publici tutela in
medio constituta, ne quisquam sibi ipsi per-
mittere valeat vltionem. D. Greg. statim
citatus *num. 6.* Aduersùs ideo iudicum
iniurias iniustè, vel nulliter agentes, ad
superiores proclamationes, atq; appel-
lationes inductæ sunt, † diuinoquè, 12
quasi auspicio, ac dispositione inuentæ
vt citra omnem vim, priuatumquè co-
namen, quidquid perniciosè in iudicio
gestum, actumque fuerit, sarciatur, ac
emendetur, vt testatur Vlpianus *in l. 1.*
vbi & *frequentem, & necessarium vsum*
appellationis prædicat, *quippe*, inquit, *ini-*
quitatem iudicantium, vel imperitiam re-
corrigat. D. de appellat. cap. 1. quæ sint rega-
lia. Magnaq; fuisse necessitate de appel-
latione prouisum, notat D. Bernardus
lib. 3. de consid. ad Eug. sanctumq; ac pium
† remediũ reddidit vsu suo *Apostolus*, dũ à 13
Iudęis circumuentus Festi Præsidis ini-
quitatem, ac violẽtiam, appellatione ad
Cęsarem declinauit *Act. 25.* cuius factũ
extollit D. Augustin. *epist. 50. ad Bonifa-*
cium. Sequitur laudans S. Tho. *opusc. 19.*
cap. 5. & in 2. ad Galat. lect. 3. de vtilita-
te verò, ac necessitate appellationis lo-
quuntur. Salas *de legib. disp. 15. sect. 7.*
num. 93. Baldell. *in Theolog. moral. lib. 5.*
disput. 44. num. 34. & disposit. 7. num. 182.
Torreblan. *de iur. spirit. lib. 10. c. 8. n. 10.*

As

At cùm iudex, siue Laicus, siue Ecclesiasticus sit, appellationem denegat, ac sententiam omni effectu iuridico, ex prouocatione suspensam per fas, nefasquè exequi satagit, iam non iudex, sed vti priuatus agit, cùm per appel-
14 lationem † omnis eius iurisdictio in causa illa euanuerit, ac ad superiorem ipso iure translata dicatur, ne ipse, qui decisit, aliquid innouare possit, *l. 1. D. nil noui appellat. pendent. l. sciendum*, ibi: *omnia in eodem statu*, *D. appellation. recip. l. appellat. Cod. de appellat.* & Canonistę præcipuè Franc. *in capit. cùm teneantur, numer. 8. capit. ad hæc in principio, & capit. sæpè eodem titulo.* Inde colligitur regula, quòd appellatio conseruat statum appellantis ante sententiam, latè per plura exempla Lancellot. *de attentatis, par. 2. capit. 12. in præfatione, ex nu. 79. ad* 100 *fol.* 182.

Inde ei, qui iam suo munere functus est, ac in ea causa, attenta prouocatione sicut quilibet priuatus habetur, iustè,
15 ac licitè † citra vllum pœnæ incursum, etiam manu, ac armis obsisti potest: tùm ex iure Canonico *ex capit. dilecto* 6. *de sent. excomm. lib.* 6. ibi: *Cum omnes leges, omniaquè iura vim vi repellere, cunctisquè se defensare permittant, licuit ipsi Decano, &c. contra illius violentiam, iniuriamquè se tueri*; Abbas, & Felinus *post* Innocent. *in capit. si quando de offic. deleg.* Guid Papa *de appellat. quæst.* 120. *column.* 7. Lancellot. *part. 2. capit. 12. ampliat.* 20. Cùm ex ciuili, *ex l. quoniam iudices, Cod. de Apellat.* Bald. *in l. addictos Cod. de Episcopal. aud.* Angelus *in l. addictos Cod. de appellat.* Castel. Cotta *in memorabilibus verbo appellatio interposita, fol.* 29. Maranta *in speculo disp.* 1. *numer.* 38. Roland. *consil.* 77. *viso, n.* 6. *lib.* 2. & omnes communiter, quia is efficitur incompetens ex prouocatione, cui impunè resisti potest. Card. Ludouis. *decis.* 336. egregiè Diuus Thomas 2. 2. *quæst.* 69. *articul.* 4. vbi *quòd talis iudex assimilatur latroni, ei-què licèt resistere, sicut latroni.*

Regula enim illa à iure naturali proueniens ad propriam tuitionem, qua vim vi repellere iustè, ac sanctè possumus, aduersus † quoquè superiores post 16
Principem ad actum deduci potest, si propriæ potestatis limites transcendant, in eo enim iniuriam irrogant, *l. nec magistratibus* 32. *D. de iniurijs.* Inde concedituur resistentia, *l. prohibitum* 5. *Cod. de Iur. Fisci, lib.* 6. ibi: *Obijcere manus, & statim etiam si officiales ausi fuerint, ipsis priuatis renitentibus, à facienda iniuria arcentur.* Ego *in Cod. fol.* 469. *numer.* 5. vbi alij. Nec Ecclesiæ Prelati † ab illa 17
vniuersali dispositione excipiuntur, cum nec Summum Pontificem, nec Concilia aliqui Scriptores secludant. In Prælaris id tradunt præcitati, quos refert Lancellotus. Additis Azorio *moralium lib.* 10. *capitul.* 7. Guttierrez *lib. 2. practicar. quæstionum q.* 1. *num.* 14. Baldell. *Theolog. moral. lib.* 5. *disp.* 35. *num.* 4. & 6. & generaliter contra Ecclesiasticos id docuit Farinacius *pract. crimen, quæst.* 125. *numer.* 31. Petra *de potestat. Principis, capitul. 3. quæst. 3. num.* 35. & in Pontifice † Cardinalis Caie- 18
tanus *in* 2. 2. *quæst.* 39. *artic.* 3. Card. Tolet. *in summa in explicatione Bullæ Cœnæ excommun.* 9. *in prima impressione.* Card. Bellarm. *lib. 2. de Roman. Pontifice capitul.* 29. *in resp. ad* 7. Siluester *in verbo obedientia, num.* 5. *& in verbo Papa* 4. Sotus *in distinct.* 15. *quæst.* 2. *artic.* 2. Victoria *in relect. de potestat. Papæ, & Concil. prop.* 22. Corduba *lib.* 4. *quæst.* 10. *distinct.* 5. Mendoza *de Regno, & dominio Christi fol.* 83. *numer.* 15. Ioann. Paris. *de potestat. Reg. & Pap. capit.* 2. *cod.* 37. qui non de personali, sed de mandatorum resistentia accipiendi sunt.

Siue ergo iudici à Deo, siue à iure potestas iudicandi tributa sit, semel quòd ab eo appellari potest, iam ipse † maiori iudici subesse dicitur, 19
cuius iurisdictioni fauendum est, ad

quem negotium iure disponente deuoluitur: non peccat ideo, imo laudem meretur, qui iudici à quo resistit, dum maiori parere eligit, vt optimè Diuus Augustinus censet, *capitul. 94. qui resistit* 11. *quæst.* 3. ibi: *Ipsos humanarum legum gradus aduerte: si aliquid iusserit curator faciendum est, non tamen † con-*
20 *tra si Proconsul iubeat: non vtiquè contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire, nec hinc debet minor irasci, si maior prælatus est.* Diuus Thomas *in 2. distinct. 44. quæst. 2.* Siluest. *verbo obedient. 2.* Pater Corduba *l. 3. quæst. 13. reg. 3.* Bellarm. *lib. 2. de Rom. Pontif. capit. 29.* Omnes ex Diu. Paulo *ad Roman capit. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, ponderando verbum *sublimioribus*, tanquam comparatiue ad minùs sublimes prolatum.

Duplici autem remedio huic pertinaci iudici appellationem admittere, neganti occurritur, iuuando appellan-
21 tem, † vel iudici ad quem obsequendo, & sicut Princeps aduersus contumaciam iudicis à quo, requisitus à Pontifice, ad quem appellatio interposita est, deberet, ac teneretur suum impartiri auxilium, ac vitare, & impedire, ne sententiam exequeretur, sed appellationem admitteret, *cap. Ecclesia mea, distinct. 97. capit. administratores 23. quæst. 5.* ita (attenta Superioris absentia) negari non potest, quin appellantem foueat, ac iudicem cogat, eo, quo licèt modo, vt admittat appellationem.

22 Cùm verò ipse Princeps † in causa sit, ne subditus aduersus Ecclesiasticum iudicem iure defensionis à natura ipsa præscripto vtatur, dum ei, ne resistat, neuè arma armis opponat, sed vt ad eum recurrat, interdixit, perinde tenetur alia via ei succurrere, ne vim pa-
23 tiatur. Deus enim ipse † cuius vices in terris Reges gerunt, *vt supra capit. 8. per me Reges regnant, & capit. 6. Data est a Domino potestas vobis*, Apostolus *ad Rom. 13. non est potestas, nisi a Deo*, Card. Bellarmin. *lib. 3. de laicis, capit. 6.* Diu. Augustin. *quæst. 35. veteris, & noui testament. & lib. 2. capit. 7. contra Epist. Parmeniani.* Glossa, Theodoretus, *& alij in dict. capit. 13. epistol. ad Roman.* Nazianzenus *in oration. ad populum timore percussum.* Diuus Thomas *ad dict. capit. 13.* Cùm posset Christianos ad omnem remittendam iniuriam adstringere, Do-
minus enim † omnium nostrorum est, 24
animæ, corporis, honoris, ac rerum, iuxta illud D. August. *quid habes, quod non accepisti?* ex Diuo Paulo, *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum* ad rem Modernus *de iure belli lib. 2. capit. 121. numer. 13.* ibi: *Ipse ius dominicum plenissimum habet, vt in res nostras, ita & in vitam nostram, vt munus suum*, Victor. *relect. de iure belli, numer. 13. in fine* versic. *omitto.* Attamen noluit † suos à vindi- 25
cta retrahere, nisi sua manu punitione promissa, vt Matth. *capitul. 5. mihi vindictam, & ego retribuam.* Ad quod decretum optimè Tertullianus, cùm dicit: *mihi vindictam, & ego vendicabo, proinde patientiam docet vindictæ expectatricem* (& post pauca) *vtrumque autem constituendum fuit pro natura, & fide hominum, vt qui Deo crederet, vltionem à Deo expectaret*, & inde. *Denique si in ipsam rationem patientiæ percipiendæ, & quidem tam plenè, & perfectè consideremus, non consistet, si non est creatoris, qui vindictam repromittit, qui iudicem præstat, alioquin si tantùm patientiæ pondus is mihi imponit, qui non fit me defensurus, in vacuum patientiam præcepit, non exhibens mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum, quod est vltio, quam mihi permisisse debuerat, si ipse non præstat, aut si mihi non promittebat, ipse præstaret.*

Hanc autem retributionem Christianus Princeps, non in vim iudicialis officij præstat, sed contra iudicem de facto procedentem † factum quo- 26
què defensionis opponit iuxta Diu. Augustin. *ad Demetrium* sententiam *in cap.*

cap. nostri 23. *quæst.* 3. ibi: *Nostri aduersus illicitas,& priuatas vestrorum violentias à potestatibus ordinatis vltionem petunt; non quòd hos persequantur, sed quia se defendant.* Iudex enim à quo post appellationem de facto procedere dicitur, ex multis iuribus, ac Auctoribus docet Lancel. *de attentatis appellatione pendente, par.* 2. *capit.* 12. *ampl.* 17. *num.* 9. *& ampl.* 20. *per totum*, vnde ei licitè auctoritate publica, cùm priuata posset, resistitur. Id enim tantùm præstatur, quod præstare posset quilibet priuatus, si amicum, si necessarium, † si vicinum, si denique con- 27 fidelem opprimi conspiceret, *cap. dilecto.* 6. *de sent. excommun. lib.* 6. ibi: *Et quidem cùm liceat cuilibet suo vicino, vel proximo pro repellenda ipsius iniuria suum impartiri auxilium, imò si potest, & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac esse particeps eius culpæ.* Baldellus *Theolog. moralis, lib.* 5. *disput.* 40. *num.* 12. Diuus Augustinus *in capit. pro membris*, Diu. Ambros. *in capit. non inferenda* 23. *quæst.* 3. Victor. *relect. de Indis* 2. *num.* 17. Caietanus 2. 2. *quæst.* 4. *articul.* 2.

Ad quod aiunt plerique teneri homi-
28 nē homini † sub præcepto charitatis, ex *dict. capitul. dilecto* in versic. *Particeps culpæ*, scribentes ad eum, D. Damasus *epistol.* 3. *ad Stephanum, qui potest*, inquit, *obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, aliud non est, quàm fauere impietati eorum.* Sanctus Augustinus *ad Psalmum* 81. versic. *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate*, inquiens, *quòd is, qui desinit obuiare, cùm possit, consentit.* Diu. Thomas *opuscul.* 19. *capitul.* 16. ibi: *Sed hoc sine peccato dimitti non potest.* Victoria, Caietanus *relatis locis*, quibus nemo contradicit. Addendus Lactantius *lib.* 6. *ad ius naturale hoc referens*, ibi: *Deus dedit homini præter cætera hunc pietatis affectum, vt homo hominem tueatur, diligat, foueat, contraque omnia pericula & accipiat, & præstet auxilium.*

Quòd si oppresso liceret, conuocatis etiam amicis iudici iniustè exequenti se opponere, hocquè impunè, † etiam 29 hodie, eo casu, vbi iudex promptus non adsit, vel si deneget auxilium, ex his quę docet Ioannes de Lignano *in tractat. de bello, capitul.* 177. quem refert, & sequitur Menochius *centur.* 6. *de arbitr. casu* 527. *per totum, præcipue numer.* 20. *fol. mihi* 67. & multi ex præcitatis.

Si hoc idem alijs, etsi non requisitis, si violentiam inferri aspicerent; ex præmissis liceret, si hoc eis virtuti tribueretur, vt in suis legibus Solon statuit, & Democritus ibi: *Iniuria oppressos defendere pro viribus oportet, & non negligere, †* 30 *illud enim iustum, bonumque reputatur*, melius Fabianus Papa *ad Hilarium*, ibi: *Occurrere quoque quisque fidelium ruinis debet oppressorum, & miserorum subsidio, quo vacant ex releuatione alienæ vindictæ à se remouere vindictam: libat enim Domini no prospera, qui ab afflictis pellit aduersa: vnde scriptum est frater fratrem adiuuans exaltabitur.*

Quare, Pater Sanctissime, hoc idem Principi, † suisquè supremis Magistra- 31 tibus vetari debet? nec tantum vetari, ac vitio verti, sed ob id plecti, ac anathematizari? hoc est, quod miratur Diuus Augustinus, dùm aliqui damnabant recursus ad Imperatores, & Principes etiam in casu, quo priuatis de facto se ipsos tueri permissum putabant, his omnino verbis: *An dicunt forte isti, non ad Imperatorum potestatem hæc coercenda, vel punienda pertinere debere? &* statim: *An iustior est † priuata violentia, quàm* 32 *Regia diligentia? lib.* 1. *capit.* 7. *contra Parmen.*

Nostrates etiam scitè aduertunt, incompetentem rectius iudicis partes assumere, vbi competens longè absit † 33 quàm quòd cuique suam defensionem arripere, ac proprijs viribus resistere permittatur, probat latè ríuc Gllus *decis.* 30. *Dolani Senatus*, ahosue demonstrat Salgad. *de protect. par.* 1. *cap.* 5. *prælud.* 3. *nu.* 113. Agnoscit nouissimè Baldell. *Theolog. moral. lib.* 5. *c.* 40. *n.* 12. *vers.*

& quemadmodum vnusquisquè particularis, quem refert ad literam, & sequitur post hæc scripta, Salced. *de lege politic. lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 103. fol. 72.* qui alia, & fortè meliora ad rem summâ diligentia conducit.

Iusdicens enim quilibet quamdam habet cum cæteris † cognationem, ita vt
34 ex consensu, vel causa ob necessitatem ei possit maior cognitio accedere, quod in priuato omnino non procedit, vt *in l. est receptum* 14. *& l. si conuenerit* 18. *D. de iurisdict. omn. iud. in l. 1.* ibi: *Inter consentientes cuiusuis iudicis, qui tribunali præest, vel aliam iurisdictionem habet, est iurisdictio. D. de Iud.* vbi latissimè Petrus Barbosa post omnes probat cōsensum in omnino priuatum non proficere, in quemlibet iusdicentem satis esse, *cap. significasti* 18. *de foro compet.* cum traditis supra *q. 3. n. 20. cum plur. seq.*

Inde necessitate exigente faciliùs fit iudex is, qui alioqui iudex (licèt limitatus) esse reperiatur, quàm qui omni potestate caret, & ex hac ratione separatæ iurisdictiones vniuntur. D. Paulus 1. *ad Corinth, cap. 12. multa quidem membra vnū corpus sunt*, & statim: *non sit schisma in corpore, sed ad ipsum pro inuicē sollicita sint membra*. Innocent. IIII. *cap. dilecto* 6. *de sent. excomm. lib.* 6. ibi: *Nam hi duo gladij consuerunt exigente necessitate, sibi ad inuicem suffragari, & in iuuamen alterius subuentione mutua frequentiùs exerceri*, & Leo Magnus prior huius nominis, *epist. ad Leonem Imperator. in p. Actione Concilij Calcedon. fol. 232. to. 2. Concil.* ibi: *Debes incunctanter aduertere, Regiam potestatem tibi non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, cap. solitæ de maioritate, & obed. c. nouit de Iud.* Soto *in 4. de iust. q. 5. ar. 4.* Bellar. *de Pontif. lib. 5. c.* alijq; latissimè relati *hoc lib. q. 4 exn. 35. 6. 7. 8.* Molina *disput. 29.* Salced. *ibid. n. 101.*

Princeps autem noster his iuridicis, tamq; receptis principijs non innititur, neque in hac specie iurisdicendi facultate vti vult, sed vti communitatis † pa- 35
ter, patronus, ac defensor, vt filios, eiusque res iniuriâ passos à vi releuet, suæ naturalis in territorio iurisdictionis oblitus, fouet tantùm, priuatoque quodam iure, etiam *cum lege Regia* in eum translato, eos, quos videt oppressos, auxiliatur, ac releuat, intercedendo primùm, & per rogatiuas literas insinuando Ecclesiastico Iudici, vt sibi subditorum appellationes admittere placeat. Postmodum licèt vi vtatur, non illa quidem iudicialis, sed facti est, ac cum moderamine inculpatæ tutelæ præstita, atque ad vis mensuram circumscripta, venō plus contineat præceptum, quàm violētia requirat, iuxta *c. vt famæ* 35. *de sent. excōm.* ibi: *Dum tamen nō ampliùs eorū violentia se extendat, quàm defensio, vel rebellio exigit Clericorum*, & vt aiunt, cum moderamine inculpatæ tutelæ. In his terminis Suarez *in defensorio fidei, lib. 4. cap. 34. num. 32.* quem sequitur Baldellus *dict. disput. 40. numer. 12.* versic. *& præterea vt in illa non excedatur.*

Data enim facultate resistendi, & obuiandi violentiæ, † censentur data 36
media, sine quibus non prodesset, ad illud Diu. Hieronymi *contra Iouinianum, lib. 1. quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet*, Suarez *in defensorio fidei, lib. 3. capit. 16. numer. 42.* versicul. *quia non solùm, & lib. 3. de Primatu Summi Pontificis, capit. numer. 4.* refero *in Cod. fol. 3. quæst. 2. num. 82.* accedunt Pater Diana *hac resolution. 53. par. 1. tractat. 2.* versic. *quia* 13
qui potest defendere, & Baldellus *dicta disp. 40. numer. 12.* ibi: *Eæque vires habeantur à defensore quæ possint sufficere ad huiusmodi defensionem*, esseque naturale principium probant citati *lib. 1. quæst. 9. num. 12.*

Est ergo hic actus, qui à Principe geritur, *quædam † moderata resistentia, quæ* 37
ab eo vti communi parente, vice suorum subditorum Iudici Ecclesiastico de facto, ac citra iurisdictionē (ob illā appellatione suspensam) pro-

procedenti ad publicas perturbationes vitãdas fit, non est quidem cognitio, neque iustis aliquis iudicialis processus, quæ nomina, & si quæ sunt alia, à scribentibus indita hanc actionem, tam licitam, & naturæ conformem denigrauere. Cùm ipsimet actores aduersarij, nec realem vsum improbent, nec necessitatem illius agnoscere desinãt, † vt sunt, Suar. *d. lib. 4. c. 34. num. 13. 15. ad Regem Angliæ*. P. Diana *loco relato*, Sousa *ad Bullam Cœnæ, cap. 16. disput. 82. nu. 9. vers. cum ergo particularis persona*. Torreblanca *lib. 15. de Iur. Spiritualis, cap. 10. ex nu. 24*. Baldellus latiùs *dicta disput. 40. num. 12*. & quàm plures alij citati ad hoc per Salcedum *de lege politica, lib. 1. cap. 7. §. 1. per ducentos viginti numeros, & toto cap. 8*. quem, cùm post omnes scripserit, ac summa, vt diximus diligentia, & studio omnia cumulauerit, citasse sat est.

38

Omissis, qui vel vsum ignorant, vel ignorare simulantur, extraneis scriptoribus, odio tantùm nationis Hispanæ adscribendum motis, Azorio nempè, & qui acriùs omnium scripsit, Bonacina *de legib. disputat. 10. in præcepto 8. quæst. 2. punct. 1*. Reginaldo, Laimano, & Filiucio, nouissimoquè Gauina Neapolitano, & alijs.

Dicitur quidem *moderata resistentia*, quoniam illam præcedunt preces, quibus iudices rogantur enixè à Principe, vt appellationi deferant, ita vt meritò dici possit, non habere ampliùs quid facere, nisi vt vim opponat, cùm preces spretas † videat, quo casu non est Princeps in culpa de his, quæ subsequũtur, sed qui noluit preces admittere, cùm debuisset, ex traditis per Salas *de legib. disputat. 7. sect. 9. num. 51*. Bonacina *opd. tract. tom. 2. disput. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 4. num. 13*. Megala *p. 3. lib. 3. cap. 19. nu. 6*. Lessius *de iust. & iur. lib. 2. cap. 46. in fin*. Sanch. *in præcep. decalogi lib. 1. cap. 5. num. 8*. Azor *in Sum. lib. 5. cap. 14. quæst. 2*. Baldell. *lib. 3. disput. 8. & 9. lib. 1. disp. 32. num. 2*. Salcedus nouissimè *lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 208*. Ego dixeram in genere de iustis precibus etiam ab inferiore superiori, trahere secum iuris necessitatem *in Cõs. Polit. nota 46 ad leges Federici fol. 180*. & in indiuiduo de his, quę effundi solent in hisce materijs post Salgadũ, Salced. *lib. 1. cap. 10. ex num. 10*. latius ego infra *quæst. 55*.

40

Cùm verò Ecclesiastici Iudices, vbi preces sint iustæ, & Principum petitiones ad publicam quietem dirigantur, acquiescere dictis eorum, ac recedere à vi renuãtur, ipsi quidem qui renuunt, dicũtur causam his, quæ secuntur, † præbere, vt de Auctore rixæ textus *in l. quemadmodum 19. §. fin. D. ad l. Aquil. & in l. 2. & 3. C. ad legem Cornel. de Sicarijs cap. de cætero 11. de homicid. casuali* cùm notatis, vtrobiq; per omnes; & alij per me supra *lib. 1. quæst. 8. numer. 10. vers. nam & qui occasionem*. 41

Dicitur, *fieri à Principe, vti communi parente subditorum vice*, † quoniam hæc resistentia non est actus auctoritatis iudicialis, vt fatentur omnes Hispani Scriptores, quibus credendum est; quos nouissimus refert, sequitur, & exornat Salced. *dict. tract. lib. 5. capit. 7*. præcipuè *ex numer. 204*. & ratio est euidens, tradita à Card. Bellarmino *lib. 2. de Concilijs capit. 19*. ibi: *Ad resistendum, & vim vi repellendam non requiritur aliqua propriè auctoritas*. Baldell. *dict. cap. 40. num. 10*. quinimo per illam, penes eum, cui resistitur supponi necesse est. 42

Eodem penè iure, quo quilibet pater familias vim auertere tenetur, si fortè iniuria filijs, vel seruis suis inferatur; cùm sicut ille est vindex † iniuriæ, & vis factę eis, qui sub eodem tecto morantur, *l. 1. §. aut per semet ipsum*, ibi: *spectat ad nos iniuria, quæ in his fit, qui vel potestati nostræ; vel affectui subiecti sunt*, *D. de iniur*. Ita & Princeps, si in suos subditos † peccetur, iniuria afficitur, *capit. ex literis 29. de offic. delegati*, ibi: *Per tãtum iniuriarum excessum non se tantùmmodo, sed etiam Grandensem Ecclesiam, imo nos ipsos grauiter offendisse*. 43 44

se. Scimus verò Principem, Regemuè parentem † omnium esse, differreque à cæteris numerositate, nō diuersitate familiæ, Arist. *lib*. 1. *Politic. cap*. 8. *ad finem*,
45 Sen. *de Clementia lib*. 1. *c*. 14. ibi: *Patrem quidem patriæ appellamus, vt sciret datā sibi potestatem patriam, quæ est temperātissima liberis consulens, suaquè post illos ponens*, Socrates *per me not*. 8. *ad leges Martinianas fol*. 322. Quòd si parens est, quare negabimus illi ea omnia, incumbere, quæ patri † conueniunt, etiam sub precepto? *nam & in hoc tributa præstamus, Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes*, vt ait
46 Apostolus *cap*. 13. *ad Romanos*, Tertull. *contra Gentes cap*. 30. *vers. nos vero*, & melius *c*. 31. Vrbanus Papa *in cap*. 22. *tributum* 23. 9. 8. ibi: *Pro pace, & quiete qua nos tueri, & defensare debent*, & in præsenti specie post hæc id preter dicta probat auctoritate primùm plurium Theologorum, postremò ratione, Salced. *de lege Politica lib*. 1. *cap*. 7. *ex numer*. 61. *ad* 67. *fol*. 46. Inde iusta bella, & pignorationes ob defensionem subditorum, si via iudicialis non pateat, Victor. *in relect. de iure belli, n*. 19. & est plusquam notum ex sacris literis de raptu Dinę. Fit verò ab eo *vice subditorum* pluribus ex causis. Primò quia prohibiti sunt per leges ipsi resistere, & viam facti arripere ex dictis iuribus, † causa publicæ vtilitatis, & pacis inductis, quæ obligant subditos sub prę-
47 cepto D. Thom. 2. 2 *quæst*. 104. *art*. 5. *ad* 3. Molina *de iustit. disp*. 27. Præceptū enim hoc iustissimum, & ad pacem omnium tuendam existimatur, nam si resistere cuique iudicibus ob iniurias, datū esset, prætextu iniustitiæ, vnusquisquè iuris executioni se objiceret, & tumultus in dies orirentur. Modernus *de iure belli lib*. 1. *cap*. 3 *num*. 5 *versic. si fortè putet*. melius *cap*. 4. *num*. 2. cum alijs supra *nu*. 6. 10. & 11.

Secundò, quia ex vi legis Regiæ, trāslatis iuribus omnibus per vniuersalitatē facti, & iuris in Principem & ipsum iūs resistendi de facto † inter cætera in eum transijt, *l*. 5. *D. de constitut. Principū*, §. *sed*
48 *& quod instit. de iure natur gent. & ciuil. cap. quo iure distinct*. 8. & sentire videtur, licèt non explicitè dicat, Baldellus *dict. cap*. 40. *numer*. 12. *vers. & quemadmodum vnusquisquè particularis*, & docuit ad literam idem Modernus *de iure belli lib*. 1. *cap*. 4. *num*. 2. quoniam eadem ratio pacis, & felicitatis, quæ fuit ratio motiua ad imperium vni conferendum, vt refert Tacitus 1. *Annalium post principium*, vers. *Nec aliud discordantis † patriæ remedium, quàm si ab vno regeretur, & primo historiarū* 49
in ipso principio, ibi: *Omnem potestatem ad vnum conferri pacis interfuit*, narratquè Pōponius *in l*. 2. §. *nouissimè D. de origine iuris*, ibi: *Per factiones, seu propter factiones euenit, vt necesse esset Republicæ per vnū consuli*, & per hoc Innocent. *in capitul. quanto*, vers. *& quia negotium de iure iurando*, docuit, quòd *Vniuersitatis causa, propria Principis est*. Ipsa eadem suasit, vt etiam facti resistentia ei cederetur, † hoc adeo ne possit à Principe, sine summi Imperij 50
læsione in subditos iterùm transferri, ac venia dari, vt ad naturale ius redeant, vt probatum est per me *in Codice Siculo nota* 31. *ad leges Martini, nu*. 8. *fol*. 527. *& nota* 32. *fol*. 530. Quædam enim, quę ad summam Imperij spectant, remitti non possunt, vt de appellatione aiunt relati supra *hoc libro, num*. 2. *quæst*. 11. & latiùs *in Codice fol*. 377. *num*. 51. Modernus *de iure belli lib*. 2. *capit*. 4. *num*. 13.

Demum præstat id Princeps, quoniā ipse nō impetu fertur, sed cognita iniuria vim pro modo illius repellit. Subditi enim in re propria sępius obcęcarentur, † ac fortè debitæ, & iuridicæ executioni resisterent. *Mos est enim omnium* 51
litigatorum conquerere se de iudicum iniquitate, etiam si fuerint manifestissima ratione superati, vt ait Diu. August. *contra Donatum epist*. 162.

Dicitur *fieri Iudici de facto procedenti*, quia iudex à quò habitu, † non actu remanet iudex, quatenus deserta, vel nulla declarata appellatione, vel demum confirma- 52

ta-

ta sententia, etiam actu iterum iudex esse posset. Interim tamē iudex actu non est, ob suspensam per prouocationem iurisdictionē *ad l. unica D. nihil nouari appell. pendente*, vers. *propter eamdem rationem*, vbi omnes *l.1. D. ad Sen. cons. Turpill.* vbi §. *v.t.* dicitur quòd *prouocationis remedio, cōdemnationis extinguitur pronunciatio*; cùmque esse iudex desinat, spoliare dicitur, Bero. *cons.* 146. *in causa*, *n.* 56 *l.*16 *q.* 3. Lofred. *cons.* 47. incipit, *quaeritur in hac num.* 15. cum alijs à Scaccia *initio operis*, & supra *nu.* 14. & 15. & quidquid agat de facto fieri, & tanquàm à priuato *cap. cum dilecta de rescriptis, cap.* 10. *de praebendis in* 6. *cap. Pisanis de rest. spoliat.* Glossa *in capit. cum plures de rest. spoliat.* Abbas *in cap. causam, col.* 3 *in fin* ✠. *de Iud.* Lancellottus *loco praemisso*, optimè D. Tho. 2. 2. *quaest.* 69 *art.* 4. *supra relatus*.

Inde non est, cur quæratur, an iurisdictionem exerceat Princeps vim repellens, quia aduersus factum non est ne-
53 cessario † opus iuris exercitio, licèt aliquādo ius factum reuocet, *l.1.* §. *hoc edictum*, vbi omnes notat *D. ventris nomine*, Lancellot *de attent.* 3. *part. cap.* 25. *tit. de processu in causa attentatorum, num.* 46. & post mille D. Barbosa *in Axiomatis* huius exorhatione, *cap.* 93. *num.* 35. & supra *num.* 26.

Sed sufficit alio facto vti, & satis esset ne iurisdictio Ecclesiæ læsa censeri debeat, quod Princeps dicat, se de facto
54 procedere, † eius enim animus, & declaratio spectanda est, *l. ex facto* 43. *post principiū D. de vulg. & pupill.* adeo vt alia probatio requirenda non sit, nec contraria obsit, cū nulla certior haberi possit, §. *alia instit. de act. l. sicuti*, §. *eisdem D. de accusat.* Bart. *in l. inter omnes*, §. *rectè D. de furt. & in l.* 2. §. *si à pupillo D. pro emption.* Rot. *in nouis decis* 42. Bertachin. *in suo repertorio, verbo testes deponentes n.* 176. Decius *in cap. interposita*, § 1. *de appellat. in capit. statutum de rescript. in* 6. Rota *decis.* 79. *in fine in antiquis.*

Demum additur *hoc fieri ad perturbationes publicas vitandas*, quoniā neglectis huiusmodi rumoribus communis pax periclitari † posset, ac solet. Plutarchus 55 *de Ciuili instit. ad Traianum. seditiones*, inquiens, *in ciuitatibus*, *aut magnæ semper contentiones, nec de publicis rebus dissidia incedere, concitarique solent, verum plerumque priuatis ereatæ offensionibus in publicam pestem certando progressæ sunt, studijs, & contentionibus mutuis auctæ.* Inde ad *titulum de re publica*, refertur quidquid priuato iure fiat, etiam pro priuato iure, *l. penultima D. ad l. Iul. de vi priua. a.* Cassiod. *epist.* 5. *vers. omnis*, cum alijs infra.

Pax autem publica & quies Ecclesiarum † Principibus credita est, vt fatentur Leo Sanctissimus Pontifex *epistol. ad Leonem Imperatorem*, & cæteri Episcopi Concilij, Calchaced. *ad cuncte in to.* 2. *Conciliorū ex fol.* 232 *ad* 242. D. Isidor. *l.* 16. 3 *sent. cap.* 51 *& lib.* 3 *de summo bono in cap.* 49. Iterum idem Diu. Leo *ad Theodosium Imper. epist.* 7. & Celestinus *ad Theodos. Iuniorem, vers. his ergo exemplis*, 56

Et quidquid ad eam sartam, tectamque seruandam extraordinario iure à Pontificibus fiat, ordinariæ Prælatorū iurisdictioni non obest, imo † in eiusdē 57 firmitatem, & augmentum accedit, eique famulatur, cum ipsi id præstare non possint, carent enim externa, & manuali executione. Inde Pontifices sanctitate insignes in id Imperatores interpellare soliti sunt. Hormisda *epist.* 19. *ad Anastasium Imperatorem*, idem *ad Iustinum epist.* 38. Leo prior *ad Theodosium dict. epistol.* 7. *& ad Leonem Imper. dict. epist.* 75. D. Gregor. *epist.* 5. *lib.* 2. *ad Gennadium Italiæ Exarchum*, & alij supra *quaest.* 4. *num.* 83. *cum seq.* adducti, cum D. Augustino, *c. non inuenitur* 23. *q.* 4. ad quod sub præcepto tenentur requisiti, *cap. administratores* 23. *q.* 5. vbi excommunicatio indicitur,

Item quia ad dignitatem, ac existimationē † iurisdictionis Ecclesiasticę perti- 58 net, vt minor in ea licentia appareat, quantò maior, & sublimior est. Etenim ei potestas ad ędificationem, & non ad destructionem tributa inuenitur, teste Diuo

Diuo Paulo, inde non quid possit, sed quid deceat, spectandum erit, & præ omnibus, ne de sui puritatis, lenitatis, ac iustitiæ opinione decedat, curādū. Ad quę facit, *cap. bis qui in furtis* 14. q. 6. ibi; *Opinionē sanctæ Ecclesiæ nō inquinetis*. Optimè D. Leo *epist*. 93. & alia alibi hoc opere.

Item vt sublata priuatorum resistentia à Principibus hortatu primum, deinde minis, & metu in officio contineantur, iuxta *cap. iam verò* 23. *quæst*. 3. Nam si subditi censuras, ac executiones
59 sententiarum impunè cōtemnere † possent, neque pietas vltra, neq; pudor maneret, detracta verò ex animis subditorū Religione, ac erga Ecclesiam reuerentia, Reipublicæ interitus sequeretur. *Religio*, inquit Plutarchus, *vinculum*, *& coagulum est*, *omnis societatis*, *& iustitiæ fundamentum*; *tolle hoc vinculum*, *vita hominum*
60 *stultitia*, † *scelere*, *immanitate complebitur*. Laertius *cap*. 8. *&* D. Leo *ad Pulcheriā Augustam epist*. 29. *in cap. res autem* 23. *q*. 3. Ego alia in vnum congessi *in Cod. fol*. 9. *&* 10. adde *epist. Ioannis Papæ ad Iustinum Imperatorem*, D. Ambros. *epistol*. 30. *ad Valentinianum Imperat. post principium*. P. Adam Cōtezen *lib*. 9. *Politic. c*. 20.

Quod si Galliæ Magistratus specie huius decoris seruandi causas iudicialiter (ob abusum iurisdictionis Prælatorū) ad suas Curias trahunt, si fortè contra
61 Canones, † & Cōcilia in Gallia recepta, si contra iura Regia iudicent, vt patet ex *Arrestis Ioannis Galli*, *ac è lib*. 1. *Placitorum Curiæ titul*. 3. *de appellationibus*, *quæ à Pontificibus*, *eorumque iuridicis*, *&c. interponūtur*, *& à veluti abusu nuncupantur*. In idem est *tractatus Ægidij Magistri apud me*, *fol*. 216. vbi retractatas quascumquè Ecclesiasticorum Iudicum sententias in profanis, vel spiritualibus causis, & inter Ecclesiasticos latas, videri licèt, cum nōnullis alijs apud *Papport. lib*. 19. Arrest. *Petrum Greg. Tholos. lib*. 50. *Syntag. cap*. 2. *num*. 36. *& de Rep. lib*. 13. *cap*. 1. *ex nu*. 28. *Chopp. de sacra polit. lib*. 2. *tit*. 4. Paulum Christ. *decis*. 33. 44. 45. *tom*. 1. *Belgicarum*.

Quantò magis fouendus est Regis nostri mos, & propositum, quo Ecclesiasticorum iudicia apud Summum Pontificem, vel alios Ecclesiasticos superiores finem debitum accipere nititur, admissis appellationibus iuridicis, vtque nullo pacto † superioritatis ordo 62
turbetur, *nam excelso*, *excelsior alius*, ait *Sapiens*, benè D. Augustin. *in cap. qui resistit* 11. *quæst*. 3. & Poeta *omne sub Regno grauiore Regnum est*. Consultus *in l. vbi autem* 2. *D. de verb. obligat*. vbi *quod bono melius inuenitur*, nam sententia Philosophorum *non datur ordo*, *nisi cum relatione ad aliquid primum*. Auct. *Metaph. comment*. 6. & in specie appellationū, D. Bernar. *de consider. ad Eugenium Pontificem lib*. 3. post principium vers. *aliud est*, *quod ab oppressis appellatur*.

Cęterū quia nōnulli moraliū quęstionū Scriptores, huic tam iusto proposito, siue terminorum dissimulatione, vel gentis Hispanæ odio, aut demum præpositis Ecclesiasticis fauendi ingenio, aduersantur; *qui enim inimicus* † *est etiam in scir-* 63
po nodum quærit, *amicus praua quæque rectè iudicat*, vt D. Hieronymus *ad Pammachium aiebat*. Breuiter (quoad potest) eorum iacula referam; ac simul repellam, vt agnoscas Pater Sanctissime, quid obstet, quidquè huic vsui adstipuletur, nec enim fas mihi videtur Te ad amplissimos de hac re tractatus relegare. Ad Couarruuiam nempè, ad Zeuallum, ad Salgadum, ac nouissimè ad Solorzanum, ac Salcedum, qui accuratè, & doctè, amplissimo quoquè stilo rem pertractarunt.

Putant ergo Scriptores omnes, qui huic cognitioni se opponūnt, illam vires sumere, *vel à lege Hispana*, quę in Recopilatione † nouissima habetur *in l*. 36. *tit*. 64
5. *lib*. 2. vel à lege communi, aut consuetudine, de qua in ea fit mentio, ibi: *Por quanto ansi por derecho*, *como por costumbre immemorial nos pertenece alçar las fuerças que los Iuezes Ecclesiasticos*, *y otras personas hazen en las causas que conocen*, *no otorgando las apelationes que dellos legitimamente son*

inter-

interpositas: Latinè, *Ex quo tum de iure, cū de consuetudine immemorabili ad nos spectat occurrere violentijs per Iudices Ecclesiasticos, vel alias personas admissis, in causis per eos cognitis, in non admittendo appellationes ab eis legitimè interpositas.*

Indeque inferunt, hanc constitutionem nullatenus † ex se valere, nec ius facere contra Ecclesiam, & Ecclesiasticos, ex *cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ de cōstit.* Ad ius verò in ea relatum, negant id tale inter Canones inueniri, sufficienter illos exponendo, ac tollendo, præcipuè ad duo Hieronymi, ac Isidori loca à Gratiano relata, *in cap. Principes sæculi, & in c. Regum officium* alijsquè locis vulgaribus.

65

Consuetudini verò eumdem defectū opponūt: potestatis nempè † ex parte eā inducentium cum impacientia, & contradictione Pontificia vnitam, ex Bulla Cœnæ quotannis repetita, & præcipuè nouissima ex tempore Pontificatus Sixti V. consuetudinem istam in specie improbantem, ac vsum illius sub grauissimis censuris vetantem. Vnde clara resistentia iuris communis, Concilij quoq; Tridentini auctoritate muniti, atque iterum incapacitate Principis secularis præscribere volentis, nullam proficere consuetudinem, etiam immemorabilem eliciunt; nam ius, illudquè diuinum resistens annullat omnem vsum; cum & si adesset titulus, ille quoquè præscribendi causam non præstaret; ex illo noto iuris axiomate, *non proficere titulum præsumptū, vbi nec verum iuuaret*: siue quia Pontifex † id concedere nō potuisset, siue quia semel concessum ex causa reuocasset, *in d. cap. sancta Maria*, aut *in Tridentino Concilio sess. 21. cap. 3. & 20.* vel demum *in d. Bulla Cœnæ*. Ita contra seipsum arguit Salgad. *par. 1. cap. 1.* cui (postquam argumentis satisfecit) iterum insultauit D. Barbosa *in dict. cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, & in cap. Regum officium*, vt refert Castill. *tom. 7. controuers. cap. 41. nu. 178.* putans nihil noui adduxisse, cur à traditis per Salgadum recedendum foret, quinimo nec noua satisfactione opus esse ad ea fun-

66

67

damenta, quæ sibi Salgadus opposuerat, simulquè refellerat: mouetur etiam Castillus ex eo, quod idemmet Auctor, quē summè, & meritò laudat, pro hac cognitione scripserat, antequam Romę ageret in absolutissimo *tract. de offi. & potestate Episcopi alleg. 81. ex num. 18. in prim. impressione, fol. 510.* cui tractatui addendum est *votum decisiuum* eiusdem Auctoris *tom. 1. suorum Canonsceorum*, in quo cum prioribus scriptis, cum moderatione tamen residere videtur, nec aliter alibi sensisse, fassus mihi est, quàm vt abusus horreret.

Demum aduersantes conuicti fundamentis, quæ pro Regibus adducuntur, vt probent, hanc esse iudicialem cognitionem, verba ciuili modo ab Auendaño, alijsquè scribentibus prolata cauillantur Regia † Auditoria, quod licèt se extraiudicialiter procedere insimulēt, verè tamen, & propriè cognitionem iudicialem adhibeant, redarguentes ex quo sibi processus transmissi iubent, ac partes citando, licèt rogatiuis ad Iudices Ecclesiasticos literis vtantur, satis ex auctoritate procedere ostendunt. Ita Vazquez *in manuscripta Apolog. pro iurisd. Eccles. dip. 2. cap. 3.* quem sequitur Vald. *l. 5. disp. 23.* applausitquè pratim prima fronte profundissimus. P. Arauxo *in 1. 2. Diu. Thom. quæst. 97. disput. 3. sect. 5. diss. 4. fol. 685.* 68

At si (seposito contentionis studio) veritas sectanda est; semperquè Tuo, & Cathedræ iudicio, Beatissimè hominum saluo, hæc obiecta facilè deleri possunt; facultas enim hæc naturalis se defendēdi, etiā aduersus Iudicem quemcunquè (siue Ecclesiasticus, siue secularis ille sit) post legitimam prouocationem instar cuiuslibet priuati hominis procedentem, à subditis cum lege Regia in Principem ad euitandas Reipublicę turbationes, translata, nullo pacto † super dicta, 69 siue alia Regia constitutione fundatur, quatenus dici posit, ex huius legis, & legislatoris potestate deriuari. Nam fatemur, & quidē spōte, ciuilem legem, &

Principis constitutionem pro vt talem,
super cognitione Ecclesiasticarum cau-
sarum aliquid validè statuere defectu
potestatis non posse. vt benè determinat
Pontifex *in dict. cap. Ecclesia de constit.* siue
quia materia huiusmodi ad ius diuinum
pertinet, cui humanum, famulari † non
70 se opponere debet, siue quia semel
cognitione causarum clericalium per
Imperatores renūciata, illaque per Pō-
tifices amplexa, ac inter Canones rela-
ta, & nouo Pontificio iure firmata, non
71 potuit † aduersùs huiusmodi renūciatio-
nem regressus dari, *ex l. quæritur, § si ven-
ditor, D. de ædil. edict. l. Heremum, D. de
euict. cap. 1. de renunc. in 6.* Glos. *in capit.
quam periculosum 7. quæst. 1. & in l. ab
omnibus, Cod. de fideicōmissis*, semel enim
quòd Ecclesiæ priuilegia ab Imperatore
concessa sunt, in eius libertatem com-
mittitur, si contra illa statuatur, *capit. no-
uerit 49. de sent. excomm.* vbi Innocen-
tius Papa *num. 2.* vt loco suo latiùs di-
ctum est, nempè *q. 2. & 3. lib. 2.*

Inde ex hac lege minimè hęc facultas,
72 † sed ex naturali, partim verò ex gentiū
iurę pendet: translatio verò eiusdem in
Principem vice subditorum, ex lege Re-
gia, vt dictū est. *Lex enim defensionis*, vt ait
Cicero pro Milone, *lex necessitatis est,
barbaris ipsis non tantùm mos gentibus, vt
omnem semper vim quacunque ope possent à
corpore, à capite, à vita sua, à bonis propulsa-
rent, quæ non scripta, sed nata lex est, quam
non didicimus, legimus, verùm ex natura ip-
sa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quā
non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti
sumus, l. vt vim, D. de iustit. & iure, l. itaq,
D. ad leg. Aquiliam, l. 1. § vt vim, D. de vi,
& vi armata, capit. ius naturale 1. dist.* D.
Thom. 2. 2. *q. 64. art. 7.* Victor. *de po-
testat. ciuili, n. 3.*

Quòd verò ius singulorum in Princi-
pem translatum fuerit, dictum est supra
num. 44. esseque rationi naturali conso-
num, ex D. Augustino probatum est, vt
meritò dici possit, hunc succedaneum
Regum officium apud omnes iure po-
73 steriori, scilicèt secundario † naturali
constare, si verū est, quod tradit. Theof.
*in § ius autem instit. de iure naturali gentiū,
& ciuil.* ibi. *Quòd verò naturalis ratio in-
ter omnes homines constituit, id apud omnes
peræquè custoditur, vocaturque ius gentium,
quasi quo iure omnes gentes vtuntur.* Ad
quod ius idem D. Augustinus retulit, ne
arma, neque vis, à quoquam nisi consul-
to Principe, eiusque auctoritate infera-
tur, loco relato, *supra hoc eodem libro, q. 10.
num. 2.* vbi de armis actum est. Vt † nec 74
ab omibus gentibus recipi, opus fuerit,
cùm à moratioribus, ac minus barbaris,
& esseris receptum fore sufficiat, vt ad-
uertit cum alijs Antonius Faber loco, &
verbis à me relatis, *nota 54. ad leges Mar-
tini, fol. 581.*

Cum ergo Rex Hispanus sibi ex iure
deberi facultatem arcendæ violentiæ
affirmet, nō quidem de iure à se, vel prę-
decessoribus suis † condito loqui censen 75
dus est; nam suis iuribus nemo ligatur, vt
ex D. Paulo *ad Corinth. cap. 25.* ibi. *Omnia
subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui
subiecit ei omnia*, & alijs diximus *lib. 1. q.
6. & 7.*

Item nec Imperij iuribus, nam illis † 76
nec subest Hispania à Barbaris iure bel-
li recepta, vt omnes fatentur, *& ego nota
53. ad leges Iacobi, fol. 78.* sed de iure na-
turali, & gentium, cui & ipse subest, ad
cuius obseruationem sub mortali præ-
cepto tenetur, Soto *de iustit. & iure, lib.
2. quæst. 6. art. 7.* Suarez *de legibus lib. 3.
cap. 35.* Baldell. *Theolog. moral. lib. 5. disp.
27. nu. 2.* ex nostris, qui multos laudat
Marius Giurba *in crim. cons. 1.* & appli-
cat ad rem nouissimè, & post hæc idem
Salcedus *de leg. politic. cap. 7. num. 30. &
ex num. 119. vsque ad nu. 128.* vbi legem
Hispanam † executiuam esse huius na- 77
turalis iuris docet, remanēte in sua pro-
prietate præcepto, probans id fieri pos-
se, ex Monresino *t. 2. disp. 23. quæst. 3. n.
44. fol. 540.* nam forma, & modus non
officit substantiæ, vt diximus alibi *nota
88. fol. 234.* Molin. *de iustit. disp. 31.
concl. 4.* Gratian. *discept. 213.*

Ex cuius obligatione nemo se exime-

re

re † potest, nec illi dispensari etiam per Pontificem: Innocent. IV. Pontifex *in capit, quantum 18. in fin. vers. quidam dicunt de iure iurando*; & alibi sępiùs: Soto *de iust. & iur. lib. 1. quæst. 7. art. 3. & l. 4. quæst. 3. art. 1.* Victor *relect. 2. de potestate Papæ, & Concilij*; Suarez *de legib. lib. 2. cap. 14. num. 1.* Azor. *tom. 2. inst. moral. lib. 4. cap. 18. q. 5.*

Quod si de hoc iure loquitur, clarum est constitutionem illam, tantùm ius naturale, Regi hanc facultatem præstans referre, non ius nouum inducere, argumento, *l. hæredes palam. 21. ibi: Nihil enim tunc dat, sed datum significat, D. qui testam. facer. poss.* hinc dicimus, naturale ius inter leges ciuiles appositum non effici ciuile, sed vt prius manere. Naturalia enim immutabilia sunt, *instit. de iure natur. gent. & ciuili, § sed naturalia quidem iura*, Couarr. *late ad rem in reg. peccatum 2. par. § 11. num. 5.* Suarez *de legibus lib. 2. cap. 14. ex nu. 6.* egregiè P. Victor. *de potest. Papæ, n. 1. fol. 216.*

Si verò nouum ius non induxit, frustra quærimus, an Constitutio Principis contra Ecclesiasticam libertatem valeat? quando libenter † fatemur, nouam

79 legem, ac prouincialem, nec fauorabilem Ecclesiastico ordini valere, si Pontificis, vel Prælatorum consensus deficiat, vt patet ex Constitutionibus Basilij Romæ Præfecti tempore Odoacris repulsis, ac reprobatis *in Synodo Romana* tēpore Simmachi Papæ, de qua *in cap. benè quidem 96. distinct.* ex quo sumptum fuit *dict. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit.* vt optimè adnotauit ibi *Innocent. IV. Pontifex*, & diximus *in patrocinio* ex Decio, Felino, Abbate, Andrea Siculo, & alijs nempè *in cap. 2. num. 39. fol. 359. in Cod.*

Restat ergo videndum, quid de consuetudine *in dict. l. 36.* relata sit dicendum? sit ne consuetudo à Regibus, vel populo vsurpata, quæ temporis figmento innatur, vel ne consuetudo subsequens, & comprobans ius prædictum naturæ, atq; ita in vsum illa prima principla instinctus naturalis defensionis sui ipsius deducens post Christi legē à Principibus amplexata, & post iudicia Prælatis, vel reddita, vel concessa?

Et dicendum est, consuetudinem, † 80 de qua in hac lege, esse sequēlam, & cōsequentiam ad ius naturale præmissum, illamquè vsu, statim amplexata fide per Imperatores, suosquè Magistratus receptam, nempè à Magno Constantino, vsque ad hæc tempora, ad Constantini verò tempus, traditione Apostolica primò ortum, ac in sequentes traductum.

Quod ratione primùm, postea auctoritate probatur, nam cum lex † Christi, 81 nec ius naturale, nec politiam abstulerit, vt patet ad sensum, quoad ius naturale, dum dixit, *non veni legem soluere, sed adimplere* Matth. *cap. 5. 17.* & per tradita à Diu. Thom. *1. 2. quæst. 104. articul. 3.* melius *q. 108. art. 1. & 2. & quodlib. 4. art. 13. & 2. 2. q. 87. art. 1.* cum supra adductis *hoc libro quæst. 1. numer. 1.* cuius D. Thom. doctrina communiter recipitur, vt per Gambaç. *de immun. lib. 3. cap. 7. fol. 145.* cum alijs passim hoc libro citatis

Politiam quoquè (cui innititur translatio facultatis defensiuæ à particularibus in Principem) adhuc manere, nec sublatam per Christi legem dicendum est, vt patet ex auctoritate D. Chrisostomi relati supra *quæst. 8. nu. 15. hoc libro, & ex* Tertulliani doctrina *in Apologetico, D. Augustino in comm. ad cap. 16. Euang. Ioan.* ibi. *Non impedio dominationem vestram*, loquitur ibi ex persona Christi Domini ad Reges.

Vnde sequitur nec consuetndini † 82 ex ratione naturali, & simul politica receptæ aliquid detraxisse, nam, vt ait D. August. *lib. 4. de Baptis. paruulorū, cap. 4. in cap. 8. frustra dist. 8. etsi ratio, & veritas consuetudini præponendæ sint, si tamen consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retinere*, & de legibus consuetudine firmitatis *idem can. in istis dist. 4.* Si enim sępiùs consuetudinem vt talem sequimur, magis illam à naturali ratione

ortam

ortam amplecti debemus. Datur ergo consuetudo naturali iuri, & rationi cõformis, quam sequi omnino, etiam spiritualiter tenemur, vt Augustinus loquitur, *non simpliciter, si rationi contradicat, sed cum ratione coniunctam*. Dum ergo videmus violentiam à Regibus arceri, etiam si ab Ecclesiasticis, & alijs eiusdem ordinis inferatur, sciamusquè, è ratione naturali esse, vt repellantur iniurię, simulquè è gentium iure prouenire, vt Reges loco subditorum, ne Respublica turbetur, id præstent, hunc vsum salubrem, & naturali rationi conformem, suo vero, & reali titulo tribuere, non ad
83 vsurpationem debemus; nam causa † naturalis, & originaria pręualet ciuili, & accidentali secundũ Philosophos, & nostrates *in l. tutor dans* 70. vbi notat Glo. verbo, *non titulus cum seq. D. de fideiuss. l. qui id quod D. de donat.* Surd. *decis.* 212. *nu.* 15. Grat. *discep.* 58. *n.* 24. *& discept.* 198. *n.* 12. *to.* 1. *& discept.* 355. *n.* 9. *to.* 2. *vers. & magis attendatur causa naturalis, quàm accidentalis*, post innumeros Barb. *axiom.* 40. *n.* 34.

Auctoritate probatur, hunc vsum ab exordio nascentis Ecclesiæ in præsens deductum, ex historijs, ac de suis temporibus Doctorum dictis, nam primò Eu-
84 sebius in vita Constantini † eius nomine, *lib.* 4. *c.* 4. sic Episcopos in Concilio Niceæ congregatos alloquitur. *Vos intra, ego autem extra Ecclesiam à Deo Episcopus constitutus sum*, inferens, se ad violentias arcendas Concilio interesse. In cuius dicti executionem pijssimus Imperator, quoniam tunc appellationes omnes ad Concilia deferebantur, vel generalia, vel vniuersalia, cùm Episcopos aliquos sæuientes in confratres suos aspiceret, nollequè eos Regulis Canonicis quiescere, nec ad Concilia recursus ad-
85 mittere, aditus † ab oppressis, imperiali potestate, vt prouocationem admitterent, ac ad Conciliarem determinationem (quæ tunc postrema erat) res, & quæstio deferretur, interimquè quiescere cogebat; vt cum Donato seruatum est, refertquè S. Optatus Meliuetanus, *Constãtinum pleno liuore accepisse Donatistarum querimonias, ac iudicium petitionem*, quam licèt admisisset, attamen ad Cõcilium Romæ coram Melchiade Papa habendũ, definitionẽ remisit, ac ibi accedere Donatistas coegit, ibi: *Visum mihi, vt idem Caecilianus cum* 10. *Episcopis, qui illum reum agere videntur, & alios præterea decem, quos ipse sibi ad causam suam necessarios esse arbitratur, Romam nauigent, vt ibi coram vobis item Retitio, Materno, & Marino Collegis vestris, quos propterea Romã properare iussi, audiri queant, prout veneran dissima legi conuenire cognoueritis.*

Contumacium verò Episcoporum (& sæpius hæretica labe aspersorum)
fuit semper imperiale † auxilium refugere, 86
hoc eodem pretextu defectus auctoritatis in eo, quoad Ecclesiastica, non quidem temporalia (vt hæc de quibus nunc quæritur) sed dissensiones circa fidei dogmata, quę merè spiritualia sunt, vt sic dicam primæ tabulæ, vt patet ex obiectione data ab ipsis Donatistis damnantibus Imperiale hoc munus. De qua in specie D. Augustinus *epist.* 162. *An nõ, inquit, Imperator quæri susserit, ad cuius curam, de qua etiam rationem Deo redditurus erat, res illa maximè pertinebat.* Idem *epist.* 10. *ad Bonifacium*, factũ Maximiani Vagiensis Episcopi laudat, exemplo Apostoli, brachio militis, ad vitandas Iudæorum insidias vtentis, de quo *in capit. Maximianus* 23. *quæst.* 3. *ac eadem causa quæstione sequenti*. Inde habetur *in cap. ipsa pietas, vers. item si per potestatem*, vbi
recursum † ad Reges in Ecclesia constitutos 87
laudat, idem *cap.* 79. *contra Petilianum, lib.* 2. respondet larè obiectioni dicentium, non petijsse Apostolos à Principibus auxilium, quasi improbans vsum tẽporum Constantinianorum, *vt in capit.* 36. qui peccat, *versic. cur non etiam hoc fieri potest per ordinatas, & legitimas potestates, & in cap. non inuenitur, qui subsequuntur* 23. *quæst.* 4. excerptum ex *epist.* 48. *ad Vincentium*, Meliùs *in capit.* 38. *si Ecclesia, expræmissa epistol.* 50. *ad Bonifacium*, ibi: *Quòd*

Quod autē dicunt, qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui nolunt, non petijſſe à Regibus terræ Apoſtolos talia, non conſiderant aliud fuiſſe tunc temporis, & omnia ſuis conuenire temporibus; quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator?

Non meminerat Diuus Auguſtinus Epiſcopos in *Antiochena Synodo* congregatos, ad degradandum à Sede *Paulum Samoſatenſem* ad auxilium Magiſtratuum
88 † Laicorum recurriſſe, ipſum verò Aurelianum Imperatorem Æthnicum appellaſſe, refert Euſebius, & Abrahā Bozius *de Rom. Pontif. cap. 1. fol.* 84. Prior ergo Conſtantinus coegit Epiſcopos, qui ex parte Donati erāt, vt iudicio Cōciliati, ad quē prouocatū fuerat, deſerent, ne ſuo furore cuncta turbarēt, licèt nec huic iudicio Donatiſtę acquieuiſſent, ſed poſt *Arelatenſe Concilium*, etiam ad ipſum Cęſarem appellarunt, quod ipſe ægrè tulit; eius verò exemplo cæteri ſucceſſores, hoc titulo à Pontificibus rogati, vt violentiæ, & turbationes ceſſarēt, Concilia, ac Epiſcopos diſſentiētes, vt ad illa accederent, cogebant. Vnde Liberius Pontifex ad alterum Conſtantinum ſcribens ſic fatur: *Ad exorandā*
89 *manſuetudinem † tuā, vt beneuolo animo allegationes noſtras audire digneris, fratrem, & coepiſcopum meum ſanctum virum Luciferū cum Pancratio compræsbytero meo, & Hilario Diacono placuit proficiſci, quos credimus de clementia tua ad pacem omnium Eccleſiarū non difficulter poſſe Conciliū impetrare.* Inde procedebant ſacræ iuſsiones Epiſcopis, vt præſtituto loco accederent, latè Euſebius *lib. 3. de Rebus Conſtantini, de Synodo Nicæna,* Theodoretus *lib. 5. de Sozomenus, Soc. & Galeſ.* & alij Gręci Scriptores.

Hinc oritur, quòd cùm ex veriori S. Thomæ, & Scoti doctrina probatum ſit ſupra *quæſt. 1. numer. 16. & per totam* exemptionem quoad temporales † Eccleſiaſticorum cauſas, iudicia nempè in
90 perſonas, ac res, à Conſtantino Magno prouenifſe, in quo nouiſsimè Salzedus *de leg. polit. lib. 1. cap. 13. nu. 79. fol. 162.* refert Card. Baronium id docentem in *Conſtantino*, Suarez quoquè *in Defenſorio, lib. 4. cap. 12. n. 2.* Baldell *Theolog. moral. lib. 5. diſp. 35.* Diauam *par. 5. tractat. 1. reſol. 21.* ex conſultis, Morlam; & Gartiam, conſequi videtur conſuetudinem hanc ex eodem fonte, & viſceribus conceſsionis enarā, vel ipſam conceſsionē
† apertius, quàm fieri poſsit explicare, 91
ac limites eius tradere, ſicut receptum eſt obſeruationis ſtatim poſt priuilegiū ſubſecutæ, de qua Bald. *in proœmio digeſt, n. 47.* ac latè D. Card. Ludouiſ. demum Pontifex *deciſ.* 225. cum additis ad eū, ego plures attexui, *deciſ.* 20 *nu.* 80. & iterum firmaui in Codice Siculo, *controu. 3. n. 12. fol.* 326.

Vel ſaltem hoc agere, vt intelligamus ex defectu poteſtatis cōcedentis, nequaquam in cōceſsione † intercludi potuiſ- 92
ſe, ſi non ex rationibus à Salzedo ſcitè conductis, ibidem *ex n. 79. ad nu.* 84 ex hoc ſaltem, quòd cùm violentiæ repulſio ad ſalutem Reipublicæ referatur, vt ſuperiùs probatum eſt, & patet ad ſenſum, cùm hæc ſuperior omnium legum, *vt ſalus populi* ante omnia à cæteris diſpoſitionibus *ſalua, & integra ſit*, nullò iure
pacto, vel conceſsione † ius hoc publicū 93
remitti, ac renunciari potuit, vt docent Conſulti omnes poſt legem 12. tabularum, *l. ita autem 5. § Iulianus, D. de adminiſt. tutorū, verſ. nemo ius publicū remittere poteſt, facit l. 1. C. de Primipo.* Reges enim vt ſupra ad aliud diximus, tutoribus, ac adminiſtratoribus comparantur, iuſquè reſolubile, ſicut fructuarij habent in ijs quæ ex electione à populo, vel ex ſucceſsione acquiſierunt.

Minuſquè lege Canonica induci potuit, vt ius hoc ad rationē integri reſpiciens quoquò pacto minueretur, cū illud perfectius omniū legum ſit, Victor. *poſt D. Tomam, & alios de poteſt. Pap. n. 1.* per-
fectio † verò in hoc conſiſtit, vt primò 94
communi vtilitati, poſtmodum priuatæ paucorū conſulatur, vtq; vbi hæc inuicē ſe obſtent, potiùs priuatum paucorū bonorum, nè publica vacillet vtilitas, conculcetur. Plato *de legibus, lib. 4.* vbi hanc rationem aſsignat, *quod commune eſt ſeruat ciuitates, quod ſingulorum diſsi-*

pat, quare & publicè, & priuatim opus est, atquè vtilius, vt publica magis à Rectoribus, quàm priuata curentur, Imper. *in Auth. de rest. § sancimus, & alij superius citati.*

Nam quæ Respublica ob paucorum causam cõmuni bono cedit, hæc imperfectissima est, fatente Christo Domino, *omne Regnum contra se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit,* Matth 12. *lin.* 25. D. Ambros. *de officijs, lib.* 3. *c.* 3. Pericles *apud Thucid. existimo etiam singulis hominibus plus eam prodesse ciuitatẽ, quæ tota rectè se habeat, quã si qua priuatis floreat vtilitatibus, ipsa autem vniuersim laboret.*

95 Idquè in Christiana Republica certũ † esse Axioma perspicuè, & singularitèr docuit D. Ioan. Chrisost. *homil.* 15. ad priorem Apostoli *ad Corint. Hæc est Christianissimi Regula, hæc illius exacta definitio, hic vertex supra omnia eminens, PVBLICÆ VTILITATI CONSVLERE.* Non rectè verò huic egregio proposito satisfieret, si ob paucorum Prælatorum iurisdictionem incolumem seruandam, violentijs ostium aperiretur, quibus Respublica interiret, ac omnia subuerterentur, vel immodicè turbarentur.

Adco, vt sicut nec Constantino dare, ita nec Ecclesiæ recipere conuenisset, vt ita in ea iurisdicũdi facultas transiret, ue ob salutem publicam (vbi ea Prælati iniuriosè in subditos, & priuato iure sæuiẽdo abuterentur) ad rectum iter perduci posset, Ecclesiasticis Iudicibus, vt legitimas appellationes (per quas paci cõsulitur, ac ad ius reditur) admitteret, coactis.

Quòd si, vt fundauimus, hoc subditorũ defendendi ius † naturale est, minus
96 à Constantino transferri potuit, retẽto Imperio, cũ ei inseparabiliter inhęreat; potuit equidem cum illa parte quoitatiua Imperij in Pontificẽ transferri in ijs, quæ dicunt ab eo dominij iure translata fuisse, in vulgata partis Imperij translatione, de cuius veritate mihi, nec prępositum, nec potestas disputandi inest, videndus interim P. Victor. *relect.* 3. *de potest. Eccl. in q. vtrum potestas spiritualis sit supra ciuilem, prop.* 1. *ad fin. fol.* 22. sed pro parte Imperij penes se retẽta, nõ potuisse hac suprema facultate se abdicare videtur, † contradictionẽ enim implicaret 97
imperium ei, sine facultate componendi Rempublicam (si illam turbari cõtingeret) remanere, vt in simili arguit Bal. *in c. licet, n.* 71. *de probat. ex c. nõ licet de præscrip. l. iudicatum* 6. *D. de executione rei iudicatæ,* Oldrad. *cons.* 532. *n.* 2. Zasius *de feud. p.* 2. *n.* 2. *vol.* 3. *tractat.* Carolus de Tapia *decis. t. n.* 39. *Cons. Italiæ.* Cum è contra omnis Princeps, & Respublica à Deo sufficientem ad se tuendã, conseruandãquè facultatem consecuta sit; *vt q.* 8. ex P. Victoria, & alijs tradidimus.

Item ob eamdem rationem, quod hęc facultas defensionis ad naturale ius referatur, non potuisse illã à solo Principe † 98
remitti, affirmandũ esset; nam cùm in eũ à populo in sui cõmodum translata fuerit, nõ absolutè à Deo, ne Principe negligente in eo tuendo, possint subditi ipsi ad prima principia recurrere, ac se ipsos, suaq; tutari, armis etiam, ac opposita vi aduersùs quoscumq; etiam Ecclesiasticos Iudices contra ius de facto procedẽtes, adeoquè cõtra ipsum Pontificẽ, eius persona salua, eius præceptis resisti, ne illa exequatur, cùm moderamine inculpatæ tutelæ potest, vt diximus ex pluribus, præsertim ex Card. Bellarm. *lib.* 2. *de Rom. Pontif. c.* 29. *in resp. ad* 2. ibi: *Sicut licet resistere Pontifici inuadẽti corpus, ita licebit, si inuadat animas, vel si turbet Rempublicam, licet inquam nõ faciẽdo quod iubet,* Suar. *in defens. lib.* 4. *c.* 34. *n.* 30. P. Vict. *de Potestat. Pap. prop.* 22. *n.* 23. sequitur apertissimè huic facultati absquè populi ipsius, cuius interest, consensu renũciari minimè potuisse: nam in vno quoquè actu eius consensus requiritur, de cuius interesse principaliter tractatur, *l. nam ita Diui* 39. *D. de adopt.* *Innoc.* 4. *in cap. vnico de obligatis ad ratiocin.*

Cumq; populus precario iure, vt dictum est, hanc facultatem † in Principẽ
trãstulerit, Princeps illã perpetuò transferre ne quidẽ potuit, *nemo enim dat, quod non habet,* etiam si habeat, sed non traden di iure, ita D. Bernar. *ad Eugenium, lib.* 2. 96

vers.

verſ. nec enim ille tibi dare, & ſunt vulgatæ
Regulæ *in l. nemo plus commodi hæredi ſuo re-
linquit* 1.20. *D. de regul. iuris*; Inde Impe-
rium, & gladij poteſtas à Republica tra-
dita nō poteſt transferri, *l. nemo poteſt gla-
dij poteſtatem* 70. *D. eod. tit.* & *in reg. ne-
mo poteſt* 79. *de reg. iur. in* 6. idem in quo-
libet ſucceſſore, *in l. nemo plus iuris* 54.
D. eod. tit. P. Victor. poſt D. Bernardum
relect. de pot. Papæ, relect. 3. *prop.* 1. *fol.* 68.
100 Si enim populus Principe non præ-
ſtante auxilium, † potitur, & poteſt ſe ip-
ſum, & ſua tueri, fortiùs nō obſtante re-
nūciatione reuocato priùs precario, illā
eamdem facultatem Principi (vſuario
iure) iterum præſtare poterit, cuius na-
tura eſt, ne in alium perpetuò transferri
101 poſsit, niſi cum conceſsionario peritu-
rum, † vel ex voluntate reuocandum, *c.*
3. & *fin. de precario*, *l.* 2. §. *hoc interdictum*,
l. quæſitum 8. §. *illud tamen*, *D. precario*, *l.
Titio ſi*, vbi omnes, *D. de vſufr. l. omnes*
159. *D. de reg. iuris*, nō mutatur enim ius
ex perſona hæredis, *l. hæredem* 59. *D. de
reg. iuris*; idem in quolibet ſucceſſore, *l.
qui in ius* 177. *D. eodem.*
102 Ob hæc fortè factum eſt, vt ſequen-
tes † poſt Conſtantinū in Imperio Prin
ceps immunitate ab eo conceſſa nō ob-
ſtante, hac facultate vſi ſint. Item & Re-
ges (diuiſo in partes Imperio) præcipuè
Hiſpani, vt collaris in vnum annis ex tē-
pore Leonis Magni Pontificis, vſquè ad
noſtra tempora refert Saura *de primis in-
ſtātijs*, §. 1. *ex fol.* 49. *vſquè ad* 54. vbi ſpe-
cioſiſsimæ ſunt preces Epiſcoporum in
Cōcilio Chalcedonēſi Imperatori oblā-
tæ anno 451. poſt centum à morte Cō-
ſtantini annos, imperante Martiano, ex
libello Doriclei Epiſcopi aduerſùs vio-
lentias Patriarchæ Alexandrini, ibi. *In-
tentio, & propoſitum eſt clementiæ veſtræ
vniuerſis quidem ſibi ſubditis prouidere, &
manum porrigere omnibus iniuſtè oppreſsis,
præcipuè tamen fungētibus Sacerdotio, in hoc
diuinitati placentes, à quo vobis imperare, &
dominari ſub hoc ſole datum eſt.* Patet *in
Actione* 1. *pag.* 2. *edit. anno* 1618. *Colo-
niæ*, fit quoquè ibi mentio de Senatori-
bus ab Imperatore ad tollendas violen-
tias conſtitutis, & intercedentibus Con-
cilio, eorumque decreto, ne Epiſcopo-
rum cauſæ ex Imperialibus decretis, &
Pragmaticis, ſed iuxta Sanctorum Patrū
Regulas definirentur. Et *Actione* 11. *fol.*
298. refertur petitio Baſsiani Epiſcopi
Epheſini per hæc verba, incipiens: *omnis
ſalus violentiam patientium poſt Deū veſtra
tranquillitas eſt, præcipuè autem Sacerdotum
Chriſti, quapropter & ego ad has preces veni
prouolutus veſtigijs veſtris, vt in ijs me iuſti-
ſtreatis.*
Ex quo tempore Saura vſquè † ad 103
præſens, calendario annorum præmiſſo
deducit hunc vſum ex relatione plu-
rium Sanctorum; Iſidori, D. Thomæ,
Bonauenturæ, Auguſtini, Triumphi
ſancti Antonini, Beati Ioan. Capiſtrani,
Pij II. Papæ, grauiſsimorumque Au-
ctorum, Aurelij Caſsiodori, Henrici de
Gandauo Ricardi de Mediauilla, Ioan-
nis Pariſienſis, Herueí Generalis Ordi-
nis Prædicatorū, Aluari Pelagij, Guil-
lelmi Ocam, Petri Paludani, Cardina-
lis Zabarellæ, Cardinalis Aliacenſis,
Ioannis Gerſonis, Thomæ Vualdenſis,
Auguſtini de Roma, Abulenſis, Cardi-
nalis Tudeſchi, dicti Abbatis Panormi-
tani, Cardinalis Turræcremata, Diony-
ſij Carthuſiani, Cypriani Beneti, Silue-
ſtri, Cardinalis Caietani, Almayni, Fran-
ciſci Ferrarieſis, Ioannis Maioris, Ioan-
nis Cochei Franciſci Victoriæ, Barto-
lomei Fun. Dominici Soti, Driedonis,
Thomæ Campegij; Didaci Couarru-
uias, Nauarri, Antonij Cordubæ, Fran-
ciſci Turriani, Card. Toleti, Card. Bel-
larmin. Greg. de Valent. Stephani Auil.
Ex quorum conſtanti, & vniformi
relatione, atquè annorū curriculo patet
conſuetudinem, hanc coætaneam exem-
ptionis † vſq; ad hæc tempora ſine inter- 104
ruptione continuatam, ad conſuetudi-
nem, & præſcriptionem, vti inuentum
iuris ciuilis, referri non poſſe; nec vt il-
lam damnari, cùm potius traditioni Apo-
ſtolicæ, ac diſcipulorum referenda ſit,
atquè conformis noſtræ legi, eiuſque

regulis videatur, cùm vt diximus *supra q.*
4. per totam, & probatur ex doctrina Ca-
ni *lib. 3. capit. 4.* Lud. Carb. *lib. 5. introd.*
in Theologiam Gilij, *capit. 8.* Bellarmin.
de verbo Dei non scripto tom. 1. lib. 4. capit
9. refert Saura *præludio 4. vers. sed si quis-*
quam, ibi: *Itaque si generale Concilium sub*
Romano Pontifice, vel concors Doctorum
sententia sub eodem capite, aliqua de fide tra-
dunt, & moribus, cuius traditionis nullum
inueniatur initium, à Christo Domino Apo-
stolos accepisse credendum est, licèt à nullo Scri-
ptore sacro literis mādatum sit. Multa quo-
què Dominus Prælatorum, & Ecclesiæ dis-
positioni reliquerit, quæ semel constituta post
regulas fidei stabiliter seruanda sint, quanta
verò sit auctoritas traditionis in Eccle-
sia dictū est *sup. d. q. 4. & q. 1. hoc libro 2.*

Omnes ergo Doctores, quos D. Barb.
in d. c. Ecclesia rectè sequitur, improbātes
consuetudinē Ecclesiasticę immunitati
derogātē, Canonicis Regulis innitūtur,
vetātibus aduersùs illā ex principali etiā
auctoritate aliquid statui, vel à priuatis
amplecti, defectu potestatis in vtrisquè,
quod liberè fassus sum supra *d. q. 4.* Cùm
tamen in pręsenti non de hac loquamur,
sed de consuetudine ipsius priuilegij im-
munitatis, declaratiua eodē tēpore, quo
concessū fuit enata, atq; in executionem
Apostolicę traditionis, & naturalis iuris
inducta, cōformiq; legi nostrę ad publi-
cā vtilitatem, & pacē tendētis, naturę, &
tēporis innēto, multūq; à ciuili, & posi-
tiua consuetudine distante, vt ad sensum
patere potest.

Firmata, ac cōstabilita huius legis re-
latione, sequitur etiam non fundari hanc
facultatē in Principibus ex auctoritate
Diuorū Hieronymi, & Isidori, licèt à Gra-
tiano inter Canones relati sint: nam fa-
tendū est, penes priores nullam auctori-
105 tatem † legis condēdę, nec minùs in Gra
tiano pręstitisse; licèt postea ex proba
tione Gregorij XIII. vim legis iā habe-
re; eorū enim sententijs, vt glossis, & in-
terpretationibus ad Diuinas, & Canoni-
cas leges vtimur: negari tamen haud re-
ctè potest eorum auctoritati plus quàm
in ille Moralibus, vbi nulla Pōtificis de-
claratio interueniat, è Cathedra profe-
cta, deferendum esse, nā docemur doctri
nis Sanctorum, vbi regulis fidei nō op-
ponantur, standum esse ex D. Augustin.
epist. 48. contra Donatistas, & in lib. 2. cap.
3. de Baptismo contra eosdem epist. 3. ad For-
tunatum, lib. 1. cap. 23. de ciuitate Dei, cui
nihil addendū esset, sed quia adest quoq;
doctrina Pontificia, vbi etiā Innocent.
4. Pap. id notat *in capit. ne innitaris 5. de*
constitut. vbi: *Quòd standum est dictis San-*
ctorum ab Ecclesia receptorum, nisi ab ea fue-
rint correctis 26. distinct. c. 1. & 2. & 32.
distinct. c. 1. in fine si verò Sancti inter se dis-
sentiant, vnicuiquè licet tenere, quod velit ex
illorū opinionibus, si verò non dissentiant, ne-
cesse est vsque ad vnum yota seruare, quod di-
cunt 15. distinct. c. fin. quē sequuntur om-
nes Canonistæ, vt per Felinum *ibi, & in*
cap. 2. col. antep. de rescriptis, & in cap. qua-
liter el 2. de accusationibus. Ideo dicendū
est horum sententias aliorū scriptis sem-
per pręualere, cùm post Canonicas scri-
pturas à Gelasio Papa legi præcipiātur,
& sequi *in c. sanctæ Romana Ecclesia dist. 16.*

Huic argumento statim occurritur † 106
primò *ex c. 9. 3. Concilij Carthaginēsis 2.*
cum *c. 3. §. in causis, sess. 25. de refor. Tri-*
dentini Concilij, demum *ex Canone speciali*
Bullæ Cœna, ex quibus & recursus, & fa-
cultates huiusmodi improbari dicuntur,
vnde Sanctorum dictis † in hoc stari nō 107
debere videtur, dum Pontificiæ determi
nationi aduersantur, quæ semper pręua-
lere debet, licèt nouissima sit, P. Vict. *de*
pot. Pap. & Concil. prop. 17. n. 19. & per tot.

Sed respondent tuentes Regum aucto
ritatem 1. *ad Carthaginense Concilium 3.*
c. 9. illud loqui, vbi ad Imperatorem, &
Principē † secularē, vt iniquitas Eccle- 108
siastici Iudicis iudicialiter emendari de-
beat, recurratur, *hi enim de Ecclesiæ iudicio*
malè sentire videtur. At Principes nostri
tātum abest, vt de Ecclesię iudicio diffi-
dant, vel subditos suos diffidere permit-
tant, quantum adest, ipsos hoc vnum
curare, vt Ecclesiastica negotia per su-
periores legitimè, ac diffinitiuè ter-

minen-

minentur, cum ad hoc cogunt inferiores Prelatos, vt appellationibus ad ſuperiores, vel ſanctam Sedem deferant, vbi
109 à iure appellatio competit, in quo † Canonibus ſe conformes reddunt, vt *in Concilio Antiocheno, cap. 12. Carthaginenſi V. cap. 2.* Arelatenſi 3. *cap. 4. ex Synodo Græca cap. 35.* contenta *in cap. 2. cum tribus ſequentibus 22. quæſt. 5. vt in capit. 2.* ibi: *Moleſtiam Imperialibus auribus inferre non præſumat, ſed ad maiorẽ Epiſcoporũ Synodũ ſeſe cõuertat, & quæ ſe putat habere iuſta, in eorum Concilio alleget, atquè ab his de ſe expectet, quæ fuerit deprompta ſententia, & in capit. 5.* ibi: *Ad maiorum Epiſcoporum Concilium reuertatur, vt eorum inquiſitionem, & iudicium expectans, ſi quas ſe iuſtas cauſas habere putat, illis exponat, ſiuè autem contempſerit, & importans ſe* Palatio, *aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit peruenire.* At cùm non ob id violentiarum propulſatio introducta ſit, vt Princeps cauſam definiat, ſed vt maior, & Eccleſiaſticus Iudex per appellationem adeatur, Canonibus his non ſolùm derogatur, verùm maximè defertur.

Ad Concilliũ Tridentinum *ſeſſ. 25. de reformat.* cap. 3. §. *in cauſis quoquè* concordans cum Lateranenſi *ſeſſ. 9.* reſpondetur, ibi non agi de huiuſmodi facultate Principum, ſed de inferioribus Magiſtratibus, mandãtibus, abſolui excom-
110 municatos, ob formam † Concilij, circa cenſuras ferendas, non ſeruatam, cùm id videre ſuperioris Eccleſiaſtici ſit. Princeps verò ex naturali poteſtate, hoc ipſum, vt ſuperiores Prælati, non verò alij hanc cognitionem aſſumãt, appellatione admiſſa contendit, vnde &c. nam quod ex admiſſa prouocatione ſuccedit, vt cenſuræ tollantur, hoc Princeps non agit, cùm actus ad appellationem admiſſam ſubſequens ſit.

Remanet reſpondendum *Bullæ Cœnæ*, quæ, vt benè aduertit Saura ab anno 1586. ex tempore Sixti V. hoc pacto publicari cepit, vt violentiæ cognitionẽ comprehenderet, huic occurrunt lariſſimè Saura, *ibidem*, latiùs verò poſt hæc Salcedus *lib. 1. capit. 7. §. 1. præcipuè ex num 122.* relatis Salgado, & Zeuallo
qui plures Theologorum auctoritates 111
allegant, † quibus probatur, per *Bullam* prætextũ violentiæ, ſub quo colore negotiorum Eccleſiaſticorum cognitiones ad Prætoria ſecularia attrahuntur; non verò realis violentiæ auerſionẽ, & medelam improbari, vndè caſus, vbi legitimè appellationem coram Sede Apoſtolica appellantes proſequãtur, excipitur: reſpondet quoque, illam Hiſpanis non probari, ideoquè nùnquam receptam, & plura alia huic argumento aptiſſima, ad quæ faciunt ſcripta *in Cod. meo contr. 15. ex num. 9. ad fin. fol. 421. & not. 4. ad leges Iacobi, n. 23. fol. 10.*

At mihi prę ter hęc, Pater Sanctiſſime proponere libeat per Pontifices in illa
Bulla † nihil determinatũ fuiſſe de iudi- 112
cio fidei formaliter, quod credendum, vel non credendum foret, iuxta doctrinam Diu. Thomæ, latiùs per Card. Caietanum declãratam *in tom. 1. tract. 2. Apologiæ, part. 2. cap. 13.* cum quo concordant, Canus *lib. 2. de Locis*, Victoria *relect. 4.* Torres *2. 2. diſp. 16.* Bagues *2. 2. quæſt. 1. art. 10.* Gilius *lib. 1. tract. 7. capit. 9. num.* Stafelonus *cent. 2. lib. 6.* Bellar. *contr. 3. lib. 2. & lib. 1. cap. 1. ad 14.* Qui docent, iudicium, vel determinationem Pontificiam tunc eſſe infallibilem, quãdo proponit aliquid de fide credendum, vel literis circa mores definiat *Cathedraliter*, non verò ſi iudicialis ſit definitio, etiã in cauſis doctrinatum. Vidẽtur verò hæ Sixti V. & Clementis Octaui ad Bullam Cœnæ adiectiones determinationem è Cathedra non continere, vt conuincitur ex ſex infallibilibus rationibus confertis per Sauram *de examine propoſitionum, capit. 23. verſ. dices vnde poteſt diſcerni, fol. 76.*

Quòd ſi hæc determinatio iudicialis eſt, conſequi videtur, examen, & repręſentationẽ admittere, prout re vera ſuperioris notæ Theologi ei ſe oppoſuerunt, putantes, Pontifices falſa relatio-

ne aliquorum Ecclesiasticorũ adductos,
facultatem hanc in dicta damnasse Bul-
la. Alij melius damnatum tantùm fuisse
113 abusum † illius asseruut, vt quando reve-
ra Iudex Ecclesiasticus nullam vim in-
fert, suprema vero Auditoria hoc reme-
dio ad prætexendã vsurpationẽ iurisdi-
ctionis Ecclesiasticæ vtuntur, sed quòd
aperta, & realis violentia nullatenùs dã-
nata sit, quibus adstipulatur ipsimet cõ-
tradicentes, Vazq. *in manuscripto*, Suarez
lib. 4. cap. 34. ad Regem Angliæ, Baldel. *in
quæst. 34. & 40.* sępiùs citati.

Mouentur vno, atq; infallibili funda-
mento, quòd si violentia realis est, & Iu-
dex Ecclesiasticus legitimã, ac indubita-
tam appellationem repellit, locus statim
fit naturali repulsæ à Principe subdito-
rum vice exercendæ, cui naturali faculta
ti Pontifex, præcipuè iudicialiter dero-
gare nequit, ex doctrinis præmissis, *nu.*
78. Vnde ne absurdè eum velle in hisce
114 Iurisdictionalibus, & temporalibus † iu-
ri naturali contraire dicamus, iure me-
ritò de prætextu, & ficta violentiæ spe-
cie locutum fore præsuminius: aliàs si
explicitè ius naturale tollere vellet, egre-
di illum limites potestatis, datæ ad ędifi-
candum, non ad destruendum dici pos-
set, & quòd careret tale iudicium effectu
pastoralis potestatis, vt docet D. Bonau.
in opusc. pro prædicatione Fratrum Minorũ,
& D. Thom. *opusc. 29. capit. 3.* latissimè
P. Vict. *d. relect. 1. de potestate Papæ post
principium.*

Nam si sine peccato hæc facultas in
vsum deducitur, quãdo defensio necessa-
115 ria est, excõmunicatio in Bulla cõtenta †
deficit in materia, nã non interuenit pec-
catũ, vt per se patet, & dixi *supra lib. 1. q.
vltim. ex n.* 10. & si in hoc esset dubietas
satis esset in huiusmodi probabili opi-
nioni adherere ad excommunicationem
vitandam, per ea quæ tradunt (iacet amẽ
sententia extra rem) Salgadus, & cæte-
ri quos refert, & sequitur lato sermone,
Salced. *lib. 1. integro, c. 9.* Nã si hæc facul-
tas in naturali facultate realiter & verè
fundatur. Cũ illa quę ad ius naturę perti-
neãt, infallibilia sint, ac immutabilia, vt
sæpiùs repetitũ, & fundatum est, omnia
hæc oppidò cessant; nã præcepta natura-
lia nõ excusant tantum, sed obligant, in
quibus opinatio cessat, & per hæc P. M.
Arauxo † doctrina, & moribus præstan- 116
tissimus *in 1. 2. D. Thom. q. 97. disp. 3.
sect. 5. diff. 4. ex num. 13.* & ante post dis-
putatam magistro more quæstionẽ ver-
bis Canonum, & Bullæ adamussim exa-
minatis, fol. demum 687. col. 2. sic cõ-
cludit. *Sed quoniam opinio probabilis est, quæ
tuta conscientia in praxi sequi potest: propte-
rea nõ damnamus Magistratuum nostræ Hi-
spaniæ praxim, dum causas Ecclesiasticorum
ad Regia tribunalia adducunt, vt iuris na-
turalis læsi vindices, potiùs quàm iudices sa-
lubre remedium auferendæ violentiæ à iudici-
bus Ecclesiasticis illatæ insontibus adhibeãt,
si tamen moderatè se gerant, & à forma iuris-
dictionali abstineant, quia aut probabili pri-
uilegio Principis, aut opinioni probabili gra-
uissimorum Doctorum innituntur. In quo
sensu citatæ leges nouæ Recopilationis sunt in-
telligendæ.*

Qui breuius omnia, quæ adhuc scri-
psimus, complexisse videtur, ac compro
basse, vt meritò tam optimum commi-
litonem inuenisse gaudeam, vt tutè illis
quiescere debeamus. Ipse enim præter
doctrinæ pondus incorruptis ab omni
sęculi illecebris moribus, & vita, illa mi-
rè firmasse videtur.

Restat ergo aliqua de modo exercen-
di hanc facultatem tradere, in quo plùs
nimio aduersantes insistunt, præcipuè
Vasquius *in Apologia disput. 2. cap. 3.* quẽ
sequitur Baldellus *lib. 2. disput. 23. num.*
18. ait enim Vasquius citationem, trans-
missionem processus, † ac decreta, siue 117
prouisiones, quæ in huiusmodi cogni-
tionibus vsurpãtur, plùs nimio iudiciali-
ter procedi ostendũt, conuincuntq; im-
propriè de extraiudiciali defensione agi.
Additquè Vasquius, non esse practicabi-
le, quòd possit redargui violentiæ Iudex
Ecclesiasticus ob appellationem nega-
tam, cùm potuerit aliqua probabili opi-
nione moueri, qua non esse appellabilem
cau-

causam statuatur, ob quod violentię vitio ei verti non possit, quòd illam admittere noluerit.

Huic oppositioni latissimè occurrunt Scribentes, Zeuallus, Salgadus, Pereira, doctè quoque Torreblanca *de iure spiritual. lib. 5. capit. 10. ex n. 28.* & per integrum cap. modernus, Salcedus *lib. 1. cap. 7. §. 1.* quos indicasse sat erit. A me enim, coram Supremo, ac Sanctissimo Iudice animarum agenti, demonstrationibus potiùs (si fieri potest) quàm argumentis scribendum esse. Dico ergo, & fateor, per hos actus quandoquè iudicialem processum, aliquando etiam priuatam cognitionem, ac sine vlla iuris dicundi mixtura designari, vt in arbitratoribus, & amicabilibus compositoribus euenit, vt infra ostendam.

Sed ponamus (salua veritate) citationē, visionē processus, & prouisiones nō dari, nisi iudiciū oleāt, tollemus ne hanc defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, ac ad apertam vim rem deducemus? non equidem: nam de duobus
118 malis, vno † certo, altero dubio, posterius est eligendum, vt docet Diuus Gregorius *par. 6. moralium, lib. 32. cap. 18. & in 40. cap. super Iob. relatus in capit. 2. distinct. 13* ibi. *Sed cum in dubijs constringimur, vtiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus, ita plerumquè neruorum Boemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur*, ex Beda quoquè habetur *in capit. 7. non solùm in iurando 22. quæst. 4.* & admittunt Theologi omnes, pręcipuè in moralibus. At si vt Vasquius, suique sectatores concedunt, realis, & effectiua defensio neganda non est, vt quæ iure naturæ immutabili consistit, vt patet per eundem *d. disput. 2. capit. 3.* dum probat Afflicti doctrinam, in Clerico spoliante locuti, & Baldellus *disput. 40. num. 12.* cuius verba refert Salcedus *vbi supra nu. 103. & 165. fol. 72.* quare & licitus, & iure probatus modus vitandus est? quādo est certum, quòd Prælatis, & Reipu-
119 blicæ maius damnum eueniret, † si relicta hac praxi, ad vniuscuiusque prætensi oppressi querelam omnes executiones sententiarum impedirētur, vt opus esset euenire, ne quandoq; reuera oppressus sine auxilio relinqueretur: negari enim haud potest non semel iniustas appellationes reijci: nec quisquam omnem sententiam exequi debere dicet, ex hoc solùm, quòd à Iudice Ecclesiastico lata sit. Cùm è contra Ius Canonicum, quod ipse seruare tenetur, faciliùs, quàm Ius Cæsarum appellantibus succurrat; si ergo datur casus, in quo manifestissimū esse potest, appellantem non admissa prouocatione grauari, licèt aliquando friuolæ appellationes iustissimè reijciēdæ proponantur, satius est, ne innocens damnetur, quandoquè nocentibus fauere, quàm nocentes, innocentesque vnà perire; *l. absenté 5. ff. de pœnis*, iuncta Euāgelij (de eradicante zizaniam cum tritico) parabola. Ad cognoscendam verò iniustitiam eius, qui de opprefsione, & violentia quæritur, aut ei credendum esset verbotenus hoc asserenti, quod iniquissimum foret, & Ecclesiasticæ iurisdictioni grauius, & perniciosius, cùm ex hoc omnes cognitiones conquiescerēt. Quotus quisquè enim litigator inuenitur, qui iustè aduersùs se pronunciatum fateatur? imò verò sępiùs qui etiā iustissimè conuictus, de Iudice conqueratur. Optimè Diu. Aug. *in Donatum* dicentē se iniustos Iudices fuisse perpessum, *quæ vox est omnium litigatorum, etiam cum fuerint manifestissima veritate superati.*

Aut omninò necessaria actorum productio, illorumquè originalium: nam si Rota nonnunquam fidem adhibet actis informibus, si vna ex partibus impediat acta † authentica transmitti, vt habetur 120
in decis. 324. tom. 1. Posth. Farin. vbi alia citatur Valentina admissionis coram Fabio impressa, *decis. 160. part. 3. lib. 2.* & Stephan. Gratian. *discept. 370.* qui alias tres in idem *Rotæ decisiones* adducit.

Cur vbi illa facili negotio haberi possint, omittenda sint, non video? cum præcipuè consultiùs sit litigantibus, & Iudi-

Iudici Ecclesiastico, visis actis statim auxiliū præstari, vel negari: quàm per emēdicatas probationes ad cognitionē violentiæ, an ne adfuerit, perueniri. Actus verò humani, vbi nisi humano, & versa-
121 to modo † expediri non possunt, ius omne, aliquem in mediis excessum etiam quoad diuina ob naturæ nostræ fragilitatem permittit, Petrus Aragon *quæst. 67. art. 1. ad 5. vers. quo secundùm humanum intelligentiæ modum ipse Papa dispicere valeat, qua via temporalia spiritualibus deseruiant.* De quo percipiendi modo elegans D. Athanasij dictum habemus, *vt quæ per dispensationem ob necessitatem scribuntur, vel fiunt, ea malignè interpretari non oportet,* facitq; Honorij Pontificis sententia, *epistol. ad Sergium Constantinum: Quædam Patres balbutiendo docuisse condescendentes ad informandas mentes, atq; intelligentias paruulorum, quæ ad Ecclesiastica dogmata trahi non oportet,* hinc quia iurisdictio Ecclesiastica non potest, nisi humano modo expediri, contra verba Euangelij Apostolorum, & Patrum docentium, nullam vim ab Ecclesiæ Præpositis adhibendam esse, vt ex verbis Matthæi 20. *lin.* 25. & *vers. vos autem nō sic* Petri 1. *cap.* 5. aliorumque sanctorum Patrum traditionibus fundatum est hoc eodem *lib.* 2. *quæst.* 10 *num.* 37. Admittimus, ac contra Hæreticos blaterantes sustinemus, penes Pontificem pro sua iurisdictione explicanda rectè adesse virgas, & fasces, nempe carceres, vincula, satellites, & carnifices: ne deficerent media ad finem ex Suario, Bellarmino, & alijs, vt hoc opere sæpiùs repetitum est, *& lib.* 1. *q.* 9. *n.* 13. *fol.* 63.

Hinc cùm priuatorum consensus iurisdictionem minimè tribuat ei, qui nulli iurisdictioni præest, *l. priuatorum consensus iudicem non facit,* 3. *C. de iurisd. omn.*
122 *iud.* attamē si † ad arbitros eatur, qui amicabiliter componant citatio decernitur, processus instruitur, vel instructus ad eos emittitur, & sententia arbitralis fertur, non pro hoc tamen iudex fit, qui esse non potest; nec publica iurisdictio vsurpatur, vel præiudicatur, vt docent Portellus in his terminis hoc argumēto vsus *in add. ad dubia regularium in fine operis,* verbo *appellare,* Sousa *in Bulla Cœna, capit.* 15. *disput.* 78 *num.* 2. & fatetur ingenuè Dian. *hac eadē resolutione* 14. ibi: *Adde quòd inspectio actorum per se non est actus iurisdictionis, nam arbitrantes ea inspicere possunt,* citat vltra præmissos Malderum *part.* 2. *q.* 96. *art.* 4. *fol.* 407. alios in id refert Salcedus *d. cap.* 7. §. 1.

Sæpiùs enim omissis scrupulosis indagationibus, rei essentiæ, & veritati † 123
insistimus, idquè maximè coram Deo, & in foro animæ, respicientes ad effectū, nec curantes de modo, quando præcipuè sine magno incōmodo non posset variari *ad l. sicut* 8. §. *quod si, ff. quibus modis pignus, vel hypot. solut.* versic. *hæ enim subtilitates, l.* 2. *Cod. de constit. pecun.* vers. *subtilitati eorum satisfaciat.* Et quòd respicimus ad effectum, *l. etsi non sint* 19. §. *perueniamus, vers. semper enim cùm quærimus, ff. de auro, & arg. legato,* Larrea *decis.* 32. *num.* 50. *vers. & ideo consequens, vt qualitates tom.* 1.

Paruipendenda ergo mihi videntur, quæ circa modum exercendæ huius facultatis à contrarijs assertoribus examinantur, quibus notum etiam esse debet, citationem † sæpiùs ad notitiam dari, si- 124
ne vlla iurisdictione, quę necessariò exerceatur: dari quoque in extraiudicialibus. Inde fit per Iudicem sæcularē Clerico, vt sciat pignus vēdi, rem euinci, debitorem bonis cedere, prædium distrahi, vt retrahat, & alia huiusmodi, in quibus nō arctatur ad comparendum, sed datur ei notitia, vt si velit, possit iudicio se sistere, non reus quidem, sed actor, qui etiam si Clericus sit, forum rei sequi tenetur, quæ quotidie sine Ecclesiasticę iurisdictionis læsione eueniunt. Latè post antiquiores, Gull. Benedict. *in cap. Raynutius* verbo *vxorem decis.* 2. *quasi per totam,* Surd. *decis.* 26. Marta *de iurisd. d. casu* 38. pluribus alijs Giurb. *decis.* 15. *ex num.* 10 ac traditi infra *quæst.* 21. & 22.

In extra iudicialibus quoque vbi iurisdi-

ctio

ctio non exercetur, nec merũ, nec mixtum Imperium in cognitione venit, sunt textus vulgati in æstimatione facienda per arbitros familiæ herciscundæ, *l. 1. §. cum dicitur, D. ad l. falcid.* & docet quotidiana praxis in diuisoribus, qui nullo iudicandi munere funguntur, qui tamen citationes emittunt, & in alijs casibus per Salcedum *disput. 7. §. 1. num. 19.*

125 Idquè adeo verum est, vt faciliùs citatio iudiciaria, quã † vocatio extraiudicialis omitti possit: nã Princeps si vult, priorem ex sua potestate remitti iubet, alteram verò nequaquàm, quia hæc pertinet ad ius naturæ semper indispensabile, & ab vnoquoque seruandum, vt ex more fundatè, & concisè docet omnibus doctrina notus D. Merlinus Supremi Italiæ Consilij Senator, *contron. 33. cent. 2. num. 27.* ex Alberico *in l. scientiã, §. qui cum aliter, num. 3. D. ad l. Aquil.* ex Amaya *in l. defensionis facultas, num. 2. C. de Iure Fisci, lib. 10.* & nos *in 4. primis dicis.* sepiùs. Hanc verò priuatam citatio-

126 nem, quã naturalẽ prædicamus † ex lege Euãgelica repetitam in fraterna correctione aspicimus, ad quam omnes obligamur, si proximum in nos, vel alios iniuriosum viderimus, *Matt. 18. lin. 15. si autem* (ait Dominus) *peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbũ, quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.* Hic quidem processus secundùm omnes priuatus est, & inter priuatos: subijciturquè ei omnis homo, licèt Clericus sit, licèt Prælatus fuerit, vt docet Diu. Thom. *in 4. distinct. 19. art. 2. quæst. 1.* per hęc verba: *Prælatus ex hoc quòd est per-*

127 *sona publica, † & vicem Dei super subditos gerens, non amittit ea, quæ sunt propria singularis personæ, & ideo omnia illa, quæ debentur alicui ex affectu fraterno, qui ad omnes homines habendus est, etiam Prælato debentur, sicut etiam ipse alijs debet ea, quæ affectus charitatis expostulat: nec ab his ratione prælationis excusatur, & ideo secundùm alios præceptum de fraterna correctione ad Prælatos se extendit* (& inde) *Prælati in quantùm peccant, non sunt cælum, & secundùm hoc eis correctio debetur, nec iterũ, qui eos charitatiuè corripit, in eos se ponit, id est contra eos, sed pro eis, quia ad vtilitatẽ eorum eos admonet.* Dixerat verò *in ar. 1.* quòd correctio fit per verba tantùm, quæ incoactiuam non habent, & talia verba admonitoria dicuntur, & ideo cùm hic modus ad corripientem pertineat, correctio nihil est aliud, quàm admonitio.

In quo dissentiunt Parisienses Theologi, quibus (vt dicit Bellarminus *lib. 2. de Conciliis, cap. 13. & 17.*) impunè non tantùm, verùm licitum est Pontificem Concilio vniuersali supponere, quod apud nos asserere nefas est. Hi enim putant, processum hunc fraternę correctionis ad Pontificem applicari, qui si postquam arguatur, non resipuerit, potest ad Concilium, quod Ecclesiam repręsentat deferri; ita Ioannes Maior *in disputat. particulari super hoc edita* Almaynus, Gerson, Card. Aliacensis, & omnis cum his Schola Parisiensium, qui dupliciter falluntur: primò, quia putant, hunc Euãgelicum processum iudiciale demum effici, secundò quod putant Ecclesiam tãtùm per Concilium repræsentari, non per Papam: posset enim dici (quod salua Pontificis censura dictum sit) quòd Pontifex subsit, vt homo fraternæ correctioni à quocunq; facienda, in quantùm omnes eum monere tenemur, ac reddere certiorem eorum, quæ non benè agit, & de quibus malè audit, & si opus est, testes adhibere, si priorem monitionem non audiat, nempè coram suo Confessario, aliouè ex Cardinalium Collegio, demum verò ipsi vti Pontifici † supplicare, vt quod tanquàm priua- 128
tus corrigere neglexit, vt Pastor Ecclesiæ emendet, & vt dici solet, ab irato Cæsare ad ipsum placatum appellare. Iudicatur enim alia persona, quã Pontifex propter dignitatem, vt *in l. futurum* 22. ibi:

22. ibi: *Discreta sunt enim iura quamuis plura in eamdem personã deuenerint, D. de his quæ vt indign.* Inde à Deo irato appellamus ad clementiam Filij, per id quoquè humana carne induti, quo compatiatur infirmitatibus nostris, vt aduertit Apostolus.

Faciliùs ergo hæc Euangelica lex cum Prælatis locum sibi vindicat, nam Rex cùm in subditorum personis iniuriam ex non admissione appellationis recipiat, iam fundauimus propriam suam esse; atquè ob id eos hortando admonet, ab iniuria desistant, si audiant, appellationem admittendo, omnia silent, & lucratus erit Prælatum, & pacem publicã; si non desistat, adhibet testes, hic est processus, quo iniustitia coarguatur, & conuictus appellationi deferat: ꝑpter hoc nõ conuincitur, ad Ecclesiam remittitur: nam appellationi ad superiorem, & Põtificem deferre cogitur, cuius iudicio res definiatur: si nihil horum ei proficiat, quia nec defert, nec reponit, iam sicut Æthnicus, & publicanus habetur, cùm ad seueriora remedia recurritur, ac ad plenam naturæ defensionem. At cùm hæc omnia ex D. Thomæ doctrina extraiudicialia sint, cessant apposita à Vazquio, cùm vnicuiquè priuato licerent, meliùs, ac decentiùs à Principe, suisquè supremis subsellijs cũ discretione tamẽ
129 fiunt sine ira, & studio, quorum causas procul habent, quòd si fierent à partibus iniuria affectis, non sine magnis perturbationibus † euenirent, quod fateri cogitur nolens, etiam Baldell. *d. disput.* 40. ibi: *Et quando vnusquisquè priuatus hoc ipso iure inculpatæ defensionis possit licitè esse paratus ad se, vel quemcunque alium innocentem defendendum, & statim recurrere, quo-accurrit actualis aggressio, vel vis illata: ipse tamen Respublica, & ipse Princeps licitè potest etiam aliquid ampliùs, id est, prouidere, & cauere, ne fiant aggressiones, & ne vis inferatur.* meliùs *in vers. alio modo defendet se.*

Ex his ergo omnibus excussis Felicies Pater Beatissime, quàm diuersum sit ab his, quæ ab oppositoribus afferuntur hoc, de quo quæritur. Vides etiam Dianam cõiunctum huius recursus necessitatem in casu, saltem, vbi Iudex Ecclesiasticus, vel non adsit, vel præstò non sit negare non posse, in eo etiam casu, quo existimat hanc facultatẽ in Bulla Cœnæ vitari. Tuum ergo munus est pro Hispani Regis pietate, cõtradictoribus, vt obmutescant, indicere: interea dum hoc agis, nemo nisi per iniuriam Senatus Regios, vt contumaces, dum probabili opinioni innituntur, incusabit.

QVÆSTIO XV.

Quomodo sit explicandus textus in cap. filijs, vel nepotibus 16. *quæst.* 6.

EPITOME.

1 *Principes quo iure Prælatorum negligentiam supplere præsumant?*
2 *Patronus supplet negligentiam Rectoris, si Prælatus non corrigat.*
3 *Correctio capit.* filijs, & nepotibus *unde emanet?*
4 *Iurisdictio Ecclesiæ semel data reuocari non potest.*
5 *Principes ad protegendum Ecclesiam inuitantur.*
6 *Pontifex non potest vbiquè præstò esse.*
7 *Iudas proditor inter Apostolos inuentus est.*
8 *Prælatorum negligentia plurima mala causatur.*
9 *Pontifex censendus est velle subitis malis occurri.*
10 *Principes mala Reipublicæ præuenire tenentur.*
11 *Necessitas præcepta secundæ tabulæ rumpit.*
12 *Princeps physicam status perturbationem expectare non debet.*
13 *Princeps aliquid plus, quàm priuatus poterit.*
14 *Prælatorum dissimulatio rebus publicis damnosa.*
15 *Reges Hispani ad quid Synodos cogebant?*
16 . . . *conniuentiam Prælatorum supplebant.*

17 Sa-

17 *Sacerdotū ob vitas Barbari in Christianos grassantur.*
18 *Pax Prouinciarum obtinetur à zelandis votis Sacerdotum.*
19 *Princeps non vt iudex, sed vt defensor in Clericos procedit.*
20 *Remedia ad mala commensurari debent.*
21 *Pontificum epistolæ non compilatæ eamdem vim habent.*
22 *Constantinus Magnus se exteriorum Episcopum vocauit.*
23 *Carolus, & Ludouicus Imperatores disciplinam Ecclesiasticam curant.*
24 [illegible] *vterquè negligentiam Prælatorum supplet.*
25 *Pontifices Carolo, & Ludouico maximè addicti.*
26 *Christus ne argueretur, non refugit.*
27 *Carolus Quintus de reformatione Cleri egit.*
28 *Ecclesiæ confugium vltimum Principum munus.*
29 *Patronus Ecclesiæ Regis subsidium implorat.*
30 *Princeps spoliatam Ecclesiam de facto restituit, etiam aduersus Clericum.*
31 *Ius patronatus profana res est.*
32 *Ius patronatus quoad protectionem reseruatum censetur.*
33 *Ecclesia cultrix, & auctrix iustitiæ.*
34 *Regum auctoritas quibus Decretalibus excitetur?*
35 *Clerici per priscos Canones adire Magistratus vetantur.*
36 *Iurisdictione translata, protectio sublata non fuit.*
37 *Iudicialis cognitio*, ex cap. qualiter de iudicijs, *non extraiudicialis tollitur.*
38 *Correctio iuris expressa esse debet.*
39 *Lex Pontificia cum suis subditis loqui censenda est.*
40 *Imperator liberè sine consensu Pontificis leges fert.*
41 *Pontifex in spiritualibus per suas leges Principes obligat.*
42 *Principum iura nominata derogatione indigent.*
43 Cap. filijs, vel nepotibus *correctum non esse ostenditur.*

PRæmittitur, à P. Diana ex intelligen-
tia huius Canonis resolutionem pen-
dere eorum, quæ audacter, & temerariè
à Iuris Consultis contra Ecclesiasticam
libertatem adducuntur † dum putant 1
eius vigore præsumere Principes negli-
gentiam Episcopi, vel alterius Prælati
supplere posse, ex *Gloss. ibi*, quam sequ.
Oliuan. *iur. Fisci cap* 13. *nu.* 31. Ipse ve-
ro triplici responsione obiectioni satis-
facit. Primò, loqui Canonem in Pa-
trono, † qui ex priuilegio Papæ cognos- 2
cendi de iis, quæ ad rem donatā Eccle-
siæ pertinent, ius habet, quod facere de-
bet, adito priùs Prælato, si adest, & suc-
currere velit. Secundò, quòd detur ei tā-
tùm facultas id petendi coram superio-
re: demum ait veram responsionem esse
Canonem illū, *per cap. qualiter & quando*
17. *de iudicijs* correctum fuisse, ac per id † 3
nunquam, nec vllo casu Principibus li-
cere ob negligentiam Ecclesiasticorum
præpositorum imminentibus malis oc-
currere.

Mea verò sententia in hac parte, ac in
illa acceptione, qua Diana loquitur, vt
nempè iurisdictio, & iudicialis cognitio
ad seculi Principes conuertatur, & sine
vlla, ac aliqua huius Canonis correctio-
ne in nihilo à Diana discrepat, vt qui pu-
tem, iurisdictionem † Ecclesiæ quælitā 4
recursui ad seculi Principes, quocunq;
ex prætextu subiectam non esse, licèt
nonnulli Doctissimi, ac Sanctissimi viri
aliter sentire videntur, quos superius
q. 8. n. 26. adduxi, sed non vndequaquè
sum secutus. Quod verò inde inferatur
extraiudicialiter etiam Principibus nō-
nullorū † reparationem in certis casibus 5
negari, & generaliter eos à protectione
Ecclesiæ rerū, *ex d. c. qualiter* arceri pos-
se, assentire non possum: video namquè
pluribus Pontificum rescriptis, ac Decre-
talibus epistolis Principes ad hoc inui-
tari, ac excitari, tantùm abest, ne pro
huiusmodi damnentur. Tua verò erit
Beatissime Præsul inspicere, an, ne Prin
cipes Catholici Ecclesiæ, & Ecclesiasti-
cis succurrant, omnino repelli debeant
vel

vel potiùs ad opem ferendam animari,
hoc præmisso Te supremum Pastorem,
cui cunctarum Ecclesiarum salus incū-
bit, cùm Romæ domicilium habeas, nō
6 posse in cęteris † Prouincijs prestò esse,
minùsquè possibile fore in tam nume-
rosa Prælatorum electione, quin non-
nulli, vel è vestigio indigni, ineptiq; ob-
repant, vel adepta dignitate peruertan-
tur: nam & in Collegio Apostolico ex
7 duodeno numero Iudas † auarus prodi-
tor surrexit, vt Diu. Augustin. aduertit
tractat. 50. in cap. 12. Ioan. vers. *ecce in-
ter Sanctos est Iudas*, pluresquè in dies ho-
noribus ipsis corrumpuntur, moresquè
occultos adepta dignitate in malū pan-
dunt, negligentia quoquè ipsorum plu-
8 res malos † in Republica effectus pepe-
rit, vt nec probare hic necessum sit, nec
Sanctorum in hoc dicta referre, ne ad
inuidiam memorata videantur, conten-
tus indicasse D. Cyprianum *in tractatu
de lapsis*, vers. *Episcopi plurimi*, Diuus Hie-
ronymus *epistol. 2. 3. & 4.* D. Ambros.
serm. 7. & lib. 5. epist. 3. D. Basilius Epis-
copus Cappadociæ *epistol. 69.* D. Greg.
homil. 17. vers. *est & aliud fratres charissi-
mi*, Edgarus Rex Angliæ ad Episcopos
sui Regni, vers. *ad hoc Ecclesiæ Christi*, D.
Bernardus *serm. 33 super cantica*, vers. *in-
de is, quem quotidie vides meretricius nitor*,
apertiùs de nostris temporibus prior
oratio ad Patres Concilij Tridentini
per Legatos Pontificios edita, versic. *si
verum fateri volumus*, quę habetur *tom. 4.
Conciliorum Coloniæ, par. 2. fol. 279.* de
negligentia verò Prælatorum celebre est
D. Augustini dictum *in capit. 18. quidam
cum bonorum 23. quæst. 4.*

Hoc supposito, haud dubito, quin Tua
9 † Sāctitas, ne Prælatorum mores, ac ex-
cessus vniuersæ Ecclesiæ noceant, neuè
Respublicas, & Principatus fideles tur-
bent, paciquè omnium detrimento sint,
Catholicos Principes nequaquam re-
tractura sit, nec prohibitura, quin, si non
suo iure, tuo saltem, & Prædecessorum
tuorum Pontificum (sanctitate illustriū)
permissu, expressóuè mandato instan-
tia mala, quę celeritatē remedij expos-
cunt, nec tuam iussionem expectandam
patiuntur (conniuentibus, vel negligen-
tibus Nuncijs à te missis, vel proprijs
Metropolitis) extraordinaria cognitio-
ne, ac animaduersione adhibita, confe-
stim vel auertant, vel medeantur, hoc
enim munus, vt superius indicaui, ex
multorum Pontificum, & Patrum testi-
monijs Principum † proprium, & pecu- 10
liare est, eis in foro animę, ac ex pręcep-
to incumbens, vt patet ex larissimè tra-
ditis supra hoc *lib. 2. quæst. 4. ex nu. 82.
vsquè ad finem*, quæ repetenda non sunt,
cum propiùs accedant, ex quibus hanc
extraordinariam, & paternam facultatē
egregiè probatur, nō tantùm permissā,
imo verò necessariam, ac ex natura corū
muneris inexcusabiliter à Principibus
exercendam.

Magna enim est necessitatis summæ
vis, vt quæ præceptis etiam diuinis † se- 11
cūdæ tamen tabulę, quandoq; pro natu-
ralis iuris conseruatione derogat, inde
homicidium pro defensione propria, fur
tum quoquè, vt necessitati, ac vitæ ali-
mento succurratur: de quo ęgregiè P.
Diana *resol. 29. Miscell. 2. p. 2.* Nec Prin
ceps vt sæpè diximus, omnium jacturā,
vel Status physicam resolutionem † ex- 12
pectare debet, imo aliquid ampliùs ei
conceditur, vt præuenire possit, ac ne
eueniat, antevertere, vt ex Salustio, Va-
lerio, cæterisquè retuli *lib. 1. quæst. 6. n.
16.* affirmatquè post hæc Baldellus
lib. 5. Theolog. moral. quæst. 40. nu. 12. ibi:
*Ipsa tamen Respublica, & ipse Princeps po-
test etiam † aliquid ampliùs, id est prouidere,* 13
*& cauere, ne fiāt aggressiones, & ne vis in-
feratur, & vt rixæ, & contentiones præue-
niantur, vt publica pax, & tranquillitas benè
seruetur.*

Nec dubitari posse puto, Prælatorū †
culpas, vt sæpiùs negligentias in subdi-
torum Ecclesiasticorum excessibus re-
parandis ad commotiones, & scandala
ruinas, & Regnorum desolationes mag-
num momentum præstare, vt patet ex
nota Michęę *prophetia c. 13.* ibi: *propter hoc*

causa

causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Hie-
rusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons
Templi in excelsa siluarum. De Hispanico
Imperio ob eandem causam penè ad in-
teritum ducto, sunt elegantissima verba
Patrum in Concilio Toletano, tempo-
re Recaredi, quę modò referre opus non
censeo; solùm aduerto, omnes Episco-
pos ibi fassos fuisse, collapsæ Ecclesia-
stici ordinis disciplinæ instaurationem
muneris, ac operæ Principis fore, aper-
tiùs, & affluentiùs in *Synod.* 8. *Toletana,*
tempore Vvambæ Regis, vbi sic loqun-
tur Episcopi, & Clerus: *Eramus hucusque*
pro colluuione seculi labentis instabiles sub-
ducta luce Conciliorum, non tam auxerant
vitia, quàm matrem omnium errorum igno-
rantiam mentibus otiosis ingesserant. Hacte-
nus florentem Domini vineam deuastarant
Apri frendentes sponsam Christi, quam sui
pretiosissimi sanguinis effusione sibi conciliari
conspicans; Hæreticorum subdola machina-
tio inconsutilem Domini vestem diuidere;
vnitatem fidei scindere, charitatis fomenta;
tollere conata est. Et statim: *Præterea sa-*
crosanctam Dei Ecclesiam vulnerauerunt;
etiam custodes eius, qui cùm deberent ob di-
gnitatis excellentiam cæteros ad charitatis,
& veritatis obseruantiã per exẽpla virtutũ
prouocare, sal infatuatũ facti, potiùs scãdali,
quã ædificationis suggerunt materiã. Cerni-
mus hinc quo Babilonicæ confusionis olla mo-
do succensa; nunc auerterit, & subduxerit
Conciliorũ tẽpora: nunc Sacerdotes Domini
resolutis moribus purpuratæ secutos incitamẽ-
ta meretricis irretiuerit: nempè, quia Conuẽ-
tus Ecclesiastici defuit disciplina, nec adfuit;
qui castigaret errantes: sermone diuino, non
tã neglecto, quã exoso, & sic cũ defuerit Pon-
15 *tificibus in vnũ Conuentũ vocandis † Regia*
præceptio, facta est deprauatorũ vita totis sce-
leribus immutatis. Inde paulò inferiùs
post descriptã diuinę prouidentię antici-
patã effectuũ dispositionẽ, Quę aiñt, *Ex*
alto cœli domicilio prospiciens, & tẽpori æta-
tis nostræ se pronã dimisit, & excitauit salu-
ti, præparans nobis Religiosi Principis men-
tẽ, deuotam pariter, & instructã: cuius proui-
dæ solicitudinis voto & luce Conciliorum re-
nouata resplenduit, & alterna cætus nostri
charitas se mutuò, vel corrigendis, vel instruẽ-
dis moribus adparauit, & aggregandis no-
bis hortatu Principis gloriosi facultas data
est, & opportuna supparata est disciplina re-
formãdis. Et in acclamatione Patrũ post
peractũ Cõciliũ, sic de Rege locuti sunt:
Religiosus, & amabilis Princeps Vvambanus
(Ecclesiasticæ disciplinæ suo seculo nouus repa-
rator) omissos Conciliorum ordines non solùm
instaurare studuit, sed annuis quoque recursi-
bus reparare instituit.

Et in *nona Synodo Toletana* Recẽsuinti
statuitur contra aliquos Prælatos cõtu-
maces, ac pacis turbatores, vt à suis Ec-
clesiasticis Præpositis corrigerentur, ad-
dendo: *Si autem (quod auerteret Deus) per*
sceleris societatẽ, vel Metropolites † coniue- 16
rẽt; ad Regias aures in castigationẽ noxiæ frau-
dis cõpellẽdos, vouendũ posteritatẽ admonuit.

Gregorius Magnus, & Pontifex Sum-
mus, de Barbarorũ † incursibus, ac Ita- 17
liæ Regni, ac Europæ vastatione locu-
tus ad Sacerdotũ vitia id refert *epist.* 32.
lib. 3. ad Mauritiũ Imperatorẽ, *indict.* 13.
cap. 76. his verbis: *Qui ferocissimæ gentis*
gladius in necem fidelium tantã crudelitate
grassaretur; nisi nostra vita, qui Sacerdotes
nominamur, & non sumus, à grauissimis gra-
uaretur operibus. Et inde: *O tempora, ò mo-*
res! ecce cuncta in Europæ partibus Barbaro-
rum iuri sunt tradita, destructæ Vrbes, euer-
sa castra, depopulatæ Prouinciæ, nullus ter-
ram cultor inhabitat, & tamen Sacerdotes;
qui in pauimẽto, & cinere iacere debuerant,
vanitatis nomina expetũt, & nouis, & pro-
fanis vocabulis gloriantur. Et inde non
multò post de Sacerdotibus, & Prælatis
loquens: *Dum competentia nobis relinqui-*
mus, & nobis incompetentia cogitamus; pec-
cata nostra barbaricis viribus sociamus, &
culpa nostra hostium vires exacuuntur: quæ
Reipublicæ vires grauant. Inde S. Ponti-
fex ad Gennadium Italiæ Exarchũ vices
Imperatorias sustinentẽ scribens; *lib.* 2.
epist. 5. *Scito, Excellentissime fili, si victorias*
quæritis, si de commissæ vobis † Prouinciæ secu-
ritate gloriamini, nihil in vobis, magis a. iud 18
ad hos proficere, quàm zelare Sacerdotum vi-

tas, & intestina Ecclesiarum, quantùm possibile est compescere.

Refert ergo sanctissimus hic prædecessor Tuus ad Regni securitatē, maximūq; præsidium Ecclesiasticorū personarū in Principibus curā, vt per suos Prælatos corrigātur, vtq; inter Ecclesiasticos pacata sint omnia, nō preiudicialē † animad-
19 uersionem, sed œconomicā, ac extraiudicialē auctoritatē, tā ad correctionē, quā ad præuentionē, vbi scelera increscant, vel timeātur, quod ex Panormitano, Decio, Felino, & Nauarro admittit Suarez *ad Regem Angliæ lib. 4. c. 34. nu. 15. vers. Nullo modo possunt facere titulo iurisdictionis; solet autem iustificari per modū defensionis, vt impediantur delicta, & hoc munus videtur maximè cōmissum ministris iustitiæ secularis.* Defensio enim remedia anteuersiua, & præuentiua continet, quia nō expedit Prouincias turbatas priùs inspicere, vt subueniri possit: sæpiùs enim
20 † remedia tardiora malis vulnus incurabile reddunt, amissa opera, ac labore, vt si fortè cadaueris curatio susciperetur. Soto *de iust. lib. 5. q. 5. ar. 8.* Siluester *ver. Bellum, p. 2.* & verbo *homicidium 5. q. 5.* Nauar. *cap. 15. manual.* quod ita demum admitti fas est, quatenus moraliter periculum certū appareat. Si ergo Principatus sui securitati, ac perpetuitati per huius facultatis vsum Princeps consulit, si Pontifici more, si connaturalē sui muneris solicitudinē gerit, quis dicet alienos fines inuadere, falcem in alienā messem extendere, aut iurisdictionem Ecclesiæ sibi addicere, & vsurpare?

Dicent epistolas Pontificum in *d. q.* 4. & in præsenti relatas inter ius Canonū nec relatas, neque insertas esse, sicut illā, quæ pro se aduersātes adducūt, huic extraiudiciali, & subsidiariæ obstantem, in *d. c. qualiter & quando de iudic.* Hi respō sum idem habeant, quod à Nicolao Pōtifice in *cap. si Romanorum dist. 19.* Galliæ Episcopis datum est, ibi: *Quanquam quidam vestrum scripserint, haud illa decre-*
22 *talia priscorum Pontificum in toto † Canonū Codicis corpore esse descripta, & ideo inter Canones non assumenda, cùm & ipsi, vbi suæ intentioni hæc suffragari conspiciunt, omnibus illis indifferenter vtantur, & solùm nunc ad diminutionem Sedis Apostolicæ potestatis, & ad suorum augmentum priuilegiorum minùs accepta esse perhibeant; cum si ideo non esse Decretales epistolas priscorum Pontificū Romanorum admittendas dicunt, quia in Codice Canonum non habentur ascriptæ: ergo, nec sancti Gregorij, nec vllius alterius, qui ante ipsum fuit, post ipsum, vel ad aliquod institutum, vel rescriptum recipiendum est, eò quòd in Codice Canonū non habeatur ascriptum: ergo doctrinam eorum, & sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, ob hoc ipsum de Codicibus suis abradant, vt quid vel membranas occupant, postquam non habentur acceptæ?* Et post multa in oppositio tuendo ex dictis sanctorum Pontificum excerpta, concludit: *His itaquè, diuina fauente gratia, prælibatis, ostendimus, nullam esse differentiam inter illa Decreta, quæ in corpore Canonū habentur, sed Apostolicorū Præsulū sunt, & ea quæ præ multitudine vix per singula corporum volumina reperiuntur, cùm omnia, & omnium prædecessorum suorum decreta alia, Constituta, atquè Decretales epistolas, quas Beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana dederunt, fore venerabiliter custodiēdas eximios Præsules Leonē scilicet, & Gelasium mandasse probauimus.*

Non est ergo, cur D. Gregorij, & cæterorum pro Principibus sententias, apertas quidem, ac ad literam loquentes, ob æquiuocam in dicta Decretali locutionē sublatas fuisse credamus, nec quod Principum in Ecclesia, & pro eā stabilitum auxilium ex Auctorum interpretationibus tollamus, quando Pontifices illud & fatentur, & inuocant: quādo etiā necessitas ex deplorādis præsentium temporū calamitatibus hoc ipsum suadet: de quibus nonnulla libauimus supra *quæstion. 7. ex num. 3.* hoc libro.

Nec etiam credendum Principes ipsos priscorum maximè seculorum, qui hac subsidiaria facultate vsi sunt, cùm multa ex proprio Ecclesiæ tribuissent in

in hoc ei præiudicare ſtuduiſſe, vt negligentias ſupplerent, quando iudicia ex integro ſua erant. Exemplum † in Con-
22 ſtantino Magno, cuius liberalitati (ſi Collectori Decretalium credimus) Romana Eccleſia multis dominijs ornata, ac cumulata fuit: cui (quod certiſsimum eſt) omnis Eccleſia veram Religionis libertatem debet; hic tamen ſuperintendentiam exteriorum in Eccleſia actionum ſibi expreſsè ſeruauit, dum dixit penes Euſebium: *Se eorum, quæ extra Eccleſiam curari debebant; Epiſcopum, & ſuperintendentem eſſe*, vt ſæpius retulimus, quid verò eſt ſuperintendere, quàm actiones extrinſecas, & temporales, ita vt benè omnia euenirent, vtquè pacificè Eccleſiaſtici ſe haberent, curare? & per hoc dixit S. Optatus Meliuetanus Epiſcopus, *Eccleſiam in Republica eſſe, non Rempublicam in Eccleſia*: quia contentum curatur materialiter à continente, licèt ſpiritualiter per ſe ſubſiſtat, de ſententia Cõſtantini Euſeb. *in eius vita lib. 4. cap. 24.*

Carolus Magnus, & Ludouicus Pius
23 Pater, & filius † vterque ſanctiſsimi Imperatores, qui Eccleſiam à Barbaris depreſſam ſuo priſtino nitori reſtituere conati ſunt, quiq; multa Romanis Pontificibus largiti ſunt, filius precipuè donatione illa, qua irrefragabili titulo Patrimonium Eccleſiæ aduerſus calumniatores, ex Volaterrano preſertim inſtrumẽto vindicatur; vterq; in Concilijs Magũtino, & Aquiſgranenſi hac facultate, expreſſè, & nominatim vſi ſunt. Prior enim ad reformandos Eccleſiaſticorum mores, indagatores, ac caſtigatores miſit, refert Surius *in eo; & lib. 2. hiſt. Rhemẽſ. c. 18.* qui inde ad Romanum Pontificẽ de his ſcribens, ſic ait: *Ne aliquis quæſo huius pietatis admonitionem eſſe præſumptionẽ putet, vel iudicet, qua nos errata corrigere ſuperflua reſcindere, recta connectere ſtudeamus*. Ludouicus verò anno 800. poſt Chriſtũ natum idẽ fecit, remiſsis Legatis, & Epiſcopis in omnes Prouincias his mandatis præeuntibus, *ſuæ ſublimitatis vicarios omnibus generaliter notũ facere, quæ ſit eorũ legatio, proponereq; ſe ad hoc eſſe miſſos à Deo, vt ſiquis Epiſcopus, aut Comes miniſteriũ ſuum, quolibet impedimento præpeditus implere non poſsit, vel ſi forſan vterquè negligẽtius † aliquid in ſua functione fe-* 24
cerit, ipſe certior factus diligentiam, ſuppleat impotentis, & interpoſita cognitione, manu, operaq; negligentis tarditatẽ, vel excuſet, vel excitet, hęc ad literam Anſegiſus. l

Quorum pijſsima geſta Romani Pon- 23
tifices † nequaquã improbati ſunt, imo pro optimè geſtis habuere, ob datũ Carolo, filijſq; poteſtatem Romani Põtificis loco populi, & Cleri nominãdi, *ca. 22. Adrianus cap. 28. qui ſapiẽtia; cap. 29. cũ Adrianus cap. 30. ego Ludouicus diſt. 63.* quodquè magis notandũ, cũ Leo 4. ad reſiſtendum Sarracenis populũ Romanũ incõſulto Ludouico armaſſet, aliaq; egiſſet, quorũ apud Imperatorem infamabatur, epiſtola eum monuit, vt Legatos ad ſe, ad imputationes vacuandas, ſeſequè purgandũ mitteret, vt in *cap. 41. nos ſi incõpetenter 2. q. 7.* ibi: *Nos ſi incõpetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtũ legis tramitem non ſeruauimus veſtro, & miſſorũ veſtrorũ volumus emendari iudicio.* (& inferiùs) *Inde magnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant; & cuncta quemadmodum, ſi veſtra præſens fuiſſet Imperialis gloria, diligenter exquirãt, & non tantũ hæc ſola, quæ ſuperiùs diximus, quærimus, vt ex unguem exagitent; ſed ſiue minora, ſiue maiora illis, ſint de nobis indicata negocia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, & indefinitum remaneat.* Cuius humillima ſententia, vt Diuus Thomas aduertit, nihil Imperatoris auctoritati tribuere potuit, cũ prima ſedes à nemine iudicari poſsit: benè tamen extraiudicialem pro remouendo ſubditorum ſcandalo, purgationem ex vera innocentia proficiſcentem indicat, optimè apud Imperatorem actam exemplo † Chriſti Domini, inuitantis Hæbreos ad ſuarum actionum in-

iudicium apud Ioannem, *cap. 8. lin. 46.*
Quis ex vobis arguet me de peccato? negari
tamen haud potest, respectu inferioris
ordinis Prælatorum magnū inde sumi
argumentum extraiudicialis, ac paterna-
lis Principū Catholicorum potestatis;
qua pro vitandis in Ecclesia scandalis,
nonnulla supplere possunt in rebus pro-
phanis, delictisq; cōmunibus. De Leo-
nis Quarti sanctitate, ac præclaris mo-
ribus non dubitamus, ex epistol. B. Petri
Damiani *ad Episcopum Firmanū libr. 4.*
epist. 9. licèt factum hoc improbet, nem-
pè quod arma sumpserit; Platina quo-
que sanctitate, & prudentia conspicuū
illum fatetur.

Carolus 5. denique Catholicissimus
27 Princeps † cum rem Germanam ad inte
ritum duci, propter Ecclesiasticæ disci-
plinæ relaxationē conspexisset, quo præ-
textu Nouatores schismata, ac hæreses
disseminare conabantur, hoc vnum sibi
proposuit, vt conuocatis Concilijs, vi-
tas, moresq; Ecclesiasticorum corrige-
ret. Treuirense Concilium è vestigio
hoc indicat, ibi: *Sacra illius Maiestas sibi,*
haud quoquè graue duxit, formam nobis pro-
ponere adamussim consentaneam scripturis,
& cælitus inspiratis canonibus ad instauran-
dam Ecclesiæ integritatem. hinc Archiepi-
scopus Treuirensis publicationē refor-
mationis, iuxta Cæsaris mandatum per-
legi præcepit, vt refert Onufrius Panui-
nius in vita Pauli 3.

Quodvè Imperialis, Regiaq; manus
28 postremum aduersùs mala, quæ † Eccle
siam vexant, confugium sit, ingenuè egre
gium habemus sanctissimi Pōtificis Bo
nifacij 1. ad Honorium Augustū *in cap.*
Ecclesiæ meæ 97 distin. ibi: *Habet refugium*
pium tuæ mansuetudinis animum, & consa-
cerdotibus meis ecce refugium, vltimum-
què, ac subsidiarium remedium: nō qui-
dem ex Imperiali tantùm potentiā, sed
ex connexa, & coniuncta veneratione
in Religionem, suosquè ministros: nam
non est hic potestatis, sed pietatis effe-
ctus, non ex Regali tantum culmine, sed
ex pio, mansuetoquè animo procedens;

de quo sup. latè *quæst. 4. ex nu. 35.* & per
totam hoc lib. 2.

His ita prælibatis, quid sibi Canon
hic velit, quidvè contineat videamus.
Ait: *Filijs, vel nepotibus, ac honestioribus pro*
pinquis eius, qui cōstruxit, vel ditauit Ecclesiā
licitū sit hāc habere solertiā, vt si Sacerdotē ex
collatis rebus aliquid fraudare præuiderint, † 29.
aut honesta conuentione cōpescant, aut Episcopo,
vel Iudici corrigenda denūcient. Quod si talia
Episcopi agere tentarent Metropolitano eius
hæc insinuare procurent: si autem Metropo-
litanus talia gerat, Regis hæc auribus inti-
mare non differant. Quisquis verò ex hoc
Canone datam in omnibus casibus Re
gibus facultatem, vt negligentiā Præla-
torum suppleāt, indistinctè asserit, haud
dubium, quin litteræ vim inferi, quæ so-
lùm de fraude in rebus donatis Ecclesiæ
sub patronatus reseruatione agit: sed nec
illud definire videtur. Quòd si Metropo-
lita conniueat, vel ipse idem delinquat,
Rex iudiciale examen, ac remedium ad-
hibere possit, licèt si beneficiarius res
patronatus spoliēt: Prælati verò dissi-
mulent, possit Rex † vti aduersus spolia- 30
torem instante pro suo interesse Patro-
no beneficiarium ipsum de facto restitue-
re, ac Ecclesiam aduersùs violentiam
beneficiarij manutenere; cùm Rex vio-
lentiarum reparator hoc contra duos
etiam Clericos ius habeat, si vnus alte-
rum spoliet, poteritquè etiam, si Cleri-
cus inanimatam Ecclesiam spoliet, ex
vulgata doctrina Afflicti, *decis. 24. num.*
4. quem sequitur approbans ad literam
Vasquius *in Apologia prò iurisdiction. Ec-*
clesiast. contra processum per viam violentiæ
disput. 2. capit. 3. ibi: *Posse quidem Regia*
auctoritate propria defendere Ecclesiasticum,
qui ab alio Clerico iniustè spoliatus est. Ad-
dit tamen, *Non per modum cognitionis iu-*
diciariæ. Et *num. 6*: *Nec obstant in contra-*
rium allegata; quia illa procedunt, quando
Rex per modum ordinariæ iurisdictionis, &
cum causæ cognitione id ageret, sed quandò
Rex procedit ad præstandam defensionem no-
toriè spoliato, & oppresso per alium Cleri-
cum per factum notorium, & euidentiam rei
non

non cognoſcit tanquam Iudex , ſed tanquam
Rex extraiudicialiter , dixerat hoc Affli-
ctus *ibidem num.9* .& latiùs explicauerat
Vrſillus *ad eum,num*. 10. & 11 .verſicu.
Et ſimiliter non benè. Latè poſt alios Ca-
rolus de Graſsis *de effect. Cleric. effect*. 1.
ex nu.975 *.fol*.178. cùm precipuè ius †
31 patronatus(licèt rei Eccleſiaſticæ adhę-
rens) vt quid ſeculare exiſtimetur, ſi lai-
co competat,vt probat Caued. *de Patr.*
Regio cap.6. in fin. conſtare apud omnes
Canoniſtas , & nouiſsimè exornant D.
Ioannes de Solorzano *de Gubernat. Ind.*
lib.3 .cap.3 .num.7 . quos ſequitur Salze-
dus *de lege Politica lib.2 .cap.7 . num.29.*
fol.224.Ea enim iura,quę ex natura rei,
ac ex reſeruatione per pactum adhibita,
ad aliquam rem pertinent,ſiue iu ipſa re,
vt eſt ius dominicum in re emphiteuti-
caria,vel feudali,ius protectionis in re pa
tronatus ex tranſlatione in Eccleſiā non
amittitur,imo expreſsiùs,& firmiùs,quā
contra cæteros præſeruatur : hi enim fi-
dem fallere,quæſtionē dominij refricare
poſſunt,Eccleſia nō poteſt,quia purior,
quia ſanctior , quia æquior . Inde citra
reſeruationē † iura protectionis in patro
32 natu pro cōuentis habet, *cap.nobis de iur.*
Patro.cū alijs ibi à D.Barboſa adductis,
& in feudis,& emphiteuſi *capit.ex tranſ-*
miſſa,& *cap.ſeq.de for.compet.cap.15.fin.*
verſ. *Non ſolūmodo perſonæ , ſed Eccleſiæ de*
cap. Conradi, Genuenſis *in praxi triccn.q.*
21.D.Merlinus *tom.1 .controuer* 13.Ego
nota 99 .n.11 .ad ll. Federici fol.265.Me-
liùs *in cap. ſi clientulus de alien. feudi*, ibi:
33 *Eccleſia enim cultrix , & † auctrix iuſtitiæ*
non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in
ſe,vel in alterum , priuatus verò ſæpè obuiat
iuſtitiæ. Et in prædijs Eccleſiæ iam tribu
tarijs eſt *Can.tributum,& Can.ſeq.11.q.*
1.Can.tributū 23.q.8.Ortiz de Ibarola
de immun.p.3 .dub.1 .in ſolu.ad 3 .fo.353.
Nemo verò tam inſenſatus dixerit,Ec-
cleſiam contractu non obligari , pactis
ſtare non debere,licere ei quod laicis nō
ſolū non conueniret , ſed dedecori eſſet,
iuxta *l.1.C. ne fiſcus rem quam vendidit*.
Cū verò,quid Rex poſt ſibi delatam co
gnitionē præſtare debeat, Canō hic mi-
nimè aperiat,ex alijs Canonibus id per-
cipiendum venit,quibus ſubſidiaria Re-
gum auctoritas † excitatur. Hi ſunt *Can.* 34
19 *.Concii*. Sardicenſis *Can.66. Conc 4.*
Carthagin.& Concil.3.Conſt.74. pluraq;
tranſlata apud Gratian.11.*q*.1. cum emē
dationibus , & reſtitutionibus à Grego-
rio 13 .editis in *Can.5 . continua Can.8.*
nullus Can.10.placuit Can.16.Clericus
nullum,Can.28 .te quidem , cap.32 . aliud.
Meliùs,& apertius *in cap.de perſona*, verſ.
Doceat prius Sanctiſsimum Epiſcopū: quod
eſt ſumptum ex Epiſtola Decretali Gre
gorij Magni: expreſsius in *cap.44.Si quis*
cum Clerico, verſ. *Sin autem noluerit Epiſco-*
pus litem dirimere. Accedit *cap*.1. verſ. *Sed*
prius de for.compet. Ex quibus duo maxi-
mè patent, Canones † nō prohibere lai- 35
cos magiſtratus , ne iudicia in Clericos
exerceant: nam vt benè ait D.Thom.in
Comment.Epiſt. ad Corint. Lex Christi ne-
minem priuat ſua præcedentia , ac iudicandi
munere,& alij relati ſup.*q*. 1.*nu*. 21.&
22.& *q.8.n*.8 .benè tamē præcepit ſuis
ſubditis, ne apud ſeculares magiſtratus
lites ſuas,quæ inter ſe habent,proponāt:
alterum,quod in eis ſubſidiarium,vel ſta
bilitur,vel pro certo habetur ad Princi-
pes recurſus . Cū verò hæc quoad iudi-
ciarios proceſſus immutata ſint, Princi-
pum legibus † ac ex Concilijs *Lateranen-* 36
ſi ſeſ.9. Conſtantienſi ſeſſ.31.Trident.ſeſ.25
cap.20. de reforma. ex nouiſsimis Decre-
talibus *Innoc.3 .in cap.qualiter 17 . de iud.*
cap.ſi quis 4.de for.compet. Attamen, ſalua
tua è Cathedra determinatione (ſi tuta,
& auctoritates præmiſſæ attendi debēt,)
remanere Principibus dicendum foret
illam,quam extraiudicialem, & natura-
lem de facto diximus poteſtatē,qua im-
minentibus neceſsitatibus diſcrimini,
abſque immunitatis,& libertatis Eccle-
ſiæ violatione ocurrere poſſunt : nam
neque Concilia,neq; Pōtifices,minuſq;
Sancti Patres illam tollunt,nec nouiſsi-
mi Canones poſt ſtabilitam tempore.&
conſenſu Eccleſiaſticorum exemptionē
de hac Principum facultate loquuntur,
minùſquè tollunt. Cc 3 Nam

Nam quod attinet ad dictum Innocentij III. responsum in *d. cap. qualiter* in illis verbis: *Præcipiatis ex parte nostra Prælatis, vt laicis de Clericis conquerentibus plenam faciant iustitiam exhiberi, non obstantibus appellationibus frustratorijs, quas in eorum grauamine Clerici frequenter opponunt, ne pro defectu iustitiæ Clerici trahantur à laicis ad iudicium seculare, quod omnino fieri prohibemus*. Apertissimis verbis iustitiæ breuem in causis administrationem in-
37 culcat, sed & iudicialem † Magistratuũ laicorum, ob illam omissam cognitionẽ vitare omnino vult. Nascitur tamen ex litera dubium, an ne solam negligentiã causantem, & effectricem, vel ipsum effectum damnet? & videtur causam solùm detestasse, ac vitare voluisse: nam cognitionem magistratibus non prohibet (cum illis non scribat, nec loquatur, quo casu correctũ non censetur. *Can. fi-*
38 *lijs*. Id enim expressè constare debebat † *cap. certum de rescript.* cum traditis *q. 1. lib. 1.* docetque in puncto Menoch. *de retinend. remed. 3. ex num. 354. ad n. 359.* vbi Abbatem, & Socinum à Diana adductos improbat) sed Episcopo prohibet, ne causam cognitioni per negligentiam præbeat. Lex autem prohibitiua cũ laico aut debet cum illo loqui, aut saltem generaliter omnibus, vt laicos inclu
39 datur: nam lex Pontificis, iudicialis † maximè, cum suis subditis loqui censenda est, legum enim latio diuersa est quoad
40 iudicialia, vt nẽpè † Imperator in suos, Pontifex itidem in suos subditos leges ferant, ex D. Thom. *p. 2. q. 98. art. 1. & quæst. 99. art. 2.* Bellarmin. *lib. 3. de Pontifice, cap. 19. & lib. de Clericis cap. 28.* & sub nomine Francisci Romuli in *Apolo. fol. 114.* ante cũ Driedo *de libertate Christi; lib. 2. capit. 2.* Salzedo *de lege Poltica lib. 1. cap. 6. num. 55.* Idem ibidem de legibus Pontificis *num. 26.* Inde in corpore Iuris Canonici multa sunt rescripta in huiusmodi materijs Magistratibus, & Principibus directa: refert Castillo *de tertijs cap. 9. numer. 3. fol. 73.*
41 licèt possit Pontifex † in spiritualibus suis legibus, laicos, Regesvè etiam obligare. Idem Bellarminus *ad Barclaiũ Patrem, cap. 19. §. 3.* Almainus *de Potestat. Eccles. q. 2. cap. 5.* versi. *Quòd Papa est supremus Iudex cunctorum fidelium in spiritualibus*, latè ex multis modernis Scriptoribus Salzedo *dict. lib. 1. cap. 6. ex num. 59 ad 65.*

At si concederetur Dianæ, quòd hæc Decretalis Innocentij ad Magistratus laicos dirigeretur, quodquè Canones, ac Epistolas eorum fauore à Pontificibus latas abrogaret, corrigeretvè: quod attentè considerandum est, cùm correctio iurium nunquam sequatur, nisi expressa, ex traditis *lib. 1. q. 1. num. 15.* & latissimè hoc axioma habetur *in decreto 23. q. 1. & q. 2. per totam*, multis Pontificum testimonijs roboratum, adhuc dubitari posset, & meritò, an Regum præexcellentem potestatem, ac œconomiã in Ecclesia præmissa Decretalis auferret,
vel quoquomodo minueret? Iura enim † 42
Regia, specifica, ac nominatim derogatione indigent, vbi reuocari, ac corrigi fas sit, *ex cap. per venerabilem 13.* versic. *Insuper cùm Rex, qui fi. ij sint legitim.* Innocent. & Hostiens. *in cap. ad abolendam, de hæreticis*, vbi quòd Pontifex pro illa Decretali requisiuit consensum Imperatoris Paduæ existentis, Thesaur. *decis. 23* Marta *decis. 193.* & hoc tantùm cum alijs relato Salzed. *lib. 2. cap. 13. numer. 38.* versi. *Et licet.* ipse Pater Diana infr. *resolut. 75.*

Mea ergo sententia (vsquedum oppositum definitum sit) dicendum venit, per hunc Canonem iurisdictionem contẽtiosam, & iudicialem Principibus non dari, sed nec ius defensionis, ac protectionis Patronis debitum, per *cap. qualiter, & quando* tolli, & minùs Canones, & Epistolas Pontificum Regiam agnoscentes potestatem, à Deo, & natura illis præstitam, ac concessam, per hanc cãdem Decretalẽ sublatas, nec in aliquo correctas: vbi id actum sit, hæc retractata sunto. Et ita etiam intelligenda esse, quæ scripsi *in Cod. Polit. controuer. 1. nu. 13.*

13. *fol.* 412. vbi *Glossam in dict. Canone filijs, & nepotibus*, cum Hostiensi, alijsquè Abbatem, & Socinum per Dianam allatos reprobantes expendi.

QVÆSTIO XVI.

An Iudex laicus, siue eius minister inueniens Ecclesiasticos exportantes pecuniam, frumentum, & equos à Regno contra legem, possit talia auferre sine fractione Ecclesiasticæ libertatis, & timore excommunicationis?

EPITOME.

1 *Exportatio victualium, argenti, auri, equorum, armorũquè, an Clericis liceat?*
2 . . . *an Prouincias argento, & alijs spoliare?*
3 *Principes an immunitatem Clericorum cũ manifesta Principatuum iactura seruare teneantur?*
4 *Clerici non ob id statutis obligantur, quòd bonum commune concernant, secundùm Azorium, sed contra statim* ex n. 6.
5 *Pontifex S. in statu temporali exemptiones Clericorum seruare tenetur.*
6 *Abundantiæ cura Principis est.*
7 *Princeps paterfamiliæ existimatur.*
8 . . . *sibi, & Reipublicæ in alimentorum procuratione consulit.*
9 *Exemptio nulla ad frumenti emptionem, & comportationem proficit.*
10 *Clerici tenentur legibus ad commune bonum statutis, si necessariæ sint, & Canones non contradicant.*
11 *Iura ciuilia per Pontifices probata vicem Canonis obtinent.*
12 . . . *per Clericos seruanda, si à Pontifice probata fuerint, vel non improbata.*
13 *Negotiatio omnis lucri gratia Clericis interdicta.*
14 . . . *Clericum foro non priuat, nisi ter monitum; interim statuta seruare cogi potest.*
15 *Onus cum re transit, exempta etiam persona.*
16 *Leges ciuiles, quoad res Apostolicam vitam ducentibus non officiunt.*
17 *Exportatio mercium de vna in aliã Prouinciam, semper lucri gratia fit.*
18 *Clericorum bona iustè minister laicus aufert, vbi illi foro per Canones non gaudent.*
19 *Pontifex in particularibus casibus exemptionem Clericorum limitare potest.*
20 *Priuatus etiam quilibet sibi, deficiente iudice ius dicit.*
21 *Fur quando impunè occidatur.*
22 . . . *quòd possit re furata impunè spoliari, nemo negare videtur.*
23 *Ius sibi dicere quibus casibus liceat sine magistratuum offensa.*
24 *Iurisdictionem Principis in Clericos quibus casibus Marta admittat.*
25 *Clericus exportans vetita à Prouincia exportari, Principem turbat.*
26 *Iudex laicus quæstionum facti competens contra omnes exemptos est.*
27 *Turbator etiam Clericus actor existimatur.*
28 *Clericus actor forum rei sequi debet.*
29 *Retentio in his, quæ facti sunt, omnibus licita reputatur.*
30 *Princeps recompensatione contra Clericos, sua tributa, & edicta fraudantes, licitè vtitur.*

STatus controuersiæ hic est, an Cle-
ricis † exportantibus ex Principum 1
Prouincijs aurum, argentum, equos, tri-
ticum, & alia huiusmodi, vel mercimo-
nij gratia, vel fraudandorum tributorum
studio, à satellitibus, custodibus, cæte-
risquè ministris in limitibus Prouin-
ciarum ad hoc munus degentibus (qui
vt plurimùm, nulla iudiciaria auctorita-
te funguntur, meriquè executores, cõ-
stituti sunt) tolli, auferri, ac tanquam cõ-
missa confiscari possint, si illa exportas-
se (egressis iam limitibus) comperian-
tur? vel liceat † Clericis absque vllius 2
pœnæ formidine Prouincias pecunia,
auro, argentovè, equis, tritico, cæteris-
què necessarijs ad promiscuum omniũ
vsum spoliare, sine quibus, vel commer
cia deficerent, vel cum tributis Prouin-

ciæ

ciæ destruerētur, vel demum accolæ fa-
me interirent, & Respublicæ euerteren-
tur. Quid enim si Clericorum, ac Reli-
giosorum ingens numerus, omnes pecu-
nias ad extraneas gentes lucri (quod ma-
ximum in hoc commercio interuenit)
gratia transferrēt, vt nec qui emere pos-
sent, nec qui vendere vellent, inuenıren-
tur? Quid si penuriæ tempore alimenta
ad Prouincias finitimas à Clericis ex-
portarentur? Quid si omnes equi, arma,
munitiones bellicæ ad inimicos sæpè,
vel emulos eorum opera transirent?
Deberet ne Princeps, vt exemptionem
3 seruaret, † sui Principatus à Deo sibi
traditi desolationē permittere, omnesq;
subditos ob paucorum libertatem, non
solùm periculo, sed certissimo interitui
exponere? Et debere hæc omnia pati,
infrascripti affirmare videntur, ne li-
bertas Ecclesiasticorum in minimo mi-
nuatur: ait enim Azorius *part. 3. Mora-
lium, lib. 5. cap. 19. quæst. 13. non interesse,
quod statuta hæc exportationem vetantia bo
4 num commune † respiciant, nam non potest
obligare Clericos exēptos.* Idemquè docent
Megala *part. 3. lib. 3. cap. 11. numer. 36.*
Valerus, & Bartholomæus à S. Fausto,
additquè Diana Clericos non posse pu-
niri pœnis legis ciuilis (licet diceremus
illis obligari, quæ cum suo statu non pu-
gnant) nō tantùm à Iudice laico, sed nec
ab alio quoquam, si me verba illa non
fallunt, Ibi: *Et licet Clerici teneantur vi di-
rectiua obedire statutis Principum iustis, &
in bonum commune ordinatis, non tamen pos-
sent puniri ex transgressione à Iudice laico:
neque ad pœnam vllam ex vi talium statuto-
rum tenentur.*

Vnde sententia Dianæ apertissimè
docet, Clericos asportantes, nec à suo
Iudice ad pęnam aliquam damnari pos-
se, quia ad illa non tenentur: ergo in fo-
ro exteriori ad statutorum huiusmodi
obseruationem minimè cogi possunt,
nec ab aliquo ob idipsum puniri. Si hoc
verum est, Pater Sanctissime, Ecclesia-
stici tui temporalis Principatus iniustè
à custodibus tuorum finium (tuo man-
dato contra exportantes inquirentibus)
in pœnam illicitæ exportationis merci-
bus expoliantur, vt quotidie fieri vide-
mus: nam Tibi vt Principi ea met † nō 5
licēt in Clericos, quæ alijs Principibus
vetita sunt. Sunt enim hæc iura discreta,
licèt in vnam personam conuenirent, *l.
tutorum 22. D. de his qui vt indign.* quod,
& non semel, vt in materia pœnarum,
ita & in immunitatibus Farinacius sum-
mus Curiæ Romanæ practicus aduer-
tit, & in electione Episcoporum Abbas
n. 6. Imol. Ant. de Butr. *num. 14. in cap.
cùm vniuersitatis 18. de sentent. excommu.*

Vt verò ex veris Iuris Canonici, & Ci
uilis fontibus, quid in hac quæstione de
terminandum videatur, haberi possit,
ad antiquiores Ecclesiæ mores, ad San-
ctorum Patrum sententias, demumquè
ad Prædecessorum tuorum epistolas, &
decreta recurrendum existimo, ad duo
præcipuè fundanda. Primùm, quòd
pœnis huiusmodi in vtroque foro teneā
tur. Secundum, posse in notoria, & frā-
granti extractione, deficiente Ecclesia-
stico Iudice, extraiudicialiter in vim in-
culpatæ tutelæ, & defensionis iuriū Prin
cipis, auro, pecunia, & cæteris exui:
idem si Ecclesiasticus Iudex adsit, id-
què præstare in notoria contrauentio-
ne nolit.

Quoad primum, quòd pœnis legum
cauere ne pecuniæ, aurum, argentum,
atquè cætera in quæstione relata ex Pro-
uincia exportentur † ei competat, cuius 6
est bonum abundantiam ad commercia
sustinenda, ac alimenta præbenda sum-
mo studio curare, nemo dubitat, sicut
quod ipsum hoc Principis speciale mu-
nus sit. Cùm ille † (vt sup. *q. 14. nu. 35.* 7
probatum est) huius amplæ familiæ Pa-
ter reputetur. Assumptum ex Sacris lite-
ris constat in *Genes. capit. 41. 45. & 46.*
ex notissima historia Iosephi à Pharao-
ne colligendo tritico tempore fertilita-
tis, illoquè populis dipensando, (ac cum
eis Sacerdotibus) constituti, qui perinde
dict. cap. 45. lin. 8. dicit fratribus ob hoc
munus constitutum † se, vt *Patrem Pha-* 8
rao-

raonis Dominum domus eius ; & Principem in omni terra Ægypti ageret. Vnde patet ex Orbis initio ad Principum solicitudinem, curamvè huiusmodi incumbere: de Romano Imperio Tacitus refert Tiberij sententiā, hoc munus Principis cæteris grauius asserentis. 3. *Annaliū in Bibuloe p. 57. At hercule, nemo refert, quòd Italia externæ opis indiget, quòd vita populi Romani per incerta maris, & tempestatum quotidie voluitur, ac nisi Prouinciarū copia, & Dominis, & seruitijs, & agris subuenirent: nostra, nos, scilicèt nemora, nostræq; villæ tutabiitur: hanc Patres Conscripti curam sustinet Princeps, hæc omissa funditus Rempublicam trahet, reliquis intra animum medendum est*. Inde in his, quę ad annonā, atquè eius euectionem, ac comportatio-
9 nem pertinent, nulla † exemptio proficit, licèt generali Pragmatica concessa fuerit. *l.* 2, ibi *Contra cōmodū publicū rescripta elicita non valeant, C. de Canone frumenti vrbis Romæ, lib. 11. tit. 22. l. in fraudem 7. C. de Annonis, & tribut. lib. 10. tit. 16. l. 1. C. vt nemini liceat ab emptione, lib. 10. titul. 27.* etiam Religionis intuitu, aut prærogatiua personæ, *l. 2. C. de nauibus non excusandis lib. 11. tit. 3.*

Data verò auctoritate, atquè necessitate ob Reipublicæ salutem statuendi, obligatio legis, omnes etiam Clericos comprahendit: nam de quibus † Ca
10 nones nihil statuerunt, cùm statui necesse fuerit; Principum leges Clericos obligare certum est, ex traditis supra *q.* 8. *num.* 79. vbi etiam probatum est, non solùm ad legem, sed ad pœnam quoquè in lege contentam eos adstringi: non tātùm, quia pœna à lege separari non potest, ob naturalem; & insitam eiusdem qualitatem, vt pœna muniatur ex D. Hieronymo, & alijs ibi relatis: verùm quoquè, quia probatis à Pontificibus Imperatorum legibus, in his quæ Canonibus
11 non cōtradicunt, iam quoad Clericos † ciuilia iura à Canonibus non differunt; suas enim ex confirmatione, & approbatione fecerunt; vt docet Celestinus in decretis ad Galliæ Episcopos *decret*. 13. ibi: *Quas vtique suas fecerunt Apostolici Antistites, cùm probarunt*, ex Bellarmino, & alijs Saura *de examine opinionum prælud.* 4. *loco* 5 *fol.* 10. *tergo.* & est vulgatum vtriusque Iuris axioma: *Omnia nostra facere, vbi nostra auctoritas accedat*, de quo per D. Barbosam ex *cap. vt famæ de sentent. excommun. l. 1. vers. Omnia C. de veter. iur. enucl.* addo Castill *de tertijs cap. 8. nu.* 5. in simili quæstione alios adducens *fol.* 33. *tergo*, vbi *num.* 11. & 12. quòd semper intelligitur actus factus iure delegato Pontificis, & non proprio. Quòd verò Pontifices leges Imperatorias probauerint, vbi Ecclesiasticis sanctionibus correctæ non fuerint, probatum est ipsamet *q.* 8. *num.* 11. & infra *q.* 39.

Perinde ità Clericos legibus † huius- 12
modi teneri, vt cogi etiam ad eorum obseruationem possint, tenent magni nominis Theologi, quos refert Diana *resol.* 8. de qua supra, vers. *Seù difficultas est*, Sotum, Victoriam, & Medinam citans, quos sequitur Salas *de legib. disputat.* 14. *sect.* 8 *num.* 94. *cum seqq.* quibus addendi sunt ex Societate Iesu Suarez *eodem tract. lib. 3. cap. 34. num.* 11. Baldell. *Theolog. moral. lib. 5. disput. 33. num.* 13. & ex Dominicana Familia prædoctus, ac Religiosissimus vir Arauxo in 1. 2. *quæst.* 97. *disp. 3. sect. 5. a ff. 4. num. 9. fol.* 683. vbi de legibus disponentibus de huiusmodi, quæ ad abundantiam, ac ad bonum, optimumquè Reipublicæ regimē pertinent, cùm alijs dicto loco à me relatis: nam si leges ciuiles nullum in Clericos pro huiusmodi vinculum imponerent, nec metu pœnarum eorum licentia refrænaretur, nec Canones (quia Pontificum munus non est super his consulere) id præstarent; ipsi quasi exleges, ac extra communem societatem positi, nec ciues essent, imò, nec homines viderentur, quod Christianæ professioni, & Apostolicis institutis aduersaretur; nam, vt sæpiùs probatum est, Christi Religio Principum politicam prouidentiam nō sustulit, ex multis Sanctorum Patrum testimonijs supra *quæst.* 8. *n.* 8.

Id-

Idquè maximè amplectendum est, in illis actionibus, quæ cùm vetitæ omnibus sint, Clericis fortiùs non conueniunt, vt de contentis in præsenti dicendum venit: nam cùm alimentorum, pecuniæ, ac armorum exportatio ad negotiationem pertineat, vbi vltra instantem necessitatem exerceatur, ex duplici ratione cum Clericorum statu pugnat. Primò, quia omnis eis lucri gratia nego
13 tiatio † prohibita est. Secundò, quia illis tributa fraudare nefas; ad primũ sunt Canones expressi Gelasij *Epist. Canonica cap. 17.* in *cap. Clerici 14. q. 4.* ibi: *Clerici ab indignis quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum. In quocumque verò gradu sint, si cessare noluerint, mox à Clericalibus officijs cessare cogantur.* Et ex *cap. 17. Concilij Niceni*, ibi: *Statuit hoc sanctũ Concilium, vt si quis inuentus fuerit post hãc definitionem vsuras accipere, vel ex quolibet negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad septuplũ dare: omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deijciatur à Clero, & alienus habeatur ab Ecclesiastico gradu.* Et ex *cap. 2. Concilij Tarraconensis* in *cap. Canonum eadem causa, & quæstio.* ibi: *Quicumque in Clero esse voluerit, emendi vilius, & vendendi carius, studio non vtatur: quòd si exercere voluerit, eijciatur à Clero.* Hæ sunt antiquiores Ecclesiæ leges, at Honorius 3. qui in anno 1224. Pontificatum iniit, quoad amissionem Clericalis priuilegij trinam † monitionem
14 prẽmitti oportere statuit in *cap. fin. de vita, & honestat. Cleric.* licèt vt laici Principis statutis tenerentur, ne eos defenderet, Episcopum monuit, ibi: *Tu quò minùs de his se impliceant, vt de suis facultatibus, statutis, & consuetudinibus Patriæ subiaceant, non defendas eosdem.* Præcipit ergo Pontifex, Clericale personæ priuilegiũ non monitum non amittere, sed super rebus leges exequi. Quod omni iuri cõsonans est; Vitium rem † sequi licèt per
15 sona eximatur, vt *in l. Imperatores. 7. D. de public.* ibi: *Ipsa prædia non personas conueniri.* & è conuerso *l. & si fortè 6. §. etiã D. si serui vendi.* ibi: *Hanc seruitutẽ hominẽ debere non rem.* iterũ *l. 4. §. 1. aliter, D. finium regundor.* ibi: *Quantum magis fundo, quàm personis adiudicari partes intelliguntur.* Aliâ dixi *decis. 14. num. 7.* Addo ad propositum ex Baldo in *l. de his. C. de Episcop. & Cler.* & ex alijs Castill. *tom. 7. controuers. cap. 12. num. 43.* vers. *Vnde magis videntur res met ipsæ.* Eandem distinctionem egregiè considerauit D. Ambrosius *Epist. 33. ad Marcellin. in sororem*, ibi: *Si à me peteret quod meum est: id est fundum meum, argentum meum, & huiusmodi meum, me non refragaturum, quamquam omnia, quæ mea sunt, sint pauperum.* Et inferiùs: *Tributum Cæsaris est, non negatur*, & paulò post: *Si de me aliquid cõpelleretur, vt præstaretur, aut fundus, aut domus, aut ager, aut aurum, aut argentum, id, quod mei iuris esset, libenter offerrem.* Hac etiam inter personam, & res differentiam, quod ad leges Imperatorum in rebus exequendis, optimè quoquè consideratur in *cap. 20. si in morte, 23. q. 8.* vbi de Clericis, qui tẽporalia abiecerunt, sic dicitur: *His nihil est commune cum Principibus seculi, quia tẽporalia penitus abiecerũt, ne forsan † occasione legibus Imperatorũ obnoxij teneantur.* Inde 16
de alijs loquitur temporalia possidentibus, aitquè: *Ex quibus Cæsari debent tributa, nisi Imperiali benignitate immunitatẽ ab huiusmodi promeruerint, quibus à Domino dicitur: reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo? quibus idem Apostolus, reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal.* Et Vrbanus Papa *in cap. 22. tributum eodem tit.* edicit, Ecclesiam de exterioribus suis, quæ palàm cunctis apparent, tributum reddere, vt pateat, onus hoc rem sequi. Indequè legibus subiacere, cuiuscumq; personæ sint, etiam Ecclesiæ, & Clerici: cũ ipsi pro actus exempti quoad hæc non sint, nempè quoad ea, quæ negotiationis gratia alibi transferunt, vel exportant, † maximè de vna in aliam Prouin- 17
ciam, quod nunquam, nisi negotiandi gratia euenit; hicquè verus est dicti Honoriani Responsi sensus, ex alijs Canonibus,

nibus, & Patrum sententijs declarati, de quo dixeram *nota* 105. *ad leges Federici in Cod. fol.* 275. cum alijs iuribus traditis infra *quæst.* 40. quæ negotiationis gratia exportata vectigalibus subesse declarant.

Quòd si bona Ecclesiasticorum legibus humanis, etiam ad coercitionẽ in his quæ mercimonij causa gerũtur, subiacent, ac à personis in hoc diuisa consi-
18 derantur; † nihil mirum videri debet, si à ministris laicis (si contra leges fiat) bona capiantur, ac auferantur, dum iure Canonum attẽto, in hoc priuilegio Clericali non gaudeant. Non est ergò (vt ad secundum descendamus) hìc disputandum, cuius sit coercitio, & an laici libertati Ecclesiasticæ derogent? quando ex Põtificũ apertissimis respõsis, Clerici in his nullo priuilegio potiũtur, vt premissum est: nemo enim Pontificem (ad vitandum maximè in Ecclesia Dei scandalum) potuisse id contra Clericos constituere, refragare tentauerit. Id enim ei
19 in † casu particulari licere non negant, etiam illi, qui exemptionem in temporalibus de iure Diuino esse constanter affirmant, vt patet ex traditis supra à me *quæst.* 2. *ex num.* 7 & Marta *de iurisdictio. par.* 4. *casu* 64. quibus res ipsa, & exemplorũ demonstratio (quæ omnibus argumentis, ac rationibus fortior est) multarum in similibus à Pontificibus editarum fauore Principum concessionum in Gallia, in Veneto dominio, Lusitano Regno, alijsquè Prouincijs, ob bonum publicum, & quietem subditorum, hoc manifestè suadet.

Cæterùm, vt magis aperta res sit, cõsiderandum quoquè est, facultatẽ hanc à seculi Ministris, ac executoribus, vt plurimum ibi exequi, vbi nullus Ecclesiasticus Iudex adesse solet, in finibus nempè Regnorum, desertisquè locis, vbi periculum in mora versatur. Ne res asportari prohibitæ semel extra Prouinciam, ac inde iurisdictionem ponantur, vbi Princeps, qui illas extrahi vetuit, nullam potestatem exercere valet, quo casu communiter recipitur, posse † quẽ 20
quam etiam priuatum sibi ius dicere, tanquam aduersus furem, qui re sublata fugam arripuit, vt nisi eum detineam, re mea caritus sim, si Iudicem absentem expectare, vel eum perquirere velim, ita ex *cap.* 22. *Exodi*, vbi fur † nocturnus ad 21
mortem ex vulnere adactus impunè dicitur, ibi: *Si suffodiens inuentus fit.* docet Soto *de iust. lib.* 4. *quæst.* 1. *art.* 8. Lessius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 11. *num.* 66. ex nostris Iason, Mathesilanus, Gometius, & Couar. quos refert Modernus *de iure belli, lib.* 2 *cap.* 1. *num.* 11, ibi: *Inde sequitur, si ad ius solum respiciamus, posse furem cum re fugientem: si aliter res recuperari nequeat, iaculo prosterni:* citatquè in id conuenientissimum Demosthenis dictum *in orat. ad Aristocrat. Nonne hoc per Deos durum, atque iniustum est, nec scriptis tantùm legibus, sed communi inter omnes homines legi contrarium, vt non sinat vi vti aduersùs eũ, qui hostiliter res meas rapiat?* Accedunt *l. si pignore* 54. §. *si furem, D. de furtis, l. furem, D. ad l. Cornel. de Sicarijs, l. itaque* 4. *D. ad l. Aquil.* Idem Modernus alios adducit *num.* 13. *vers. Et quanquam.* Omne id enim ad defensionẽ refertur, cuius natura illa est, ne auctoritas, & iurisdictio exercita censeatur, vt ex Bellarmino sæpiùs repetimus.

Quidquid de homicidio dicatur, posse rem auferri, nemo † hucusque negauit, vi etiam impunè adhibita, nequè ex hoc contemptum Iudicis nasci, si extẽplo fiat: imo per interuallum, si Iudex desit; de ratione videndus post Molinam *disp.* 100. Modernus ibidẽ *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 22
2. ibi: *Nam lex vetans sine iudicio suum consequi,* † *intelligi commodè debet, vbi copia est iudicij: cessat autem iudicium momentaneè, aut continuè; momentaneè cessat, vbi expectari Iudex non potest sine certo periculo, aut damno: continuè verò, aut iure, aut facto: iure, si quis versetur in locis non occupatis, vt maris solitudine, insulis vacuis, & si quæ alia sunt loca, in quibus nulla est ciuitas, facto si subditi Iudicẽ non adeant, aut Iudex apertè cognitionem reiecerit.* Idquè antea tenuerunt 23

runt Benedict. *in capit. Raynutius de testa*. verb. *vxorem*, *decis.* 5. *num.* 474. Pedem. *decis.* 68. *num.* 23. Villalobos *in summa*, verbo, *Ecclesia*, *num.* 2. & 3. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controu.* 15. P. Sanchez *consil. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 33. vbi post formatam regulam pro Iudice Ecclesiastico, limitat in hoc casu. Alios refert Salzedo *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. & 20. estque perpendenda *decis.* 30. *Senat. Dolani*, quam retuli in *C. ad leges Federici*, *nota* 24. *f.* 145. versic. *Item pro Regibus facit*, melius *fol.* 150. *col.* 2. vbi de intelligentia *cap. filijs, vel nepotibus* locutus id ipsum fundaui, ibi: *Marta omnium clarissimè p.* 1. *cap.* 48. *ex num.* 25. *ad fin. qui dicit dictum capitulum tribuere Regi iurisdictionem*
24 *ob magnam* † *loci distantiam, vel ob periculum in mora, vel quia Pontifex negotijs implicitus medelam non applicauerit, allegat Sarnens. & Abbat.* &c. hæc ibi, addendi Soto *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 2. *art.* 25. Saura *de exam. propos. cap.* 9. *fol.* 14. His enim casibus quæstio ad terminos iuris naturalis, ac ad meram defensionem iurium Principis reducitur, non vt Principis ex sua iurisdictione procedentis, sed vti cuiuslibet priuati pro suorum iurium indemnitate pignori, & rei incumbentis.

Ex quo etiam oritur, quòd cùm Cle-
25 ricus exportans † turbet Principem in supremi sui iuris possessione, qua rectè, & iustè prohibet, ne quæ in sua Prouincia sunt pecuniæ, aurum, ac frumentum, aliaue cum Reipublicæ incommodo extrahantur, neve sui subditi necessarijs careant, interdicit, ad possessorium iudicium, atquè retinendæ interdictum quæstio pertinere videtur, nudumquè ad fa-
26 ctum, vbi Iudex sæculi competens † ex omnium sententia (etiam aduersus Clericum turbatorem reputatur) itaquè maximè si Fiscus in suis iuribus de facto turbetur, qui nullatenus alibi pro tributis, ac Regalibus iuribus litigare cogendus est, imo de facto per se manutenendus, Alberic. *in authent. statuimus, col.* 2. *C. de Episcop. & Cler.* ex Oldrad. *consi.* 83. Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num.* 7. *de constitut.* Palac. Rub. *in capit per vestras* 2. *not.* § *vnic. de donation. int. vir. & vxor*, qui antiquiores allegant, etiam in re beneficiaria, quæ ex patronatu Regio sit, vt pluribus, & validissimis argumentis fundat more suo D. Solorzanus *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *ex num.* 27. cum alijs post hæc per Salzedum *de lege Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 47. & 48. quod latè prosecutus sum *infra quæst.* 67. de omnibus causis possessorijs, etiam rerum spiritualium, quæ facti tantùm quæstionem habent, quæ huic casui indubiè conueniunt; nam semper in re exportanda notorium facti, nempè digressus, è finibus eorum, quæ exportari prohibentur, interuenit.

In his verò, qui turbat, ac interdicto refragatur, semper actor † existimatur, 27
ac prouocans, qui reũ turbatũ in suo foro excipientem, velit, nolit, sequi debet, nec declinare eius forum potest, ex regula Pontificia, etiam Episcopos cõprehendente in cap. 15. *Si quisquam* 11. *quæst.* 1. ibi: *Si quisquam Clericus, siuè inferioris, siuè potioris gradus exístat, & contra laicam personam suas dirigat actiones, iste modis omnibus*, † *non alibi, quàm apud* 28
Prouinciæ Iudicem negotium suum dicturus occurrat. Et meliùs inde: *Quem ordinem legibus per omnia conuenientem, illa regula manifestat, quæ precipit actorem rei forum semper sequi pulsati.* Accedit *cap.* vlt. *sit generale de foro compet.* facit pulchra ratio Innocent. 4. *in cap. statuimus* 44. *num.* 6. vers. *Item, quia reus non actor de offic. & potest. Iud. Deleg.* Quòd verò vnicuiquè in huiusmodi facti turbationibus retentione † vti liceat, videnda sunt, quæ do- 29
cuit Batt. *in l. si alius*, §. *bellissimè*, *D. quod vi, aut clam.* Afflict. *in const. pacts cultum*, *n.* 34. idem *decis.* 24. Capic. *decis.* 45. alijquè à me citati ad *leges Siculas Federici*, *nota* 49. *ad cap.* 39. *fol.* 185. vbi verbis, & auctoritatibus probatum est, posse priuatum dominum, vbi ius decens absit, item eiusquè seruos, & custodes damnum à quocumque illatum sibi vindicare, & recompensationem † suo iu- 30
re

uè exigere, viendo facti auctoritate: de quo ipse Diana *Resolut*. 81. & nos ibi, quod magis Principi spectare dicendum est ex Baldello *libr*. 5. *disput*. 40. *numer*. 12. versic. *Et quamuis*, & alijs dixi supra *quæst*. 14. iterùm *dict. quæst*. 67. infra: Vnde constat iuridicis fundamentis fulcitam opinionem eorum, qui in exportatione, atque in fraudantibus iura Principum hoc idem asseruere, secundùm quæ scripsi *ad leges Federici nota* 105. *per totam, præcipuè numer*. 4. *in fin. fol*. 276. ex multis, quos Diana non vidit, præcipuè ex Carleualio, *disp*. 2. *q*. 3. Gutterrio, Lassarte, Cenedo, Olano, & Beluisio, quæ non repero, & iterùm *nota* 42. *ad leges Martini fol*. 540. *in principio col*. 2. quibus, dum Pontificiam sententiam opponi non video, libenter adhæreo.

QVÆSTIO XVII.

An Legatus natus possit exercere iurisdictionem in Regulares exemptos?

EPITOME.

1 *Legatus quid possit à facultatum tenore pendet.*

2 ... *multa etiam ex concessionibus non expressa de iure obtinet.*

3 ... *an causas exemptorum cognoscat latè pro, & contra.*

4 *Generalis determinatio legis ex specifica limitatione restringi debet?*

5 *Legationum constituendarum natura, & ratio quæ fuerit.*

6 *Legati, quæ Pontifici in sui Primatus signum competunt, attingere non debent.*

7 *Principes aliqui ex tacita, vel expressa Pontificum concessione causas exemptorum cognoscunt.*

8 *Exemptus nemo in Christiano orbe à Pontificia potestate.*

9 *Ordinarius Prælatorum inferiorum negligentiam supplet.*

10 *Delegatio specialis Pontificia Legati iurisdictioni præiudicat.*

11 *Priuilegia illæsa remanere debent, sed ius superioritatis non tollere.*

12 *Legatus an de appellatione ad Pontificem cognoscat?*

13 *Religiosorum causæ quoad correctionem intra claustra terminandæ.*

14 ... *possunt à Legato cognosci, si superior contra instituta regulæ procedat, dum etiã Princeps in id appellari potest.*

15 *Legatus Siciliæ Regni in causis exemptorum procedit.*

16 .... *eius iurisdictio, & facultates à iure Canonico traditæ, restringi à Rege non possunt.*

HÆc quæstio, vt aliquid in gratiam Legatorum effundamus, licèt à tenore facultatum pendere nos aduertit Innocentius Quartus *in capit*. 1. *de Legatis*, ibi: *Quià possit* † *Legatus, colligendum est, ex literis Legati, infra de priuilegijs. Porrò, quod est* 7. *& dicitur ibi, quòd totum ex inspectione priuilegiorum plenius aduertere potes, & secundum quod inueneris, ita obserues*: Addit tamen ipse Innocentius quædam posse etiam in cõcessionibus † non expressa, vt sunt cognitiones causarum per viam querelæ, de quibus in *dict. capit*. 1. vbi dictionem illam generalem, *Vniuersas*, adnotare libet, & iterùm rationem perpendere, ibi: *Autore potest, & debet, sicut qui in Prouincia sua vices noscitur gerere comprobatur*. In quo Proconsuli equiparatur, de quo in *l. si in aliam* 7. §. *fin*, cum duabus legibus sequentibus, *D. de officio Proconsulis*, dicitur: *Cum plenissimam autem iurisdictionem Proconsul habeat omnium partes; qui Romæ, vel quasi Magistratus, vel extra ordinem ius dicunt; ad ipsum pertinent; & ideo maius imperium in ea Prouincia habet omnibus post Principem, nec quidquam est in Prouincia, quod non per ipsum expediatur.* 1 2

Dd Hinc

Hinc oritur dubium,an causas exem-
3 prorum † Sedi Apostolicæ immediatè
subiectorum cognoscere possit? quòd
mouet Glossa, videturquè sentire ne-
gariuè, sed Ioannes Andreas remittit se
ad *cap. 1. de verbor. significatton. in 6.* vbi
explicitè tenet oppositum, ibi:ergo cùm
Legatus liget eos in hoc exemptos, pa-
tet secundum Abbatem Legatos co-
noscere de causis exemptorum posse,
quod dicit alibi tam clarè non probari.
Abbas verò hic est antiquior. Quorum
sententia sustinetur, *ex cap. 53. frater no-
ster 16. q. 1. ex epist 7. lib. 2. Gregorij M.*
vbi causam Adriani Episcopi exempti
ab Archiepiscopo suspicionis ratione
per Responsales, quos in Vrbe Constā-
tinopolitana deputauerat (qui Legati vi-
ces obtinebant) cognosci vult, hoc idem
firmatur ex alia *epist. eiusdem 32. lib. 9.* de
qua *in cap. 38. peruenit 11. q. 1.* vbi Ro-
mano Defensori Siciliæ præcipitur, ne
causas ab ordinarijs auellat. Sed benè
illas contra Episcopos audiat: hos se-
quuntur alij Canonistæ, quos refert
Franciscus Marcus, *decis. 344. lib. 1.* An-
dræas Gambar. *de officio Legati libr. 2.
numer. 31. in principio lib. 8. numer. 78.
& in tit. de Potestate Legati in exemptos
num. 8.*

At Glossam sequitur Abbas Catinen-
sis, docens, id solùm licere Legato de La-
tere, & ante eum Speculat. *in tit. de Legato,
§ superest n. 13. vers. Sed nunquid Lega-
tus*, qui arguit prò, & contra, & conclu-
dit, *In alijs autem non videtur nisi hoc in
illis priuilegijs specialiter sit expressum, vt
extr. de officio ordin. graue.* Sed hi nulla
ratione mouentur, nec minùs Canone,
quorum alterū requiri deberet, vt † ge-
4 neralis illa determinatio *cap. 1.* limitari
debuisset. Indè Sancti Doctores expo-
nentes illud, *cap. Apostol. 13.* ad Roma-
nos. *Omnis anima potestatibus sublimioribus
subdita sit*, ex vi illius dictionis *omnis*, pu-
rant includi Ecclesiasticos omnes, Mo-
nachos, aliosquè exemptos, adeò, vt di-
cat D Bernardus ad Archiep. Senonen-
sem, quòd qui eis suadeat esse exceptos,
vult remanere deceptos: quem ad ver-
bum retuli supra quæstion. 11. num. 13.
Quòd si id de Potestate laica dicitur,
cur non idem de sublimiori Ecclesiæ
munere respectu inferiorum dicen-
dum erit? non video.

Quòd nulla ratione moueantur, pa-
tet † ex natura Legationis, quæ, est vt de 5
reseruatis respectu Ordinariorum causis
Legati in Prouincijs vice Pontificis ab-
sentis cognoscant, præter quædam, quæ
non cognitionis, sed supereminentiæ
Pontificalis muneris, ac in signum su-
premæ potestatis reseruata sunt; & illa
quidem à principio extra iudicialia, vt in
cap 2. 3. & 4. eodem tit. præcipuè *in cap.
4.* ibi. *Quæ in signum priuilegij † singularis
sunt tantum Summo Pontifici reseruata.* 6
Nam vt causæ in prouincijs terminen-
tur, & Niceni Concilij decreta serue n-
tur, suos in Prouincijs legatos Pon-
tifices, constituere, vt per cos absl-
què subditorum incommodo superio-
ritas Romanæ Sedis conseruari potuis-
set, & Prouinciales ius in suis laribus
obtinere; atsi Legatis causas exempto-
rum audire non liceret (nec à la ere Lega-
tus, adesset, cui isti Authores, tantum
cognitionem concedunt) vel nullus quæ-
relas audire posset, vel ad Sanctam se-
dem recurrere, in minima quaque cau-
sa opus esset; quòd Nicænis statutis, &
menti Pontificis aduersaretur, vt patet
in *dicto cap. 1.* ex corpore, ibi: *Mirabile
satis est, quòd quidam vestrum asseuerare
præsumat, quòd idem Archiepiscopus* (erat is
Cantuariensis Legatus Pontificius) *nul-
lam causam de Episcopatibus vestris siuè me-
tropoleò, siuè legationis iure debeat audire.* In-
de in huiusmodi casibus nonnulli Prin-
cipes ex concessione Pontificia cogni-
tionem † exemptorum hoc ipso assu-
munt, quòd exempti sunt, vt de Regnis 7
Valentiæ, & Aragoniæ tradit Belluga
in *speculo rubrica 11. §. videndum ex num.
136.* Costa Siculus, *cons. 2. ex num. 29.
& cōprobat.* D. Hieronymus Leo, *decis.
tom.*

tom. 1. *Senatus Dolani decis*. 30. quòd si, vt aliquis sit in Prouincia, qui exẽptos cognoscat ratio dictat, cõtra rationem est, quod Legato hoc denegetur.

Præterea, nec ius contradicentibus assistit, nam primò mouetur Speculator ex *can*. 4. *huic soli Sedi, distin*. 17. vbi dicitur: *Huic soli Sedi concessa nullus vsur-*
8 *pare sine eius consultu præsumat*. Qui non obstat, nam causas exemptorum † non habet sancta Sedes ex priuilegio, sed iure ordinario; nã exẽptio ab eadẽ data est, & nunquam in sui diminutionẽ censetur exemisse. Imo sua superioritas reseruata censetur, ac persona loquẽtis, ex cepta ex D. Paulo, & alijs sup. *q*.1.*n*.41. conductis, & vulgato axiomate. Hinc fit, quòd si sancta Sedes Iudex, ac ordinarius remansit, idem de suis Legatis dicendum est, qui regulariter idem in iudicialibus possunt in Prouincijs, quod Pontifex Romæ, ad instar Proconsulum, vt exemplificat idem Abbas conciuis meus in *dict. capit*. 1. *numer*. 4. & in *capite mandata Ecclesiæ*, *numer*. 2. *de præsumption*. in *cap. cùm parati*, *num*. 7. *de appellationib*.

Dicit secundò Speculator, quòd solùm posset inquirere, ex *capit. sicut* 2. *de supplend. neglig. Prælator*. qui potiùs facit contra; quia conceditur Ordinario, †
9 vt collationes Monachis spectantes ex delegatione, ipsis non eligentibus, suppleat. Idem habetur etiam, quoad correctionem, in *cap. ea quæ* 8. §. *quod si forsan Episcopus*, *de statu Monachorum*, per Speculat. citatus, nam vult Episcopum procedere etiam contra exemptos posse, licèt vsque ad priuationem exclusiuè, & rectè; cùm loquatur ibi Pontifex de Monasterijs in Prouincia Marchiæ Teruisinæ, & Lombardia constitutis, in quibus Prouincijs Legatus non aderat, imo proximus ad Pontificem recursus.

Minus obstat *cap. ad petitionem* 21. *de accusat*. quia ibi non dicitur, Legatum contra illum Abbatem ad correctionem procedere ex defectu potestatis non potuisse, sed quia Pontifex causam specialibus delegatis prius † commiserat, ibi: *Quæ prædictis iudicibus fuerat prius auctoritate nostra commissa*, quod fieri non potuit per Legatum, ex regula posita in *cap. studuisti*. 2. *de offic. legat*. ex quo fit, capitulum illud oppositum probare, cum Pontifex non ex defectu potestatis sententiam infirmet, sed ex speciali delegatione, quæ generali præiudicauerat. 10

Iterùm, quod dicitur priuilegia perpetua esse oportere, ex *capit*. 6. *seruatis*, 25. *quæst*. 2. vbi legatio Ioanni Episcopo ab Horsmida, saluis Metropolitanorum priuilegijs, conceditur: non obstat Legatorum potestati, nam id de iure subintelligitur, † vt vniuscuiusque Prælati iura illæsa remaneant; cùm semper in relationibus detur ordo ad aliquid primum, vt in *cap*. 94. *qui resistit* 11. *q*. 3 ex Aristotele, & Auerroe alibi diximus, nec ex obedientia superioris derogatur inferiori, & sic possunt in legatione iura Metropolitica reseruari, quod nihil ad exemptorum cognitionem cõducit; quod etiam elicitur ex d. D. Gregorij *Epistola relata in cap*. 38. *peruenit* 11. *quæst*. 1. vbi hoc ipsum apertè distinctum apparet. Nec minùs altera Decretalis, quæ ab eodem adducitur in *capit*. *constitutus* 45. §. 1. *vers*. *Non vt appellationi de appellat*. vbi innui videtur, non potuisse Legatum, etiam de latere (nam ille Cardinalis erat) de appellatione ad Pontificem facta † cognoscere, nisi processum instruendo, nam de hoc ad præsens non contenditur, & ad quæstionem nihil attinet, sicut nec *cap*. 53. *frater noster* 16. *q*. 1. cùm potiùs pro suprapo sita opinione adduci posset, vt illum adduximus supra; quod si (pro vt in dicta *l*. *nec quidquam*, Proconsulibus dicitur meliùs eos facere, si patrimonialibus causis se abstineant) idipsum Legatis, ne exemptos cognoscant, dicatur; nam ad consilium, non ad præceptum dubium hoc refertur, manet itaque regula affirmans. 11 12

Vnde fit, oppositam contra Legatos
opinionem, nec ratione, nec iure fun-
dari, remanere verò pro Legato aper-
tissima iura, ac ineuitabiles ratio-
nes. Non negarem tamen, causas, quæ
13 ad † correctionem, & claustralem obe-
dientiam pertinent, à Legatis non esse
tractandas, sed superioribus regulari-
bus relinquendas, vt latè probat Tho-
mas Sanchez *de statu Religioso lib. 3. cap.
2. & lib. 6. capit. 3.* Nauarr. *capit. 2. de
regul. numer. 63.* Emanuel Rodriguez
*quæst. 29. art. 3. quæstion. regular. & tom.
2. quæst. 3. art. 1.* Lauren. Perinus *de sub-
dito lib. 1. cap. 19. & 20.* In his enim
nec appellatio admittitur, *cap. ad nostrã*,
vbi scribentes, *cap. reprehensibilis, cap. cli
speciali de appellat.* cum latè traditis per
Scacciam *de appellation. quæst. 17. limi-
tat. 26. num. 8.* D. Barbos. *de potestate
Episcop. allegat. 73. num. 36.* Sanchez
*lib. 6. in præcept. Decalog. cap. 3. numer.
111.* cum innumeris per Salzed. *de leg.
Polit. lib. 1. cap. 12. num. 85.* faciuntquè
dicta per me supra *lib. 1. q. 23.*

Vnum casum ex premissorum iuriũ
mente Scribentes excipiunt, si Prælatus
regularis contra regulas ordinis † pro-
14 cedens, ac vti priuatus subditum gra-
uet, nolitquè appellationem ad superio-
rem admittere; tunc enim etiam ad Prin
cipem laicum recurri posse admittunt
Portell. *in addit. ad dubia regularium* in
fine operis, verbo, *appellare*, quem pro-
bauit Sousa *in Bulla Cœnæ cap. 15. dispu-
tat. 78.* & P. Diana, premissa *resolutio.
14.* referens verba Portelli.

Quòdsi admittunt, in illo casu (quẽ
vix euenire posse aduertit Diana) ad lai-
cum Principem recursum sine aliquo
in Bullam Cœnæ incursu; satis à for-
tiori probatum remanet, se etiam Le-
gatum quemlibet Ecclesiasticum inter-
ponere, & recursum ad se admittere
posse, vt quotidie practicari videmus in
Regno Siciliæ in Tribunali † Eccle-
15 siastico Regię Legationis, quod per hoc
exemptorum Iudex dicitur, nõ tantùm
quia omnes Ecclesiastici fori causas,
eorumquè, qui in Regno iudicem non
obtinent, cognoscit, vt sunt ciuiles E-
piscoporum post Tridentinum Con-
cilium, & omnes Abbatum exempto-
rum causæ, verùm quoquè & Religio-
sorum, citra tamen correctionis regu-
laris causas, nisi in præmisso à Diana re-
lato casu, vbi vis manifesta contra con-
stitutiones Religionis subdito inferre-
tur. Quod omnino Ecclesiastico Iudici
à Rege nostro (in Concordia cum Pio
V. & Cardinali Alexandrino edita exe-
cutionem) nominato, competere, nec
tolli quacumque ordinatione posse † 16
clarum est, nec puto quieti Regni,
eiusquè securitati expedire moderatio-
nem in Consilio Italico his nouissimis
diebus tentatam; imo ad limites vsus
Nuntij Apostolici Hispanici reduci de-
bere puto, vt in eisdem casibus vtatur,
quibus hic hactenus vsus est. Cætera in
hoc scitu digna, & Auctores, qui de re
hac tractant, penes Salzedũ haberi pos-
sunt *dict. cap. 12. lib. 1.*

QVÆSTIO XVIII.

Vtrùm Episcopi, & Ecclesiastici, tã-quam inobedientes mãdatis Regijs, vel ex alijs delictis possint expelli à Regno?

EPITOME.

1 *Princeps nunquam ex vi ordinariæ pote-
statis Episcopos expellere potest.*
2 *Natura hominum ingenia sicut corpora
dissimilia creauit.*
3 *Ecclesiastici nonnulli Principibus auersi.*
4 *. . . quo casu à Principe à suis Regnis ex-
pelli possunt?*
5 *Lusitanorum Prælatorum in naturalem
Regem perfidia, Regisq; in eos comitas re-
fertur.*
6 *Rebellionem aduersùs Principem legiti-
mum, licitam esse docentes hæretici sunt.*
7 *Reges si in Ecclesiasticos turbatores defen
sione non vtantur, acta res erit.*

8 ... *vnice, vbi Pontifices absint, vel quoquo pacto turbatores Clericos punire nequeant malis publicis occurrunt.*

9 *Turbatores pacis publicæ etiam Ecclesiastici quo pacto fugiendi sint?*

10 *Apostolicum priuilegium ab Apostolica æquitate inseparabile.*

11 *Principes turbatores coercendo non ius dicunt, sed se defendunt.* & post n. 13.

12 *Episcopi turbatores aliqui, quo pacto, & ratione eiecti fuerint.*

13 ... *ad pacem inter Christianos conciliandam præcipuè instituti sunt.*

14 *Principis legitimi melior crudelitas est, quàm Tyranni inuasoris humanitas.*

15 *Lusitanorum exemplar, quæ in Ecclesia scandala parere potest, aduertitur.*

HAnc quæstionem in vtramquè atrem latè examinaui in *Codic. Politic. nota 24. ad leg. Feder. num. 5.* versic. *At quod possint accersiri. fol.* 144. vsq. ad *fol.* 151. vbi censui, & nunc censeo regulariter expulsionem nullatenus lice-
1 re, nec † vnquam posse ex vi ordinariæ
potestatis exequi: multa enim obstant,
ne id fiat, quæ ibi à me tradita sunt. Cæterum licet hæc ita sint, vt vix oppositum moraliter euenire posse videatur:
2 attamen adeò natura hominum † ingenia, & animos dissimiles finxit, vt in hoc
etiam varietati corporum pares viderentur, sicut *lib. 4. Polibius* aduertit, vt
3 aliqui viri Ecclesiastici † etiam Episcopali dignitate perspicui hoc vnum in animum inducant, quo pacto Reges spernant, quomodo subditos, & Rempublicam contra ius, fasquè vexent: vt demū Regna euertant, ac nouos Tyrannos in-
4 ducant: cuius ne erit hos † de facto corripere, ac ad bonam frugem reduces facere, si Pontifex absit, si conniueat, si in mora periculum versetur? Clarum est, hoc casu medelam solum à Principe dari posse, *qui solus opem, qui summa medendi iura tenet*, vt aiebat Imperatori Statius *Thebaid. 31.* benè Diana hac eadem *resolutione* 18. versic. *Nec valet,* ibi: *Ergo Principes debent impunè in Regnis suis relinquere Episcopos, & Clericos seditiosos, & perturbantes pacem, & Rempublicam? Respondeo, quòd in similibus casibus Episcopi, & Clerici possunt à Summo Pontifice, & à suis reprimi, ac puniri, id iustè poscentibus Principibus ad bonum publicum: Quòd si tanta adesset necessitas, quòd clarè, & euidenter periculum esset in mora, tunc, vt notat Molina. tomo 1. tractat. 2. disputat. 31. conclus. 4. Salas de legibus tractat. 14. disput. 14. sectio. 9. numer. 111. Tannerus 2. 2. disput. 4. quæst. 4. dub. 1. numer. 30. aduersus Clericos, & Episcopos, per modum iustæ defensionis liceret Principi seculari facere id, quod recta ratio ad impediendum damnum Reipublicæ imminens necessarium esse dictauerit, & ideo Zeuallus, mutans sententiam, vbi supra, tractat. de cognition. per viam violentiæ, part. 2. quæst. 77. num. 9. Vgolin. in Bulla Cœnæ, capit. 11. part. 2. versic. Aut eos, §. 1. numer. 3. in fine, docet, tunc Principes seculares posse Episcopos expellere à Regno, & suis Diœcesibus sine timore excommunicationis, quando id faciunt de licentia Summi Pontificis, vel quando graue scandalum, & periculum Reipublicæ timeretur (quod vt moraliter contingat vix credi potest) & Romanus Pontifex consuli non potest, quòd etiam loquens de Clerico docuit Salzedo ad practicam Bernardi Diaz cap. 141. lit. B. & ratio est, quia quando non adest periculum in mora, non habet locum modus iustæ defensionis.* Hæc, P. Diana.

Cui præsentes post sua scripta euentus, vt alibi dixi, satis aduertunt, posse hæc moraliter euenire, cum calamitates omnes, quibus premimur, opera Prælatorum, & Ecclesiasticorum euenerint. Quid en in Collector Portugalliæ, quòd
Prælati illius Regni ad mutandum † 5
legitimum Regem, & Tyrannum subrogandū moliti sint. Quidvè alij Ecclesiastici viri in Catalonia subuertenda operam Gallo Regi præstitere, neminem latere existimo. Rex ergo noster Pijssimus, cum Prælatorum Lusitanorum pessimum animum præsciuisset, sæpè cum Superioribus, vt animum

duo exempla Aufrerius *cap.* 249. Carolus de Grassalijs *de Regal. Franc. libr.* 2. *iure* 10.

Pater Mariana *lib.* 6. *Histor. Hispaniæ cap.* 18. simile factum tempore Regis Egicanis refert, qui Sisbertum conspiratorem è Regno eiecit, & coacto Concilio apud Toletum dignitate etiam Archiepiscopali exutus fuit; patet ex *Canone* 9. *Concilij* 16. *Tolet.* refert, probatquè ex cæteris Petr. Gregor. *libr.* 35. *Syntagm. capit.* 2. *num.* & accuratissimè expolita manu D. Laurentius Ramirez *ad Luytprandum in Chron. n.* 154. *&* 156. *ex fol.* 373. *ad* 375. refert Salzedo *dict. cap.* 10. *num.* 62. Idem alij Historiæ Hispanicæ auctores de Archiepiscopo Granatensi D. Petro Guerrero & D. Petro de Vaca Castro, & de Maximiliano Austriaco Archiepisco Compostellano, de Episcopo Tarraconensi Andrea Martinez, idem tempore Regis Catholici, licet hi in Maiestatem non commisissent.

Ianuenses Parmensem Episcopum noua molientem è finibus expulerunt, vt refert Corsetus *de potestat. Regia* 3. *p. quæst.* 34. *num.* 60. Ferrarienses Duces idem cum Episcopo, licèt ipsi feudali iure ab Ecclesia Ferrariam, cæteramquè ditionem tenerent, refert Boerius *tract. de sedit. cap.* 1. *col.* 1.

Lucensis Respublica nonne idem cũ suo Episcopo nouissimè egit, ne suos fines ingrederetur? Quid dicam de liberis Principibus? Nostri Messanenses Regi subditi, fidelitate, sicut & nobilitate præstantes Archiepiscopum Protum populo exosum, ac reuera hominem turbidũ è Ciuitate, & Districtu in vim naturalis defensionis, Pontificibus ingenio hominis cognito, ex proposito conniuentibus exturbauere. De vtraque Sicilia multa dixi *dict. nota* 24. ad quæ Lectores relego. Te verò, Sanctissime hominum, enixè rego, ne Prouincias, & Reges ex Prælatorum aliquorum ausis, ac factitiosis molitionibus turbari sinas: vides quantum discriminis omnis Christiana Respublica ab immanis Turcæ viribus, & minis, quantum ab Hæreticorum Germaniæ nimia potentia, ac victorijs iustè timeat, simulquè Catholicorum Principum dissidia nota habes; quid reliqui nobis erit, si qui pacem à Deo petere, † 13
ac homines inter se componere debent, ipsi eam expellant, & intestinis discordijs (quę posteà in malum publicum erũpunt) omnia sursum deorsum reuoluant? Scis eos ad discordias tollendas, pacemquè componendam supra Præsbyteros præpositos, vt D. Hieronymus testatur in *cap. olim* 5. *distin.* 95. Precipe Nuntijs, vt instantibus Regibus opem illico ferant, vt Episcoporum ausus ante compescant, quàm in damnum Reipublicæ vertantur, cessabuntquè hæc omnia; sin autem, sine Principes naturæ iure suffragante suis rebus consulere, in vim tamen defensionis, ex Suario *lib.* 4. *defensor. cap.* 34. *num.* 15. vers. *Nullo modo.*

Respice ad Sacerdotes fideles Regibus suis à suis Episcopatibus, & beneficijs per occupatores iniustos, partim exturbatos, nonnullos vinculis retineri, tormentis affligi, & si id animaduertere differs, cõtra legitimos Principes, iure suo vtentes, ne indigneris. Audi Augustinum eximium, & primarium Theologum, vetustumquè Canonistam relatum in *cap.* 7. *neque enim* 24. *q.* 5. *Nequè tyrannica factionis peruersitas* † *laudabilis erit, si Regia* 14
clementia tyrannos subditos tractet. Nec vituperetur ordo Regiæ potestatis, si Rex crudelitate tyrannica sæuiat, aliud est namquè iniusta potestate velle iustè vti, & aliud est iusta potestate iniustè velle vti: Quòd si Augustinus tyrannicũ potestatis vsum, magis, quàm clementem Tyranni gubernationem probat, quantò maiori cum ratione detestanda Tyranni crudelitas est, amplectendaq; humanissima Regis prouidentia? facit optimè Leo Magnus *epist.* 85. *ad Episcopos Africæ.* vers. *Principatus, quod aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, aut actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo.* Quæ verò ex hac tolerata à Superioribus Ecclesiasticis Lusitanorum,

ac

ac Catalanorum defectione in Dei Ecclesia damna, & consequentiæ † euentu-
15 ræ sint, cordatus quisque considerare poterit, illudquè Taciti Historici orat. Pisonis: *Admittitis exemplum, & quiescentes commune nos rimenses sancitis? Transcendet hæc licentia in Prouincias, & ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos peruenient.* Tu Summe Pastor; animum his aduerte, nec tam iniqua exempla sine censura esse sine, ne cæteri fideles, qui Principibus subsunt, posse huiusmodi scelera impunè contra fidei nostræ regulas patrare existiment, audeantque.

QVÆSTIO XIX.

An Princeps secularis possit punire Clericum delinquentem ratione officij sibi ab ipsomet Principe commissi?

EPITOME.

1 Clericus, qui officium seculare exercuit, an possit à Principe puniri?

2 Obligatio duplex ciuilis, & naturalis.

3 Rationum redditio per eum, qui administrauit, ex naturali ratione descendit.

4 Subditis ius sibi decernitur vetitis?

5 Boni publici causa ius priuatorum tolli, multòquè magis differri potest.

6 Princeps sine aliqua Reipublicæ turbatione sibi ius dicit.

7 ... iudiciarium ordinem, qua ex ratione omittere potest.

8 Clerici administratores coram suis iudicibus iudicialiter conueniendi sunt; sed vide post, num. 11.

9 Personis exemptis, regulariter & res exemptæ censentur.

10 Ratio magis valet sine auctoritate, quàm auctoritas sine ratione.

11 Paterna, ac naturalis Principis potestas nullum per Canonem derogata fuit.

12 Clericus officialis Principis criminaliter coram suo iudice conueniendus est.

13 Administratores rerū fiscalium sine tela commissionis culpa remoueri possunt.

14 Officiales, qui ius in criminalibus, & ciuilibus negotijs dicunt, sine causa non remouentur.

15 ... destitutione ex non sufficienti causa ad idem officium restituendi erunt.

16 Clericus, nec tacitè, nec expressè foro renunciat, posito quòd Clericatu se abdicet, cum vitæ moribus constitutus.

17 ... acceptatione secularis officij incompatibilis, quo casu Clericatum amittit?

18 Ecclesia Clericos, per quos scandala generantur, non adiuuat.

19 Clerici in minoribus expressè, & tacitè Clericatui renunciant.

20 ... secularia officia gerere etiam legibus prohibentur.

21 Legati, an esse Ecclesiastici viri possint?

22 Pontifex dispensando, vt Clericus secularia gerat, eum subijcere seculari correctioni videtur.

23 Laicus res Ecclesiæ administrans, vbi conueniendus erit?

24 Prælati, Administratores publicarum, priuatarumquè rationum ordinare prohibentur, nisi ex interesse habentium consensu.

25 ... si ordinauerint administratorem fiscalium, vel pupillarium rerum fideiubere censentur.

NOn posse, & rectè concludit Pater Diana *resol.* 19. si ob id perso-
na vexetur, † vel in bonis aliqua pœna 1
mulctetur: sed dubito, ne aliud in quæstionem veniat, an nempe officio priuari, & ad id, quod ex administratione debet, damnari possit, & per facti retentionem, quæ naturalis effectus est, ærario publico detractum refici? In quibus casibus locutos accipio Suarium *in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 28. Laiman *Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 3. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controu.* 24. *num.* 58: *& seq.* cum multis per Cenedo *collect.* 27. *num.* 16. *par.* 1. Borell. Bobad. Cenall. & alios per Dianam ibi relatos.

Pro perfecta inde horum cognitione sup-

2 suppono, duplicem dari † in iure obliga-
tionem, naturalem vnam, quæ ciuilem
actionem minimè, sed nudam facti re-
tentionem producit, ac insistentiam ope-
ratur, de qua in *l. naturalis* 10. *D. de oblig.*
& act. ciuilē alterā, ex qua actio iudicia-
ria enascitur corā Iudice exequenda: hu-
ius respectu competentia, vel incompe-
tentia Iudicis succedit, nam quoad prio-
rem rei Iudex attendendus est, ne reti-
nens, ac facto insistens impetatur: hinc
3 cùm necessitas reddendarum rationū, †
ac reliquorum restitutio à iure, & ra-
tione naturali descendat, vt ex Euange-
lij similitudine probatur, Lucæ *cap.* 16.
lin. 2. Nullam hæc actio ciuilem formu-
lam desiderat (licet ciuiliter quoque in-
tentari posit) consecutiua cùm sit ad-
ministrationis, à quocumque priuato iu-
re licita peti à suo famulo, villico, admi-
nistratore sine ius dicentis læsione; si ve-
rò is, qui administrauerit tenueret, nol-
letquè ex bono, & æquo, ac priuatim illa
reddere, tunc si quilibet ex subditis con-
subditum cogeret, vi, ac propria aucto-
ritate (vt iustissimè attento primæuo na-
turali iure posset) hoc tantùm illi obsta-
ret, quòd iure Regio ad vitandos tumul-
tus cautum inueniatur, vt nemo naturali
iure in renitentem vti possit, sed ad Iu-
4 dicem † recurrat, vt statutum est *in l. nō*
est singulis 177. *D. de regul. iur. Non est*, in-
quit Paulus, *singulis concedendum quod per*
Magistratus publicè posit fieri, ne occasio sit
maioris tumultus faciendi, *l. extat* 13. *D.*
quod met. caus. vbi Cæsar dixit: *Tu vim pu-*
tas esse solùm, si homines vulnerentur, vis est
& tunc, quoties quis id, quod deberi sibi pu-
tat, non per Iudicem reposcit, *l.* 3. §. *vltimo*,
D. ad l. Iul. Maiestat. ibi: *Quiuè priuatus*
potestate, Magistratuvè, quid sciens, dolo
malo gesserit. & Theodoricus apud Cas-
siodorum *lib.* 4. *epist.* 4. *Hinc est, quod legū*
reperta est sacra reuerentia, vt nihil manu,
nihil proprio ageretur impulsu: quid enim à
bellica confusione pax tranquilla distat, si per
vim litigia terminantur? Ego in Codice no-
ta 4. *ad leges Petri num.* 19. *fol.* 289. Ad-
dendus textus in *l. nullus* 13. *C. de Iudæis*,
ibi: *Idcirco Iudiciorum vigor, iurisquè publi-*
ci tutela videtur in medio constituta, ne quis
quam sibi ipsi permittere habeat vltionem.
Has (& si quæ aliæ sunt huiusmodi) leges
Principes contra subditos, ne quis sibi
ius diceret, statuerunt: non posset enim
facultas hæc naturalis per subditos sine
turbatione publicæ pacis exequi, pro qua
seruanda priuatorum † ius tolli, multò- 5
què magis differri potest, vt ad iudicia
recurratur. D. Ambrosius *de officijs lib.* 3.
cap. 3 vers. *Sibi cum quisque arbitretur*. Se-
neca *de Clem. lib.* 1. *cap.* 4. vers. *Si sanis ho-*
minibus publica priuatis potiora sunt, & *lib.*
6. *de beneficijs cap.* 37. refert exemplum
Rutilij, & Callistrati. Tacitus 14. *Anna-*
lium, vers. *Habet aliquid ex iniquo*, & sunt
textus vulgati in *authen. de restit.* versic.
Ea enim, quæ communiter prosunt, esseque
Christianum axioma ex D. Chrisostomo
diximus, *quæst.* 14. *n.* 95.

At ipsi tanquam proprijs legibus so-
luti, cessante (vt in hac quæstione ad sen-
sum patet) ratione, per quam lex id in-
duxit, ex quo vtentibus † iure suo Prin- 6
cipibus (quod vti quilibet obtinēt) nulla
occasio tumultus sequi potest, sub hac
prohibitione minimè comprehendun-
tur, & per hoc vsque hodie in causa pro-
pria ius sibi dicunt, non tantùm ciuiliter
aditis proprijs iudicibus, rationibus prin
cipalibus constitutis, sed naturaliter in
quosque citra iudicialem strepitum de
facto procedendo manu Regia † sine iu- 7
ris ordine, omissis actionibus à iure ciui-
li institutis, Bald. *in l.* 2. *C. de sentent. quæ*
sine cert. quantit, per illum textum hoc
optimè probantem, in vers. *Quoniam in-*
demnitatem Reipublicæ præstari, & de o-
missione iuris ordinis, iure naturali tan-
tùm seruato dixi *decis.* 2. *fol.* 61. Iterùm
apertiùs *dict. not.* 4. *ad leges Petri in Cod.*
fol. 288. *num.* 15. vers. *Ex arrupto partibus non vocatis*. Addendi Caucdo *decis.* 35.
num. 4. *par.* 2. Pater Fragoso *de regimine*
Christianæ Reipublicæ par. 1. *lib.* 4. *disp.* 10
§. 2. *num.* 151. cum alijs post hæc con-
gestis per Salzed. *de lege Polit lib.* 2 *capit.*
13. *num.* 54. 55. & 56. D. Merlinus etiā
tom.

tom.2 controu.cap.33 num.27 fol.191.

Sicut ergo Principes supremi (qui vtroque iure fruuntur) si iudicialiter ciuilibus actionibus institutis Clericos in sacris cōstitutos, pro administratis publicis pecu-
8 nijs † coram proprio Procuratore, vel rationarijs conuenirent. Rectè eis de incompetentia obijceretur, quoniam iudiciales actiones coram reorum proprio iudice intentandæ sunt, *cap.cùm sit generale 8. de foro compet.cap.Clerici, de iud.* tam si actio in personam, quàm si in rem diri-
9 gatur: exemptis † enim à seculari iudice personis, res quoquè exemptæ sunt, vt optimè Abb. *in cap. qualiter de iudicijs, n. 8.* aduertit, quo mouentur Ambrosinus Carolus Grassus, Marta, Riccius, D. Barbosa, Genuensis, Marcus, & Caballus à Diana citati, ac ob eandem rationē moralium Scriptores Megala *3 lib. 3. c.11. num.26.& 32.* Bonacina, *de legib.disput. 10.quæst.2.punct.1.§.1.num.24.* Duard. *in Bulla Cœnæ, lib.2.can.15.quæst.11.num. 273.* Sousa *eadem repetit.cap.20.disp.95. num.4.*

Ita dum omissis ciuilibus, ac iudiciarijs remedijs, sibi ipsis (nullo iure impediente) naturaliter, & de facto consulunt, exemptioni Clericorum nullatenus præiudicant, faciunt enim, quod quisquè priuatus posset, si prohibitio illa boni publici causa, non manasset, quæ eos nec vi potestatis, nec rationis obligat. Non potestatis, quia persona legislatoris semper excepta censetur, ne sibi præiudicet, vt dixi in *quæst. 1. nu. 41. lib. 1.* & sæpius, hoc opere, & ante in *Codice nota 1. ad leges Petri ante n.5. vers. Quæ enim nostri, fol. 283.* Non rationis, quia in eis cessat legis ratio, vt dictum est, & cùm ea quoque legis vigor *l. adigere 6. §. quamuis, D. de iur. Patronat.* cùm legem ratio vincat, vt
10 D. Augustinus aiebat, *de Ciuitate Dei*, magis valere † rationem, sine auctoritate, quam auctoritatem sine ratione.

11 Nec vllus Canon, aut decretum id ipsum † vetans, tollensque Principibus hāc facultatem inuenitur, quinimo sanctorū Patrum sensus huc fertur, vt naturalis coercitio, illibata remaneat, vt docet *D. Thom. 22 quæst. 102. ar. 2.* prouenit enim illa ex excellentia dignitatis, quà Rex, sicut è conuerso hanc ipsam tribuunt Papæ, quà Pater, & Pastor. Almainus, *de dominio naturali, & ciuili in vltima editione, Gersonis fol. 696.* & quæst. *1. num. 10. de potestat. Ecclesiæ*, latè Dried *de libert. Eccles. lib.2 cap.2. vers. Papa ratione Curæ Pastoralis*, Bellarmin. *contra Barclaium*, cęteris latiùs.

Ergo dicendum est, posse Principem sine violatione exemptionis priuato iure Clericos, ad redditionem rationū per suos Rationarios, & Procuratores de facto compellere, & per facti retentionem bonis insistere, ac reliquatum exigere, sicut cuilibet, si præmissa prohibitio, non emanasset, liceret: idquè eò magis, dum non pauci Canonistæ, ex *cap. 2. ne Clerici vel monachi*, inferiùs, *num. 16.* relati ex vi illius Decretalis iudicialiter etiam conueniri posse docent, vt patet ex Innoc. ibi, qui cum hac censetur, residere dum eam vltimò recitat, vt sui moris est, & in Proemio eius operis aduertimur.

Diuersum est, quoad personę animaduersionem, si in aliquam pœnam incideret, nam cùm Princeps in criminalibus reum † citare, ac processum iudiciario 12
ritu instruere teneatur, nulla facti via, vti potest, ideò ad proprium iudicem Clericum relegare debet ab eo puniendum. Nam quoad officij priuationem, cum seculària munera Clericis prohibita sint in Canonibus, & Decretalibus præmissis, & infra scriptis in executionem Apostolici præcepti latis: *Nemo militans Deo, se implicet negotijs secularibus*, quod vt diuinæ traditionis habēdum est ex traditis *quæst. 1. num.6. hoc lib.* & innuit epistola Iacobi ad Clementē, *in cap. 28 te quidem 11. quæst. 1.* licet conniuentibus Prælatis illa exerceant, vbi Principes ne illis vtantur, sine vllo litigio, vt se abstineant, præcipere possunt. Hoc enim in administratoribus Fiscalium rerum, & Diualis Patrimonij expeditū est, vt etiam † abs- 13
que causa auelli ab administratione possint,

hoc ipso, quòd inutiliter; magis verò si
peruersè gerant, vt fundaui in *Codice Po-
litico, nota* 63. *ad leges Martini, fol.* 603.
vbi exempla retuli; ad differentiam ius
dicentium, in criminalibus, vel ciuili-
14 bus, † in quorum remotione causa re-
quiritur, illaquè talis, quæ priuationem
iniuncti muneris mereatur Franch. *decis.*
8. *num.* 2. Grammat. *consi.* 10. *numer.* 3.
Ponte *cons.* 22. *num.* 3. *in fin. & decis.* 7.
num. 13. Camil. Medic. *consi.* 143. *num.*
4. Rouit. *decis.* 36. *num.* 25. *versi. His om-
nibus.* Geor. *allegat.* 42. *num.* 21. & post
alios doctè admodum D. Merlin. *contro.*
28. *num.* 12. *tom.* 2. adeo vt etiam desti-
15 tuti, si sufficiens † ratio non interuene-
rit, restitutionē iure petere possint, vt ex
cap. 9. *notum* 2. *quæst.* 1. in casu occurrē-
ti asserui.

His præmissis, cessant opposita, nam
nō infertur ex hoc, quòd Clericus ex ac-
ceptatione officij se Principali, ac Laica-
li foro subijciat (vt putarūt aliqui) quòd
16 per id saltem in bonis mulctari possit;
nam qui † nō potuit expressè, minùs ta-
citè exemptioni suæ renunciare potest,
nec de facto in alienum Iudicem con-
sentire, *cap. si diligenti* 12. *& cap. significa-
sti* 18. *de foro compet.* meliùs *in cap. signifi-
cauerunt* 12. ex corpore versic. *Vt & per
hoc de iudic.*

Quod verò aliqui dicunt, Clericum
17 ex acceptatione secularis officij † foro
renunciasse censeri, in Clerico minorum
ordinum iure procedit, idem vbi vetitas
ex Canonibus sub poena priuationis, ad-
ministrationes suscipiat, de quibus in
Can. peruenit, capit. credo placere 21. *quæst.*
3. *Can. decreuit, cap. consequens*, ibi: *Proin-
de huiusmodi ab indignis posthac quæstibus
nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet
negociationis ingenio, cupiditatequè cessandū,
aut in quocumque gradu sint positi, mox à
Clericalibus officijs cogantur abstinere. distin.*
88. quæ est Decretalis Pelagij Primi.
Eugenius quoquè in *cap.* 2. *Ne Clerici, vel
Monachi*, ibi: *Sacerdotibus, & Clericis tuis
denuncies publicè, ne Ministri Laicorum fiāt,
nec in rebus eorum procuratores existere, quod
si postmodum facere præsumpserint, & occa-
sione ipsius administrationis propter pecunia-
rum causam deprehendantur in fraude, in-
dignum † est eis ab Ecclesia subueniri, per quos* 18
constat in Ecclesia scandalum generari. De-
mum *in cap. fin. de vita, & honestat. Cleri.*

Ad horum Canonum terminos rece-
ptum est, Clericos contrauenientes, si
minorum Ordinum sint, sua sponte Cle-
ricatui renunciasse censeri, quasi ex in-
compatibilis officij acceptatione duo
opposita in eodem subiecto sustineri nō
possint; cùm Clericus minorum Cleri-
catui renunciare tam expressè, quàm ta-
citè nō prohibeatur ex eadē regula supra
tradita, vt contrariorum eadem sit disci-
plina, vt in terminis docuere, *ex cap. cùm
ex eo* 34. *de elect. in* 6. ibi: *A statu retroce-
dere † valeant Clericali.* Calderinus *consil.* 19
2. *tit. de feud.* Balb. *decis.* 139. Anton.
Fabr. *in Cod. Sebusiano tit. de Episcopis, &
Cler. definit.* 9. & *definit.* 36. cum alijs e-
gregiè de more conductis per D. Fran-
ciscum Vico *ad Pragmat. Regni Sardiniæ
tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 12. *ex num.* 50. *fol.* 189.
& tit. 8. *in Glossa rubricali, fol.* 223. De
Sacerdotibus verò id seruandū est, quod
supra expositum fuit, vel si iudicialiter
agendum sit, monitiones præmittendæ,
idquè seruandum, quod à Canonistis ad
terminos dicti *cap.* 2. receptum est.

Rectiùs facient Principes, si huiusmo
di exemptis, nisi probatissimæ vitæ sint,
non vtātur, præcipuè in inferioribus mu 20
neribus, vt in omnibus Dominijs ferè †
particularibus legibus cautum est, qua-
rum meminit post Vincen. de Franch.
decis. 479. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 2.
cap. 6. Carleual. *de iudicijs fol.* 201. *nume.*
453. *tom.* 1. Carolus de Tapia *decis.* 10.
num. 8. *vers. Alius etiam*, vbi tam Cleri-
cis, quàm militibus Hierosolymitanis
prohibitam publicorum officiorum ad-
ministrationem, & collationem refert;
licet testetur in Senatu Italico decisum
in hac prohibitione legationē publicā nō
includi, & per id Equitem Cruciferum
Legatū à Ciuitate Neapolitana missum
admitti debuisse: nulla tamen auctori-
tate

tate ductus. Cui obstat Albericus *de statutis par. 2. q. 160.* asserens, nomine officij Legationem venire, quod satis conuincit titulus, *D. & C. de Legatis Ciuitatū*, vbi munus publicum censetur, ad quod infames non admittuntur. Hoc nisi Pōtifex dispensaret, nam per hoc exemptos
22 cognitioni † eorum, quibus operam præstant, subijcere censeretur, argumento *cap. 1. in fin.* versi. *Vires plenissimæ notionis ex hac nostra auctoritate suscipiat, de transac.* per quod posset Princeps, si vellet, sine discrimine admittere.

Quid verò, si è conuerso secularis res Ecclesiæ administret? solemnis est epistola D. Gregorij ad *Episcopum Calaritanum 66. lib. 7.* vbi pro præteritis administrationibus Laicorum iubet, vt ex le-
23 gibus conueniantur; in futurum verò, † vt Clericis vtatur, præcipit, vt eos possit ipse corripere. Puto tamen, si Laicus ius reddere recuset, posse coram Episcopo conueniri, ex Lucij 3. responso in *capit. cùm sit generale 8.* iuncto corpore *de for. compet.*.

Omninò verò Prælatis, ne Laicos ra-
24 tionibus † publicis, vel priuatis addictos ad Ecclesiasticos ordines euehant, interdictum est, *cap. 1. de obligatis ad ratiocinia non ordinandis.*

Quodsi agant, Clerici minorum ordinum eijciendi, maiorum verò, & Monachi in bonis cogendi, si sine fraude id fecerint, vt per Innocent. 4. *Rubrica huius, tituli, vers. Tamen de bonis eius, quæ habet, vel etiam, quæ obuenient post ingressum Monasterij, satisfiet illis, quibus obligatus erat, 19. quæst. vltim. si qua, C. de Episcop. & Cler. Ideò nobis* §. 1. Debet verò, vt hęc cessent, eorum consensus haberi, quorum interest, vt docet idem Innocent. 4. *in d. cap. vnico*, verbo, *postulari*, ibi: *Postulandū à Iudice, sub quo debet reddere ratiocinia, C. de Episcopis officiales, vocatis his, quorum ne-*
37 *gotia acta sunt, & qui lædi possunt tali concessione, D. de adopt. Nā dicimus etiā solū consensum ad liberationem illius sufficere, cui obligatus est, 54. distinct. si quis quelique.* Hæc Innocent. quem omnes sequuntur. Latè Mugnotius *de ratiocin. cap. 7.* Quòd verò nouitij, aut Clerici minorum ordinum eijci, & remoueri debeant, probat idem Innocentius *ibid. n. 3.* versi. *Imò, si promoti fuerint, aut dimittent officium, aut remouebuntur, 21. q. 3. capit. 1. & 2. & infra, Ne Clerici, vel monachi, cap. 1.* Nam id de Sacerdotibus firmari non potest, propter ordinis supremam dignitatem, & caracteris indelebilitatem, addunt què plures, Episcopum ordinantem, vel scienter, vel sine inquisitione ad damni † resarci- 25
tionem in omni foro teneri, & cogi posse, censeri què fideiussisse, sicut de ordinante sine legitimo patrimonio receptū est, & dixi *de Donationib. tom. 1. fol. 377. n. 50.*

QVÆSTIO XX.

An personæ Ecclesiasticæ, quæ commisserunt crimen læsæ Maiestatis per Principes seculares, & eorum Iudices puniri possint?

EPITOME.

1 *Obedientia iure diuino, & Euangelico Regibus debetur.*
2 *Deus Reges instituit, ac institutos seruari præcipit.*
3 ... *per Reges repræsentari voluit, illosq; vt eius imagines reuereri.*
4 *Christiana Religionis inter præcipua in moralibus præcepta habetur Reges obediri.*
5 *Pharisaica doctrina est Regis dominium obtrectare.*
6 *Ecclesiastici in generali ad Principes subiectione, & relatione includuntur.*
7 *Hæresis est docere, posse contra Principes insurgere, si malè se gerant.*
8 *Dignitates huius orbis sublunaris sæpè ad deteriores accedunt, vt melioribus imperēt.*
9 *Christiani priorum seculorum nunquam tyrannorum partes etiam contra persecutores secuti sunt.*
10 *Iussuum nemini à Christi lege sublatum.*
11 *Dominium particularium lex Christi non derogat.*
12 *Rebellari in Principes posse, qui docent hæretici sunt.*

E e Chri-

13 *Christus D.secundùm Bernardum ne subditi rebellarentur præcepit.*
14 *Clerici in hæresim incidunt, docentes in Principes rebellari posse, ipsique sacrilegi sunt.*
15 *Fidelitatis iuramentum subditi interpretare non possunt, nisi Pontifice consulto, suisquè superioribus auditis.*
16 *Clerici rebelles à solo Principe restitui possunt, ac ut à cēsuris soluantur permitti.*
17 *Principes licèt læsam maiestatem vindicent, hæresim tamen iure non declarant.*
18 *Ecclesiastici etiam à Constantini tempore pro Maiestate læsa in Pratoriys causam dixerint, exceptum hoc delictum à ecclesia immunitate videtur.*
19 *Pontifices, de vsurpata iurisdictione Imperatorei admonere tenentur; si non fecerint, vsurpata non censetur.*
20 ... *ex suo munere excessus dissimulare nō possunt.*
21 *Obseruantiæ interpretatiua vis.*
22 .. *si illa maximè cùm Scripturæ sacræ exemplis conueniat, Patrumquè doctrinis.*
23 *Pontifices, si immunitatis auctores fuerūt Maiestatis delictum excepisse censendi sunt.*
22 *Sermonis proprietas aliqua insolita, & magna excipit.*
25 *Pontifices aduersùs Imper. & Reges, nūquam, nisi nominatim statuisse cēsendi sunt* & num.27.
26 *Principibus euersis & Religio naufragiū pati potest.*
27 *Pontifici Regna destruere nitenti resisti potest, sed quo pacto? Vide.*
28 *Imp. & Reges contra se immunitatem Clericis concessisse non censentur.*
29 *Princeps, vt talis, in suam personam, nec in Regnum, vt totum, ius habet.*
30 ... *de sua persona, & de Regni securitate insciys subditis non disponit.*
31 *Principis persona totum Regnum amplectitur.*
32 ... *dispositio non obligat successores, vbi de toto Regno, & parte cotitatiua agitur.*
33 *Regnorū iura à Deo, iurisquè diuini sunt.*
34 *Pontifex contra ius diuinum, quo Regna constituta sunt, non disponit, tertiys fauendo.*
35 *Ecclesiastici coram Imperatore læsæ Maiestatis causam dixerunt, exemplaquè aliqua referuntur.*
36 *Coniurationes secretò moliuntur, eadem vitari cum festinatione debent.*
37 *Mora in animaduersione coniurationum euersionem Regnorum operatur.*
38 *Coniurationum consilia non semper aperienda.*
39 *Crimen læsæ Maiestatis à non subdito non commissi, quomodo erit intelligendum?*
40 *Ratio à S.Pontifice in aliquo casu prolata, nō potest pro regula in correctoriys sumi.*
41 *Glossæ, & Canonistæ in iys, quæ iuri diuini sunt non attendendi, si regulis Theologieis aduersentur.*
42 *Sacerdos seditiosus si patibulo affigatur, an excomm. incurratur?*
43 *Neapolitani Regni mos in delicti Maiestatis cognitione quo pacto procedat?*
44 *Mora vbi periculum timeatur, vel superior Ecclesiasticus conniueat, Prorex Neapolit. in Clericos rebelles animaduertit.*
45 *Vsus ex actu posteriori attenditur.*
46 *Tyrannis iuramentum, siue mauis periurium contra iuramentum legitimo Regi praestitum seruari non debet.*
47 *Pontifex tenetur legitimos Principes cōtra subditos armis etiam iuuare.*

VT huius quæstionis veritas haberi posit, cùm ex ea Regnorum, ipsorumquè Principum securitas pendeat, multaquè ob id scandala oriri posint, ortaquè in Christiana Republica sint, aliqua præmittenda existimo.

Primum Regibus obedientiam iure diuino,† & Euāgelico deberi, quod probatur primò ex diuina traditione, & dominij Regij descriptione Samueli, vt eā populo explicaret, intimaretquè, facta Regum 1.*cap*.8.*v*.11.quod licèt à principio ad auertendum à Regno populum prædictum fuit, postmodum illo insistente, vt sub Regibus viueret, tanquam ius diuinum in libro legis positum fuit, vt probatur *cap*.10.*v*.25.ibi: *Locutus est autem Samuel ad populum legem Regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino.* Ra-

Ratio elicitur ex Prouerb.*cap.* 8 .*lin.* 15.
dum dicitur à diuina Sapientia: *Per me*
Reges regnant, & legum conditores iura de-
cernunt: per me Principes imperant, & po-
tentes decernunt iuſtitiam: Vnde probatur,
non ſolùm † cauſam effectricem regnā-
di, ſed etiam conſeruatiuam, & proceſ-
2 ſiuam ex Deo eſſe, idquè, vt iuſtum con-
ſtans, & perpetuum apud omnes gentes
ſupponitur à Domino in Euāgelio apud
Lucam *cap.* 26 .*lin.* 25. *Reges gentium do-*
minantur eorum. Iterumquè dum interro-
gatus ab Hebræis de tributo Cæſari præ-
ſtando, reſpondit: *Reddite quæ ſunt Cæſa-*
ris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Matt. 22.
lin. 21. Paulus Apoſtolus *ad Roman.* 13.
Non eſt poteſtas niſi à Deo, itaquè qui poteſta
3 *ti reſiſtit* † *Dei ordinationi reſiſtit; qui au-*
tem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirūt.
& *epiſt. ad Titum cap.* 3. *Admone illos Prin-*
cipibus, & Poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obe-
dire. Petrus quoquè *Epiſt.* 1. *cap.* 2. *verſ.*
13. *Subiecti igitur eſtote omni humanæ crea*
turæ propter Deum, ſiuè Regi, quaſi praex-
cellenti, ſiuè Ducibus, tanquam ab eo miſſis
ad vindictam malefactorum, laudem verò bo-
norum. & *Epiſtol.* 17. *Deum timete, Regem*
honorificate. Canon quoque Apoſtolorū
83. Clericum Imperatori cōuiciantem
deponi precipit: Hoc idem de Priori-
bus Eccleſiæ ſeculis docent Ireneus Mar
tyr *lib.* 5. *aduerſus Valentin.* Tertullianus
in Apologetico aduerſus gentes, cap. 34. ibi:
4 *Sed quid amplius de Religione, & pietate* †
Chriſtiana in Imperatorem? quem neceſſe eſt,
ſuſcipiamus, vt eum, quem Dominus noſter
elegit. Et *lib. de Idololatria cap.* 15. ibi: *Igi-*
tur, quod attinet ad honorem Regum, vel Im-
peratorum ſatis præſcriptum habemus in om-
ni obſequio eſſe nos oportere, ſecundùm Apo-
ſtoli præceptum ſubditos, Magiſtratibus, Prin
cipibus, & Poteſtatibus.

Sanctus Iuſtinus Martyr in *Epiſtola ad*
Antiochenos, S. Gregorius Nazianzenus
oration. ad populum, ibi: *Inter cæteras*
noſtræ doctrinæ leges hanc habemus, cum
primis laudandam, &c. vt ſublimioribus
Poteſtatibus pareamus. Theodoretus ad
cap. 13. *Epiſtolæ Pauli ad Romanos*. D. Hie
ronymus ad *dict. capit.* 3. *Epiſtol. ad Titū,*
verſicul. *Admone eos*. Diuus Ambroſius,
Gregorius Nazianzenus, & D. Thomas
ad *Epiſtol.* 13. ad Romanos, vbi D. Chri-
ſoſtomus cum relatis ibi à Gloſſa ordi-
naria, & in *cāp. ſi Dominus* 11. *quæſtio.* 3.
Iterum D. Ambroſius *in cap. Iulianus* 1.
quæſt. 2. D. Auguſtinus in *Pſalm.* 124.
& in *quæſt veteris, & Noui Teſtamēti, quæ-*
ſtion. 35. & *lib.* 1. *capit.* 7. aduersùs Par-
menianum, ibi: *Hoc ergo iam reſtat, vt iſtis*
diſputationibus ſuis prohibeant Chriſtianos † 5
tributa ſoluere, cùm & Dominus talia ſen-
tientibus Phariſæis (quos imitantur iſti) nū-
mo perſpecto reſponderit, reddite quod Cæſa-
ris eſt Cæſari, & Deo quod Dei eſt: hi verò ijs
vtroque inobedientes, atque impij nec Deo
reddunt Chriſtianum amorem, nec Regibus
humanum timorem. Diuus Bernardus, *E-*
piſt. 170. & *epiſt.* 41. *ad Archiepiſcopum Se-*
nonenſem. Cardinal. Bellarmin. *libr.* 3. *de*
Laicis cap. 6. Pat. Molina *diſput.* 27. *tra-*
ctat. 2. Soto *lib.* 4. *quæſt.* 2. *articul.* 1. Vi-
ctor. *de poteſtat. ciuil. num.* 1. 6. & 7. in
relectione, & ex D. Thom. 1. 2. *quæſtion.*
69. *art.* 4. Soto *de iuſtit.* 4. *quæſt.* 4. Drie-
do *de libertate Chriſtiana lib.* 2. *cap.* 2. *pro-*
poſ. 4. Henric. *lib.* 10. *ſumma, cap.* 15. ex
Pontificibus Summis Leo Magnus *E-*
piſt. 38. ad Marcianum Imperator. S. Ge
laſius ad Anaſtaſium Imperat. ibi: *Legi-*
bus tuis ipſi quoquè pareant Religionis Anti-
ſtites, D. Gregorius *Epiſt.* 61 *lib.* 2. Nico-
laus ad Michaelem Imperat. docet in in-
diuiduo, Ortiz *de immunitat. par.* 2. *not.*
4. *fol.* 160.

Secundum, in hac generalitate inclu-
di Clericos, ac omnes Eccleſiaſticos † 6
præter Ponti. Sum. pro quo Chriſtus Do
minus, & pro ſe tributum pendidit, vt ſi-
milem in omnibus exemptionem deno-
taret, vt dixi *quæſt.* 8. verſi. *Quod verò*, ita
D. Chriſoſt. ad *dict. cap.* 13. *ad Romanos,*
Ponderando dictionem illam, *omnis*, ac
addens *id* dictum ſpecialiter Sacerdoti-
bus, & Monachis, & rectè, nam de alijs
nulla dubietas D. Gelaſius *d. Epiſt. ad A-*
naſta. S. Thom. in ſpecie ad *d. c.* 3. D. Ber
nar. *d. epiſt.* 41. ad Archiepiſcopū Seno-

nensem: *Omnis anima, &c. si omnis, & ve-*
stra, quis vos excepit ab vniuersitate? si quis
tentat excipere, conatur decipere. Omnes
quoque Theologi superiùs præmissi, a-
lijque relati supra *dict. q.* 8. ante *num.* 16.
vbi de legibus actum est. Missas facio e-
pistolas Gregorij Imperatores dominos
suos vocantis, nam ex humilitate magis,
quàm ex debito dictum est, item illud
Leonis 4. *ad Ludouicum Pium in cap. nos*
si incompetenter; de inferioribus enim post
Pontificem, nemo ex sanctis Patribus,
nec seuerioris censuræ Theologis dubi-
tauit, vt ex hucusque in præcedentibus
quæstionibus exaratis elici potest. Cohe-
rent enim inter se omnia hactenus scri-
pta, Cardinalis Bellarminus sub nomine
Matthæi Torti in *resp. ad præcipua capita*
Apolog. fol. 114. ibi: *Episcopi Regibus in*
temporalibus rebus, Reges Episcopis in spiri-
tualibus subiecti esse debebant.

Tertium, hæreticam propositionem
7 esse † Principibus (qui actu Principatum
obtinent) obedientiam, si mali forent,
non deberi, posseque subditos se ab eis
debita subiectione subtrahere; nam quia
ob Dei repræsentationem obedire te-
nemur, personalis defectus subduci de-
bet, ex Christi domini noto axiomate,
Matth. 23. *Omnia quæcumque dixerint vo-*
bis, seruate, & facite; secundùm verò opera
eorum nolite facere. Ratio assignatur, quia
super Cathedram Moysi sedebant; inde Pe-
trus Apostolus post obedientiam in ge-
nere preceptam, subiungit, *non tantùm*
bonis, & modestis, sed etiam discolis; hæc est
enim gratia, vt si propter Dei conscientiam
sustinet quis tristitias, patiens iniustè. D. Au
gustinus rationem addidit aliam in *Psal-*
mo 124. his verbis: *Aliquando iniusti per-*
ueniunt ad honores sæculi, cùm peruenerint,
& facti fuerint Iudices, vel Reges, quia Deus
hoc facit propter disciplinam populi sui; non
potest fieri, nisi vt exhibeatur illis honor de-
bitus Potestati. Ordinauit enim sic Deus Ec-
clesiam suam, vt omnis potestas ordinata †
8 *in sæculo haberet honorem, & aliquando à*
melioribus. Concinit eiusdem sententia
supra *quæstion.* 18. *in fine*, vbi Tyranni
iustitiæ, & clementiæ iusti, Principis cru-
delitas; vel nimia seueritas præponi-
tur: nam occupatoris externæ virtutes o-
rigine inspecta vitia reputantur, vt ibi ad
literam probatum est, vnde Tertullia-
nus, Iustinus, Ireneus, & cæteri præmis-
si, qui ante Constantinum scripserunt,
de Tyrannis, de persecutoribus, ac ido-
lolatris, legitimis tamen dominis, vel
successione, vel electione, vbi electionis
iure Principatus deferuntur, scripsere,
notatque Baronius in anno 550. nul-
lum † ex Christianis in maiestatem com 9
misisse, *Nec Tyrannorum insurgentium par-*
tes aduersùs Imperatores, licèt ethnicos, li-
cèt persecutores fuisse. Firmum enim inter
eos erat, per Christi legem neminem iu-
re suo priuatum; † vt benè Ambrosius 10
admonet ad *dict. ca.* 3. *epist. ad Titum, Chri-*
stiana Religio neminem priuat iure suo. Et
Chrisostomus, *Non priuat mundum Chri-*
stus sua præsidentia, & prælatione, ad illud
Ioannis: Regnum meum non est de hoc mun-
do: ad quem locum idem quoque docet
Augustinus, cuius dictum alibi retu-
limus, sequitur Cardinal. Bellarmin. *lib.*
2. *de Romano Pontifice, cap.* 29. *& libr.* 5.
cap. 3. Idquè etiam respectu † priuari do- 11
minij statuitur *in capit.* 35. *si quis seruum*
17. *quæst.* 4. Latè Ninianus Vvinzetus in
flagello Sectariorum fol. 93. idem Car-
dinalis Bellarminus *lib.* 2. *de Romano Pon-*
tifice cap. 2. *vers. Lex Christiana nemine pri-*
uat iure suo.

Referunt verò hæresim oppositam † 12
primum ad Phariseos, qui obedientiam
Principibus negauere. Secundò, ad Vvi-
clephianos, demũ ad Anabaptistas, ac no-
uissimos Sectarios, negantes potestatem
legitimam in malo Principe, indequè in-
ferentes resisti eis non tantùm posse, ve-
rùm quoquè interimi, & regna mutari,
quorum opinio apertissimè in *Constantië*
si Concilio damnata fuit *sess.* 8. *contra errorë*
77. *Vviclephi*, *& sess.* 15. *in condemnatione*
Dauidis Parei. Latissimè *Vvinzetus præ-*
misso loco fol. 100. Verba Concilij sunt hu-
iusmodi: *Declarat Sancta Synodus insuper,*
& decernit, quòd pertinaciter doctrinam hanc
per-

perniciosissimam defendentes sunt hæretici, contra Sectarios nouissimè, ac latè circa id scribit Maclerus *de Monarch. Eccle-siast. par. 4. lib. 3. ex cap. 13. cum plur. seq.* videndus, & antiquitus etiam hæresim esse subductionem ad obedientia legitimorum Principum tenuit Vincen, Bellouacensis Episcopus *lib. 15. cap. 84. sui speculi historiales*, versi. *Vt pace omnium dixerim*. Inde ex quo liber quidam Bellar. aduersus hæc aliter docere videretur à Collegio Sorbonico, & Parlamento, vti talis præscribitur, datum *die 26. Nouembris anno* 1610. Faciunt Ioannes Parisiens. *de potest. Reg. & Pap. c. 15.* Almain. *de potestat. Eccle. q. 2. cap. 8. & 9.* Ioann. Maior *lib. 4. sentent. distin. 24. quæst. 3.* referturq; D. Bernardi pronunciatum ad Archiepiscopum Seuerum in hunc sensum: *Sunt, qui suggerũt subditis suis superio-*
13 *ribus rebellare † Christus aliter iussit, & gessit*. Exul quoque factus fuit ob hanc eandem causam Marianæ Codex, ac aduersus eum publicè mandato Regio scriptum, ac exactè à Patribus Societatis sententiæ, qui vno ore eius doctrinam impugnauere, vt testatur latè *Apologia pro Iesuitis à Ioãnc Parpezatio*, excussa Lugduni anno 1611. *ex fol. 35. ad fol. 43.* Idẽquè quoad P. Santorelli, scripta his vltimis annis in Gallia seruatum fuit.

Quartum, Clericos, si obedientiam negare se posse doceant, † hæreticos es-
14 se, ijdemquè, si aduersus Maiestatem cõmittant, vt rebelles coerceri posse, & Clericatu exui habetur in *cap. 19. si quis 22. quæst. 3. Si quis Laicus iuramentum violandum prophanat, quod Regi, & domino suo iurat, & postea peruersè, & dolosè eius regnũ tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit, in Christum Dominum manum mittens, anathema sit*, (ac inde) *Episcopus, Presbyter, & Diaconus, si hoc crimen cõmiserint, degradentur*. Idem statuitur in *Chalced. Concil. 4. Can. 18. & in 6. generale Canon. 34. in Meldensi Can. 2. 14. & 15. Aquisgranẽsi Can. 12. fol. 413. in Moguntino sub Rabano Can. 5. Vuormacensi Can. 73. Lauriacensi Can. 13.* & in nostris *Toletanis in 6. Can. 17. in 8. Can. 1.* Adeo ne subditis (si aduersùs iuramentum aliquid exceptionis adducant) liceat in consulto Pontifice, Principibus vocatis, de proprij iuramenti † viribus statuere, necessi tert us pre 15
tensor accedat, *cap. per venerabilem 34. de elect.* nec Pontifici, secundùm suam iustitiam eos à iure iurandi vinculo soluere, vel pœnas periurij, ac læsæ Maiestatis remittere, nisi auditis Principibus, illisquè conuictis, aut ex eorum consensu: Abulensis *ad lib. 2. Regum cap. 18. quæst. 19.* Almainus *de potestat. Eccles. & Laica, q. 2. cap. 2.* ex Consultis latè Decian. *libr. 7. tract. crim. cap. 39. ex num. 40.* post hæc scripta Salzed. *de lege Polit. lib. 1. cap. 10. num. 61.* qui horum non meminit, allegat tamen Petr. Crespet. *in Summa, verbo, rei læsæ Maiestatis*, refertquè eius verba in hunc sensum, *vt Princeps talibus Cle-ricis, vel Laicis solus † possit restituere com-* 16
munionem Ecclesiasticam, cui soli peccasse noscuntur, vel eos in gratiam suam recipere: nec Ecclesia se de hoc negocio implicet. De iure enim, ac interesse eius agitur, quo inuito nemo pœnam remittere potest, etiam ex absoluta potestate. Hinc cum Emanuel Sa *in Examin. Confessor.* dixisset, Clericorum rebellionem crimen læsæ Maiestatis non esse, eò quòd iurisdictioni Principum obnoxij non sint; in secunda impressione verba illa expuncta sunt: declarauerunt què Patres Societatis, his verbis: *Respondetur, Emanueli Sa nunquam venisse in mentem, vt diceret, Clericorum rebellionem non esse, aut non esse debere grauissimũ, multòque grauius Laicorum rebellione flagitium: sed enim cum immunitates, quas vel rei natura, vel personarum dignitate, pietate Reges Ecclesiæ concessere, auctor ille perpenderet, facinus quod in Laicis perduellionis arguitur, in Clericis multò etiam grauioris sceleris argui oportere definiuit. Attamen ea verba, quia rudiores aliqui non concoquerent, expuncta sunt, atquè emendata in secunda editione*. Hæc Patres *in 2. Apologia fol. 48. & 49.*

Nec omittendum id, quod in dicto

opere traditur de sententia Parisijs lata
contra quēdam Chastellum, vt læsæ Ma
iestatis ream ob tentatam in Henricum
4. necem, in ea enim etiam hæresis dam-
natus fuit, quod rectè factum à Curia Ro
mana, & Pontifice improbatum fuit,
17 datis ad Henricum literis, quoniam † ea
cognitio Ecclesiastici Iudicis esse debue
rat, factum tamen probatum fuit, ibi:
*Responsum est, non ea, quæ facti essent, sed quæ
iuris reprehensa. Cæterùm Chastelli facinus
perinde Romanos, atquè Gallos detestari,
sed enim in ea sententia appendicem contine-
ri, qua hæreseos is dānabatur, viderique eius
rei disceptationem ad Ecclesiæ Tribunal esse
deferendam, atquè id vnum censuræ fuisse ob-
noxium, quasi de crimine, vt tali non ambige-
retur*, quæ est pars facti, vt patet ibidem
fol. 39.

Quintum, quòd aut immunitas Cle-
ricis quoad profanas causas diuino, aut
humano iure prouenit. Si Diuino, cum
hoc verbis diuinis, expressisquè non cō-
stet, vt in priori *quæstione huius lib.* 2. ex
D. Thoma, ac primæ classis Theologis
probatum est, vel ad ius Diuinum tradi-
tionis, vel ad Diuinum Pontificium re-
ferendum est; nec enim aliter iuri Diui-
no in lege, & Euangelio non scripto sup-
pleri potest. Si ad traditionem Aposto-
18 licam, cùm videamus † ex Ecclesiasticis,
& prophanis historijs à Christo passo,
vsque ad hæc tempora pro criminibus
Maiestatis à Principibus Laicis semper
animaduersum, vt in dicta *quæst.* 1. *num.*
41. *& quæst.* 18 *hoc lib.* & in præsenti in
8 *supposito* probatum est; ne id ad deli-
ctum excessumquè referamus contra ra-
tionem *l. merito* 51. *D. pro socio*: necesse
erit dicere, cum hac eadem exemptione
ortam, vt Pragmatici dicunt ex ventre
ipsius exceptionem, ne causæ Maiestatis
comprehenderentur: nam si traditio, ex
qua exemptio fundatur in vniuersum
etiam hoc delictum comprehenderet,
tot Prælati, qui sponte iudicia subierūt,
illorum Primates, demumquè omnium
19 superiores Pontifices † Summi, Impe-
ratores de iuris defectu omnino admo-
nuissent, sicut in pluribus causis fecisse
videmus, præcipuè D. Gregorius, Mau-
ritiū seruos monachari vetantem, vt pa-
tet *Epistol.* 61. *lib.* 11. *indict.* 11. vbi ait:
*Vtrobique quæ debui exolui, qui & Impera-
tori obedientiam præbui, & quod sensi, mini-
mè tacui*: hoc enim libertati, hoc pater-
nali Pontificis charitati conuenit opti-
mè Iulius Prior *ad Episcopos Orientales*:
Non est nobis dissimulare, † *non est tacere* 20
*libertas, quibus maior cunctis Christianæ Re-
ligionis zelus incumbit*. Innoc. 3. *in cap. no-
uit* 13. *de iud.* Ad vitandum ergo in vtro-
què, omissionis in vno, commissionis in
alijs delictum, ac ex constanti, & conti-
nuato vsu dicendum venit, ex eodem iu-
re diuino traditionis ortam hanc exce-
ptionem fuisse, sicut de obseruatione in-
terpretatiuæ † legis post eius promulga- 21
tionem secuta, quæ in eadem lege inesse
censetur, vt diximus *quæst.* 14. *insi.* & do
cent Dominicus Soto *de iustit. & iur. lib.*
1. *quæst.* 5. *art.* 2. *concluf.* 6. Suarez *de legi.
lib.* 7. *cap.* 4. *numer.* 15. *& in defensorio fidei,
lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 11. id in obseruatione
& vsu naturalis, vel Canonici iuris ad-
mittentes, & supr. *lib.* 1. *quæst.* 25. *num.*
15. *cum seq.* vbi, quòd nec Pontificis pro-
batione, nec scientia opus habet; preci-
puè, considerata huius obseruationis † 22
cum sacris literis, ac Apostolorum do-
ctrina, Patrumquè auctoritatibus conue
nientia, exemplo Solomonis in Abia-
thar statuentis, de quo *quæst.* 18. & latè
Ortizius *de immunit. par.* 2. *opposit.* 1. *folio*
136. D. Bonauentura *lib.* 2. *de Eccles. hie-
rar. par.* 2. *cap.* 1. Procopius *in commun.
ad l.* 3. *Regum*, cum alijs Apostolorum, &
Patrum doctrinis supr. *in prima suppositio-
ne* conductis.

Si verò immunitas hæc iure Pontifi-
cio, & Imperiali consistit, idem dicen-
dum, licèt diuersis ex rationibus venit.
Nam Pontifices † per genericam, ac in- 23
definitam fori exemptionem delictum
huiusmodi in Principes, & Rempubli-
cam excepisse censentur, tanquam inso-
litum, ac supra cætera atrox, argumento
l. si cui 9. *D. de seruit.* ibi: *Quædam in ser-*

mone

24 *mone † tacitè excipiuntur, l. scire oportet* 13. §. *aliud etiam*, ibi: *Sed etsi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult, D. de excusation. tutor.* cum alijs, quæ in simili omnino disputatione adduximus supra *lib.* 1. *quæst.* 6 *&* 7. quæ omnino relegenda sunt; nam ex his, quibus Laicus ab Ecclesiæ confugio eijcitur, Clericus foro per degradationẽ priuatur, vbi illa præcedere debet, vt in priori libro præmisimus.

25 Iterùm Pontifices nec quidquã † aduersus Regum personas, suaquè dominia in iudicialibus, nisi de illis nominatim in Decretalibus caueatur, statuisse censendi sunt: hoc enim Pontificum circunspectioni, & prudentiæ, Principum quoque qualitati, & preexcellentiæ conuenit, tanquã speciali nota dignorũ, vt in derogatione suorum Patronatuum firmant multi per Barbos. *de potestat. Episc. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 87. Marta *decis.* 193. Couarr. Azorius, & Palac. Rub. per Salzedum *de lege Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 38. versi. *Et licet*, confert P. Diana *resolut.* 132. *tract.* 4. *Miscellan.* & hoc *tract.* 2. *resol.* 75 vbi ego.

Eò maximè in iuribus Regni, personaquè Regia, quorum securitas, & conseruatio ad ius Diuinum refertur, ex quo
26 rum periculo, † Religionis, & Templorum excidium sequi potest, vt ex Tertulliano, & alijs diximus locis relatis; egregiè D. Ioan. Chrisost. in *cap.* 2. *epist.* 1. *ad Titum, cap.* 8. ibi: *Regum pace, atque concordia, Ecclesiarum quies, regimenquè seruatur, sicut contra discordijs tranquillitas dissipatur, disciplina tepescit, districtio soluitur; qua soluta cultus Deo debitus, integritas fidei violatur.* D. August. *de Ciuitat. Dei libr.* 19. *cap.* 26. latissimè Maclerus *de Monarch. Eccl.* 4. *lib.* 3. *ex cap.* 11. *ad* 14. In his nunquam Pontifex dispensasse credẽdus est, nisi nominatim id faciat, imò si fecerit suspendi mandatum, eique iterum supplicati potest, imò & resisti, non faciendo, quod iubet, vt docet Bellarm. *libr.* 2. *de Romano Pontifice cap.* 29. *in resp. ad* 7. ibi, *si licet resistere Pontifici invadenti corpus, ita licebit, si inuadat animas, vel turbet Rempublicam*, (& statim) *licet in quam ei resistere non faciendo quod iubet, & impediendo, ne exequatur voluntatem suam.* Ante eũ Card. *Caetan. de potest. Papæ cap.* 17. *Henriq de Pontif. claue lib.* 3. Suar *lib.* 4. *cap* 34. *nu.* 30. *ad Reg. Angl.*

At si iure humano ex Imperatorum, & Regum cõcessione immunitas, exemptioque prouenit, euidentius est, nec datã † præsumi, nec expressam in perniciẽ 27
Regum, & Regnorum valere: nam sermo quilibet, & quæuis ampla concessio personam, & statum concedentis non includit, nec quisquam contra seipsum statuere videtur: vt fundatum est dicta *quæstio.* 1. *num.* 4. ex Gambacurta nuncupatim de hoc casu loquẽte, Melchiore Phebo, Dian & alijs, & iterum *quæst.* 6. *&* 7. dicto *lib. primo*, ibi videndis, facit Salz. *de leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 82.

Iterum etsi Princeps aliquis nominatim concesisse videretur (quod huc vsquè nec in legibus, nec historiarum in libris legimus) id ex potestatis defectu sustineri minimè potest, cũ Princeps, nec in suam † personam ius habeat, *cap. si non* 28
licet 23. *quæst.* 5. *cap. contingit* 1. *de senten. excommun. l. liber homo, D. ad l. Aquil.* D. August. *cap.* 20. *lib.* 1. *de ciui. Dei.* D. Thomas 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 5. Couar. *libr.* 2. *var. cap.* 1. *ad fin. & cap.* 2. *num* 8. versic. *Nec par ratio.* Nec minùs in Regnum, vt exterminari, ac sursum deorsum verti posset; in hoc enim ob tertiorum interesse, Populorum nempè, disponere solus 29
non potest. Quoad suam personam eleganter notat Seneca: *Et si in omnibus obediendum sit patri, in eo non parendum, quo efficitur, ne pater sit.* Princeps enim caput Reipublicæ, non sibi, sed Regno suo viuit, tenetur etiam ad sui conseruationem † populi consilium sequi, vt habetur *Regum lib.* 2. *cap.* 18. *vers.* 2. vbi po- 30
pulus prohibuit Dauid, ne egrederetur ad præliũ, sed in præsidio maneret; ipse verò dicris eorum, licèt contra sentiens, paruit. Ratio apud Senecam *de clementia lib.* 1. *cap.* 3. *in fine*, ibi: *Hæc immensa multitu-*

titudo vnius animæ circundata, illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se, ac fractura viribus suit, nisi consilio sustineretur. Et in hunc sensum Achitophel Absaloni consuluit, vt Dauid solum persequeretur, illo rescisso, cæteros cessuros, *dict. lib.*
31 *2. Regum cap. 17. vers. 3.* ibi: *Percutiam † Regem desolatum, & reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet; vnū enim virum tu quæris.* Quod consilium, nisi Dominus dissipasset, Dauid, eiusquè Regnum perijsset, vt Scriptura aduertit. Non est ergo Rex adeò membrorū suorum dominus, vt possit in seipsum statuere,
32 minusquè in † successores à Deo, & gentium consensu, non iure hæreditario successuros, vbi de bono pacis non agitur, *cap. licet*, vbi Cardinalis Hostiensis, & cæteri *de voto*, Couarr. *practic. cap. 38.* Molina *de primog. lib. 1. cap 6.* Modernus *de iure belli lib. 2. cap. 6. num. 25.* Ego *in Cod. Polit. nota 24. ad leges Federici fol. 145.* versi. *Nā pro Regibus*, ex Petro Gregorio, & Sualerengo.

Quòd verò in perniciē Regni, & Ptincipatus, non possit Rex aliquid disponere, nihil dubij habet: *Apud sapientes*, inquit Tacitus, *cassa habebantur, quæ neque dari, neque accipi salua Republica poterant, 3. histor. cap. 55.* Optimè Philippus Galliæ Rex apud Matthæum Vvemonasteriensem *in Chron. anni 1216.* & docet insignis Martyr Thomas Morus *in supplica. amar. fol. 296.* Princeps enim vti Administrator in his, quæ ad bonum integri tendunt, nihil solus disponit, siue concedēdo, siue cōiungendo, siue parcēdo, nec dispositū iuris effectū habet *l. 2. C. si cōtra ius, & vtilit. public.* cū alijs per me *in Cod. fol. 527. n. 85. & fol. 131.* Ex quibus fit, vt quocumquè iure immunitas hæc prouenerit, casum huiusmodi censeri exceptum, nec in exemptione venisse.

Huc pertinet etiam Sextum: nempè
33 iura † Regnorum à Deo, & Naturæ posteriori iure prouenire, quæ ex positiuis legibus, siue Canonum, siue Cæsarum diminutionem non patiuntur, ex D. Thoma *1. 2. quæst. 94. art. 5. ad 3.* Nattarr. *in cap. nouit not. 3. num. 88. cum seq. de iudic.* Bellarmin. *lib. 1. de Roman. Pont. capit. 7.* docetquè Ecclesia ab eo *cuncta iura Regnorum* pendere. Non ergo ex Pontificia † concessione tolli, nec eis præiudicari 34
potuerunt, vt alibi ex Driedone *de libert. Christ. lib. 2. cap. 4.* Soto *de iust. lib. 1. quæst. 7. art. 3. & lib. 4. cap. 18. q. 3.* Victor *de potestat. Pap. relect. 2.* Suarez *de legib. lib. 2. cap. 14.* fundatum est. Nec crimen Maiestatis in Principem, & Regna, quod ad primum caput attinet, per exemptionem Clericis concessam minui, nec huiusmodi exemptio ita concedi, vt ex hoc capite illa fruerentur, quoquè pacto potuit.

Septimum: hoc ipsum exempla ex primis † Ecclesiæ temporibus suadere, 35
sensumquè hunc confirmare. Horum plura cumulat ex Ecclesiastica historia Petrus Herod. *rerum iudicatar. tit. de Episcop. & Cler.* Gugl. Benedict. *in cap. Rainunt.* verb. *& vxorem decis. 2. ex nu. 155.* cum alijs relatis per me *nota 24. ad leges Federici fol. 145.* versi. *Post Orbem verò redemptum.* Salzedo *ad Bernardum Diaz in praxi cap. 119. lit. B.* testatur de quodam Archiepiscopo Florentino Maiestatis damnato, Aymonius *lib. 3. historiæ Franciæ cap. 9.* idem factum fuisse tempore Theodorici Regis in Episcopū Desideriū, qui lapidibus obrutus fuit, de cæteris Clericis Decianus *lib. 7. cap. 8. num 6.* vbi de communi obseruantia, referens casum Presbyteri, qui ob proditum oppidum Maranum de mandato Venetorum suspensus fuit. Quod constitutione cautum in vtroquè Regno Siciliæ tradit Afflic. *ad Constit. lib. 1. tit. vbi Clericus pro maleficio.* Borellus *de Regis Cathol. præstantia, cap. 71. num. 10.* refert *Const. tit. de personis Clericorum*: hoc idem statuendum de Statu Mediolani Bossius *de crimin. læsæ Maiestat. n. 87.* qui idem obseruatum cōtra Episcopos, & Clericos refert. Apud Hispanos adest Pragmatica dicta de Vvormes, anni 1520. quæ tempore Communitatum edita, ac executa fuit; & in Germania in dies contra Prælatos in Aulico

lico consilio de hoc crimine statuitur, vt
nouissimè in Albaestatensem, & Treui-
rensem.
Octauum desumitur ex ratione, nam
35 coniurationes † in Principes, & Regna
secretissimè, & sepius cum inimicis, &
rebellibus moliuntur, ac exemplo perfici
solent, *Nihil*, inquit Tacitus, *in discordijs*
ciuilibus festinatione tutius, vbi facto magis,
quàm consulto opus esset, 1. *histor. cap.* 62. &
eodem *libro cap.* 2. *non cunctatione opus, vbi*
perniciosior sit quies, quàm temeritas. Inde
remedia coæquari malis opportunius est,
prospicereque in tempore, ne occasione
abeunte, antea Regno exuatur; quàm dis
crimini occursum; sit quamobrem; *Castrē*
sis iurisdictio secundùm eundem in vita
Agricolæ, *seuera, & obtutior plura manu*
agens calliditatem fori nō exercet. Laudatur
que apud eundem Menii castrorum Præ-
fecti tempestiua seditiosorum punitio, li-
cèt ad id auctoritate caruisset. *Fecerat*, in-
quit, *Menius Castrorum Præfectus bono ma-*
gis exemplo, quàm concesso iure, 1. *Annalium*
cap. 38. Cōsilium ergò in huiusmodi est,
tunc iure potestatis vti, cùm facultas da-
36 tur, ne mora interposita † euerso Regno
potestas plectendi cesset, optimè Salu-
stius, *cætera maleficia tunc persequare, vbi fa-*
cta sunt, hoc nisi prouideris, ne accidat; vbi eu-
nerint, frustra iudicia implores, Dionysius
Halicarnasi. *lib.* 2. & cæteri per Valenz.
in discursu status, part. 2. *consid.* 2. *num.* 5.
fol. 98. Ego *nota* 5. *ad leges Federici fol.* 119.
& quæst. 6. *&* 7. *lib.* 1. Per hæc negari nō
potest in huiusmodi, vt plurimum ad iu-
dicia recurri non posse, nec de competen
tia disputari, ne, vt aiebat Valer. Maxim.
dum iuris ordo requiritur, Respublica iu-
dicijs euertatur: imo sedato tumultu sæ-
pius exempla ad precautionem amplectā
tur, vt territi cęteri similia tentare nō præ
sumāt. Demum quia processus huiusmo-
37 di à Principe communicari † non solent,
nec in eorum determinatione consilium
exigi, nec coniurationes in totum pandi,
Tiberij exemplo, qui multos falsi Agrip-
pæ fautores supprimi consultiùs duxit,
& quāquam multi, ait Tacitus, *è domo Prin*
cipis, equitesque, & Senatores sustentasse opi-
bus iuuisse consilijs dicerentur, haut quæsitum
2. *Annalium.*
His sic constitutis, videndum rema-
net, quo iure nitantur oppositię nouitiæ-
que sententiæ Sectatores; & certo certius
est eos moueri solùm ex *Clem. Pastoralis,*
de re iudicata, ex qua non † subditum in 38
crimen maiestatis incidere minimè pos-
se decernitur, sed de huius Decretalis in-
tellectu, in dicta *quæst.* 7. *superioris libri ex*
num. 18. *ad* 43. latè egimus, ostendentes
ad hanc speciem applicari non posse, nec
tot iura sacræ paginæ, & sanctorum ve-
terumque Patrum, auctoritates obiter
ratione ad aliud prolata euerti posse, cùm
negari nequaquam debeat, ibi de Cleri-
cis non agi, sed de Rege Siciliæ Romanę
Ecclesiæ ligio homine, qui ob id ab Im-
peratore læsæ Maiestatis reus, minimè
declarari potuit, quæ ratio † inciden- 39
ter ad vnius causę iudicialem definitio-
nem prolata, nequaquam inseparata (vbi
personæ, rationisque tam grandis diuer-
sitas inest) ius facere potest: ex doctrina
Abb. in cap. benè el 2. *num.* 3. vers. *Sed mihi*
plus placet de postul. Prælat. Neuiz. *in Silua,*
lib. 5. vers. *Sed quæro stante varietate* Pi-
chard. *inter comm. opin. lib.* 3. *verbo opinio,*
Hōded. *consil.* 61. *num.* 21. *lib.* 2. ex Theo-
logis, *Azor. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *fol.* 328.
edit. Romanæ ann. 1606. Turrian. *opusc.*
1. *selectarum disp.* 1. *dub.* 6. *& disp.* 2. *dub.*
1. qui omnes rationem à Pontifice per-
transeunam prolatam in vna causa, non
tantùm necessario in cæteris non proba-
re dicunt, sed quandoquè erroneam esse,
optimè Innoc. 3. *in cap. à nobis* 28. vers.
Iudicium autem, de sent. excom. ibi: *Iudicium*
autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem se-
quitur, quam & fallere sæpè contingit, & fallit:
cum alijs supra, *lib.* 1. *quæ.* 1. *num.* 75.
Et licèt Glossator aliquis, vel Canoni-
sta hunc sensum amplectantur, vbi san-
ctorum Patrum regulis, & iuri diuino † 40
repugnant, deridendi potius, quàm se-
quēdi sunt, vt docet D. Thomas, *quodlib.*
11. *ar.* 9. *ad primum*, vbi *quod Decretistæ se-*
quuntur potiùs ius humanum, quàm diui-
num,

num, cum plus sit assentiendum diuino, quàm humano, Bergomensis *in Tabula* verbo *iurista*, Canus *lib. 8. de locis, cap. vlt. concl. 1. & 4.* Iurisconsultis enim, vbi de humani iuris interpretatione agitur, si diuino non contradicat, standum, vt *lib. 1. quæst. 1. num. 67.* probatum est.

Nullibi ergo probatur, Clericum in rebellione deprehensum plecti de facto nô posse imo, & hoc in Comite à Principe satis inferiori sustinet Pontifex, *in cap. per pendimus 23. de sent. excom.* Sacerdotem patibulo † affixum ob seditionem iure
41 punitum: nec in Canonem Comitem incidisse.

42 Non obstat *Genuensis* de Neapolitani † Regni more traditio *in praxi cap. 72.* nã licèt causa illa Nuncio, & Regio Consiliario Clerico cômissa referatur, & stilus vltimus ille fuerit, postquam absente Rege per Vicarios Regnum illud regitur, vt delegatio à Summo Pontifice qui propè adest in personam Capellani Regij expectatur, qui consiliariorum voto vsus causam expediat: hoc euenit, quia de tentatis seditionibus hucusque actum est, Rege, cui vindicare ius est, absente, vbi nullum in mora discrimen, vbi vt processus formari posit, tempus, ac occasio datur, vbi ex dilata punitione nullum Reipublicæ damnum succedit, in his enim casibus consultius est ita rem transigere, ne Princeps iure suo decedat, & vt ordini, & dignitati Ecclesiasticæ personæ consulatur, & quantum res patitur, immunitas semel Ecclesiæ concessa sarta, tectaquè seruetur. Sed vbi Rex adesset, vel eo absente periculum in mora verteretur, vel vbi superiores Ecclesiastici conniuerent, vel participes coniurationis viderentur.
43 Princeps † suusquè Vicarius sibi, & Regno consulet; hinc annis præteritis, cũ Rodulfus de Angelis presbiter proditionis tẽtatæ côuictus foret, & Vrbanus VIII. delegationem ad condemnationem indulgere nepotum opera negasset, Ramirus Gutzmanus Metymnæ Turriũ Dux pro Rege ius præmissum intrepidè exercuit, illumquè suspendi iussit: fuitque sciente, & reclamante Pontifice executum: insigni; ac strenuo viro illo curante, ne quid præiudicij Regi ex illa omissione inferretur. quinimo, vt scirent hæc ex concordia agi, à qua vno recedente, & non impleute, alter resilire meritò potuerit.

Non rectè ergo exemplo ex illo regula côtra præmissas traditiones desumitur, vt iure factum censeatur quidquid ex côcordia inter vtrũque iudicem certò in casu citra vllum instans periculum actum fuit, cùm & posterius hoc exemplũ, præmissum destruat, † & quod magis est, ad 44
alios diuersos casus proferri prohibeat: actus enim difformes nullum ius pariunt, Roman. *cons. 70.* Ramon *obs. 65.* Ioseph. Ludou. *concl. 8. de consuet.* Barbos. *in cap. si de terra, de priuil.*

Hæc, quæ de legitimis ex successione Principibus dicta sunt, pro inuasoribus, Tyrannisquè, qui imperia aliena vi, vel coniuratione contra ius, fasquè vsurparũt (etiamsi iuramentum, quod periuriũ est, extorserint) nô procedunt, cùm prius ac pacificum iusiurandum seruandũ sit, *cap. intellecto de iur. iur.* Hi enim † absque 45
læsæ maiestatis incursu eijci, reddique legitimis ac prioribus dominis Principatus possunt, in quo quidem actus virtutis genitur, vnicuique suum reddendo, restituendoque obedientiam dominis iniustè præreptam, intruso expulso, vt in sacra pagina exemplo Ioiadę contra Athaliam Regni occupatricem docemur, de quo *lib. 4. Regum cap. 4.* Eam enim occidi fecit, vt Ioasio legitimo Regi, filioquè defuncti Regnũ restitueretur. Hinc Innoc. *4. in cap. licet 10. vers. Sed quid de for. comp.* Pontificem teneri † armis etiam Reges 46
ad subditos rebelles compescendos iuuare docuit, benè idem in *cap. venerabilem 34. de elect.* verb. *venire*, per illum textum, quem ad verbũ refert, pluribusque exornat Salzed. *de leg. Politica lib. 3. cap. 4. n. 5. & per totũ*; ad quem aduertere libet Athaliam non Reginam, sed Tyrannam fuisse, in computo Regum à sacra pagina nullibi relatam.

Quo-

Quoties ergo subditi cum peccato, imo hæresi legitimũ Principem exauthorarũt citra peccatum, imo cum merito, & satisfactione culpæ præteritæ Tyrannum expellere possunt, & debent; Pontifex verò vt talis spiritualibus, & temporalibus, vt Princeps, armis ex debito pastoralis officij illum adiuuare tenetur, vt te Beatissimè virorum facturum speramus.

QVÆSTIO XXI.

An iudex laicus possit citare Clericum creditorem in confectione alicuius inuentarij?

EPITOME.

1 *Inuentarium bonorum defuncti à quo fiat, & ob quid?*

2 *Iurisdictio an in inuẽtario conficiendo exerceatur?*

3 *Clerici an vt inuentario à notario conficiẽdo assistant, vocari possint?*

4 *Clericus reus in suo foro conueniendus est; actor verò forum rei sequitur, etsi eius debitor eum praueniat excipiendo.*

5 *Laicus magistratus, quid in inuentarij confectione curet?*

6 *Praeiudicium in consequentiam non attenditur in materia immunitatis.*

7 *Creditor licet à debitore preueniatur, semper actor existimatur, si de sua actione disceptetur.*

8 *Iurisdictionem sæcularem defendere reprobum est secundùm Martam.*

9 .... *nec Christus, nec Pontifices vnquam praeiudicare voluerunt.*

10 *Inuentarium an ex alicuius creditoris incitatione vitietur?*

11 *Hæres in actu inuentarij reus reputatur, etsi creditores non instent, vt fiat.*

12 *Clericos decipit Marta, dum ex inuentario nonpraeiudicatos affirmat.*

13 *Iurisconsultis in legalibus quæstionibus standum est.*

14 *Hæredem supra vires hæreditatis teneri iuri naturæ repugnat, item & canonico.*

15 *Clericus an sine inuentario vltra vires hæreditatis teneatur.*

16 .... *si non tenetur vltra vires non confecto inuentario, nec debitores suos vrgere poterit.*

17 ... *iuuans se lege humana eius exceptionibus repelli debet.*

18 *Põtifices vbi aduersum non constituerint, leges humanas probasse censendi sunt.*

19 *Hæres an teneatur in conscientia in suis bonis, si inuentarium non fecerit?*

IN hac quęstione verè dictum existimo ex prouerbio, *ne sutor vltra crepidã*. Nã cum inuentarium † ob alicuius obitum à 1 Notario, & Cartulario fiat, atque abeo creditores, vt si velint, interesse possint, ne fraus aliqua in annotatione bonorum per hæredem fiat, conuocentur, vtquè ex hac solemnitate hæres beneficio Iustinianeo frui possit ad *l. finali, C. de iure deliberandi*, Morales Scriptores ex iurisdictione† hoc fieri, immunitatiquè praeiudicari 2 putant, ita Duardus *ad Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæst. 11. num. 50.* Bonacina *de legib. disp. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 27.* Ambros. *de immun. cap. 22. num. 73.* relati vltimo loco per P. Dianam *resolut. 21.* Omnes isti habuerunt à Marta, qui caussam dedit disputationi, licèt locus citatus peculiaris non sit, nam locus vbi disputat materiam inuentarij, est in *d. p. 4. cent. 2. casu 122.* & non in *casu 38.* licèt *in 37.* de citationibus per edictum incidenter agat.

Hic ergo Scriptor, licet in iure consummatissimus fuerit, attamen, vt aiebat Tacitus, *quoquo facinore promptus clarescere*, multa contra omnium opinionem nouare in huiusmodi ausus est, cui vt auctori, quidquid sequentes scripserunt, imputãdum est, quòd contra receptissimam sententiam, nullo prosé adducto firmauerit, Clericos in confectione inuentarij † per 3 edictum moneri, vt ad illud conficiendũ Notario assistãt, ne illis fraus aliqua, vel per hæredem, vel per cæteros creditores moliretur, non posse, cum è contra ex Canonistis, & Cæsareis multos in oppositũ citasset, nempe Felinum *in cap. cum inter priorem num. 12. de except. & in cap. Eccle-*

sia

num, cum plus sit assentiendum diuino, quàm humano, Bergomensis *in Tabula* verbo *inrista*, Canus *lib. 8. de locis, cap. vlt. concl. 1. & 2.* Iurisconsultis enim, vbi de humani iuris interpretatione agitur, si diuino non contradicat, standum, vt *lib. 1. quæst. 1. num. 67.* probatum est.

Nullibi ergo probatur, Clericum in rebellione deprehensum plecti de facto nō posse imo, & hoc in Comite à Principe satis inferiori sustinet Pontifex, *in cap. per pendimus 23. de sent. excom.* Sacerdotem patibulo † affixum ob seditionem iure
41 punitum: nec in Canonem Comitem incidisse.

42 Non obstat *Genuensis* de Neapolitani† Regni more traditio *in praxi cap. 72.* nā licèt causa illa Nuncio, & Regio Consiliario Clerico cōmissa referatur, & stilus vltimus ille fuerit, postquam absente Rege per Vicarios Regnum illud regitur, vt delegatio à Summo Pontifice qui propè adest in personam Capellani Regij expectatur, qui consiliariorum voto vsus causam expediat: hoc euenit, quia de tentatis seditionibus hucvsque actum est, Rege, cui vindicare ius est, absente, vbi nullum in mora discrimen, vbi vt processus formari posit, tempus, ac occasio datur, vbi ex dilata punitione nullum Reipublicæ damnum succedit, in his enim casibus consultius est ita rem transigere, ne Princeps iure suo decedat, & vt ordini, & dignitati Ecclesiasticæ personæ consulatur, & quantum res patitur, immunitas semel Ecclesiæ concessa sarta, tectaquè seruetur. Sed vbi Rex adesset, vel eo absente periculum in mora verteretur, vel vbi superiores Ecclesiastici conniuerent, vel participes coniurationis viderentur.
43 Princeps † suusquè Vicarius sibi, & Regno consuleret; hinc annis præteritis, cū Rodulfus de Angelis presbiter proditionis tētatæ cōuictus foret, & Vrbanus VIII. delegationem ad condemnationem indulgere nepotum opera negasset, Ramirus Gutzmanus Metymnæ Turriū Dux pro Rege ius præmissum intrepidè exercuit, illumquè suspendi iussit: fuitque sciente, & reclamante Pontifice executum: insigni, ac strenuo viro illo curante, ne quid præiudicij Regi ex illa omissione inferretur. quinimo, vt scirent hæc ex concordia agi, à qua vno recedente, & non implente, alter resilire meritò potuerit.

Non rectè ergo exemplo ex illo regula cōtra premissas traditiones desumitur, vt iure factum censeatur quidquid ex cōcordia inter vtrūque iudicem certò in casu citra vllum instans periculum actum fuit, cùm & posterius hoc exemplū, præmissum destruat, † & quod magis est, ad 44
alios diuersos casus proferri prohibeat: actus enim difformes nullum ius pariunt, Roman. *cons. 70.* Ramon *cōs. 65.* Ioseph. Ludou. *concl. 8. de consuet.* Barbos. *in cap. si de terra, de priuil.*

Hæc, quæ de legitimis ex successione Principibus dicta sunt, pro inuasoribus, Tyrannisquè, qui imperia aliena vi, vel coniuratione contra ius, fasquè vsurparūt (etiamsi iuramentum, quod periurij est, extorserint) nō procedunt, cùm prius ac pacificum iusiurandum seruandū sit, *cap. intellecto de iur. iur.* Hi enim † absque 45
lęsæ maiestatis incursu eijci, reddique legitimis ac prioribus dominis Principatus possunt, in quo quidem actus virtutis genitur, vnicuique suum reddendo, restituendoque obedientiam dominis iniustè præreptam, intruso expulso, vt in sacra pagina exemplo Ioiadę contra Athaliam Regni occupatricem docemur, de quo *lib. 4. Regum cap. 4.* Eam enim occidi fecit, vt Ioasio legitimo Regi, filioquè defuncti Regnū restitueretur. Hinc Innoc. 4. *in cap. licet* 10. *vers. Sed quid de for. comp.* Pontificem teneri † armis etiam Reges 46
ad subditos rebelles compescendos iuuare docuit, benè idem in *cap. venerabilem 34. de elect.* verb. *venire*, per illum textum, quem ad verbū refert, pluribusque exornat Salzed. *de leg. Politica lib. 3. cap. 4. n. 5. & per totū*; ad quem aduertere liber Athaliam non Reginam, sed Tyrannam fuisse, in computo Regum à sacra pagina nullibi relatam.

Quo-

Quoties ergo subditi cum pecato, imo hæresi legitimũ Princ pem exauthorarũt citra peccatum, imo cum merito, & satisfactione culpæ præteritæ Tyrannum expellere possunt, & debent; Pontifex verò vt talis spiritualibus, & temporalibus, vt Princeps, armis ex debito pastoralis officij illum adiuuare tenetur, vt te Beatissimè virorum facturum speramus.

QVÆSTIO XXI.

An iudex laicus possit citare Clericum creditorem in confectione alicuius inuentarij?

EPITOME.

1 *Inuentarium bonorum defuncti à quo fiat, & ob quid?*

2 *Iurisdictio an in inuëtario conficiendo exerceatur?*

3 *Clerici an vt inuentario à notario conficiẽdo assistant, vocari possint?*

4 *Clericus reus in suo foro conueniendus est; actor verò forum rei sequitur, etsi eius debitor eum praeueniat excipiendo.*

5 *Laicus magistratus, quid in inuentarij confectione curet?*

6 *Praeiudicium in consequentiam non attenditur in materia immunitatis.*

7 *Creditor licet à debitore praeueniatur, semper actor existimatur, si de sua actione disceptetur.*

8 *Iurisdictionem sæcularem defendere reprobum est secundùm Martam.*

9 .... *nec Christus, nec Pontifices vnquam praeiudicare voluerunt.*

10 *Inuentarium an ex alicuius creditoris incitatione vitietur?*

11 *Hæres in actu inuentarij reus reputatur, etsi creditores non instent, vt fiat.*

12 *Clericos decipit Marta, dum ex inuentario nonpraeiudicatos affirmat.*

13 *Iurisconsultis in legalibus quæstionibus standum est.*

14 *Hæredem supra vires hæreditatis teneri iuri naturæ repugnat, item & canonico.*

15 *Clericus an sine inuentario vltra vires hæreditatis teneatur.*

16 .... *si non tenetur vltra vires non confecto inuentario, nec debitores suos vrgere poterit.*

17 ... *iuuans se lege humana eius exceptionibus repelli debet.*

18 *Pōtifices vbi aduersum non constituerint, leges humanas probasse censendi sunt.*

19 *Hæres an teneatur in conscientia in suis bonis, si inuentarium non fecerit?*

IN hac quęstione verè dictum existimo ex prouerbio, *ne sutor vltra crepidã*. Nã cum inuentarium † ob alicuius obitum à 1
Notario, & Cartulario fiat, atque abeo creditores, vt si velint, interesse possint, ne fraus aliqua in annotatione bonorum per hæredem fiat, conuocentur, vtquè ex hac solemnitate hæres beneficio l ultimaneo frui possit ad *l. finali, C. de iure deliberandi*, Morales Scriptores ex iurisdictione† hoc fieri, immunitatiquè præiudicari 2
putant, Ita Duardus *ad BullamCœnæ, lib. 2. can. 15. quæst. 11. num. 50.* Bonacina *de legib. disp. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 27.* Ambros. *de immun. cap. 22. num. 73.* relati vltimo loco per P. Dianam *resol. ut. 21.* Omnes isti habuerunt à Marta, qui caussam dedit disputationi, licèt locus citatus peculiaris non sit, nam locus vbi disputat materiam inuentarij, est in *d. p. 4. cent. 2. casu 122.* & non in *casu 38.* licèt *in 37.* de citationibus per edictum incidenter agat.

Hic ergo Scriptor, licet in iure consummatissimus fuerit, attamen, vt aiebat Tacitus, *quoquo facinore promptus clarescere*, multa contra omnium opinionem nouare in huiusmodi ausus est, cui vt auctori, quidquid sequentes scripserunt, imputãdum est, quòd contra receptissimam sententiam, nullo prorse adducto firmauerit, Clericos in confectione inuentarij † per 3
edictum moneri, vt ad illud conficiendũ Notario assistãt, ne illis fraus aliqua, vel per hæredem, vel per cæteros creditores moliretur, non posse, cum è contra ex Canonistis, & Cæsareis multos in oppositũ citasset, nempe Felinum *in cap. cum inter priorem num. 12. de except. & in cap. Eccle-*

sia

sia sanctæ Mariæ, num. 68 de constit. Anch. in Reg. in quæst. in quæst. 17. de regul iuris lib. 6. Dec. in dict. cap. cum inter, num. 16. Aufrer. de potest. sæcul in Eccles. reg. 2. fall. 12. citantur ad hoc textus in §. sancimus Auth. de hæredit. & falcidia, alibi est, §. sitte nobis, vbi Gloss. verb. dignitas, vbi Imola num. 4. post Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio col. 6. vers. Solum ergo restat videre an possint requiri Sacerdotes, D. si cui plusquam per leges falcid. l. testamenta omnia, vbi Bald. Paulus Castr. Alex. & Iason, cæterique nemine discrepante, C. de testam latè Montieulus, de inuent. cap. 7. num 20. accedunt Surd. decis. 26. Bouad. in polit. lib. 2. tit. 18. num. 169. & 179. Mastrill. decis. 79. Hæuia, Gitonda, & Ceuall. locis per Dianam citatis D. Francisc. Vico ad Prag. Sard. tit. 7. prag. 15. fol. 208. §. 36. tom. 2. allegat Eman. Rodrig. quæst. regul. concl. 2. quæst. 62. art. 12.

Aduersùs hos, aliosquè innumeros, ne vnum quidem citauit Marta, qui sibi oppositum tentanti faueret, sed neque rationes aliquas adduxit: nam quod dicit, edicta sæcularia arctantia adcomparendum, non ligare Clericos, hoc verum ipse dixerat casu 37. quando Clericus possessor
4 est, nam tunc vt reus in foro suo† conueniri debet, cap. Clerici, de iudicijs, nam vbi ius ad rem habet, quoniam ipse actor est, & sequi reum tenetur, cap. cum sit generale 8. de foro competenti, si debitor præueniat aliquo remedio, l. si contendat 28. D. de fideius. & l. diffamari 10. C. de ingen. & man. nisi monitus compareat, saltem, si ei competat, declinatoriã oppositurus, sibi præiudicium inferet, exclususque manebit, Ego latè decis. 22. per totam, & tenuit Anton. de Butr. & alij in cap. si Clericus laicum, de foro compet. Bertr. optimè cons. 208. num. 23. vers. Ad quartum lib. 2.

Prosequitur inde num. 7. dicens, citationem iurisdictionis actum esse, nec extra territorium fieri posse; sed in hoc fallitur, quia territorium Magistratus laici
5 est, † qui in confectione inuentarij id curat, ne hæres fraudem creditoribus agat, neuè ipse ex aditione decipiatur, in quo suam iurisdictionem in subditum exercet, nempè in hæredem, cui exceptionem parat, ne vltra vires hæreditatis teneatur, quæ exceptio obstabit Clerico agēti in iudicio sæculari, nō verò id agit, vt in Clericos ius dicat, & licèt ipsi † in- 6
consequentiam præiudicentur, attenditur tamen principalis intētio, l. si quis nec causam 4. D. si certum petatur, cum traditis infra, quæst. 70. & 72.

Nec est verum, quòd statim firmat, n. 9. quod in hoc actu efficitur reus necessarius, quia nunquam creditor est † reus, 7
sed actor, qui vè talis semper manet, licèt reus præueniendo excipiat, vt in l. diffamari; nam fingitur ipse prius egisse, dum agere potuit, Benedict. in cap. Raynutius, verb. & vxorem decis. 2. num. 126. de testam. vbi antiquiores citat, cum citatis per me, dict. decis. 22. num. 27. ex Episcopo Contardo in d. l. diffamari, fol. 98. nu. 20. & alijs ibi.

Cùm autem num. 10. contrarios vrgere videret, quòd hìc demonitione agitur, quę per eum fieri debet, qui inuentarij iudex est, in hæc verba respondet, & quando replicaretur, hanc monitionem faciendam esse per iudicem inuentarij, detis instantiam: † 8
quid enim aliud est hoc, quàm defendere iurisdictionem sæcularem? Quod est omnino reprobatum, vt dixi. Videant cordati viri, quid sibi scriptor iste velit, cùm dicat, reprobatum esse iurisdictioni sæculari suā seruari præeminentiam, quam † nec Chri- 9
stus tollere voluit, ex probatis supra quæstion 20. num. 10. & alibi hoc libro: nec Pōtifices minuere, vt fatentur in cap. per venerabilem 13. vers. Non quòd alieno iuri præiudicare velimus, qui filij sint legit. cap. nouit. 13. vers. Non ergo putet aliquis, quod iurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipse iurisdictionem, aut potestatem nostram, nec velit, nec debeat impedire; cùmque iurisdictionem nostrā non sufficiamus explere, cur alienam vsurpare vellemus? de iudicijs, cap. cum ad verum 96. distinct. cap. si Imperator eadem distinct.

Quod verò asserit, num. 11. 12. & 13. inuentarium † non vitiari si aliquis cita- 10

ri

ri omittatur, ex Baldo *in Authentic. ſi*
omnes, C. ſi vt ſe ab hæredib. abſtinend. &
Phanut. *dict. part. 3. num. 26.* quodvè
viribus quoad non citatos carebit, ve-
rum eſt, quoad eos, qui ex propoſito ci-
tati non ſunt: ſed ſi edicto moniti om-
nes, aliqui non compareãt, licèt ſub pre-
textu exemptionis id agant, inuentariũ
quoad eos hæredi proficiet, gaudebunt-
què *l. finalis* beneficio, ne vltra hæredi-
tatis vires teneantur. Nam cùm, vt di-
11 ximus, hæres in hoc actu reus † conſide-
retur, illeque legatarijs, ac creditoribus
fauorabilis ſit, vt quid in bonis teſtator
reliquerit, ſciant, ridiculum eſt dicere,
non præiudicatos Clericos ex edicto,
dum Laico, hæredivè debitori ſat eſt,
quòd per ſuum Iudicem, corãm quo Cle
ricus eum conuenire tenetur; inuenta-
rium, vt validè geſtum habeatur; nec
enim hæres de hoc coram Eccleſiaſtico
Iudice diſputare cogitur. Non benè, ac
12 ex fide, ergo Marta † Eccleſiaſtico or-
dini blanditur, dum eos tutos eſſe ex de-
clinatoria ſuadet, quando, nec ei locus
eſt, nec ex non comparitione Clerici
inuentarium claudicare poteſt, ſaltem
quoad Iudicem Laicum, cuius eſt cog-
nitio; vnde euenire poteſt Clericos ſub
hac ſecuritate decipi, iuſquè ſuum amit-
tere.

Cùm verò hæc quæſtio omnium au-
ctoritate roboretur, atquè ex principijs
13 ciuilis iuris determinanda ſit, partim †
morales Theologi obſtare poſſunt;
ſtatur enim in his potius Canoniſtis, &
Legiſtis, vt docet Cardinalis Mantica
de tacit. & ambig. lib. 3. articul. 1. numer.
58. alios refert Fontanella *de pact. nupti.*
clauſ. 4 fol. 127. num. 25. in 2. impreſ-
ſione facit. Canus *de locis libr. 8. cap. vlt.*
Ego *quæſt. 1. num. 66. lib. 1.*

Ratio verò huius opinionis cõuincit,
dum ſupponitur, hæredem Laicum eſſe,
illumquè de hoc agere, ne creditores in
proprijs bonis eum vrgere poſsint, quod
à iure humano cõtra naturalẽ rationem
14 proceſsit, † qua quiſq; de facto, & obliga-
tione ſua teneri ſtatutum erat, vt docet
egregiè P. Magiſt. Arauxo *ad 1. 2. Diui*
Thomæ quæſt. 97. diſput. 3. ſection. 3. diff.
2. num. 26. verſicul. *Exemplum ſecundũ,*
fol. 650. Item aduerſante quoque æqui-
tate Canonica, vt patet per Hoſtien-
ſem in ſumma, *titul. de teſtament.* Ioannes
Andr. *in capit. quamquam, num. 9. de vſuris,*
lib. 6. cum alijs per eumdem Marian,
dict. part. 4. centur. 1. caſu 75. qui per hoc
firmant, Clericum † licèt inuentarium 15
non conficiat vltra hæreditarias vires
non teneri, de quo modò reſpectu cre-
ditoris Laici, nihil firmandum eſt. Quod
ſi ex iuris ciuilis rigore hæres vltra pa-
trimonium defuncti ex aditione tene-
batur, *l. ſi te bonis 10. l. finali, §. cùm igi-*
tur, C. de iur. deliberan. l. more 8. D. de ac-
quirend. hæreditat. l. quia poterat 4. D. ad
Trebellian. vel non poſſe Clericos hoc
iure contra † ſuos creditores (æquitate 16
Canonica repugnante) vti, ſiue ratione
correlatiuorum, & Euangelicæ legis
Axiomate, *quod tibi non vis; alteri ne fece-*
ris in lege humana, *tit. quod quiſque iuris,*
impediente, dicendum eſt, vel quòd ſi
poſsit in humana lege iuuari, debeãt quo-
que eius exceptionibus, & † reſtrictio- 17
nibus ſubiacere, vt optimè aduertit Di-
uus Auguſtinus *in Canon. quo iure villas*
defendis diſtinct. 8. cum latè cumularis ſu-
pra *quæſt. 8 num. 20. hoc libro.* Pontifices
enim leges humanas, vbi cum Diuino,
& ſpirituali iuri non pugnant, proba-
runt, † vt ibi fundatum extat; ſi proba- 18
runt, ergo & lex obligans hæredem ad-
eumtem in ſolidum tenet, & exceptio in-
uentarij obligatoria erit, & poterit a Iu-
dice Laico fauore ſui ſubditi in vſum
deduci; itaquè ex ea exceptionem fir-
mandum eſt. Nam apud nos teneri † 19
hæredes in conſcientia exploratum eſt,
quia putamus, legem in foro animæ obli
gare, vt ex ſui temporis Theologis te-
net Bartolus; & poſt eum omnes Legi-
ſtæ, *in l. ſi quis pro eo, D. de fideiuſſ.* & ex
Theologis Nauarr. *in Manual. capit. 22.*
num. 88. in quo P. Arauxo loco præmiſ-
ſo videndus erit.

Idquè maximè firmandum eſt, dum

dum finis monitionis ad inuentarium non est ad aliquem actum iudicialem exercendum, sed ad interessendum coram Notario Chartulario in domo heredis ad descriptionem extra iudicium in eius, & creditorum præsentia faciendam, non interueniente Iudice seculari, nec iudicij figura, ad quæ illa, quæ *quæst.* 14. (circa visionem actorum) dicta sunt, conducunt.

QVÆSTIO XXII.

An Iudex Laicus possit compellere Clericum ad restituendum depositum, quoties se obligauit restituere in Tribunali Iudicis Laici?

EPITOME.

1 *Depositi restitutio de iure diuino, Christianismi regula est.*

2 ... *quolibet petente fieri debet, nec coactio, sed causa respicienda erit,*

3 ... *posse à Clericis per Iudicem secularem exigi qui dicant, qui verò negent?*

4 ... *negatio furtum continet.*

5 ... *pro eo consequendo remedia possessoria intentari possunt.*

6 *Violentias euitare secularis Iudicis proprium est.*

7 *Depositarius possessor non est, licèt in possessione sit.*

8 *Iudex Laicus quando in consequentiam cognoscat, non directiò?*

9 *Clericus, vbi ad depositum cogi potest, hoc intelligitur ad simplum, & ciuiliter.*

10 ... *nullo casu in personam cogi pro depositi restitutione poterit.*

11 ... *Depositarius ante Clericatum per illum Iudicem cogitur, de cuius mandato illud suscepit.*

12 ... *in minoribus Depositarius de mandato Iudicis Ecclesiastici, eiusdem nec præcepto illud restituit, si Laicus effectus sit.*

13 ... *turbator alienæ possessionis, reus existimandus est.*

Depositi restituendi obligatio à iure diuino † descendit, nos, qui Deum, Christumquè colimus magis, quàm cæteros adstringens, vt probatur Leuitici *capit.* 6. *vers.* 2. *Anima, quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat*; & cætera, vbi obligatur ad restitutionem cum quinta parte valoris: & *libr.* 2. *Machabæor. capit.* 3. *vers.* 16. *Inuocabant de cœlo eum, qui de depositis legem posuit, vt his, qui deposuerant, ea salua custodiret.* de Christianis Plinius secundus testatur, *lib.* 10. *epist.* 79. ad Traianum: *Illos deposita ex fide præstare.* Tertullianus aduersus Gentes *cap.* 46. versicul. *Anaxagoras depositum hostibus denegauit.* Pluraquè alia ego retuli *nota* 7.2. *ad leges Iacobi fol.* 104. post Ann. Robertum *rer. iudicat. libr.* 2. *cap.* 10. versic. *Altera, & quidem potior,* Couarru. *libr.* 3. *variar. capit.* 15. *in fine.* alia, licèt excusando refert ex Valerio Maximo, & Aulo Gellio. Quæritur modò, an Clericus in hoc parum (contra Christianas regulas) fidelis, vt fidem præstet, cogi possit? aiunt Cæsarei Interpretes communiter, nec † respiciendum, à quo, sed cur cogatur, pittantes id commodè fieri per eos, qui Clerici fidem secuti sunt, vt si primatus, si Iudex quilibet in Clericum deponat, ipse reddere compellat, ad quod citat Diana, † Guterium, Ioannem de Heuia, Salgadum, Borellum, Mexiam, Carolum de Grassis, Bobadillam, pro ius dicentibus Laicis locutos. Marta verò *centur.* 2. *casu* 104. *part.* 4. citat Baldum, Sal. Ias. Aufrer. Benedict. Tiraquel. Afflict. Vrsil. Cumiam, Marant. Caroci; addit doctissimus Vico *ad Pragmat. Sardiniæ tom.* 2. *fol.* 206. §. 31. Ambrosium *de immunit. capit.* 20. *num.* 53. quem Diana pro negante citat, Farinac. *quæstion.* 8. *num.* 46. *ampliat.* 8. *num.* 123. Surdum *consil.* 280. *num.* 11. *volumin.* 10. Cardinal. Tusc. *verbo, Iudex, conclus.* 451. *num.* 28.

Negantes allegat Surdum, Bellettum, Ambrosium, Duardum, Ceuall. & Martam

tam addit Vico Rota *deciſ.* 5. *de Iudic.* Ricium *reſol.* 505.

At ego omiſsis, quæ hucuſque à noſtris in hac diſputatione tradita ſunt, cõ-
4 ſidero depoſitum † tergiuerſantem non tantùm ciuili actione teneri, ſed vti furem coercendum eſſe, ac infamiæ notam incurrere, *l. qui furtum* 16. *D. de conditio. fur. t. l. ſi ſacculum* 29. *D. depoſit. l.* 3. *C. eod. tit.* Couar. *dict. cap.* 15. *ad fin.* Capel. Toloſ. *deciſ.* 168. vbi Aufrer.

Retrectantem verò, & inficiantem turbare creditorem, & deponentem in ſua ciuili poſſeſsione, dicendum venit, item & in naturali, ſi pecunia obſignata ſit, vel ſpecies aliqua, quæ vſu non conſumatur, nec recipiat ſubrogationem, aiũt noſtri functionem in genere ſuo, per hoc
5 fit, vt hæc cauſa poſſeſſoria † ſit, illaquè turbationis, ſi depoſiti dominus ſe pro ſpoliato non habet; ſi verò habet, recuperandæ. Vtroque caſu, cùm depoſitum de mandato Laici iudicis factum proponatur, iudicialis turbatio, vel ſpolium videtur, indequè non mirum, ſi idem Iudex vel turbatum fouet, & manutenet, vel eum reſtituit, ſicut in Clerico poſsidente ex præcepto Iudicis Laici, vt coram eodem ſuper poſſeſsionis reuocatione reſpondeat, receptum eſt. Id enim in iudicij cepti conſequentiam euenit: hìc autem in iudicialis depoſiti ſequelam, ob eam, quæ ex illo poſſeſsionem tranſfertur, ſiue poſſeſsio, ſiue detentatio ſit, ſecundùm depoſiti qualitatem, ſi fortè obſignata ſit, vel rei ſtabilis, & non conſumptibilis, vt dictum eſt, quod ſic probatur.

Depoſitarius, ſi reddere petitus differat, vel depoſitum inficietur, vim facit, ac non tantùm ſpoliator, vel turbator, ſed fur, & latro eſt, vt fundauimus, poſſuntq; aduerſus eũ remedia poſſeſſoria intentari, ſicut aduerſùm quemlibet furem; ſi ciuiliter agere dominus ſtatuat, ex §. *ſed & furti quidem* 27. *inſtitut. de actionibus*, vbi Scribentes, benè Afflictus *deciſion.* 24. *numer.* 3. vbi quòd intereſt, ſuiquè muneris ſecularis † Iudi- 6
cis eſt, ne violentæ ſpoliationes fiant, & ex hoc elicit, poſſe cogere Clericos ad fidem depoſiti præſtandam, refert Menoch. *remed.* 15. *recuper. numer.* 214. & 215. cum latè traditis *quæſt.* 14. hoc libro 2.

Deponentem verò poſſeſſorem eſſe,
mermmquè detentorem † eum, apud 7
quem depoſita res eſt, docet textus in *l. licet*, § *res depoſitæ*, vbi Caſtr. *numer.* 2. *D. depoſiti.* Corneus *conſil.* 39. *numer.* 3. *volumin.* 1. Beroius *conſil.* 72. *numer.* 20. *libr.* 3. Rota *deciſ.* 372. *numer.* 4. *tom.* 2. *Poſthum. Farinac.* cumquè hanc detentionem beneficio, ac prouiſione Laici iudicis obtinuerit, eiuſdem officij eſſe videtur traditæ detentationis reuocatio, *l. vltima*, §. *penult. D. de bonis auth. iudic. poſsid.* Baldus *in l. omni innouatione, colum.* 2. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* poſt multos Peregrinus *de fideicõ. art.* 48. *numer.* 63. latiſsimè Carleual. *de Iud. tom.* 1. *fol.* 298. *ex numer.* 949. ad plures ſequentes La Rea *deciſ. Granat.* 39. qui omnes allegant, per id enim, ſicuti per reconuentionem non ex vi prorogationis, ſed in conſe-
quentiam ex re ipſa † Iudex Laicus co- 8
gnoſcit, vt ait Baldus *in l. acceptam* poſt principium, vbi Salicetus, *C. de vſuris.* Ego *deciſ.* 16. *num.* 24. ex Socino, & alijs.

Idquè breui manu, quaſi de facto non adhibita plena iudicii cognitione, ad ſim-
plum † reſtituendum: nam quæ ob inſi- 9
ciationem pœnæ debentur, item & criminalis animaduerſio Eccleſiaſtici Iudicis munus erit; Puto ergo, ex his conſuetudines Regnorum illorum, vbi hu uſquè depoſita penes Clericos eodem mandato repetuntur, quò credita ſunt, ſuſtineri poſſe: vbi verò ad Eccleſiaſticos Iudices recurri conſuetum eſt, nihil nouandum eſſe; in omni verò caſu, vt benè Rebuffus adnotat *ad conſtit. Gall. de lit. obli. art.* 5. *gloſ.* 15. *n.* 3. perſona Cle-
rici † manucapiēda nõ eſt, ſed vbi id agē- 10
dum, Iudex ſuus adeundus eſſet propter

personæ reuerentiam. Recepta verò distinctione de obligatis ante habitus † susceptionem, de qua Marta loco alle-
11 gato, addenda est Decisio sacræ Congregationis negocijs iurisdictionalibus propositæ, in hunc sensum determinantis in vna ciuitatis Castellanæ, die 18. Februarij 1631. relata per Sel. *de select. Canonic. cap. 18 num. 17.* quem refert, & sequitur Barbosa *ad Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. num. 27. fol. 207.* in nouissima impressione.

Sicut è conuerso Clericus † in minoribus licèt Laicus efficiatur à Iudice Ec-
12 clesiastico cogendus erit, ob depositum eius mandato ei traditum, vt ex Marta colligitur.

Demum, his addenda † quæ supra *quæst. 16. num. 27.* per me fundata sunt,
13 quo loci probaui, Clericum turbatorem actorem esse coram rei Iudice attrahendum.

QVÆSTIO XXIII.

An Iudex Laicus possit citare Clericũ ad exhibendum iura sua coram eo, quando eius debitor petit dilationem, ex cõsensu maioris partis creditorum vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere?

EPITOME.

1 *Actionum explicatio, quando agitur ad incorporalia inter negatoriam, & confessoriam.*

2 *Reus, qui futurus est, licèt præueniendo excipiat, semper reus est, et si prouocet.*

3 *Cessio bonorum, ac quinquennalis dilatio per debitorem excipientem petitur.*

4 *... ex ea ad libertatem corporis agi videtur.*

5 *... per fraudem, vel dolum admissum amittitur.*

6 *Debitor fingitur de ordine creditoris carceratus, vbi se in carcere pro debito constituit.*

7 *... non admittitur ad cessionem bonorum, nisi incarcere constitutus.*

8 *Quinquennalis dilatio ex legis virtute descendit, inde nulla coactio Clerici intercedit*

9 *Clerici quinquennalem dilationem præbentibus Laicis impedire non debent.*

10 *... in dubio in temporalibus condemnandi sunt.*

11 *Clericus, vbi reus excipit, licèt præueniat ad Iudicem Laicum trahitur.*

NOn vulgaris hæc disputatio erit, si ad initia recurratur, vt sciamus duo dari actionum genera, quæ actoribus, & reis, quando † ad incorporalia dirigunrur, promiscua sunt, *negatoriam* nẽpe & *confessoriam*; quarum prior ad negãdum ius aliquod seruitutis in bonis nostris alteri competere, principaliter dirigitur, in qua intentanda, licèt quis præueniat, tamen semper reus est, *instit. de action. § in rem*, ibi: *Vt si quis intendat ius non esse aduersario, vtendi fruendi, eundi, AGENDI, aquamvè ducendi, item altius tollendi, prospiciendivè, vel proijciendi, immittendivè: ista quoque actiones in rem sunt, sed negatiua.* Concinunt *l. de seruitutibus 7. D. si seruit. vendicet. l. si priusquam 15. D. de noui oper. nunc. l. locis 4. § si quis, l. si quando 17. D. si seruit. vendicet. l. quemadmodum 29. § 1. D. ad leg. aquil. l. si cùm meus 14. l. si eo loco 9.* versic. *Contra, D. si seruit. vindic.* quarum aliæ re ipsa, & verbis non patiendi seruitutem vindicant. Aliæ verò verbis quidem seruitutem negant, reuera tamen libertatem vindicãt: quoties ergo debitor, qui legitimam exceptionem habet, aduersus creditorem contendit, eum agere non debere, vel posse quidem agere, sed exceptione pro toto, vel pro parte repelli; si id prior (antequam conueniatur) proponat, † licèt 2 ordine actor videatur, quia prouocat ad iudicium, *l. intra dies 7. D. de re iudic.* attamen effectu, & re ipsa reus est, qui cõueniri timet, ac præuidet, ne per creditorẽ exi-

exigatur ac inquietetur, quò fit, vt quemadmodum à creditore Clerico, si conueniretur (ob affirmatiuum iudicium) deberet coram Laico Iudice suus debitor Laicus conueniri, ita negatiuum ab ipso debitore propositum, quo petitur declarari creditori Clerico, ius agendi non esse, coram eodem Iudice agitandum est, cùm idem iudicium sit, & differentia in modo propositionis vertatur. Attenditur verò semper in omnibus origo negotij, *l. 1. D. de origine iuris* Quotiescunquè autem quis originaliter reus est, & nihil petit ab alio, vt sibi præstetur, sed contendit, se ad aliquid non teneri, tunc is corã suo Iudice agit, siuè, melius dictũ sit, excipit Abbas *in cap. ex parte, num. 5. de restitution. spoliator.* & post Bartholũ & Alexandr. *in l. de pupillo, §. fin. D. de noui oper. nunt.* Peregrinus *de fideicommis. articul. 48. num. 69.* versic. *Ad quæ adducto* benè Gratianus *disceptat. 85. num. 2. & 3. & 4.* & per totam videndus, qui plures *Rotæ decis.* adducit.

Cùm ergo debitor ære alieno grauatus ob fortuitos, & citra propriam culpam casus inuenitur, vultquè personam suam, & alimenta † eximere, cedendo, & renunciando creditoribus suis omnia, quæ possidet, haberequè sperar, iuxta id, quod statutum est in *l. fin. C. qui bonis cedere poss.* atquè vti æquum, & necessarium amplexum à iure Pontificio in *cap. Odoardus de solutionib.* quod beneficium iuris naturalis dixit ex Beroio *quæstion. 133. numer. 2.* Giurba *decis. 41. numer. 4.* nam pro libertate corporis contenditur, ne perpetua quis carcere affligatur: reuera id tantùm contendit, † ne creditoribus agere liceat, nisi in illis bonis, quæ eis ipse sponte cedit, ac relaxat auctoritate Iudicis ad creditorum mensuram possidendis, excempta persona: hæc quidem non est actio, ex qua aliquid à Clerico petitur, ab eius persona, vel super bonis, quæ possidet præstandum; ad quod locum Canones illi vindicarent, conueniri Clericum, nisi corã Iudice suo vetantes, vt in *cap. 2.* ibi: *Perse distringere, aut condemnare præsumat; capit. si quis 4. de foro compet ent.* vbi de causa aduersùs Clericum, & in Canonibus ex Concilio Carthaginensi, & Meliuciano sæpiùs citatis in vndecima causa *quæstion. 1.* contentis. Vnde cùm reus originarius hic dicatur, mirum non est, si coram proprio Iudice creditores suos aduocet, in quo ipse, vel condemnandus, ac à beneficio excludendus, vel admittendus erit: sententia enim cũ eo, & contra eum, auditis tamen creditoribus, fertur, si velint ei culpam, dolum, † fraudemquè imputare, per quæ ab hoc beneficio excluditur, vt ex Baldo *consil. 382. volumin. 5.* Rebuffus *consil. 184.* Neuizantius *consil. 59.* Thesaurus *decision. 136. num. 5.* Genuensis *in praxi, capit. 3. numer. 8.* Ferret. *consil. 44.* Giurba *decision. 43. num. 14.* latiùs *decis. 41. ex numer. 9. ad finem*, vbi ampliat etiam, quòd partim suo, partim fortuitorum, vitio quis decoxerit, ex *l. fin. §. fin. D. de bit qui in fraud. credit.* Stracca *de Mercat. titul. de decoct. part. 2. numer. 2. part. 3. numer. 2.* Farinac. *quæstion. 26. numer. 6. & 31.* Bruno *de cession. bon. 5. p. q. 4. princip. q. 28.* & alijs.

Non est ergo opus, vt voluit Marta, citato *casu 123. centur. 2. numer. 18.* à quo habuit Duardus à Diana citatus, vt debitor ad instantiam Clerici creditoris in carceribus detineatur, † vt admitti ad hoc beneficium aduersùs eum à Iudice Laico possit, quasi per reconuentionem, quam dicit posse etiam in re diuersa fieri, ex Maranta *part. 4. distinct. 6. num. 5.* Viuius *decis. 49. num. 5. lib. 1.* contra Abbat. *in cap. 1. de mut. pet.* Quoniam hic non de reconuentione agitur, sed de exceptione, quæ à debitore proponitur; ex qua fingitur actum contra eum fuisse, ex quo agi potuit. Inde optimè constitutum est 4. debitorem obæratum, licèt creditores eum carceri addici non fecerint, nec aliquid petierint, in carceribus constitui debere, vt reuera creditores egisse videantur, nam cùm ipse personæ propriæ libertatem prætendat, in

vinculis illam petere debet, vt iustã cau-
7 sam † præueniendi habilis videatur. Ita fundat Giurba *d. decis.* 41. *num.* 5. ex Iacob. de Arena, & Alb. *in Rubr. C. de cess. bonor.* Cyn. *in l.* 1. *quæst.* 8. *& d. tit.* Bald. *§. fin. num.* 24. *inst. de act.* Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 4. Cancer. 2. *var. cap.* 8. *num.* 24. & alijs ab eo copiosè conductis, quod statutis iustissimè alibi firmatum est, vt apud Siculos: nam timor vrgentiæ creditorum probabilis esse debet, non omnino remotus Federic. de Senis, *consf* 193. Natta, *conf.* 361. *num.* 8. Giurba *ibid. num.* 5. ante vers. Cùmquè debitor, qui carcerari potuit, instrumentis, ac obligationibus parendo, sponte sua ad carceres properat, occultato vno actu, de creditorum mandato carceratus videtur, ad *l. singularia* cum sim. *D. si cert. pet.*

At quod attinet ad dilationem quinquennalem, eadem ratio concurrit, præuentio enim est debitoris, qui satis in bonis non habet, in qua licèt maioris partis creditorum votum attendatur, ne cæteri debitorem cogere durante dilatione possint, attamen hæc non est coactio hominis, & iudicis quoad minorem partem, †
8 sed virtus legis, quæ maiori parti illud ius tribuit, & licèt dicatur, cogi minorem à maiori parte concurrere, hoc est quo ad effectum, vt nempè concessa à maiori parte dilatione, minor pars debitorẽ impetere non possit; quæ quidem exceptio est debitori concessa, non actio, vel coactio contra Clericum, vt dissimulando terminos, firmare videtur Marta, nihil pro se, nisi generales regulas allegans, *d. casu* 123. *ex num.* 9. Nam neque concreditor reus est, nec in hoc iudicio reali, nec personali contra eum agitur, non petitorio, neque possessorio, sed solùm excipitur, de quo Ioannes Andreas, non agit in *cap. qualiter de iud.*

Essetquè perniciosum exemplũ in Ecclesia, vt Laicis miserentibus debitoris inopiam, Euangelio se conformes redderent, remittendo vel quantitatis partem, vel tempus prorogando, & quòd Cleri-
9 cus † è conuerso dissentiret, vniuersum debitum petendo, nec miserendo conserui sui, sed eum fatigando, ac ad suum iudicẽ trahendo, cùm ipse potiùs prior, & sponte dilationem, ac remissionem præstare debuisset, ac cæteros exemplo impellere, vt qui perfectiorem in Ecclesia statum, & gradum occupat, ne seruus nequam videatur iuxta Euangelicam parabolam, Matt. 18. *ex vers.* 23. *ad finem*, cùm verò id perniciosi exempli foret, vt D. Hieronymus aiebat *in epist. Apostol. ad Titum* ad vers. *Hospitalem*, relatus *in cap.* 21. *qualis* 8. *quæst.* 1. ibi: *Quia vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores Laicos esse, quàm Clericos.* Inde constitutum est contra eos in exactione temporalium † iudi- 10
cari debere, ne auaritia notentur, *cap. quanto* 16. ex corpore *in principio de censib.* Abbas *in c.* 1. *vers. vltimo nota, de decimis*, Bellarmer *consf.* 31. *num.* 13. *col.* 7. *post medium*, vers. *Sed etiam quia in se*, Gratian *disceptat.* 210. *num.* 31. *tom.* 2.

Verius ergo videtur, ac statui Ecclesiasticorum congruentius, debitores suos casu ære alieno obrutos nouis iudicijs nõ vexare, imò promptiùs eis dilationem, ac personæ libertatem præstare; cùm id ipsum cum eis, vbi debitis præmantur obseruetur, vt coram proprio iudice Laicos creditores vocent, licèt eis hoc inter dictum in actionibus sit in dicto *cap. cũ sit generale de foro compet.* apertiùs *in cap.* 15. *si quisquam* 11. *quæst.* 1. quod non nisi ex eadem ratione permittitur, quia nempè exceptionem originariè proponunt, *cap. Odoardus* beneficium intentãdo: quod effugere, vbi ipsi creditores sint, æquum, nec iustum est, hinc id vnanimiter in qua libet exceptione aduersus Clericum, † ius 11
ad rem habentem, si ob diffamationem, siue ad exceptionem habendam iudiciũ, intentetur, docuerunt relati per Vrsillũ, ad *Afflict. decis.* 380. Gugl. Bened. in cap. *Raynutius*, verbo, *& vxorem decij.* 2. *num.* 241. Mastrill. *decis.* 79. Apicella *de dil. quæst.* 9. *tit.* 1. *n.* 96. *& seq.* Anell Amat. *consf.* 28. *num.* 17. Franc. Castill. *decis.* 2. Carol. de Grassis, *effect.* 1. *num.* 475. Bonius *ad statuta* Vrbis Romę, de pręscript. Gloss.

Gloss. 19. *num.* 294. Episcopus Contardad *l. diffamari num.* 20 *fol.* 98. Bouadill. *lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 165. *ad n.* 179. & post innumeros Amatus Siculus, *resol.* 13. *num.* 4. Cenall. *de cogn. viol p.* 2. *quæst.* 72. *num.* 3. Ego in Cod. *contr.* 2. *num.* 2. *fol.* 420. alibi me ipsum citans ad terminos, *l. si eo tempore, C. de remiss. pign.* vbi bis decisum retuli. Nam cùm per admissionem exceptionum huiusmodi debitor tutus aduersus creditores vrgentes reddatur, idquè illi coram debitoris Iudice tẽtaturi sint incasum, ab oppositis refragatur hæc opinio: si vbi Clericus actor accedat, ei obstatura exceptio sit, nec vbi pro tali habeatur, fori declinatoriam obtinebit, ipse verò durus, ac sine misericordia in maximum sui ordinis dedecus apparebit, quarum rationum pondus oppositi auctores nequaquam assecuti sunt.

QVÆSTIO XXIIII.

An iudex Laicus possit punire Clericos, qui sine habitu, & tonsura immiscēt se in delictis grauissimis?

EPITOME.

1 *Presbiteri, ac Religiosi incedentes sine habitu Canonis priuilegio non gaudent.*

2 *Clerici in minoribus, requisitis Cōcilij Carētes moneri non debent ad fori amissionem.*

3 *Remissio Religiosi capti in enormibus sine habitu quomodo, & coram quo peti debeat?*

4 *Clericus in sacris, in enormibus se immiscens an monitione opus habeat? Latè pro, & contra.*

5 *Sacerdos sæua exercens priuilegio destituitur, ex cap. perpendimus.*

6 *Apostata dicitur Religiosus habitum, & Claustrum dimittens, item & Sacerdos.*

7 *Clerici vbi foro non iuuantur, possunt à iudice seculari castigari.*

8 *Reassumptio habitus post delictum non iuuat, vbi quis enormia exerceat.*

9 *Bulla Cœnæ Indulta iuri communi conformia non tollit.*

10 *Clericus in fragranti delicto comprehensus priuilegium non amittit, nisi depositus sit, vel incorrigibilis.*

11 *Incorrigibilitas per lapsum anni in enormibus satis probatur.*

12 *Monitio an requiratur, vbi notorium sit Clericum habitum dimisisse.*

13 *Quasi possessio Clericatus ad remissionem, non sufficit, stante incorrigibilitate.*

14 *Clerici ante Concil. Trident. ex habitus dimissione priuilegium non amittebant.*

15 .... *negotiatores, vt foro priuentur debent moneri.*

16 ... *si excedant in luxu seculari, sed enormia non committant, debent ter moneri, vt foro priuentur.*

17 ... *ex frequentatione enormium censentur moniti, vt foro non gaudeant.*

18 ... *Crimine Les. Maiest. Rei, incorrigibiles reputantur.*

19 *Monitio quomodo fieri debeat?*

20 *Fuga à carceribus cum reiteratione delictorum facit quem incorrigibilem.*

21 *Episcopus negligentiam inferioris Prælati supplere potest.*

22 *Suspicio impunitatis, & enormissimum delictum monitionem supplet.*

23 *Perseuerantia in delictis regulariter ad incorrigibilitatem requiritur.*

24 *Clericos omnino monendos antequàm incorrigibiles dici debeant, qui dixerint, & sub quibus declarationibus?*

25 ... *pro assassinio foro non gaudere quispia cto intelligendum, & quid in homicidio per industriam?*

26 ... *Sodomiam exercentes priuilegio Clericali non gaudere iure nouo statutum est.*

27 ... *viatorum spoliatores foro Ecclesiastico non frui.*

28 *Canon latæ sententiæ monitionem excludit.*

29 *Clericus conuictus habetur, ac si infragrã ti captus foret, maximè si id fiat ante petitam remissionem.*

30 *Sententia declaratoria criminis sufficit pro notorio*

31 *Degradatio an in Religioso minorum ordinum requiratur?*

32 *Religiosi professi quo pacto Sacerdotibus comparentur, quoàd degradationem?*

33 De-

33 *Degradatio supponit reum in posse Ecclesiastici iudicis reperiri.*
34 *Clericum dimisso habitu enormia exercentem moneri non debere decisit Rota.*

QVæstio huiusmodi, si distinctio adhibeatur, facilis est: hodie præcipuè post *Trident. Concil.* Nam aut de Clericis maiorum ordinum, aut de minoribus agitur. Si de maioribus, vel Religiosis professis agatur (hi enim pari iure procedũt) mihi haud dubium inesse potest, dimissionem habitus ad amissionem fori non sufficere, quidquid sit,
1 † ne priuilegio canonis fruantur, vt in *cap. perpendimus 23. de sent. excommunic.* probari aliqui dicunt, de quo tamen infra melius in *cap. in audientia 25. eod. tit.* Nam quia præsumptio de ignorantia Clericatus ob indecentẽ Clericis habitum, & cum secularibus communem apertissimè fundetur, certum est percutientem sic repertum Clericum in Canonem non incurrere: de minoribus ordinum Clericis verò clarum est, quòd *Concilio Tridentin.* attento, non solum Ecclesiastico beneficio, Ecclesięquè deputatione opus habent, verùm quoque continua,
2 † & decenti Clericalis habitus gestatione, vt idem Diana resoluit in hac eadem, *tract. 2. resolut. 34.* vbi de trina monitione locutus, ait in hæc verba. *Sed hodie de iure nouo Concilij Tridentini non requiritur, nam dictum Concilium loquitur cum dictione, nisi, quæ excipit iuxt. l. actione, C. de action.* Dec. *in cap. si pro debilitate, de offic. deleg. & ita docent*, Mar. Ant. *lib. 3. resolut. 48. num. 7.* Ricci. *part. 4. decis. 154. num. 4. qui testatur ita fuisse declaratum à Sac. Cardin. Congregat. & ita tenet*, Bellet. *in disquisit. Cleric. part. 5. tit. 3. §. 8. num. 6.* hæc Diana, secundùm quæ in dies practicatur, vt posterior habitus, & tonsuræ in carcere assumptio in fraudem capturæ (cuius tẽpus attenditur) non iuuet.

De fori verò priuilegio, quoad Sacerdotes, ac professos, quando, & quomodo illo priuentur, non leuis est disputatio, quæ nempe dicantur enormia, ex quibus foro priuetur, quouè pacto trina monitio facta censeatur, & quando incorrigibiles ad hoc opus dici possint; nam Pater Diana, licèt hoc loco leuiter materiam, & variè pertractet, attamen *in resolutione 129.* hac eadem parte ad fauorem cuiusdam Religiosi scripta, latè punctum examinat. Sed quia cùm in eadẽ causa anno 1629. (in qua Dux de Alburquerque me Fisci Patronum esse decreuit) responsum reddiderim, alijsuè Curis oppressus, iterũ rem discutere non valeam, illud idem reponam, aliquibus detractis (ne de persona, vel Religione ex meis scriptis notitia eliciatur) subiicere decreui, quod tale est.

ADSIT DEVS.

Cum de Religiosi huius remissione ad suos superiores, vel de secularis Iudicis animaduersione agatur, atquè corã domino Assessore ex cætu Consiliariorum, iuxta † morem, à superioribus electo, de 3
quo Graff. *de effect. lib. Clericat. effect. 1. nu. 917.* Mastril. *decis. 269.* Quęritur: an ille ob plura enormia, ac apostasiam multorum annorum, & in delictis insordescentiam, censeatur ipso iure à fori beneficio exclusus? An verò trina monitione, vltra habitus dimissionem, & enormia tempore apostasiæ admissa opus fuerit?

Pro affirmatiua adducitur tex. *in cap. in audientiam*, ibi: *Huiusmodi Clerici, si à Prælatis suis tertiò commoniti, militaria noluerint arma deponere, de priuilegio Clericorum subsidium aliquod habere non debent, de sent. excomunic.* Secundò adducitur, *cap. contingit 45. eod. tit.* ibi: *Vt tales, si tertiò à te commoniti se ipsos contempserint emendare, illius efficiantur immunitatis extorres.* Tertiò, *cap. fin. de vit. & honest. Clericor.* ex quibus iuribus sustinet, Cæpol. *cons. 11. num. 36.* citatis Ioan. And. & Butt. Clericum † in 4
sacris, vel Religiosũ professum per enormium delictorum commissionem, nisi trina monitione præmissa, nunquam à foro excludi, quem sequuntur, Cou. *practicar. quæst. cap. 32. num. 2.* vers. *Vnde mihi*, Ioan. Franc. de Ponte *cons. 24. num. 4.* Ceuall. *de cognition. per viam violent. quæst. 75. §. 2.* Fachin. *lib. 9. controuersiar. c. 28.* cùm

cum alijs citatis per Farinac. *quæſt*. 8. *nu*. 54. licèt ipſe contra ſentiat. Barboſ. *in c*. 25. *tit*. 39. *lib*. 5. *decret*. & demum Pater Diana *infra reſolut*. 129. qui appoſuit reſponſum editum in hac eadem cauſa, ac alios addidit, qui penes eum videri poſſunt, non tamen ſuperant numerum trigenarium.

Reſpondet ipſe ad oppoſitæ opinionis fundamenta, ad primum de *cap. perpendimus, de ſentent. excommunic*. non loqui de priuilegio fori, ſed Canonis, *ad cap*. 1 *de Apoſtat*. quod non iuuari ab Eccleſia, non eſt à foro excludi, ad *cap. ex parte de priuileg*. loqui de Clericis in minoribus. Et demũ ad indultum, *Clemen*. 7. fuiſſe derogatum per Bullam Cœnæ.

Sed contra, quòd imò verior, & frequentior opinio ſit, Clericum in Sacris, vel Religioſum Apoſtatam, ſi per multũ temporis in enormibus verſauerint, ac in profundum malorũ venerint, & ſine habitu capti fuerint, fori priuilegio minime gaudeant, docuere.

1. Gloſ. in *cap. ex parte* 3. *de priuileg. & in cap. vt famæ* 39. *de ſentent. excommunic*. 2. Ioan. Andre. *in cap. perpendimus, de ſent. excommunic*. 3. Card. *in cap. perpendimus in* 10. *oppoſit. de ſent. excommun*. 4. Geminian. *in c*. 1. *in fin. de homicid. lib*. 6. 5. Alex. de Neuo *conſ*. 59. *num*. 2. *& per tot*. 6. Bellamera *conſ*. 47. *verſ. Super quinto*. 7. Ancha. *conſ*. 158. idem *in reg. ea quæ* 12. *de reg. iur. lib*. 6. 8. Abb. *in cap. nouimus, col*. 2. *de iudic. & in c. at ſi Clerici, eod. tit*. 9. Felin. *in cap*. 1. *num*. 49. *&* 70. *de conſtitut*. 10. Henriq. Boich. *in cap. ex litteris, col. penult. de vit. & honeſt. Cleric*. 11. Barbat. *de præſtant. Cardin. par*. 1. *quæſt*. 10. *num*. 5. 12. Ioan. de Anan. *in cap. præterea de Apoſtat*. 13. Anchar. *in cap. perpendimus, de ſent. excommunic*. 14. Prax. Mill. *fol*. 92. *num*. 6. *&* 7. 15. Aufrer. *ad clement*. 1. *de offic. ordin*. 16. Caſſaneus *in conſuetud. Burgun. rubr*. 1. *num*. 5. *verſ. Archidiaconus num*. 55. 17. Boſsi. *tit. de foro compet. num*. 134. *&* 138. 18. Clar. *quæſt*. 36. verſ. *Quo modo*, dicens hanc eſſe cõmunem, & à cõſuetudine probatam. 19. Decian. *tom*. 1. *lib*. 4. *cap*. 9. *num*. 90. *cum ſeq. tract. crimin*. vbi teſtatur de obſeruantia, & refert ſe ad *conſ*. 82. *nu*. 8. *lib*. 2. 20. Marſil. *de Bannit*. verſ. *Iudice, num*. 217. *&* verſ. *atrocioribus. num*. 13. *& conſ*. 9. *n*. 17. 21. Scac. *de Iudic. lib*. 1. *cap*. 11. *num*. 79. 22. Farinac. *quæſt*. 8. *num*. 154. verſ. *Contrariam*, qui ambo ſe proteſtãtur hoc ſentire, ſalua cenſura ſanctæ Matris Eccleſiæ, ſicut & ego facio. 23. Mart. *de iuriſdict. part* 2. *cap*. 36. *num*. 13. vbi id admittit, ſi exerceat ſæua ac enormia, & latius, *part*. 4. *cent*. 2. *cap*. 35. 24. Ball. *ſuper pragmat. tit. de Cleric. incedent. ſine habitu, n*. 48. 25. Burg. *de modo proced. quæſt*. 65. *nu*. 40. 26. Graſſ. *effect*. 1. *num*. 916. qui præter hos allegat. 27. Pract. Corrad. *fol*. 247. *col*. 2. *num*. 8. *tit. de Inquiſit*. 19. *&* 20. *fallent*. 28. Capra *conclus*. 97. *nu*. 17. *&* 78. 29. Diaz *in praxi, cap*. 139. 30. Boer. *deciſ*. 69. *num*. 16. 31. Guid. Pap. *deciſ*. 125. 32. Bonacoſ. *in commun. opin*. verſ. *Clericus deferens*. 33. Monald. *conſ*. 94. *num*. 3. *lib*. 2. 34. Brunor. *in comp*. verſ. *Clericus depoſitus*. 35. Perez *in leg*. 3. *tit*. 4. *lib*. 4. *ordinat*. 36. Vazquez, *de ſucceſ. creation. lib*. 3. § 22. *num*. 53. 37. Alf. Aluar. *in ſpecul. iur. Pontif. caſ*. 35. verſ. *ſed in foro*. 38. Peregrin. *conſ*. 91. *num*. 54. *lib*. 1. 39. Socin *Regul*. 79. *fallent. vlt*. 40. Graff. *deciſ*. 18. *part*. 1. *lib*. 4. *num*. 151. *deciſ. aurear*. 41. Aufrer *de poteſt Iudic. Laic. regul*. 1. *fallent*. 19. *num*. 27. 42. Pedroch. *conſ*. 40. *num*. 77. *&* 83. 43. Grãmat. *conſ*. 40. *num*. 9. *in criminalibus* 44. Gig. *de penſion. quæſt*. 55. *num*. 2. 45. Bouadil. *tom*. 1. *lib*. 2. *cap*. 18. *num*. 95. 46. Heuius *in Curia Philip. part*. 3. § 3. *num*. 30. 47. Ricci. *reſolut*. 172. *num*. 2. vbi dicit, id maximè procedere in Regno Siciliæ, *& deciſ*. 87. *num*. 5. *lib*. 1. 48. Maceratenſ. *reſolut*. 48. *num*. 6. verſ. *Limitatur* 2. *lib*. 3. 49. Auguſtin. Barboſ. *in c. ex parte* 27. *num*. 6. *de priuileg*. 50. Thoro *in compend*. Verſ. *Clericus, p*. 1. *fol*. 95.

EX THEOLOGIS.

51. Nauar. per Maceratenſ. *reſolut*. 48. *num*. 6. verſ. *Limitatur ſecundò lib*. 3. 52. Sil-

per indirectum, dum per Ecclesiam non vindicatur, quæ tantùm citra sanguinem plectere posset, nec permittitur punitio Curię sęculari, quæ eum habet in suo posse. Quarè quòd priuilegio fori exuatur, tenet dictus Barbos. ibidem post multos, quos allegat, reprobans cęteras Intelligẽtias, tanquam Decretali aduersantes, & diuinatiuas. Hinc quòd idẽ fit, non posse adiuuari per Iudicem Ecclesiasticũ, quod fori priuilegio exui, decidit elegans Decretalis, in *cap. contingit 45. de sentent. ex. comun.* ibi: *Illius efficiantur immunitatis extorres, quæ pro Clericorum tutela, & Laicorũ violentia exercenda dignoscitur.*

Fundatur tertiò super dispositione, *cap. ex parte 27. de priuileg.* vbi Pontifex respondet Reginæ Angliæ, quòd possit suam exercere iurisdictionem in depræ-
8 hensos sine habitu Laicali delinquẽtes, † nec iuuet eos reassumptio habitus post delictum, quam intelligi debere, secundùm Decretalem in *dict. cap. perpendimus*, dixit Gloss. & Abb. ibi: *Nempe si in enormibus deprehensus sit, quasi non sufficiat detentio habitus, & captura, nisi pariter concurrat delictorum atrocitas*, vt videtur sentire ex mille noster Graff. *d. effect. 1. num. 916. iuncto n. 891.* vers. *& quia materia*, cum infra allegandis, vers. *Constat ergo ex prædictarum*. Nec enim omnis Clericus de iure antiquo, & de iure nouo omnis constitutus in sacris ex sola conuersatione in habitu seculari, & Apostasiæ habitu, censendus est exutus fori priuilegio, quia trina monitio requiritur, vt habitum reassumat, quam si spernat, eijcitur seruata forma, *cap. cum non ab homine, de Iudic.*

Sed tantùm in eo casu, vbi vltra dimissionem habitus, & conuersationem Laicalem quis enormia, ac sæua committit, vt ex prædictis Decretalibus constat, & ita concordantur scripturæ, quæ videtur inuicem pugnare, si attendamus Gloss. & DD. & expressè consentit Mart. *d. cap. 36. num. 13.* & Barbos. *ind. cap. ex parte, num. 6.*

Cessant ergo respõsiones adductæ per Pat. Dian. & maximè, quòd loquitur de Clerico in minoribus; quia respondet Barbos. *ibidem*, esse meram diuinationẽ, & contra expressum, text. in *cap. 2. de for. competent. & cap. Clerici, ac cap. at si Clerici, de Iudic.*

Nec facit, quòd Constitutiones prædictæ, tanquam pœnales non debeant extẽdi, quia hæc non est extensio, sed cõgrua, & ex alijs Decretalibus cordata interpretatio.

Vltimò fundatur super indulto speciali Clement. 7. in quo Summus Pontifex cõcessit Imperatori Carolo Quinto, Regi nostro, vt contra Clericos non incedentes in habitu, se immiscentes enormibus, procedere potuisset, absque quòd trina monitio præcederet, cui indulto in hoc primò aduersamur, quòd fuit concessum pro Regno Siciliæ citra Farum, de quo Mart. *cap. 32. part. 2. de Iurisdict.* Secundò opponunt, per Bullam Cœnæ, reuocatum fuisse, in quo minùs iuridicè loqui videntur; nam cùm hoc indultum sit conformè iuri communi, non censetur † reuocatum per Bullam Cœnæ, cõ- 9
tra vsurpantes Ecclesiasticã iurisdictionem, non enim dicitur vsurpare, iusto titulo concessionis nitens, cùm præcipuè hæc non concessio, sed declaratio videatur, cui standũ est. Non obstat ergo quòd monitio in omni casu requiritur, quia Decretales citatæ pro monitione, loquuntur in Clerico dimittente habitũ, & inobediente, vel in eo, qui retento habitu delinquit, non de Clerico criminoso, & sæua exercente, vt statim ostendemus.

Ecce enim hoc prætenditur fundari, ex *cap. cum non ab homine 10. de Iudic.* vbi Sum. Pontif. Celestinus decidit, non posse Clericos cuiuscumque Ordinis iudicari per Laicos, sub prætextu, quòd fuerint in aliquo crimine deprehensi, sed ita demum, † si priùs pro crimine fuerint de- 10
positi, & posteà, ex quo non se corrigunt excommunicati, ac demum anathematizati, tunc enim poterunt, nisi resipiscant per secularem potestatem cõprimi, mulctandi exilio, vel alia legitima pęna, quasi hæc vicem monitionis habeant. Infe-

runt

runt enim generaliter, quòd nisi hæc præcedant, nunquam poterit Laicus Iudex se ingerere contra Ecclesiasticas personas. Sed respondemus, Celestinam Constitutionem non loqui de Clerico sæuia exercente, dimisso habitu Clericali, sed tantùm de delinquente reperto in fragranti crimine, & in habitu Clericali existente, de quo non est dubium, quin gaudeat foro, vt per Ambros. *cap.* 17. *n.* 14. *de immunit. Eccles.* quandoquidem fori priuilegium non ex enormium tantummodo commissione amittitur, sed ex contemptu ipsius fori Ecclesiastici, ac superiorum, qui contemptus oritur, ex incorrigibilitate, & desperata emendatione, vt benè Graff *dict. effect.* 1. *n.* 8. 11. 14. & 509. Canones verò per nos inducti, loquũtur de Clericis, siue Religiosis Apostatis, qui & locum Religiosum, & habitum dereliquerunt, in sæuis se immiscentes, ac vti

11 seculares in omnibus se habentes, saltē † per annum integrum; ex cuius curriculo suppletur monitio ac solemnitatum iam dictorum obseruatio, vt docet Glos. *in c.* 1. *de vit. & honest. Cle. lib.* 6. in verb. *annum*, quam non reprobat Mart. *de iurisd. d. c.* 36. *n.* 9. post Aufrer. in loco citato, *reg.* 1. *num.* 27.

Vnde cùm in præsenti specie quinquēnium sit transcursum, à quo iste Ioseph habitum dimisit, & à cœtu Religiosorũ euasit, abeundo cum famosis latronibus, omnesq; viatores (quotquot obuiam habuit) spoliando, & plura homicidia, aliaquè enormia perpetrando, non est dubitandum, quin cesset dispositio dicti Canonis, & intret *cap.* 1. *de Apost.* & licèt nō ignorem, quòd Nauar. *in cons.* 25. *n.* 4. *de regul.* agnoscens non fundari ex *d. ca. cùm non ab homine*, contra deserētem habitũ †

12 monitionem requiri, si enormia iterētur, dicat, hoc probari ex tex. *in c. si iudex* 12. *de sent. excō. lib.* 6. vbi S. Pontif. decidit, cognitionem super qualitate Clericatus spectare ad Iudicē Ecclesiasticũ, eò quòd spiritualis articulus reputetur, hoc adiecto, vt si de qualitate notoriè constet, statim fiat remissio, idemq; si non constet, sed deprehensus cum habitu, & tonsura fuerit, nisi fortè, antequā fuerit deprehēsus, pro Laico publicè se gerebat: tunc enim pariter remitteretur, si probet titulum, quia respondetur, quòd text. prædictus non facit ad propositā quæstionem; in eo enim non de Clerico incorrigibili, sed de quasi possessione † Clericatus agi- 13
tur, sufficienti, vel ne ad remissionem petendam, sine aliqua cognitione tituli in iudicio quasi possessorio, de qua quęstione ad terminos *dicti c.* latè agunt Menoc. *cons.* 711. *n.* 31. Mascar. *conclu.* 687. *n.* 7. & 8. Farin. *q.* 8. *n.* 37. Zerol. *in sum.* ver. *Clericus*, ex nostris Burg. *de mod. proced. ex abrupt. q.* 65. Carol. de Graf *effect.* 1. *lim.* 63. *n.* 1106. *cum seq.* Mastril. *decis.* 113. *per tot.* ideoquè non potest applicari ad terminos Decretalium prædictarũ, in quibus terminis supponitur, constare plenè de titulo Ordinum, solũq; ambigitur, an hoc non obstante, debeant per Laicũ Iudicem comprimi, ex enormium exercitio incorrigibilitate, ac habitus dimissione?

Parum etiam proficit pro contrariorũ sententia tuenda tex. in *c. in audientia* 25. *de sent. excō. lib.* 6. dum præcipitur Ordinarijs, vt moneant ter Clericos, qui relicto habitu, militiæ seculari se adscribūt, ni velint vltra Canonis, fori etiam priuilegium amittere, quia in eo non quæritur nisi de priuilegio amittendo, propter meram habitus dimissionem, non verò propter enormia delicta. Constat verò apud omnes, † ante *Trid. Concil.* quòd Clerici 14
ex sola habitus dimissione, non amittebāt priuilegium fori, nisi moniti fuissent, vel nisi officium exercuissent contrariũ Clericatui, vt *in c.* 1. *de vit. & honest. Cle.* de quo Mart. *d. c.* 36. *n.* 13. & Nauar. *d. cons.* 25. *n.* 4. vers. *Tertiò, de regular. lib.* 5. Leue enim delictum est hoc, militiæ seculari se adscribere, vt benè tangit Glos. *in cap. contingit* 45. verb. *tertiò, de sent. ex.* differentiando hanc Decretalem ab allegatis in fundamentis opinionis, quā tuemur, de quo etiam *praxis Episcopalis*, verbo, *Clericus*, § 17. *pa.* 1. quę alios allegat.

Ter-

Tertia decretalis, quæ adducitur, est, *c. fi. de ... a, & hon. Cler.* vbi Clericis negotiatoribus indicitur priuilegij clericalis amissio, ni ab illicitis negociationibus † abstineant, præcedente trina monitione, quod quidem patet, nō repugnare Decretalibus iam dictis, dum non agitur, nisi de illicita negociatione, absque habitus dimissione, & turpium commissione, iuxta præciratam distinctionem.

15

Vltima Decretalis, quæ per aduersantes inducitur, & illa quidē sensu meo magis apposita omniū ex allegatis in *c. contingit 45. de sentent, excom.* vbi Sum. Pōtifex ad petitionē Comitis Flandriæ contra quosdā Clericos laicaliter viuētes, qui pro Clericis non agnoscebantur, nisi postquam propter aliquos excessus fori priuilegio vtebātur, decreuit, quòd nisi post trinam monitionē se emendarēt, alieni à foro efficerentur, nec debuissent tueri per Superiores Ecclesiasticos, siue dicamus, vendicari: per quam licèt primo intuitu probari videatur, Clericos etiam propter excessus citra habitum, & tonsuram commissos à foro non repelli, nisi præcedentibus

16 monitionibus; attamē si introspiciatur, † non supponit, nisi excessus in luxu seculari, item habitum indecentem; non verò omnino secularem, vt aduertit optimè Glos. ibi, verb. *tertiò ... i: Argue contra supra eod. cap. cùm non ab homine, & c. perpendimus ibi soluitur; illa enim intelliguntur de his, qui grauiter excedunt, ut ex littera patet hic. Et illa Decretalis, in Audientia loquitur de his, qui in modicis excedunt; vnde habet hic locum admonitio, sed non in contrarijs*, quæ Gloss. à nemine, quem viderim, allegatur ad hoc, addo Abb. *in c. nouimus col. 2. de verb signif.* per illū text, & in *c. at si Clerici, n. 40. de iudic.* qui communiter recipitur.

Constat ergo ex prædictarum Decretalium inductione, trinæ admonitionis requisitum necessarium non esse, quando quis enormitates frequenter admit-

17 tat, † dimisso habitu, adeo vt à secularibus non distinguatur, vt Barbos. *in dict. cap. ex parte, num, 6. de priuileg.* concludit ex Marta sæpè citato, *cap. 36. numer. 13. part. 2.* & de Clerico perseuerante in secularis, quod idem operetur multi temporis lapsus, quod admonitio, Præses de Franch. *dec. f. 463. nu. 15.* vbi Flaui. addens adducit Campan. Vrsil. & Paul. Fusch. benè Caball. præcir *casu 60. numer. 16.* vbi quod ex perseuerantia supplentur monitiones. Ambrosin. *de immunitat. Eccles. lib. ... cap. 17. numer. ... 4.* Lusch *littera C. c. ... us. 386. numer. 38. & 39* Bertazol. *consil. 78. num. 5. vsque ad 9. lib. 7.* noster Burgius *de mod. proceden. ex abrup. quæstio. 65. num. 40. & 45.* qui omnes de existente in sacris loquuntur, facit Farinac. *quæstion. 8. num 68* & Maceratens. *resolutio. 48. num. 6. versic. Tuan, libr. 3.* Thoro *in verbo, Clericus, fol. 95. part. 1.* & admittit Couarruu. *practicar. cap 32. versic. Tertio his, ad fin,* Rimina d iunior. *consf. 685. num. 18. & 19* diuturnitas verò; ac perseuerantia ad opus iam dictum tunc dicitur interuenisse, quando quis sine habitu per annum in enormibus versatur, vt dixi supra ex *cap 1.* vbi Gloss. verbo, *annum de vita & honestat. Clericor. lib. 6.* Decian *tractat. crimin. lib. 4. cap. 9. & 91. & 92.* Ambrosin. *dict. cap 17. numer. 15. versic. Quod intelligendum erit*, & videtur admittere Mart *dict cap. 36. num. 9.* imo ex enormis delicti commissione, sine alia perseuerantia hoc tuentur affirmat Graf. noster, post innumeros *d. ... effect 1. num. 916.* quod ego vix admissum video, nisi in † Maiestatis læsione, in 18 primo, vt aiunt, capite, vt per Neapolitanos, in arduissimo illo crimine, de quo Regens de Pont. *dec. f. 9 per tot.* Tapia *in Constitut. Regni tit de person. num. 10.* Marcus Antonius Gu... *in pra. ... p 73* Vincent de Franch. *dec. f. 691 num. 7.* Peccius *resolution 301. part. 2 & ... lect. 1466.* Thor. *in compend. verbo, Clericus fol. 67 tom. 1.* meminit Mastrill *decis. 269. numer. 15.* qui tamen ex concordia cum Pontifice aiunt, solere ... Iudicem Ecclesiasticum nominare, qui ex voto Regiorum Consiliariorum procedat, de quo supra, *quæst. 20* hoc libro

Sed videamus quæso, an forte a...

[illegible] oc in [illegible] quæ ad fal-
[illegible] Decretis [illegible] sit. Et
[illegible] pro vera doctrina [illegible] ma-
[illegible] non [illegible] 9 versi-
cul. D[illegible] quod [illegible] monitio-
nem † nem per vera reprehen[illegible] con-
19 sequitur [illegible] satis monitum fuisse. Pri-
mo, in Terra Mortis Albani post aliqua
atroc[illegible] per superiorem [illegible] vt
co[illegible] per testes [illegible] quod [illegible] cō-
pare[illegible] de certis personis, quæ sua
de[illegible] retulerant.

Secundò, per Superiores Religio-
nis tempore, quo permansit carceratus
in carceribus Conuentus, patet per fi-
dem fratrum Conuentus, qui testantur
de carceratione, & quòd inde aufugit,
rumpendo vincula, quæ fuga † cum rei-
20 teratione delictorum fuit [illegible] fine a-
monitione ad efficiendum quem incor-
rigibilem, adeò vt fori [illegible] a-
mittat, vt docent Canonistæ omnes *in
cap. cum non ab homine*, post Abb. *num* 11.
in fin. de [illegible]

Hæc enim est realis monitio, quæ plus
valet, quàm verbalis. Cons. [illegible] *fident.
respect.* 70. *num.* 7 *fol.* 100. qualitas enim
fugæ supplet cæteras monitiones, quia
continet in se expressum contemptum iu-
risdictionis Ecclesiasticæ, & arguit im-
pœnitentiam, & desperationem melio-
ris fructus.

Sed nec defuit tertia, cùm enim iste
[illegible] in delictis grassaretur, adeo vt
integra Prouincia, quæ dicamus Vallis
D[illegible], [illegible] ac [illegible]
[illegible] ad suas res ali-
[illegible] cæte-
ra [illegible] commercia
propter [illegible] ac ca-
ptiuationes [illegible]
[illegible] Episcopo,
[illegible]
[illegible]
[illegible] daret,
[illegible]
[illegible]
[illegible]

bi cum in propria domo [illegible] Castro nem-
pe cum [illegible]
commi[illegible] ac patrem ad af-
fectum admoneret vt relictis [illegible] ad
patrem, tanquam [illegible] pios [illegible]
non vtiquè desistit, sed plura in eo [illegible]
co facinora, multumque [illegible] ellu-
dit, & multa [illegible] in vicinis locis admi-
sit, vsque quò [illegible] fuit captus.

Quod vero [illegible] Superiori-
bus suæ Religionis, potest † ab Episco- 21
po admoneri, non [illegible] potestas
enim corrigendi deuoluitur ad Ordina-
rium propter negligentiam inferioris
Prælati, maximè in delictis notorijs,
Cardinal. Tusch. *in verbo, negligentia,
conclus.* 35. facit Marta *de iurisdict. capit.*
32. *num.* 36. *part.* 2. ad quod etiam fa-
cit text. *Conc. Triden. sess.* 25. *de reform.
cap.* 14. ac Bulla Clementis Octaui, de
qua Quarant. *in Summa*, verbo, *exemptio,
fol.* 245. vbi disponitur deuolui iurisdi-
ctionem ad Ordinarium contra Religio-
sum extra claustra notorie delinquentē,
negligente suo Superiore, & de iure an-
tiquo est text. in *cap. nullus, de iure Patro-
nat.* quem allegat Al[illegible] *num.*
[illegible] Farina.
[illegible] 8 [illegible] 46. [illegible] 13.
[illegible]
Quæ quidem monitio ex se, si aliæ defe-
cerint, satis esset pro satisfaciendo De-
cretalibus, ac Doctorum traditionibus;
quia cum per plures menses extitisset in
Castro Ciuitatis Pactarum, supponitur,
quod plures, interpellatis temporibus
fuerit monitus à domino Episcopo, vt à
sæuis recederet, ac [illegible];
ipse verò sēper [illegible]
imo in eod. Castro [illegible] conspiratio[illegible]
commisit, quæ quidem [illegible] sa-
tis sunt per vera reprehen[illegible] iuxta do-
ctrinam prædictam Farin. [illegible] *cum non
ab homine, n.* 12. [illegible] *Dominus.*

Hæc sint circa [illegible] præiudi-
cium, cum ex eis constet monitiones nō
esse necessarias, vbi quis in enormibus
perseuerat, [illegible] & quòd no-
ta omnino [illegible] recepta, vt
[illegible] aduertantes [illegible] tur.

Se-

Sequitur ergo tertium in corrobora-
tionem dictorum, nempè, quæ, & qualia
sint enormia per hunc Iosephum perpe-
trata, ad hoc vt pateat, nos esse in casu li-
mitationis comprobatæ per DD. ex ad
uerso, & præcipuè per Coua. *d. c. 32. ver.*
Tertio, adsia. ibi: *Nisi forsan crimen aliquod,*
ita in Reipublicæ perniciem fuerit à Clerico
perpetratum, vt pium sit, & æquissimū, com-
munē admitti sententiam, & præsertim casu
quo si degradatio Iudicis Ecclesiastici expectā-
22 *da foret, subsit maxima suspicio † libertatis,*
& impunitatis. Cuius doctrina magnifa-
citur per Nauar. ex aduerso citatū, *d. cons.*
25. n. 6. de regular. lib. 3. ibi: *Quā opinionē*
contra cōmunem gaudeo placuisse D. Didaco
à Lesua, siue Couarruuiæ in pract. q. c. 32.
Talia enim, ac tanta sunt, quæ cōmisit,
vt omnē numerū, omnēq; modum exce-
dāt. Primò enim probatur, ipsum dimis-
so habitu in anno 1625. cum publicis, ac
famosis stratarijs latronibus conuersas-
se, & cū eis plura furta, ac violentias cō-
misisse in perniciem Reipublicæ, ac dā-
num viatorum, adeò sæuè se gerendo, vt
nomē magni Diaboli ei iure donatū fue-
rit, quo ipse perpetuò nuncupari voluit;
ita enim interrogatus dicebat se nomina-
ri, quando post furta admissa exploraba-
tur à furatis, quo pacto reuelare deberēt,
iuxta mores huius Regni, ac Pragmaticas
sanctiones: hoc eodem anno cū accesis-
set magno cū comitatu armatorū, ac la-
tronum ad oppidum Casalis noui, aggre-
diēdi animo Archipræsbyterū ipsius, qui
fama diuitiarum pollebat, ex quo media
nocte per habitatores oppidi ad sonū cā-
panæ congregatos, repulsus fuit, cū rece-
deret pugnando vnà cum socijs, occisit
quemdam iuuenem, ictu selopi, nomine
Franciscum Sidosi, casu pertranseuntē,
& innoxium, ob quod delictum, cū suffi-
cienter probatum fuisset, ipsum principa-
lem auctorē extitisse, bannitus fuit in an-
no eodem de mense Nouēbris, postq; se
cōstituit in carceribus Cōuentus, de mē-
se Decembris, quibus fractis aufugit, vt
per fidem per superiores factam patet.

Secundò, probantur plura furta cum
violētiā cōmissa, ac sanguinis effusione,
contra quā plures viatores per integrum
annum 1626. & præcipue, quòd occisit
quemdam Mulionem, qui metu, ne qui-
busdam pecunijs spoliaretur, aufugerat,
dum ipsum insequens, non solū correptū
spoliauit, verum etiam grauiter in capite
vulnerauit, ex quo vulnere post paucos
dies interijt.

Tertiò probatur, quòd de mandato
cuiusdā banniti ex socijs, ingressus quā-
dam domum certarū mulierum, tempo-
re noctis, occidendarum ipsarū gratia,
dum in tenebris dormirent, fractis ianuis
plura in eas coniecit vulnera, obtruncan-
do vni integrum brachiū, alteri manum,
ac alijs vulneribus afficiendo, ex quibus
diuino certè miraculo, citra medicā ar-
tem seruatæ fuerunt, vt experti deponūt.
Anno postmodum sequenti contra eun-
dē infinita propemodum furta, ac com-
positiones in locis habitatis, probantur
quòd vè, ni pecunias darent, mortē mina-
batur, & quòd pecunia ad id accepta, vel
promissa, ictu selopi occisit quendā, no-
mine Philippum Muscho, super cuius ca
dauere tripudians visus fuit alia conferre
vulnera. Item quòd voluit cū selopo oc-
cidere Petrum de Stephano, nisi igneum
instrumentū eum fefellisset: & quòd vul-
nerauit in capite quēdam ligna ferētem,
eò quòd pecunias ei dare negasset. Hoc
tempore stetit per aliquot menses in ci-
uitate Pactarum in castro, vbi D. Episco-
pus morā ducebat (vt præfatum est) mul-
taquè alia commisit enormia; demumq;
in domo sororis captus de mense Ianuarij
1628. licèt nudus, attamen ostensis sibi
certis vestibus laicalibus, ac armis omni
iure vetitis, dixit coram mille, vestes, ac
arma sua esse, quibus vti, ac vestiri con-
sueuerat.

Ex quorum recitatione constat, nos
versari in casu limitationis, adeò vt verū
sit dicere, neminem ex Auctoribus cita-
tis per aduersarios loqui in casu simili, cū
magna pars eorum loquatur in casibus,
vbi vnicum, licèt graue delictum perpe-
tratum fuerat, quo casu dubitari posset,

an pro inductione Canonum pro Fisco Regio citatorum sufficiat tale vnicum † delictum, cùm illi requirant perseuerantiam. Capic. *decis.* 177. Couar. *d. cap.* 32. *n.* 2. vers. *Tertio.* Rolan. *cons.* 4. *n.* 32. *volu.* 1. Alex. de Neuo *cons.* 59. *n.* 20. & 25. Caball. *casu* 60. n. 17. quos adducit, & sequitur doctissimus Barbos. *in d. cap.* 1. *n.* 3. *de Apostat.* ex illo verbo *pluraliter*, prolato *criminibus*, benè Bertazol. *consil.* 78. *à n.* 5. *vsq; n.* 10. *lib.* 1. *in criminal.* Riminal. Iun. *cons.* 685. *n.* 38. Bellet. *disquisit. Cleric. par.* 1. *tit. de fauor. Cleric. perso.* §. 7. *n.* 3. vers. *Secundum requisitum*, qui alios adducit Farin. *d. q.* 8. *n.* 55. Crass. *d. effect.* 1. *n.* 881. licèt *n. sequenti* contrarium affirmet; quod imo vnicum satis sit, si enormissimum esset, data tamen perseuerantia, ac enormitate delictorum, † nemo est, qui neget conclusionē. Percurramus quæso contrarios, quos Farina adducit, vt eorum ex dictis idem eliciamus.

Primò Alberic. *de stat. par.* 3. *q.* 42. tenet contra Monacum Apostatam, qui enormibus se immiscui, cumquè allegat Mart. *de iurisd. cap.* 35. *n.* 12. *cent.* 2. *p.* 4.

Ita etiam saluat se Cæpol. contrariorum Choriphæus *cons.* 11. qui consuluit in causa cuiusdam Aloisij, qui non dederat, nisi vulnera, vbi *n.* 37. ait hæc verba: *dicit Ioann. Andr. quòd si est inueteratus in enormitatibus, perdit priuilegiū, etiam quoad alios, ita intelligatur Decretalis, perpēdimus, si non est inueteratus, sed enormitatibus se ingessit, habitu dimisso, non perdit priuilegium quoad alios.* & n. 43. vers. *Nec obstat c.* 1. *de Apostat.* vbi ait, quòd ille Aloisius nunquam dimisit habitum, nec enormia iterauit, nec fuit deprehēsus, vel conuictus.

Alex. in magistrali *cons.* 8. *lib.* 1. *per to.* scribit latè ad fauorem Clerici; attamen saluat per nos firmata ibi *ante num.* 3. per hæc verba: *Confirmantur prædicta per ea, quæ dicit Hostien. in præallegato cap.* 1. *de Apostat. vbi dixit, quòd ad hoc vt Clericus constitutus in minoribus, conuersans vt Laicus perdat priuilegium fori, sine alia monitione, requiritur, quòd exerceat actum omnino contrarium actui Clericali, vt quia ducat vxorē secunda n, vel corruptam, vel efficiatur sit Miles, & exerceat sæua, per id quo habetur*, & quæ sequuntur.

Rolan. *cons.* 4. *n.* 28. *lib.* 1. ait hæc verba: *Secundò respondetur, quòd Clericus incedens sine habitu, & tonsura, non priuatur priuilegio fori, licèt priuilegio Canonis, Siquis suadente* 17. *q.* 4. *nisi fuisset inueteratus in aggressuris, sæuit, & enormibus.*

Grammat. *vot.* 33. loquitur in Clerico homicida, qui comparuit in habitu tempore remissionis, subdit tamen hæc verba in *n.* 15. *Et voluit Ioan. And. in cap. perpendimus, de sent. excom. vbi subdit, nisi fuisset inueteratus in aggressuris, sæuis, & enormitatibus.*

Brun. *consil.* 115. *vol.* 2. *int. cons. crimin.* stat cum præmissis.

Couarruuiæ iam sup. responsum est, vers. *Hæc sint*, vbi eius verba transcripsimus.

Faquineus. *lib.* 9. *c.* 28. *controuersi.* sequitur prædictos, nec distinguit, an Clericus in atrocibus perseueret, vel non, & ideo non potest, vti punctualis allegari.

Bertazol. *cons.* 78. *à nu.* 5. *vsque ad fin. lib.* 5. *criminal.* saluat doctrinas, & textus prædictos.

Riminald. Iun. *cons.* 685. pariter cedit contrarijs, quando adest perseuerantia in enormibus, ibi *num.* 38. & 39. *vol.* 2.

Mart. *de iurisd. d. c.* 135. *cent.* 2. *p.* 4. loquitur ad fauorem Fisci, ac Iudicis secularis, vbi exerceat sæua, assumendo militiam, vel exercitium Clericatui contrarium, prout fecit iste, dum se associauit cum spoliatoribus viarum, ac grassatoribus, in sequendo Alberic. ac Grammat. ibi *num.* 11. 12. 14. 17.

Ceuall. *de cognit. per viam violen. c.* 79. *nu.* 6. postquam fatetur, contrariam esse communiorem, ipse absque alia distinctione tenet oppositū, quòd in omni casu requiratur monitio, qui certè solitarius est.

Barbos. *in l.* 7. *n.* 257. *de iudic.* loquitur tantùm de Clerico dimittente habitum, affirmans, quòd fori priuilegium non amittat, nisi ter monitus, quod & nos supra probauimus, imo *nu.* 258. sequitur Cla-

Clarum, & videtur cum eo residere, & sic recedit à prædictis sequutus Clarum, vbi se immiscuerit enormibus.

D. Augustin. Barbos. in *cap.* 25. *n.* 2. *tit.* 39 *lib.* 5. loquitur simpliciter de trina monitione requisita, ad hoc, vt quis fori priuilegium amittat ex militia sumpta.

Ambrosin. *de immunitat. cap.* 17. *n.* 16. vel sibi ipsi contradicit in his, quæ dixerat supra *num.* 15. vel intelligendus est, quando Clericus prætenditur priuari foro ex sola dimissione habitus, vel vnico delicto, vt est videre per eum, & per DD. quos allegat.

Treuisan. *decis.* 48. *n.* 17 *lib.* 2. non dicit, quòd Iudex Ecclesiasticus non possit cognoscere priuatiuè ad Laicum, sed quòd non impeditur ipse cognoscere, ac Clericū in sacris punire, licèt etiam possit Iudex Laicus pariter ipsum contra Clericum procedere ad condignam pœnam irrogandam.

Salzc. *c.* 14. *vers. quàm non ad Diaz*, sequitur Couar. imo eius verba transcribit, qui, vt dixi, assentitur cum Laico Iudice, quando delicta sunt atrocissima, & timeretur impunitas.

Poore *cons.* 24. *n.* 5. *&* 6. eodē modo se explicat. Crass. *effect.* 1. *n.* 888. *&* 891. non loquitur ibi de enormia excreente, sed *n.* 916. loquitur pro Fisco Regis, declarans se. Ioan. *de Montaleg. in prax. ci. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 92. 148. *& seq.* non distinguit, vt possit colligi, cuius opinionis fuerit. P. Diana *de immunit. Eccles. resol.* 129. *fol.* 85. scripsit ad fauorē huius inquisiti, cui iam responsum est.

Per quorum excusationem satis apertè patet, hanc opinionem, quā tuemur, non solū frequenti calculo receptam esse, verumetiam omnes in eam conuenire, dēptis Ceuallo, Ambrosino, ac Diana; nēpè, quòd monitio non requiratur respectu Clerici, etiam in sacris existentis, qui enormia, dimisso habitu commisit, ac in illis perseuerauit in statu Clericatui omnino contrario permanendo, ac ideò nobis non obstare.

Quapropter non esset ingrediendum, adsint ne aliqua ex prædictis delictis, quæ sint excepta, ac talia, quæ operētur amissionem priuilegij fori, contra Clericum illa perpetrātem, citra perseuerantiā, ac monitionem, si solum constet Iudici Ecclesiastico, quòd cōmissa fuerint. Sed ne aliqua dissimulare videamur, ideo hæc pauca pro complemento huius capitis addenda sunt.

Prætendit enim Fiscus, quòd homicidium cōmissum in personā Philippi Muscho fuerit cum † qualitate assasinij, vel 25
saltem ex insidijs, in quibus casibus absq; alia monitione, vel depositione, dispositum est per Canones, posse per Iudicem Laicum puniri; in primo casu loquitur Mastril. plena *decis.* 288. Giurb. *cons.* 48. *&* 49. qui tantū discrepant inter se, per quem qualitas illa cognosci debeat? quæ disputatio hic cessat, dum sumus coram Iudice per Ecclesiasticū deputato, quòd si iuxta tritas, & receptas regulas, nō probaretur sufficienter qualitas assassinij, nō effugiet, qualitatēm homicidij appensati, & ex insidijs, quo casu pariter fori priuilegio exuitur, per *cap.* 1. *de homic.* vbi Panormit. Albertin. *de hæret. q.* 13. *n.* 69. Decian. *resp.* 80. *n.* 18 *lib.* 3. Gurier. *pract. q.* 2. *n.* 7. Farin. *q.* 8. *n.* 81. qui alios adducit Mouētur omnes ex *c.* 21. *Exod.* relato in *c.* 1. *de homic.* optimè Mart. *de iurisd. par.* *c.* 48. *n.* 7. 8. *&* 9. alij sup. *q.* 5 *lib.* 2. Quæ quidē qualitas probatur per plures testes deuisu, quòd ipse attendebat cū sclopo in incerto loco, vsque quò transiisset miser ille, quē posteà incautè transeuntem interfecit, ac iteratis vulneribus dilacerauit

Aliud delictum, per quod, iure saltim nouo attento, exuitur quis ipso iure, citra depositionem, priuilegio † Clericali, 26
stante quadam Constitutione Pij V. de anno 1566. quam habes apud Quarant. *in verb. Sodomia*, per quam tam Clerici seculares, quàm regulares, ipso iure priuantur priuilegio fori, vbi idē Auctor alios DD. cumulat, addo Cetal. *com. cont. com.* *q.* 248. *n.* 4. nouè Squillant. *de priuil. Cleric. c.* 4. *n.* 213. Castil. *decis.* 181. *n.* 6.

Vltimò accedunt spoliationes viatorum cũ violẽtia, ac sanguinis effusione, imò morte secuta plurium in desertis
27 commissæ, per quę † instar assassinij, quis fori priuilegiũ amittit, vt benè per Dec. *tom: 1 lib. 4. cap. 9. num. 77.* Farinac post alios, *quæst. 8. num. 32. ad fin.* vbi extendũt ad conuersantes, & opem ferentes, & merito.

Quibus attentis, cessant omnia obiecta de monitione, quia speciale est in his casibus, vt nulla requiratur monitio, sed
28 ipso iure censeantur spoliari † omni Canonis, & fori priuilegio, attentis verbis dictæ Constitutionis, ibi: *Omni priuilegio Clericali, omniq; officio, dignitate, beneficio Ecclesiastico, præsentis Canonis auctoritate priuamus*, quæ verba important priuationẽ ipso iure, vt præfati affirmant, & præcipuè Auendañ. loquens in homicida per assassinium, vel per insidias, *de exequend. mandat. par. 1. cap. 22. num. 4.* qui alios adducit: nec huiusmodi delicta requirũt,
29 vt Clericus † illa committens capiatur in fragranti, quia sufficit, super ipsis conuinci, vt ipse Pat. Diana, ante quàm prò hoc reo scripsisset, fatetur, *tract. 1. de immunit. resolut. 24.* vers. *Tertiò necesse est.* Hinc Sanctissimus vtitur verbo, *tradantur*, quod supponit ipsum Clericũ in posse Iudicis Ecclesiastici manere, ac consequenter captum non fuisse per secularem iustitiam, licèt nec minùs hæc qualitas in præsenti specie desideratur, quia iste Ioseph fuit captus in habitu Laicali cum armis, statim post delicta, & antequàm de suo priuilegio fuisset oppositũ, iam constabat notoriè per mille testes de visu, de Apostasia, ac de sæuis per hunc
31 cõmmissis, quo casu dicitur captus in fragranti, Alex. de Neuo, *cons. 59. num. 10. in fin.* Farin. *dict. quæst. 8. num. 58. ad fin.* qui alios adducit. Bellet. *disquisition. Clerical. part. 1. tit. de fauore Cleric. pers. § 7. nu. 4.* D. Augustin. Barbos. *in cap. 1. num. 4. de Apostat. lib. 5.*

Nec per ea quę hucusquè vidi, verificatur replicatio, quòd armorum Capitaneus statim fuit inhibitus post capturam, quæ etiam si ostẽderetur, non proficeret vtiquè, quia hic Ioseph per testes sufficiẽtes erat omnium prædictorum legitimè cõuictus, & prædicta iam probata per Curiam secularem, per aliquos annos ante, pro quibus fuerat bannitus, nec vnquam superiores sibi remitti hæc acta petierũt. Vnde cessant obiecta, quæ loquũtur, quã. do Iudex Laicus capit Clericum, ante probationes factas in sua Curia de delictis, vt est videre per Farinac. *d. quæst. 8. n. 58. vers. Et est ratio:* nec est applicabilis in his terminis doctrina Bald. *in cap. 1. quan. Domin. propr. priuil.* quoniam in his terminis habemus DD. in indiuiduo firmantes, sufficere probationes receptas esse ante capturam, & fori remissionem petitam: nec minùs Auendañ. de *exequẽd. mand part. 1. cap. 22. num. 4.* vers. *Tamen, & vers. In tantum*, firmat sententiam præcedere debere super notorietate, sed tantùm ait hæc verba: *In tantùm quòd cũ agatur de priuatione, etiamsi crimen sit notoriũ, requiritur sententia, vt notat* Bald. *& cæteri.* Quòd tantum importat, quantum dicere, quòd Iudex Laicus, non ex sola notorietate iudicat Clericũ, sed debet præcedere sententia Iudicis remittentis Clericum ad secularem, per viam causæ, quia constet ei, quòd Clericus per testes, vel per confessionem conuictus sit, vt idem Auendañ. se explicat in subsequentibus verbis.

Hinc receptum est apud omnes in hac materia, quòd sufficiat sententia declaratoria † criminis, vel (vt alij aiunt) facti, 30
Sot. *de iustit. & iur lib. 1. quæst. 6. art. 6. conclus. 3.* Rot. *decis. 728. num. 2. part. 3.* per hęc verba: *Quoniam loquuntur in his criminibus, in quibus priuatio, non fit ipso iure, sed necesse est sententia priuatoria, quæ longè distat à declaratoria, in qua per simplicem criminis declarationem venit ipso iure priuatio,* Sarnen. *de iur. quæsit. non toll. quæst. 113.* *alioquin nulla esset differentia, an quis sit priuatus ipso iure, an per sententiam,* idem etiã decidit Achil. de Grass. *decis. vnic. num. 5. tit. de pœnit.* facit Farinac. licèt non ita apertè, *dict. quæst. 8. nu. 85. & 86.* Quin ob-

obrem non est necesse, vt respōdeatur eidem Farinac. *cons.* 143. *num.* 9. *& in fragment.* verb. *Clericus, num.* 317. *eum sequent.* quia modò non versamur in simplici furto, sed in multis qualificatis cum violentijs, ac morte viatorum, quibus casibus intrant doctrinæ superiùs allatæ Deciani & aliorum, nempè quod ista dicantur Assassinia, & foro non gaudeant. Farinac. etiā loquitur de eo, qui non dimiserat habitum, nec conuersabatur vti Laicus.

Vltimum quæsitum, sitne necessaria depositio realis, & an Sum. Pontifex cōsulendus sit? Est facilis resolutionis, attētis prænarratis, quandoquidem, siue versemur in terminis Clerici regularis, qui fori priuilegio non potitur, quia enormibus se dedit, dimisso habitu, & tunc supposito quòd in sacris nō existat, nulla de cōsuetudine requiritur † depositio: nam
31 dicunt DD. recessisse ab aula, tametsi in Pontificali Romano adsit huiusmodi formula, adeo vt nemo recordetur in hoc practicatā fuisse Cæremoniale prædictū, Diaz *in prax. c.* 90. Preses Couar. *pract. quæst.* 32. *n.* 32. *vers. Hæc quidem*, Auēd. *de exequend. mand. cap* 22. *num.* 5. *lib.* 3. Et si aliqui, minoris tamen auctoritatis repugnent: qui tamen de consuetudine recepta nō loquuntur. Et reuerà, quænam depositio desideranda est, respectu eius, qui habitu non debet exui, quia eo nō potitur, cū nec aliū caracterē habeat intrinsecum, per quem, signis saltem externis opus sit præcedere cancellationem, quā degradationem vocant, sicuti est in sacris initiato?

Nec huc pertinet æquiparatio professi, ac Sacerdotis, quam communiter DD. faciunt, vt est videre per Nauar. *vol. cons.* 25. *num.* 7. *lib.* 5 *tit. de regular.* Scac. *de iudic. tom.* 1. *cap.* 11. *nu.* 82. Siluest. *in verb. excommunicatio* 6. *num.* 6. Dian. *d. resolut.* 129. *de immunit. Eccles. fol.* 34. *in princ.* Roderic. *quæstion regular. tom.* 2. *quæst.* 2. *art.* 5. Dato enim admitteretur, ea fortè ratione, quòd & professi sint, Ecclesiæ perpetuò adscripti, tanquam votis alligati, ad instar existentium in sacris, nō per hoc sequitur, quòd simile caracterē habeant impressum, quò degradari debeant; cùm ipsimet contrarij in Religiosis loquētes, qui sunt Maiol. *de irregularit. lib.* 3. *c.* 22. *nu.* 4. Mandos. *ad Repertor. Inquisit.* verb. *degradatio, lit. B.* Mattin. del Rio, *disquisition. Magic. lib.* 5 *sect.* 6. *vers. Maius opus*, loquātur respectu habitus, in quo potiùs assimilantur Clericis in minoribus, quā Sacerdotibus, qui non solū habitu exuūtur, sed in omnibus membris, quibus sacra cōsequuti sunt, exauctorātur, ad praxim traditam per Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 17. *num.* 38.

Siue versemur in delictis exceptis, per quæ Clericus fori priuilegio spoliatur. & tunc hac solemni degradatione, opus esset, si essemus in reo existēte in posse Ecclesiæ, † qui & habitu Clericali potiatur, 32
& in sacris existat, vt aduersus Scac. resoluit Farinac. *dict. quæst.* 8. *n.* 57. qui tamen excipit casum, vbi impunitas timeretur, quòd si in manibus Iudicis Laici inueniatur, laicis vestibus indutus, cùm post facti declarationem Laicus posset eum corripere, aliud nō exigitur. Sed dato insisteretur, & hæc omnia (quæ reuera inania sunt) in Clerico minorum ordinū, præcedere deberent, quis vetat hoc fieri, dummodo postmodum sequatur traditio Iudici seculari, iuxta suas leges iudicaturo?

Hinc superfluam, & sine fructu existimo conciliationem eiusdem Moderni dicentis, Sanctissimum Pontificem esse consulendum, quia hoc esset disputandū, vbi non haberemus Canones super crimine disponentes, pro fori amissione, & hæsitaretur ex grauitate criminis, esset ne Clericus degradādus? vt in illo casu ocur sō in Regno Neapolis, & alijs exemplis traditis per Dian. *ibidem adsin.* iustum equidem est, vt tamdiù ad legem animatam recurratur, quamdiu inanimata deficiat.

Nos ergo cùm habeamus Decretales apertas in viridi obseruantia, & cōmunissimam opinionem, quæ hoc casu subijcit Clericum Laico Iudici, nō vti Cleri-

ricum, sed vti à iure exutum foro Clericali, ac effectum Laicum, frustra precibus implorari consulitur, ad text. *in cap. 1. de rescript. l. 1. ad municipal. l. loci corpus, C. si seruit. vendic. l. 2. C. de edend. l. 1.* de exequut. rei iudic. *l. 1. C. de Thesaur. lib.* 10. & mille vulgares.

Per quæ mihi, & conscientiæ meæ videtur, saluo tamen sanctæ Matris Ecclesiæ, & cuiuslibet meliùs sentientis Iudicio, quòd iste Ioseph, omnino per iudicem Laicum puniri debeat, & quòd per Iudices Ecclesiasticos, tamquam à sacris Canonibus destitutus, & exosus, iuuari minimè possit.

Marius Cutelli.

Hæc vt Fisci Patronus in dicta causa scripseram, postquam cõtrarium P. Dianæ responsum vidissem, per quæ etiã puto omnibus eius fundamentis non ineptè satisfactum. Causæ exitum nõ noui, nam post consignatas Procuratori Fiscl allegationes, nihil aliud scire sollicitus fui. Inueni tamen D. Barbos. *in tract. de vniuerso iure Ecclesiastico, tom. 2.* & apertiùs *in collect. ad Trident. Concil. ad sess. 23. cap. 6. num. 25.* post Sel. *in selectis Canon. cap. 18. num. 15.* declarationem Congrega-
33 tionis referre in vna Motulẽsi, 1. Februarij 1620. vbi fuit decisum, nullam monitionem † requiri, quando quis dimisso habitu enormia exerceat: persisto ideo in scriptis per me ibi, cùm nihil in oppositũ viderim, quod me à iã firmatis retrahat.

QVÆSTIO XXV.

An iudex Laicus possit iudicare causam Clericorum, qui hæredes sunt alicuius sæcularis, & causa ante eius mortem coram se incepta?

EPITOME.

1 *Iudicia instituta ad sedandas quàm citò controuersias.*
2 *Bellorum bonum in fine pacifico consistit.*
3 *Iudices Dei vices sustinentes, iudicia sacra.*
4 *Christus Dom. lites præcidi etiam cum rerum iactura præcepit.*
5 *Ecclesiasticis consilia pro præceptis sunt.*
6 *Iudicium radicatum afficit rem litigiosam.*
7 *Persona hæredis, & successoris cõditionem rei, vel iudicij non mutat.*
8 *Onus sequitur rem pœnes quemcumque, etiã exemptum, & per seq.*
9 *Clerici ob res sæculi, quo pacto sæculo teneãtur?*
10 *Res semel affecta vinculo hominis, vel legis ita ad Clericos transit.*
11 *Clericus in obligationibus ante Clericatũ contractis, quoad bona forum non semper declinat.*
12 *Testatoris persona eadem cum hærede existimatur.*
13 *Clerici hæres in iudicio cœpto coram defuncti Iudice respondere cogitur.*
14 *Sententia Ecclesiastici Iudicis à Laico exequi debet, & è conuerso.*
15 *Instantia cœpta cum defuncto an ipso iure in hæredes transeat?*
16 *Transfusio Iudicij ad notitiam hæredis à quocumque iudice facta tenet.*

Licèt à concessa, vel confirmata per Constantinum fauore Ecclesiasticorum immunitate, vsquè ad hæc tempora, nunquam hæc disputatio in controuersiam venerit propter notissimas, & irrefragabiles iuris regulas, ac frequẽtissimũ Canonistarum, & Theologorum cõsensum, attamen cogimur, vt Martæ, Bonacinæ, Ambrosino, & Dianæ satisfiat, rationes, cur hoc sine Ecclesiasticorum immunitatis læsione eueniat, in medium proferre.

Prima ratio, iudicia ideo instituta, vt pax inter homines seruetur, (quòd ad cõmunem vtilitatem pertinet) vtquè lites quàm citò terminentur, † vel transigantur, *l. properandum 13. C. de iudic. l. terminatio 3. C. de fruct. & lit. expens. cap. finem litibus 5. cap. venerabilis vlt. de dolo, & contum. c. iurgantium 2. de re iudic.* lites enim bella ciuilia, quæ fraternitatem tollunt, dissociantquè, existimantur, vt probani *nota 23. ad Iacobi leges fol. 29.* & sicut bellorum† bonum in propero fine consistit, quò breui pax sequatur, vt D. Augustin. do-

docuit in *cap. noli existimare* 23. q. 1. ibi: *Bellum geritur, vt pax acquiratur; esto ergo bellando pacificus, vt eos quos expugnas ad pacis vnitatem vincendo perducas.* Ita iudicia ad finem iurgiorum instituta, sacra
3 perinde,† & Iudices per id Dei vices agetes habentur, Paral. 2. *cap.* 19. ibi: *Attēdite quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei.* Inde Dominus noster in Euangelio, vt lis citò finem acciperet,
4 etiam cum rerum† dispendio, & ne contenderetur omnino, summè curauit Mat. thæi 5. *verf.* 40 ibi: *Ei qui vult tecū iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium: & quicumquè te angariauerit mille passus, vade cum illo, & alia duo.* Idquè verò etiam præcipit, sacræ rei anteponi, *ibid. verf.* 23 ibi: *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Cùm autem hoc assequi vt plurimum, sine iudice non possimus, potissimè curandum est, vt iudicia magna cum breuitate peragantur. Quod maxi-
5 mè inter Religiosos† viros conuenit, qui bus cōsilia euāgelica pro præcepto sunt, vt lites fugiant, vel sententiæ statim pareant, vt ex 4. *Concil. Carthagin. cap.* 59. habetur in *cap. discordantes Clericos, cum seqq. distinct.* 90 esset verò huic regulæ euidēter obuiam ire, si rectè instituta iudicia (propter Clerici ad bona Laici successio nem) peruertere, ac illa demum, cum temporis, & pacis dispendio suscitare, ac coram alio iudice prosequi liceret: fierent enim lites de lite, & immortalia odia verterentur, vndè maximè pax sperari debuerat.

Secunda ratio, ob ceptum ac radicatum coram vno iudice legitimo tempore iudiciū, res affecta reali vitio dicitur, quæ perinde obnoxia iudici,† in quem-
6 cumquè transit, *l. si quis postea quàm* 7. *D. de iudic.* ibi: *Si quis postea quàm in ius vocatus est, miles, vel alterius fori esse cæperit, in ea causa ius reuocandi fori non habebit, quasi præuētus, l. cum quaedam puella* 19. *D. de iurisd. omn. iud.* Et ex generali regula, quod res transit cum suo onere in quemcumquè, nec mutatur† conditio rei, vel hæ- 7
reditatis, mutata persona hæredis, vel singularis successoris, imò semper adest, & durat repræsentatio auctoris, & defuncti, ac si viuus superesset, & cum eo iudicium prosequeretur, nec plus iuris, & priuilegij potest in hærede reperiri, *capit. nemo potest* 79 *de reg. iur. lib.* 6. esset enim locupletari cum iactura proximi contra *cap locupletari* 48. *eod. tit.* nec velle sine re onus commodo annexum cōtra *cap qui sentit.* 55. *eod tit.* Accedūt textus per multi pro bantes onus hęreditatem,† ac fundos pe- 8
nes quemcumquè sequi, *l. æris alieni* 15. *C. de donat. l. de rebus* 13. *C. de donat. ante nupt. l. creditores* 7. *C. de hæred. instit. c.* 43. *cunctis* 16. *quæst.* 1. verf. *Sed dicitur cap.* 22. *tributum* 23. *quæst.* 8. verf. *Quòd constitutum antiquitus est, cap.* 1. in fine, *de cen.* P. Molin. *de iust. disp.* 456. Gutier *pract.* Can. *lib.* 1 *quæst.* 3. *n.* 15. D. Barbos. *in c. non minus, n.* 4. *de immunit. Eccles.* Sanch. *cons. monal. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 57. *nu.* 1 Ortiz, *de immunit. p.* 3. *dub* 3. In solut one ad argumenta, *ad* 3 *fol.* 353. P. Diana, *resol.* 14. *tract.* 1. Miscel *p.* 2. verf. *Secundò asserit ex cap. pastoralis de decimis*, vbi quòd onus sequitur rem, & non personam, *cap. cum dilecti, de donat. cap. verū, de cond. appos.* Confirmatur hæc omnia ex Christi Domini sententia, vbi de tributo soluendo, vel ne à Pharisęis interrogatus fuit: præcepit enim sibi numisma census afferri, deinde de imagine, & inscriptione, cuius esset, interrogatus, cùm verò Cæsaris esse respondissent: *reddendum Cæsari quod suum erat*, pronuntiauit, Matt. 22. ex quo apertè elicitur, conditionem rei insitam ab ea auelli nō posse, nec ex personæ mutatione variari, atquè ita hunc scripturæ textum interpretatur, D. Gregor. in *cap.* 20. *si in morte* 23. *quæst.* 8. vbi ait: *Sed notandum est quosdam Episcopos leuiti ca tantùm portione esse contentos, qui sicut in Dei sorte tantùm numerantur, sic ipsum Deum tantùm in hæreditatem accipiunt, dicentes: Dominus pars hæreditatis meæ. His nihil est commune*

cum

cum Principibus seculi: quia temporalia penitus abijciunt, ne eorum occasione legibus Imperatorũ obnoxij teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur secularis militia. Et paulò inferiùs. *Porrò alij sunt, qui nõ contenti decimis, & primitijs, prædia, villas, castella, & ciuitates possident, ex quibus Cæsari debent tributa, nisi Imperiali benignitate immunitatem ab huiusmodi promeruerint,* † *quibus à Domino dicitur: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo; quibus idem Apostolus, reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.* Item ex Vrbano Papa *in c. 22. tributum*, vers. *Quia de exterioribus Ecclesiæ*, quod constitutum antiquitus est 23. *q.* 8. cum aliis Sanctorum Patrum sententiis, *q.* 8. *ex n.* 20. *ad n.* 30. hoc libro traditis.

Nam si ex signo Cæsaris reddendi sequitur obligatio, nec ab ea exemptio vlla releuat, manifestè sequi videtur, quòd causa, & lite coram seculari radicata, per vniuersalem translationẽ iurium in exẽptum illius cursus non varietur, sed corã eodem prosequi debeat, transireque in 10 eum affectã hereditarem, † vel rem certam, tãquam iniecto vinculo, & stigmate, vt docent Abbas *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, n.* 25. *in lectura, & n.* 36. *in repetit. de Constit.* & Ioan. And. *in regu. fin. col. fin. de regul. iur. in* 6. Butrius, & Imola ibidẽ Capra *concl.* 15. *ex n.* 47. Lapus *alleg.* 101 Anch. *in cap.* 1. vers. *Pro hoc, de constitu. & cons.* 434. post quem Aretin. *in cap. quod si Clerici, de iud.* Decis. *Thol.* 144. Abb. *cons.* 11. qui ad terminos diuersorum statutorum laicorum per hanc rationem afficere personas Ecclesiasticas docẽt, quòd ante susceptum forum statuta personas affecerunt, vtuntur text. *in l.* 1. §. *fin. D. de rebus eorum*, ibi: *Si minor* 25. *annis emerit prædia, vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata venditori; non puto pignus valere: nam vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.* cuius dispositione vtitur Innocent. *in cap. verum de foro competenti*, ad quęstionẽ huic finitimam de re Ecclesiæ subiacente pacto ingrediendi propria auctoritate, an possit contra eam exerceri, docens per hunc textum non posse, in quo deceptus est, nam textus potiùs probat contrarium, cùm per id neget alienari posse, quod priùs ab obligatione liberum in minorem transiit, sed hîc fundamus contracto iam onere transisse, & per id contra Innocent. tenent in illa specie nostra ratione moti Ioan. And. Hostien. Butr. Cardin. & Imol. ibi Barb. *n.* 75. Felin. *n.* 7. vers. *Limita*, quã cum Ruino, vt communem, & verã defendit Menoch. *de adipis. remed.* 5. *q.* 3. *ex n.* 23. *ad* 30. vbi concludit, posse exerceri rem translatam in Ecclesiam cum pacto repetitionis, nisi agatur de Tẽplo, & Ecclesia Deo dicata, vbi pluribus iuribus id probat.

Ex eadem ratione prouenit, nec seruos, nec ratiociniis obligatos posse ordinari, ne prioribus vinculis exoluantur, cùm Christiana lex neminem iure suo priuet, nec in aliquo, quod alterius est, minuat, vt multis Scripturæ, & Patrum auctoritatibus probatum est hoc eodem libro, *quæst.* 8. *num.* 8. & de obligatis ad ratiocinia non longè, *quæst.* 23. *num.* 24. & infra *quæst.* 27. *n.* 9.

Tertia ratio, si Clericus per fori superuenientiam † non declinat iudicium 11 iam ceptum, non delicti cognitionẽ, non fideiussionem præstitam, non deniquè obligationem, vel quasi pridem ante Clericatum initam, vt in bonis luat, vel satisfaciat, ob iudicii reuerentiam, & vinculum in lite cõtractum, vt præmisimus, *d. q.* 23. *n.* 24. docetquè Marta *centur.* 2. *casu* 121. iuxta quæ Sacra Congregatio ad iurisdictionales competentias instituta in casu occurrenti decisit in vna Ciuitatis Castelli *die* 18. *Februarij* 1631. de qua Sel. *in selectis Canon. cap.* 23. *nu.* 17. & D. Barbos. *in remission. ad Concil. Trid. sess.* 23. *de reform. cap.* 6. *nu.* 27. in vltima impressione, *fol.* 207. Quantò magis hoc idem, vt hæres Laici sustinere debet, in quo nulla datur mutatio, cùm hæredis, testatorisquè persona † idem in iudiciis 12 existimetur, ac in omnibus origo negotii, ac actionis attendi debeat, non quid

non

non quid inde euenerit, *l. nam & Seruius* 2.§ *nam quæcumque*, *D. de negot. gestis*, *l. quid ergo* 13. *in princip.* vers. *Prætor enim ad initium. D. qui not. infamia*, & in hæreditate defuncti semper persona, non hæredis spectetur, *l. hæreditas* 34. *D. de adqui. rer. domini* ibi: *Hæreditas enim non hæredis personam, sed defuncti sustinet*, vt multis argumentis iuris ciuilis comprobatur, *l. hæredem* 59. *l. nemo plus* 120. *D. de regul. iuris*, inde quòad defuncti voluntatem implendam minus, quàm administrator, æstimatur.

Demum quia cùm idem correlatiuorum ratione in hæredibus Clericorum eueniat, qui pro ceptis iudicijs coram eo-
13 dem Ecclesiastico iudice † respondere coguntur, licèt aliàs Laici, alteriusquè fori sint, docet ex Riccio *decis.* 218. *p.* 4. Diana hic, vt æqua omnium sors sit, iustissimũ videtur, vt rectè Bonifacius 8. Pontifex decreuit in *c.* 2. *de except. lib.* 6. vbi
14 postquàm præcepit † sententias Ecclesiasticorum iudicum, contra Laicos exequi debere, vbi iure latæ fuissent, addit. *Similiter Ecclesiastici iudices, si coram ipsis excipiatur de re per sæcularem Iudicem iudicata, exceptionem ipsam admittant, in ijs, quæ animarum periculum non inducunt, per superiores suos (nisi fecerint) animaduersione debita castigandi* per quæ cõstat, vtrumquè Iudicem ad paria obligari, vt alterius sententias exequi teneatur, indequè fieri non posse quòad sententias rectè, & iure suo ab vnoquoquè iudice latas fori declinationem opponi: & ad inconueniens per Dianam relatum sufficiens respõsum patet: nam cùm dixerit, non teneri Iudicem Ecclesiasticum illam sentẽtiam exequi, ac quòd perinde (vt ipse ait) seruiret, deuenio, id per hanc Decretalem cessat, cùm licet à Laico Iudice, vt sententiam exequatur, nequaquam, à suo superiore tamẽ cogi poterit, item in bonis per sententiæ executionem, iuxta ordinem constitutũ, in *l. à diuo Pio* 15. *D. de re iudic.* vel in possessionem misso victore, vel pignoribus captis. Atquè ita tenent omnes, persona tantùm excepta.

Non obstant Martæ argumenta, *casu* 33. *tent.* 1. *p.* 4. nam licèt esset verũ quod instantia cepta cum defuncto ipso iure in hæredem † non transferretur, adeo ne citatione opus esset, *ad l. Paulus* 2. *D. quæ sent sine appell. rescind.* in *summa* 59 § *fin. D. de re iudic.* vbi Castr. & Alex. per *l. edictum* 55. *D. de iud. l. oratione* 7. *D. de ferijs*. Attamen cùm hæc citatio sit consecutiua iudicij cepti, & ex repræsentatione in defunctũ facta censeatur transfusio illa iudicij negotium hæredis proprium non facit, sed hæreditarium manet, aliàs in bonis proprijs executionem pateretur: inde hæc transfusio † ad notitiam potest fieri ab alio iudice, & redigi in actis eius, coram quo iudicium vertitur, nec per hoc censetur à præuentione causę recessum. Nec Rot. *dec.* 5. *in antiquis* hoc infitiatur, quin imo ipsa hanc in terminis opinionem tenet, quidquid sit in executione instrumẽti, in qua non præuentio iudicij, nec elusio iurisdictionis interuenit, & per hoc dubitãdo loquitur, ibi: *Nec posset dici, quòd illa vera, quando eadem persona esset præuenta*, & statim, *quare videtur aliquibus contra*, nec aliud determinat, vel determinatum refert, cùm è contra oppositum indices iudicetur. 15 16

QVÆSTIO XXVI.

An iudex Laicus possit punire Clericum pœna pecuniaria, quia reuerentiæ signa illi nõ exhibuerit, vel quia coram ipso deliquerit?

EPITOME.

1 *Clericus si Magistratum Laicum iniuria affecerit, à proprio iudice plectendus.*
2 *Christus Dominus capturæ non restitit.*
3 *Clerici Magistratibus Laicis reuerentiam impendere tenentur, exemptione non obstante.*
4 *... proprijs Prælatis vt pareant, à sæculi Iudice cogendi.*
5 *Laicus iudex in sua iurisdictione turbatus, iure defensionis sibi in exemptos consulit.*
6 *Exemptio iura subiectionis, & reuerentiæ non substulit.*

7 Prin-

7 Princeps, ne poltica moderatio pessum eat, etiam contra exemptos curare potest.

CAsus hic Bouadillæ, & Pereiræ simpliciter sumptus animaduersione indiger, nec enim pro quolibet Clericorũ excessu, illos vt subditos mulctis pecuniarijs afficere, decet, hocquè primò, & directè, cùm possit eorum excessibus per proprium iudicem consuli, vndè primò
1 requirendus is videtur, vt Clericum † Magistratum ordinarium spernentem, vel eius iudicium turbantem, eiquè resistentem corporali, & pecuniaria pęna iuxta delicti qualitatem puniat, iuxta *can.* 84. *Apostolorum*, nam Clerici magis, quàm alij Magistratus reuererè, ac morem illis gerere tenentur, vt qui Christianæ disciplinæ addicti, ac obseruatores esse debeant, Dominus enim noster à Iudeis contra ius
2 fasquè captus, † Angelorum legiones sibi subiectas ad resistendum, cùm posset, non aduocauit Matth. 26 *vers.* 53. quinimò Petro ferienti, ne resisteret, præcepit, rationem verò sui sermonis, cùm de inurbanitate in Pontificem notaretur, reddidit *Ioann.* 17. *vers.* 23. suis verò instare vincula, ac apud Magistratus iniurias prædicens, vt illas æquo animò ferrent, pręcepit *Matth.* 10. *vers.* 23. *Luca* 21. *vers.* 12. quod Apostoli operibus primùm, vt in actis Apostolorum, *cap.* 5. demum doctrina probauerunt, nam Petrus *epist.* 1. *c.* 2. *ex vers.* 13 *ad fin.* obedientiam, & reuerentiam superioribus peculiariter Christianis, Domini exemplo suadet, ibi: *In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cùm malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè.* Paulus quoquè ad *Rom. cap.* 13. ibi: *Reddite ergo omnibus debita, cui tributũ tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem,* & ad *Titum, c.* 3 *admone illos Principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire.* Hęc verò pręcepta omnibus data, nemine excepto, probauimus supra *hoc lib.* 2. *quæst.* 8. & alibi ex *Diuis Chrisostomo, Augustino, Ambrosio, Bernardo*, ac vniformi Patrum consensu ac eosdem Pontifices loquendo, & scribendo fetuasse, vt nihil addendũ sit, vidẽda tamen plura in 97. *distinct.* & integra *causa* 23. *quæst.* 5. Ad hoc, vt quantus honos Regibus, eorumq; Magistratibus seruandus sit, sciatur, quamuè animaduersionem Ecclesiastici à suis superioribus, ob
3 spretas † sæculi potestates mereantur, cõsulendus quoquè Card. Alex. in *cap. duo sunt* 96. *distinct.* & in *cap. certum, dist.* 19. Gratian. Romanus, *discept.* 184. *num.* 55. *cum seq.* vbi quòd vti sacrilegi puniendi sunt, & quòd ad honorẽ exhibendũ Magistratui etiam exempti teneantur. Nam si in Clericos aduersus Prælatos proprios contumaces sæcularis Iudicis brachium rectè implotatur, vt obedire cogantur, † 4
vt sæpius *in causa* 23. *quæst.* 3. & 4. D. Gregor. *lib.* 2. *epist.* 5. quare, & è conuerso eosdem in Magistratum irreuerentes, & iudicia turbantes Prælati non puniant?

At si isti conniueant, atquè de hoc inordinato ac rebelli in Magistratus Laicos, Ecclesiasticorum processu in populo scandala, & iustitiæ minus pretium sequantur, cùm res iam ad prima principia defẽsionis proprię iurisdictionis redeat, † 5
quo in casu multa de facto permitti docuimus supra *quæst.* 13. & 14. cur sibi, ac superioritati à Deo institutæ consulere, non possint, non video. Ne humanæ societatis vinculum superioribus spretis, dissoluatur, ad quos terminos nec exemptionem, nec Bullæ Cœnæ Canones obstare sæpius diximus, nam † exemptio iura subiectionis, & reuerentiæ non substulit, D. Thom. 1. 2. *quæst.* 69 *art.* 4. Dried. *de lib. Christ. lib.* 2. *cap.* 2. *propos.* 4. D. Sot. 4. *de iust. quæst.* 4. Molin. *disp.* 31 *concl.* 6. Henriq. *lib.* 10. *summa cap.* 15. Bellarm. *de Cleric. cap.* 6. & ad rem Gerson *in tract. stult. tom.* 4. *concl.* 3. vers. *In abusibus quibus non medentur Prælati*: cuius dictum refert, & moderatur Saura, *de primis instantijs, fol.* 42. Possequè in his terminis Prin- 6

ci-

4 cipem † exemptos quoslibet coercere, ne politica gubernatio alteretur, ex D. Thom. 2.2.q.102.art.2. docet post hæc Salzed. *de leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 35. *fol.* 118. vsus ratione, quam nos ex Francisc. Victor. & alijs sæpius reperiuimus, nempe, quòd vnicuique Reipub. à Deo potestas, & media ad sui tutelam, & conseruationem data censentur.

QVÆSTIO XXVII.

An Iudex Laicus possit punire Clericum, qui assumpsit habitum Clericalem post delictum patratum, intentione subtrahēdi se à seculari potestate?

EPITOME.

1 *Clericus effectus post delictum an puniri à Iudice Laico debeat? pro, & contra.*

2 *Clerici, & Monachi qui, & quales admitti debeant?*

3 *Obligati ad ratiocinia publica, vel priuata Clericari non possunt, nec Monachari.*

4 *Adscriptitij, & perpetua conditioni subiecti Clericari non debent.*

5 *Obligationem ex delicto oriri diuinis, ac humanis legibus probatur.*

6 *Iudex in pœnis factum declarat, pœna à lege infliguntur.*

7 *Miles quare ad locum delicti non remittitur?*

8 *Clericos in fraudem alicuius ordinari non debere ex multis Concilijs statutum.*

9 *Clerici in sacris, in bonis, in minoribus quoq; ad omnia cogendi, ubi in fraudem ordinati fuerint.*

1 Affirmantem opinionem communiter † recipi fatetur P. Diana ex Molina *de iust. tom.* 4. *tract.* 3 *disp.* 49 *nu.* 21. & alijs penes Ambrosin. *de immun. Eccl. cap.* 19. *n.* 5. cum Menoch. Gutierr. Ceual. per eum adductis.

Sed pro contraria, quam tenent Bonacina *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. *nu.* 16. & Genuens. *in prax. cap.* 8. *n.* 15. arguit Diana dupliciter, primò ex *l. qui cum vno, §. reus, D. de re mil.* vbi reus capitalis criminis effectus miles à militari Iudice plectendus venit, secundò ex Concil. Trid. *sess.* 23. *de refor. cap.* 4. iubente, Episcopos huiusmodi criminosos ordinibus insigni re non posse, quod frustra factum esset, ait ipse, si fraus illa à potestate laica ordinandos non eximeret. Respōdet verò ad inconueniens, dicendo, satis à Canonibus, & Concilio prouisum, ne isti huiusmodi, qui fraudandi iudicij causa ordinari volunt, ad ordines admittantur. Deinde refert, quo pacto prior sententia moderanda sit.

2 Nos, qui priorem Ecclesiæ disciplinā prosequi intendimus, aduertendum fore ducimus, antiquos Pōtifices, & Patres in admissionibus ad Clerū, & Monacismū hæc duo maximè spectasse, vt optimi quiquè adsciscerētur, † vtq; nemini fraus, vel præiudiciū fieret. Ecclesiasticus enim ordo cū cæteros status integritate præstare debeat, ex inculpabilibus viris cōponi, è vestigio debet; nā sicuti in Prælatorum manu, quò minùs in scelera in posterū labantur, non stet, ita vt optimi quiquè è laicis admittantur, curæ esse debet, vt in *cap.* 3. *nullus ordinetur* 24. *dist. in. & in cap. fin. ibid.* sic dicitur: *Si quis Presbyter, vel Diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certè cùm discuterentur, criminosa peccata confessi sunt, aut post ordinationē ab alijs deiecti sunt, abijciantur à Clero, similiter & de vniuerso Clericorum ordine seruetur: nā hoc sibi quòd irreprehensibile est, sancta Catholica defendat Ecclesia.*

3 Et quòad tertiorum præiudicium, ne serui, ne rationibus † implicati, ne adscriptitij, & criminosi admitterentur, sunt Canones in *cap. Nullus*, ibi: *nisi fortè eorū petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquia sibi in eo vindicāt potestatis*, & in *cap. Magnus* ibi: *Procuratores, actores, & executores, seu curatores pupillorū, si debeant ordinari? Gratus Episcopus dixit, si post deposita vniuersa, & reddita ratiocinia actus vitæ ipsorum fuerint comprobati ab omnibus, debere eos cum laude Cleri, si postulati fuerint, honore munerari: si enim ante libertatem negotiorū ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ab Ecclesia infirmentur.* Ex Concil. Carthag. 1. *cap.* 8. & de cæteris obligatis ad aliquod

4 seruile(vti sunt adscriptitij; † perpetuiq; coloni)in *cap.siquis*, ibi: *Vel aliqua conditione,vel patrocinio cuiuslibet domus*, & per totã *dist.* 5 4.accedunt *capit.vti eum seq.de oblig.ad ratiocin.non ordinandis.*

Iterum suppono ex delicto obligatio
5 nẽ,ac quasi seruitutem † ad debitã pœnã luendam, ac offensæ Reipublicæ satisfaciendum enasci;probatur primũ ex sacra pagina Regũ 3.*cap.*2.*v.*26.vbi Salomõ *virũ mortis* dixit esse Sũmũ Sacerdotem Abiathar, eò quòd contra eũ conspirasset; ob delictũ enim morti se addixerat, & D.Paul.*ad Rom.cap.*6.*v* 16. *Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiã.* D.Pet. *Epist.*2.*cap.*2.*v.*19.ibi: *Cùm ipsi serui sint corruptionis, à quo enim quis superatus est, huius & seruus est.* ad bellicam seruitutẽ alludens, August.*lib.*2.*ad Petil.cap.*79.*in ca.* 36.*qui peccat* 23.*q.*4. vbi quòd persecutio,& pœna non inferenti, sed peccanti imputanda est, ibi: *Ab ipsis factis vestris*, concordat text.in *l.Imperatores,D.de iur.fisc.*ibi:*Ipse te huic pœnæ subdidisti.l.vltima, C.ad leg.Iul.maiest.* Tacitus 12.*annal.* per me *gl.*39.*ad concor fol.*505.*Cod.* & ibidẽ *nota* 5.*ad leges Petr.Reg.fol.*291.vbi ex Michaele Ephes.*ad* 5.*Nicomach.* probatur ex delictis contrahi, sicut in cæteris obligationibus euenit,& *Instit.tit.de obligationibus,quæ ex delicto nascũtur*,§.1.versic.*Ex re nascuntur*, *l.ex maleficio* 4.*D.de oblig.& act.*nam siue delicta sint, quæ ad priuatam causam pertinent, siue crimina ex quibus publica contrahitur obligatio, publicavè accusatio,*l.*1.*D.de incen.ruin.& naufrag.l.aliud est fraus* 13.*in fin.D.de verb.sign.*semper ob contractã obligatio nẽ Idem Iudex declinari non potest, nec seruitus pœnæ vitari, & sicut de pœnæ seruo diximus *lib.*1.*q.*40.*per tot.*illũ Ecclesiæ immunitate nõ frui, ita & fori priuilegio Clericus ob delictum ante Clericatum contractũ non gaudebit, nec pœnæ infligendæ seruitutẽ aufugiet,nã licèt illa iura, post condẽnationem loquãtur,
6 attamen,quia Iudex † in pœnis exequendis, non nisi factũ declarat, pœna enim ipso iure infligitur, sequiturq; iniustum factũ,sicut vmbra corpus,*l.morti* 9.§.*si iæ fœræ,l.capitalium*,§.*famosos,D.de pœnis.* Symmach *lib.*10.*epist.fin.* Menoch. *de arbitr.iud.casu* 560.*n.*24. ex Platone & Claro ego *nota* 69.*ad ll.Iacobi,fol.*98. Amaya *ad C.titul.*57.*de infamibus,lib.*10.*nu.*23. *fol.*569.D.Thom.2.2.*q.*6 *art.*6.

Demum addenda sunt & ea, quæ ex Christi D.præcepto diximus supr.*q.*25. *hoc lib.n.*8. vers. *Confirmantur hæc omnia*, ex quibus fundatum est onus, ac obligationẽ inter fideles rem,si realis,& personã,si personalis fuerit sequi;nihil enim lex nostra alicui derogat, nõ censum, nõ tributũ,non iudiciũ,neminem frustratur, neminẽ decipit; licèt ergo Clericorum exẽptio iure Pontificio (vt aliqui cõtendunt) non Imperatorũ beneficio prouenisset,cũ hæc exceptio cõformis Christi Dom præcepto videatur, ac per id Põtifices,& Cõcilia, nõ tantũ inter Clericos criminosos coaptari, verũ admissos eijci præceperunt; sequitur apertè,hanc opinionẽ (vt coram seculari magistratu respondere debeant, de delicto ante ordines admisso) cõformiorem fidei nostræ, ac rationabiliorem esse.

Non obstant considerata in contrariũ: nam ad primũ de milite *ex l.qui cum vno* 4.§.*reus,D.de re mil.* respondetur, reum illum iam dãnatum capitali crimine ex rescripto Trajani Imper. ideo ad pœnã † 7
in loco delicti exequendã nõ remissum, ne ex loco,vbi exercitus,& legiones erãt alibi transmitti cum dispẽdio, vel diuersione militum pro custodia debuisset, sed quòd pœnam ibi lueret, vbi reperiebatur, in odium criminosi militiam sumentis, quòdsi dicta causa non decisa fuisset, mãdatur audiri in militiæ causa,vel si adnotatus fuerit, requisitorijs literis repeti, iuxta *l.*1.§.*præsides, D.de requir.adnotatis* nec enim reus est,nisi damnatus, inquisitus verò adnotato correspõdet, lex verò illa Dianæ argumento in omnibus cõtra dicit,vt ex ea patet; item specialis Iudex in exercitu aderat,nec alibi cum quærere cogi debuerat. Ad

8 Ad Tridentini Decretũ † patet responsio ex suprascriptis, nempe idẽ in Carthaginensi, & alijs relatis statutum fuisse, & tamen ex illis communis opinio processit, tenentium fauore Laici magistratus, hanc, vbi in fraudem Clericatus assumptus fuerit; nec alia noua dispositione opus erat, nec correctio antiquorũ Conciliorum tacita induci potest, vt sæpius, præcipuè *q. 1. lib. 1.* dictũ est, ideo tenuit Bellamer. *in cap. proposuisti, q. 2. de for. compet.* quem citat Marta *dict. casu* 121. *n.* 3. cum Gomesio *titul. quando reus gaudet im munitate Eccles.* vbi demũ sequi videtur Couar. *dict. c.* 32. *in* 2. *& 3. conclus.* Quòd nempe attenta fraude Iudex Laicus cognoscat; dũmodo † in bonis tantùm ordinari in sacris condemnationem exequatur, quòd colligit ex textu in *l. hos accusare*, versic. *Dum non retractandi causa, D. de accusation.* quòad minorum Ordinum Clericos verò secus sentit, dum degradatione opus non est: allegat Ioann. Andr. & alios post eum in *dict. cap. vnic. de obligat. ad ration.* Auffr. Hippol. Alab. hos sequitur Marta, allegans Bosium, Clarum, & Caualcanum, quibus omnino standum videtur.

9

QVÆSTIO XXVIII.

Vtrùm Iudex Laicus possit in casu contingenti cognoscere de Clericatu, vel de habitu?

EPITOME.

1 *Iudex Laicus Clericatus tituli cognitionẽ non habet, sed an habitus?*
2 *Habitus Clericalis cognitio an facti sit?*
3 *Consuetudo Prouinciæ in habitus cognitione attendi debet.*
4 *.. interpretatiua legis in lege inesse cẽsetur*
5 *Canon extra locutionis terminos non extẽdendus.*
6 *Habitus Cleritalis forma ab Ecclesia statuta*
7 *Probatio per rei euidentiam omni probatione apertior*, & post n. 8.
8 *Iudex Laicus factum matrimonij an adfuerit, cognoscit.*
9 *Probatio per rei euidentiam nunquam prohibita censetur, & quandocũque fieri potest*

Bonifacius Octauus Summus Pontifex in capit. *Si Iudex Laicus* 12. *de sentent. excommunicat. lib.* 6. quæstionem hanc apertissimè in Clericatus cognitione definiuit, † super habitu tamen, eiusq; cognitione, nõ tantùm aliquid nõ statuit, verùm oppositum firmasse visus est, dum in eo casu cognitionem Clericalis tituli Ecclesiastico tribuit, quo delinquens, *captusque in habitu Clericali deprehensus fuerit*, vel *quòd notorium sit Clericum esse*, debereque huiusmodi priuilegio gaudere, quæ qualitas infra in casu conuerso declaratur, nempe, non esse statim remittendum, qui in habitu repertus, ante se pro Laico publicè gerebat. Ex quo dubium ortum est, an cognitio hæc decentis, & Clericalis habitus tamquam † quæ super facto vertitur ad Laicum Iudicem spectet; & Guido Papæ, *decis.* 138. post Anton. de Butr. & Bal. reprobatis Zabarella, & Geminiano tenet ex dicta Decretali cognitionem super facto habitus non tolli, vt patet ibidem, vbi *numer.* 3. differentiam rationis tradit, ibi: *Et ratio differentiæ potest assignari, quia probatio tituli Clericatus est quid spirituale, vt aperit text. in dict. capit. si Iudex Laicus circa principium, ideò meritò Iudex Ecclesiasticus de eo cognoscere debet, vt ibi statuitur, sed probatio dicti habitus est quid temporale, & profanum, ergo:* & num 4. versic. *Ideo non mirum affirt*, simile de possessorio rei spiritualis; quod ad factum refertur, & à Laico cognoscitur Iudice, ex Glos. *in capit. literas de iuramen. calum.* & Archid. *in cap.* 1. *de restit. spoliator.* Guidonem Papæ hoc loco sequuntur plures apud Dianam hìc, & alii apud Couarru. *practicar. cap.* 33. licèt ambo dissentiant, & prior multos in oppositum citet.

Ego verò putarem in re ambigua, quæ vè re ipsa verbis Decretalis non continetur, illã interpretationem sequi debere, quam in vnaquaque Prouincia † vsus inueteratus induxit, ac decisiones firmauerunt, iuxta tradita per Suarez *de legib. lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 15. *& cap.* 17. *n.* 6. *& in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 10. So

to de iustit. lib. 1 quaest. 5 art. 2. conclu. 3. Baldell. lib. 5. disput. 22. ex nu. 5. & disp. 47. n. 5. Episcop. Valenz. cons. 8. nu. 20. tom. 1. & alij relati saepius hoc libro. Nã cùm haec consuetudo ius vetus non corrigat, nec aliquod nouum inducat; sed tantùm Canonicum ius interpretetur, quomodo ex iuridicis regulis accipiendum sit, validè inducitur, ac magis validè indutum semel ex promiscuo consensu populi Praelatis aspicientibus seruatur tanquam iuris Canonici pars, ac custoditur, cùm verisimum sit illud Pauli enunciatum in l. si de 37. D. de legib: *Si de interpretatione legis quaeratur, in primis inspiciendum esse, quo iure Ciuitas retro in huiusmodi casibus vsa fuisset: optima enim est legum interpres consuetudo.* In hunc sensum plura Pontificum, Sanctorumque placita leguntur in tota distinct. 12. in huius-

4 modi consuetudinis † interpretatiuae numinen tam de generali omnium Ecclesiarum, quàm de particulari vniuscuiusque Prouinciae, vt in cap. illa autem. Per quae fit, consuetudinem hanc, nec quoad Gallos, nec quoad Siculos culpãdã fore, cùm interpretando emerserit, ac in posteros producta fuerit, vt patet ex *Guidonis Papae* rationibus, quae non eò tendunt (vt doctissimus putat Couarru.) quòd in Gallia Bonifacij Decretalis recepta non fuerit, nec obseruetur; nam verius est amplexatam ibi fuisse; benè quidem suadere conatur cognitionem vestium in illa Decretali Ecclesiastico Iudici non deferri, atque ideò id, quod Pontifex tacuit, suppleudum non esse, vt paret ex Guidone Papae, ibi: *Sed ille textus non loquitur, nec dicit, quòd si sit quaestio, vel dubiũ de habitu, an sit Clericalis, vel non, quòd Iudex Ecclesiasticus debeat cognoscere: ideo non debet extendi dispositio dicti capit. ad casum istum de habitu, quia nostra non interest legi,*

5 *ac † Canonem vltra casum suum extendere, iuxta l. si verò, §. de viro. D. solut. matrim. Si enim Papa voluisset in dict. capit. si iudex Laicus extendi cognitionem Iudicis Ecclesiastici ad alium casum, respectu habitus benè expressisset, vt dicitur in simili in cap. ad Audientiam extr. de Decim.*

Hinc colligitur, quid sentiendum de Couarru. dict. cap. 33. dum dixerit, illam Decretalem in Gallia non admissam, *dicto num. 1. versic. Apud Gallos*; cum ibi, & apud nos Siculos de eius interpretatione certatum fuerit, ac admissa hac negatiua, quòd in ea cognitio de vestibus inclusa non videatur, inoleuit vsus, qui ex premissis Pontificijs, ac Sanctorum auctoritatibus illum fouentibus, firmiter (vt ipsa lex.) custodiendus est, hodie praecipuè post Tridentini Decretum, sess. 23. capit. 6. quo minoribus Ordinibus initiatis, necessitas delationis habitus indicitur, si foro frui velint, regula negatiua constituta, ne gaudeant, nisi qui habitum deferunt, vt in sequenti quaestione dicendum erit. Nam ex hoc oritur cessare partim, quo ad Clericos minorum Ordinum, quae in dicta Bonifacii Constitutione tradita sunt, de notoria qualitate Clericatus sine habitus delatione ad remissionem sufficiente; cùm eo ipso, quòd huiusmodi habitum non deferant (si comprehendi in delictis cõtingat) foro exclusos esse constet, vt loco suo probatum est.

Haec autem consuetudo, praeter tradita à Guidone Papae, fundamentis alijs fulcitur; nam cùm Clericalis habitus à iure † Canonico, & inueterato Ecclesiae 6
vsu stabilitus firmiter fuerit, vt in cap. 33 non liceat distin. 23. vbi praecipitur Clericis, vt talarem vestem induant, à quo Bonifacius non discordat, dum talem habitum deferre praecipit, quo statim Clericus esse cognoscatur, ibi: *Iustum est enim, vt ipse talis, quem gestat, ex habitu (quousque appareat aliud) praesumatur, qualis is esse, cuius fert habitum comprobatur.* Quoties ex personae captae inspectione (quod est notorium facti) appareret, ipsum nec tõsuram, nec Clerico conuenientem habitum habere: haec non iuris, sed facti quaestio esset, per rei euidentiam, ac inegabile notorium terminanda, in qua nulla spiritualis cognitio emergeret. Probatio enim † notoria per rei euidentiam, 7
nun-

nunquam sublata censetur, sed nec cognitio similis prohibita, sicut de matrimo-
8 nio, an sit, cognitio Iudici Laico † non eripitur, vt post Bart. *in l.Titia* tenent omnes communiter *D.solut.matr.* demū Barb.*ex num.22.& 23.*& post Anchar. & Barbat. ac ipsummet Couar. fundat Vincent. de Franch. *decis.36.* Simanc. *de Cath.instit.tit.40.de matr.* Fontanell. *clauf.4.gloss.12.p.2.n.27.*Gutierr.*de iuramento.p.1.cap.2.n.35.*& ad quæstionē Mastril. *decis.113.*Otero *quast.30.libr.1.*Ramon. *cons.73.ex n.27 cū plur.seq.*

Et de notorio facti per rei euidētiam Bal.in *l.contra negantem in fin. C. ad legem Aquiliam.*Valenzuela post alios *cons.96. n.140.* Salzed.*de lege politica cap. 7.§.1. n.15.lib.1.*eleganter idem Bald.*in Rubr. C.de probat.* vbi quod *probatio* huiusmodi *est superlatiua omnium probationum; quia illi sunt verissimi sermones; qui concordant rebus sensatis testibus.* Oldr.*cons.106.* Anchar.*cons.112.*Roman. *cons.104.Pater reuerende.*Seraph.*de priuileg. iuramen.cap. 4.num.30.* Alciat. *consil.100 volum.5.* Ludouic.*decis.Rotæ Rom 373.numer.6.* addendus textus in *cap.24.cùm olim,*versic. *Aut euidentia rei, de verbor.significatio.*
9 apud quos omnes † constat, nunquam prohiberi, nec effugi posse hanc probationem, & coram quocumque in qualiber iudicij parte, vel extra iudicium admitti,& efficaciorem,sententia, confessione,& actis censeri;sicut ergo non dubitaremus ex sentētia exclusionem Clericatus probari,ita & rei euidentiam sufficere, vt quis non habeatur pro Clerico ex indecenti habitu dicendum est, vbi eiusdem Clericatus substantia in habitus delatione consistit,prout in Clerico minorum ordinum post relatum Tridentini Concilij Decretum euenire probatum est, quam etiam rei euidentiam in hac specie Bonafacius 8. non tantùm non exclusit, verum summopere amplexus est,in *dict.cap.si Iudex Laicus,*ibi: *Iustum est enim, vt ipse talis, quem gestat ex habitu, quousque appareat,aliud præsumatur, qualis is esse, cuius fert habitum comprobatur,* & post aliquot exempla concludit: *Isque status alicuius esse videtur, in quo ipse deprehenditur, nisi contrarium probetur,* quæ probatio in minorum ordinū Clericis post Tridentinum inutilis est, cum habitus gestatio de substantia Clericatus effecta fuerit.

Hinc constat, omnia, quæ à Scribentibus super fama publica, & notoria Clericatus(cius,qui sine habitu comprehensus fuerit)tradita sunt, de quibus Diana hoc loco,procedere hodie,quoad Clericos in sacris,non quoad cæteros,nam his fama,si sine habitu in delictis deprehensi fuerit (vt sequēti quæstione probatum est)ad nihilum proficit.

QVÆSTIO XXIX.

An Iudex Laicus,& quando possit punire Clericos in minoribus constitutos?

EPITOME.

1 *Clerici ob beneficium an à continua habitus delatione exonerati fuerint?*
2 *Concilij Tridentini mens fuit, Clericos minorum Ordinum reformare, non eorum licentiam ampliare.*

REsoluit hoc loci P.Diana, Clericos beneficium Ecclesiasticū obtinentes,fori priuilegio in delictis comprehensos gaudere, licèt habitum Clericalem non deferant ex multis Iurisconsultis,ac ex Rodrig. *in summa, tit.1. cap. 155.concl.2.*Bonacina *de legib.dispu.10. quast 2.punct.1.§.4.n.10.*quòd vt delatio habitus ijs tantùm, qui beneficio carentes Ecclesiæ seruiāt,vel in Seminario Schola,vel Vniuersitate de licentia Episcopi versantur,necessaria sit,cui addendi sunt alij plures per D. Barbosā adducti *in remissionibus n.11.* vers. *Nisi Beneficium,*vbi quòd Clerici † minorum Ordinum beneficia obtinentes, foro Ecclesiastico fruuntur, quamuis habitum Clericalem, & tonsuram non deferant, propter disiunctiuam, *aut,* quæ facit, vt id in alijs solùm requiratur. 1

9 sanctiones † in agro Dominico, iuxta vniuscuiusque Ordinis institutionē seruirent, vt in *dict. cap. Cleros distinct.* 21. quod firmum fuit primis Ecclesiæ temporibus, vt ex Constantij Augusti constitutione patet in *l. qui diuino, C. Theod. de Episcop. & Cler.* Arcadij quoquè, & Honorij in *l. in Ecclesijs* 1 1. *C. de Episcop. & Cler.* Atquè hoc semper in Ecclesia seruatum asserit Iustinianus in *Authent. vt determin. sit numer. Cleric. in princi.* vers. *Inuestigantes igitur illud vndiquè.* Causam verò deordinationis tradit ibidem, his verbis: *Cùm verò Deo amabiles Episcopi ad aliquorum preces semper respicientes protracti sunt ad ordinationum multitudinem.* Aliamquè tradit Zosimus Papa *ad Episcopum Salonitanum* in Cod. veteri Romano, vbi ait: *Episcopos ex ordinatorum numero pompam multitudinis quærere, & putare ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri.*

Cùm enim Trident. Concilium corruptum Ecclesiasticorum statum reformare instituisset, inuenissetquè Episcopos inutilem multitudinem Clericorum instituere solitos, ex quo opinio Ecclesiasticæ integritatis non parum maculabatur, vt Couarruuias (locutus de tēpore, quod Concilium præcessit) testatur præcitatis *cap.* 31. & 32. *practicar.* vbi quærimo-
10 nias Principum, † & Prouinciarum refert, propter onera in populos ob immunitatem tot Clericorum recadentia: hæc duo in eorum reformatione instituit, vt singuli, vel proprias ex beneficio Ecclesias haberent, vel ab Episcopo certis Ecclesijs (quæ ipsorum opera indigerent) deputarentur, vt ibi in ordine ad maiores ordines proficerent, aliàs pro Clericis non haberentur. Ad quod beneficii titu-
11 lus † proficere non potest, nisi Ecclesiæ possessio, cui seruiendum est, accedat.

Etenim appellatione Ecclesiastici Beneficii in materia reformatoria, vt sic dicam, illud tantùm venire debet, vbi seruitium impenditur, non verò simplex
12 perceptio † alicuius iuris sine aliqua obligatione, vel spiritualitate admixta, quòd impropriissimè beneficium dicitur, iuxta tradita per Glos. *in cap.* 1. verbo *obtineri, de regul. iur. in* 6. Rebuff. *in praxi beneficiali, tit. quid sit beneficium, nu.* 8. vbi
quòd beneficium propriè † est portio obuentionum, & redditluum Ecclesiasticorum, quæ datur ministris Ecclesiæ pro seruitio tuo spirituali. 13
Item ius percipiendi prouentus in Ecclesia, tamquam vni de Collegio, dicitur beneficium, secundùm Hostiens. *in Summa, tit. de præbend. in princ.* Alludit D. Antonin. Archiep. Flor. *par.* 3 *tit.* 15. *cap.* 1. §. 1. dicens, Beneficia Ecclesiastica esse redditus deputatos, & designatos Clericis deseruientibus in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, in officiis, sine redditu, siue isti sint ex decimis, siue ex possessionibus, & quòd debet habere aliquid spiritualitatis annexū, docet Ancharra. *in cap. beneficium n.* 3. *& seq. de reg. iur. in* 6. Rebuff. *de pacifico possessore, num.* 287. Hojeda *de incomp. benef. p.* 2. *c.* 8. *n.* 10. Gratian. *discept.* 397. *ex n.* 50. vbi de beneficiis largo modo sumptis agit, quæ
tunc venire in dispositione † Concilii 14
affirmat, quando illud verbo generali vsum fuerit, vt in *sess.* 25. *c.* 15. *de ref.* vbi disponit prohibendo, ne filii beneficiatorū in eadem Ecclesia, vbi parentes beneficio potiuntur, *aliquod beneficium* obtinere possint; putat enim ipse, & rectè, nec ad improprium beneficium admitti debere, propter generalem locutionem, de qua in Glos. *in Clement. vnic.* verb. *Aut eorum parte aliqua, de for. compet.* Rebuff. *in l. locus,* verb. *aliqua de verbor. signi.* nam illic, & semper Concilium animo reformandi locutum fuit.

Accedit, quòd cùm in hoc Decreto Concilium beneficiatos hos in actu seruientibus in Ecclesia comparet, de bene-
ficio habente seruitium † Ecclesiæ an- 15
nexum intelligi debet, saltem ratione adiunctorum, vt in *Extrauag. ad reprimendā* verb. *videbitur, DD. in l. si sic, D. de legat.* 1. Surdus *consil.* 33. *n.* 43. vbi alii. Ex quibus adducor, vt credam Clericum in minoribus vera, & reali beneficii possessione (vt Concilio satisfiat) indigere, nec titulum sufficere, cùm illud non ad impro-

propriũ beneficiũ respexerit, sed ad illud, quod Ecclesiam, seruicimmq; annexum haberet, sicuti eos, qui talia beneficia obtinere non possunt, vt in Ecclesiis supra numerum recipiantur, præcipit. Nulla enim reformatio inducta fuisset, si qualis qualis beneficii prætextus sufficeret, quo Clericus Diuinis non manciparetur, nec Ecclesiæ in aliquo inseruiret; quod naturæ Clericatus, & Ecclesiæ integritati repugnaret.

Consentio verò Dianæ in eo quod ex Carolo de Grassis *eff.* 1. *n.* 1224. docet, non sine re Clericum beneficialem dici,
16 si Ecclesiam † sine redditibus possideat, nam habere, vel non redditus non est de essentia, quo ad hoc, vt quis Ecclesiæ mãcipatus dici debeat, nam Ecclesia à sui initio summa paupertate fundata fuit, licèt postmodum adulta diuitias admisit, vt in *cap.* 5. *Clericus, cum tribus seq.* ex Hieronymo, Gregorio, & Vrbano, Sanctissimis Pontificibus 12. *quæst.* 2. cùm verò ex casu contingat ad paupertatem aliquam Ecclesiam redire, non per hoc, qui ei addictus est, Clericus esse desinet, argumento *l. si vnus* 27. §. 2. *D. de pact.* vbi *non fit causa datis deterior, si forma sua redditur.* Nã quò magis pauper proprius Clericus videtur.

QVÆSTIO XXXI.

An Clericus qui habet pensionem tantũ super aliquo Beneficio, gaudeat tanquam Beneficiatus priuilegio fori, ita vt exemptus sit à foro seculari?

EPITOME.

1 *Pensio Beneficium Ecclesiasticum non reputatur.*

2 *Minores septennio pensionis capaces sunt.*

3 *Illegitimi Sacerdotum super paterno beneficio pensiones obtinent.*

4 *Beneficiorum incapax pensionis capax est, nisi ex heresi.*

5 *Laici pensionum capaces.*

6 *Pensio Ecclesiastica tunc est, vbi datur in titulum pro seruitio.*

7 *Pensiones quare super Beneficijs Hispaniæ imponi non possint?*

8 *Clericus minorum Ordinum quo titulo pensionem obtinere debeat, vt foro fruatur?*

9 *Pensio nihil spiritualitatis habet.*

10 *Sermo propriè accipiendus, vbi ad rigorem iuris seruandum dispositio procedat.*

PEnsionem, vt pensionem Beneficij Ecclesiasticum † non esse expeditissimum apud omnes videtur, vt patet ex allatis per Gigantem *de pension. q.* 28. Flaminiu. Parisi. *de resign. benef. lib.* 2. *q.* 15. *nu.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 5. *ex princip.* Hojeda *de incompat. benef.* 1. *p. in præfat. n.* 3. *& p.* 2. *c.* 7. *nu.* 4. Riccius, *decis.* 301. *n.* 2. Marescot *libr.* 2. *cap.* 18. *var.* Garcia *de benef. par.* 1. *& p.* 15. *ex n.* 67. aiunt, quia vt talis nihil aliud est, quàm temporale stipendium, nihil spiritualitatis habens, ac sicut pensio super domo, vel Ecclesiæ prædio imposita ab initio temporalis omnino est, licèt perpetuo iure debeatur, ita & pẽsio ad tempus instituta, Rodoan. *de simon.* 2. *p. cap.* 14. *ex n.* 16. Salzed. *in praxi cap.* 62. *n.* 10. ex Theolog. Azor. *tom.* 2 *mor. c.* 5. *q.* 2. Suarez *de relig. tom.* 2. *de simon. lib.* 4. *ca* 16. *ex nu.* 1. quod ad multos effectus applicant Scribentes: primò, vt eius capaces sint minores † septẽnes, Gigas *d. tract. q.* 13. 2
refertque Gratianus *discept.* 397. *nu.* 18. ita Concilij Congregationem declarasse, Narbon. *annal. casus, ann.* 1. *quæst.* 15. Riec. *decis.* 430. *in praxi*, siue *resol.* 367. Gonzal. *d. glos.* 5. §. 3. *n.* 26. Nouar. *in sin gul. can consci.* 15. *ex num.* 10. Secundò, vt obtineri possint ab illegitimis Sacerdotum † filijs super beneficio paterno, Gar 3
cia *de benef. p.* 7. *cap.* 3. *nu.* 35. Armend. *add.* 1. *n.* 9. *de fil. presb. in l. Nauar.* D. Barbosa *sess.* 25. *cap.* 15 *de reform. n.* 33. Tertiò, priuatus, & incapax † beneficiorum 4
(citra hæresis causam) effectus, quoad pensiones capax remanet, etiam si generali signo priuatus inueniatur, puta quocumque beneficio, Nauar. *cons.* 12 *in fin. n.* 15. *de rescript.* Crescent. *decis.* 14. *nu.* 2. *de re iud.* Gratian. *discept.* 397. *num.* 14. Quar-

5 Quartò, quia in Laicos † conferri pos-
sunt, vt quid aliud temporale Vaz-
quez *in opuscul. de benef. cap. 2. §. 4. dub. 2.*
n. 167. quod quotidie experimur, & do-
cet Selua *de benef. q.* 3. *n.* 4. *& p.* 3. *quæst.*
5. *n.* 27. *casu* 17. Satn. *de expect. num.* 42.
fatetur Marta *part.* 2. *cap.* 32. *n.* 47. De-
mũ, quia eius capax est illegitimus post
Rotam, Gratian. *d. cap.* 397. *n.* 11.

Nec refragatur quandoque pro bene-
ficio Ecclesiastico accipi, quia hoc eue-
nit, quando pensio in titulum præstatur
6 annexa seruitio, † & Ecclesiæ, iuxta do-
ctrinam Abb. & cæterorum in *capit. con-*
querente de Cler. non resid. & in cap. dudum,
de præsump. Felin. *in cap. postulasti* 27. *col.*
13. *in princip. n.* 8. *in* 3. *declarat. de rescrip.*
Cardin. & Imol. *in Clem.* 2. *de vit. & ho-*
nest. Cler. Crescent. *decis.* 14. *n.* 3. *de senten.*
& re iud. Suarez *de censu. disp.* 13. *sect.* 1. *n.*
11. *& de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 22. *n.* 4.
Sanchez *cons. mor. lib.* 2. *capit.* 2. *dub.* 63.
n. 4. & post Sebastian Cæsar *de Ecclesiast.*
Hierar. 3. *par. dispu.* 14. *n.* 14. Salzed. *de*
lege Polit. lib. 2. *cap.* 16. *num.* 8. *&* 18. vbi
quòd quoties ad stipendium sustentatio-
nis personæ Deo dicatæ ratione admini-
strationis, & seruitij destinatur pensio,
pro beneficio habetur. Indequè rectè in-
fert prohibitionem Pontificiam, ne ex-
7 teri beneficiorum † Hispanis debitorũ,
participes sint, ad pensiones extendi, cũ
ad hunc finem à Pontifice Italis Eccle-
siasticis detur: & quia ratio prohibitionis
æqua est, ne Prouinciæ hæ depauperen-
tur, nevè indigenæ suis fructibus, suisvè
laboribus, ac antecessorum pietate frau-
dentur.

Hoc præmisso facilis quęstionis reso-
lutio videtur, nam aut hęc pensio mino-
rum ordinum Clerico ob seruitium ali-
8 cui Ecclesiæ impendendum † in benefi-
cij propriè sumpti titulum confertur, vt
illi mancipatus altari seruire possit, &
citra dubium ad fori consecutionem sa-
tis erit: benèquè allati per Dianam pro-
cedunt, cui alios annectit Salzed. *d. libr.*
2. *cap.* 16. *nu.* 10. de praxi Hispanica te-
status. Aut verò simplex perceptio fru-
ctuum illi, vt cuilibet conceditur, sicuti
regulariter pensiones à Rege Catholico,
vel ob propria, vel aliena benemerita,
etiam militibus dantur, & oppositũ Ca-
nonibus consentaneum videtur, vt nem-
pè huiusmodi præstationes nihil spiritua- 9
litatis præseferant, † quę qualitatem Ec-
clesiastici beneficij supplere possint. In
quo omnino sequendi videntur, Azeud.
in l. 1. *tit.* 4. *n.* 15. *li.* 1. *Reco.* Carol. *de Gras.*
de effect. Cler. effect. 1. *n.* 1198. Bonacin.
de leg. disp. 10. *q.* 2. *punct.* 1. *n.* 11. Flam. Pa-
ris. *de resignit. benef. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 7. *& li.*
2. *q.* 15. *n.* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §.
5. qui ambo referunt Congregat. Card.
Declarationem, sub die 19. Iunii 1586.
ita definientem; Genuens. *cap.* 7. *num.* 7.
pract. Ricc. *decis.* 71. *n.* 11. *par.* 2. *& decis.*
192. *num.* 10. *& in praxi resol.* 470. Nicol.
Gar. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 70. Cened.
lib. 1. *q.* 4. *ex n.* 32. & cum his concordat
magna pars allegatorum per D. Barb.
in Collect. ad Trid. ad sess. 23. *cap.* 15. *de re-*
form. n. 19. *fol.* 206.

Ratio elicitur ex præmissis in antece-
denti, quòd cùm Concilium ad morum,
& Ecclesiæ reformationem respexerit,
volens Clericos minorum Ordinum Ec-
clesiis, vel beneficiatis, vel supernumera-
riis ad Deo seruiendum addici, nec in-
vtiles, vt prius, ad solius fori munimen
fieri, ac ad pristinum, & antiquum nito-
rem Ecclesiam in hac parte restituere.
Nequaquam, quòd pensionis, vel cuius-
libet redditus perceptione Clericos dici
voluerit, putãdũ est; quinimo omnia pro-
priè accipienda, vt finis propositæ refor-
mationis † assequetur, iuxta ea, quæ in si- 10
mili cumulant Tiraquel. *de retract. ligna.*
§. 1. *glos.* 7. *n.* 45. cum lata manu cumula-
tis per D. Ioan. de Solorzan. *de iur. Ind.*
lib. 3. *cap.* 7. *num.* 98. refert Salzed.
dict. cap. 16. *num.* 14.
fol. 318.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXII.

An Capellanus, cui Capella in perpetuũ vel in titulum fuit à Papa, vel Episcopo assignata gaudeat fori priuilegio?

EPITOME.

1 *Clericus capellæ seruitio addictus Ecclesiæ seruire dicitur, si illa seruitium requirit.*
2 *Mens legislatoris, an verba attendenda?*
3 *Verbis standum, vbi illa effectui non respondeat?*
4 *Finis legis, & statuti attendendus.*
5 *Verborum sensus ex adiunctis percipitur, vbi dubius sit.*

AFfirmatiuè, & meritò resoluit Pat. Diana hìc cũ Nauarro, Azorio, Bonacina, & alijs, qui idem numero sunt oppositum superiùs in pensione firmantes; nam licèt Capella propriè Ecclesia non sit, propter tamen diuina mystéria, quæ ibi celebrantur, ac sæpiùs ob vnionem ad Ecclesiã, Clericum Capellæ addictum Ecclesiæ seruire, ac Deo cum effectu mancipatum fore, † nemo negabit: 1 confirmat verò hæc opinio mirum in modum præmissa, quę posuimus de intentione Concilij, Clericos minorũ Ordinum hoc pacto ad Ecclesiæ finum, ac forum admittere voluisse, si tamen ei in aliquo ministerio operam præstarent. Alios adiungit D. Barbos. *in remission. ad Triden. hic n.* 16. vbi id firmat in Capellania collatiua, & in perpetuum titulum collata, & de frarantiam, vel præstimonium obtinente, alios Auctores adducit ibid. *numer.* 18. quæ tamen ad Concilij mentem limitanda sunt, ne (si hæc in mero redditu sine Ecclesiastico seruitio cõsistant) forum tribuere possint: cũ enim hæc impropriissimè beneficia dicantur, & Concilium, cùm reformando procedat, de proprijs beneficijs intelligi debeat tunc huiusmodi extensiones admittendæ 2 sunt, cùm in effectu, licèt non in forma † hæc Concilio conueniant, adeò vt à verbis ob mentem, & effectum recedi possit, iuxta *l. fin. C. de vsur. l.* 2. *cum simil. C. commun. de legat.* Gabr. *in* 3. *distin.* 91. *art.* 1. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. *quæst.* 3. Baldel. *lib.* 2. *disput.* 2. *num.* 4. *Theol. mor.*

Nam aliàs, vbi nec verba, nec effectus † conueniunt, verbis potiùs stãdum 3 erit, *l.* 1. *§. licet aut. D. de exercit. act.* cũ nec legum correctio ex interpretationibus subauditis inducenda sit, Glos. ordinaria *in cap. cupientes, § quod si per viginti, de elect. in* 6. *l. præcipimus, vbi Scribentes, C. de appellat.* nec impropriari debent verba legum ad iurium correctionem, quinimo improprianda sunt, ne extensio, & correctio sequatur Felin. post plures *in cap. causam quæ, n.* 5. *de rescript.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 41.

At cùm mens Concilij fuerit, vt Clerici minorum ordinum, realiter, & verè, non nomine tenus Ecclesiæ seruirent, ac vt in Ecclesiasticis muneribus, & functionibus educati aptiùs ad maiores ordines promoueri possent, illa interpretatio † 4 sumenda est, quæ magis huic fini, ac intentioni conueniat, latè Villagut. *de extens. leg. prælud.* 22. Castillo Sotomaior, *cap.* 120. *n.* 8. *cap.* 169. *& cap.* 181. *n.* 5. *contr.* quem benè ad propositum applicat Salzed. *de lege Polit. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5. *&* 6.

Quòd verò Concilium ex hoc motũ fuerit, non est dubitandum, ex præmissis *quæst.* 30. *&* 31. hoc lib. nam cum deficiente beneficio cui seruire possint, vt certis Ecclesijs addicantur (quo foro potiri possent) præceperit, apertè † ex adiunctis in eadem oratione id spectasse 5 innuit, argumento *l. sed et si adijciantur* 13. *D. pro soc. l. his verbis* 102. *in princip. D. de legat.* 3.

QVÆSTIO XXXIII.

An Clericus gaudeat priuilegio fori, & sit à Laica iurisdictione exemptus, si tantùm deferat habitum, & non tonsuram, vel è contra?

EPITOME.

1 *Tonsura an ad Clericatus substantiam requiratur?*

illam

2 ... illam necessariam non esse, qui dixerint?
3 Fideles primi relicta toga pallio vsi sunt.
4 Infideles, Christianos impostores Græcos vocabant ex habitu Philosophali.
5 Monachi distinctum habitum etiam apud Iudæos ferebant.
6 Clerici per talarem vestem, ac per tonsurã à Laicis distincti.
7 Clericalis habitus, etsi variatus, tonsura tamen semper vniformis.
8 Clerici in talaris vestis vsu alios conformes habent.
9 Serui in seruitutis signum, ac expropriationis tonsi.
10 Tonsura, & vestes talares ad essentiam Clericatus quoad Clericos minorum ordinum.
11 Captura tempus, an delicti quo ad habitus, & tonsuræ signa attendi debeat?
12 Ex præsenti tempore ad præteritum præsumptio sumitur.
13 Habitum ad delictum committendum reassumens foro non gaudebit.
14 Status vltimus, non actus vltimus pro possessione attenditur.

CONcilium dicta *sess. 23. cap. 6. de reform.* de Clericis minorum ordinũ sic fatur: *Is etiam fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficiũ Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat.*
1 Quæritur modò, an tonsura † ad Clericatus substantiam concurrere debeat; in quo vltra expressum, & literalem Concilij sensum, declaratio quoque Cardinalium eiusdem interpretum affertur, decernẽtium, vtrumquè copulativè requiri, nec alterum sufficere, quã referũt Belletus, ac Riccius locis per Dianam citatis. Addit D. Barbos. *in collectã. ad hunc cap. num. 21.* Petrum Barbos. *in l. 1. ff. sol. matr. n. 34. vers. Vltima conclusio.* D. Iosat. mat. Armend. *ad l. Nauar. lib. 2. tit. 19. add. 1. de for. compet. n. 13.* Castro Palao *in oper. mor. tract. 12. disp. vnic. punct. 4. nu. 7.* se ipsum *in Pastoral. p. 2. alleg. 12. n. 19.* Stephan. Vveyms *ad consit. 9. nu. 3. ex Consit. de iur. comm. desumptis.*

In contrarium citat Diana Marium Antonium Maceratensem *resol. 48. n. 3. lib. 3.* & Capiblancum *Pragma. 8. cap. 3.*
n. 28 quibus applaudere videtur, † cùm 2
illos posttemò referat: aiunt isti tonsuræ dimissionem non esse tantæ solemnitatis, si cætera concurrant.

Vt ergo Concilij dispositio omni ex parte rationabilis appareat, præsciẽdum est, Christianos primis Ecclesiæ temporibus Græca, & Philosophica veste, reiecta toga, † vsos fuisse, vt cum religione
morum quoquè mutationem ostenderent, amplexato Pallij vsu, tamquam simpliciore, & frugaliore veste à Philosophis vsurpata, inde illis & Græcorum sapientum vitia attributa, quòd impostores essent, virtutemquè, ac sanctitatẽ simularent, vt patet ex scriptis à D. Hieronymo. *Ad Furiam de viduitate. Vbicumquè,* inquit, *viderint Christianum, statim illud de triuio, vocant † impostorem, detrahunt:* & 3
ad Marcellam de ægrotatione Blesillæ. Nos quia serica veste non vtimur, Monachi iudicamur: & statim: *si tunica non canduerit, statim illud è triuio; impostor, & Græcus est.* 4
Monachi verò, Religiosiquè differentẽ,
& cognitum † omnino habitum, qualem Heliæ, Helisæi, ac Præcursoris Baptistæ fuisse traditio afferebat, assumpsere: de omnibus Christianis id asserit Tertullianus *Opusculo de Pallio,* vbi mirè, ac erudítè pro hac mutatione habitus pugnat. Origenes apud Eusebium *lib. 6. Eccles. histor. cap. 15.* de Heracla locutus. De Monachorum autem habitu Philo Iudæus D. Dionysius Areopagita, D. Chrisostomus *homil. 69. in cap. 21. Matth.* Nilus Abb. *in Ascethi.* Cassianus *de instit. Cœn. c. 1. 2. & 3.* S. Optatus Meliuet. *libr. 2. contra Parmen.* Athanasius *de Virgin.* Gregor. Nazian. *exhort. ad Virgines,* Hieronymus *in Hilarione, & Paulo* Eremitis Ambros. *Epist. 36.* August. *Epist. 199. ad Edicianum.* Pallad. *hist. Laus. cap. 41.* Damascenus *de Barlaam, & Iosaphat* Seuer. Sulp. *in vita S. Martial. lib. 1. ca. 2. & 14.* alijq; per Panellum. 5

Extenta postmodum Religione, Clerici

6 rici ob rasuram capitis, † vestemquè talarem à secularibus discreti sunt, nam prior Anicetus 2. à D. Petro Pontifex id decreuit (Antonino Imperante, qui fautor, mortuo Seuero parēte Christianorū fuit, vtpote ab ipsis educatus) is ad Episcopos Galliæ scribens, ait: *Prohibete, fratres, per vniuersas regionum vestrarum Ecclesias, vt Clerici, iuxta Apostolum, comam non nutriant, sed desuper caput in modū sphæræ radant*, & in Concilio Carthaginensi 4. *cap.* 13. *&* 67. in *cap. non liceat distinct.* 33. ita statutum fuit: *Nec oportet Clericos comam nutrire, & sic ministrare, sed attonso capite auribus patentibus, & secundùm Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato*. apertiùs D. Hieronymus in *cap.* 7. *duo sunt*, vers. *Et hoc designat corona* 12. *quæst.* 2. & Innocentius 3. in Concilio Generali relatus in *cap. Clerici* 15. *de vita, & honestat. Cleric.* præcipit Clericos coronam, & tonsuram congruentem habere, quòdquè clausa deferant desuper indumenta, nimia breuitate, vel

7 longitudine non notanda; † habitus verò Clericalis licèt quandoquè variatus fuerit, & consuetudo regionis attendatur, tonsura tamen semper vniformiter in Clerico requisita fuit, vt patet ex Bonifacij 8. Decretali sæpiùs citata in *capit. si Iudex Laicus* 12. *de foro compet.* ibi: *Idem censemus, si reus ipse ante deprehensionem pro Laico publicè se non gerens, deprehensus fuit in habitu Clericali, tonsuram videlicet, & vestes deferens Clericales.* Vbi apertissimè vtrumquè concurrere asserit, vt quis pro Clerico habeatur; præcipuè, quia plures (licèt Clerici non sint) vestibus tamen Clericorum talaribus v-

8 tuntur, † vt qui luctuosis vestibus induti incedunt, vel qui modestum vitæ institutum secuntur, à quibus Clerici non nisi tonsura capitis discernuntur; vnde fit per hoc signum verè, & propriè Clericum quem esse apparere. Rasio enim capitis insignium abdicationis libertatis seculi, ac Christianæ in Deum seruitutis recepta fuit; nam intonsos, & co-

9 matos liberos homines † tantùm esse fas erat, serui capillum deponere apud Græcos, postmodum apud Romanos iubebantur, Alex ab Alexan. *lib.* 5. *genial. cap.* 18 vers. *Apud Lacedæmonios quoq;* hinc oritur seruitutis gloriatio in Apostolis, & in ipso Christi Vicario, qui amplius se seruorum seruum appellat, & caput etiam maiori sphæra tondet, vt sacrum simul, ac seruitio deputatum ostendat, Abbas in *cap. Clerici* 15 in additione *post. nu.* 4. vers. *Ideo autem raduntur*. D. Hieronym. *ibid.* vers. *Rasio verò capitis est temporalium omnium depositio*.

Cùm ergo Tridentinum Concilium ad mores Ecclesiasticorum reformandos prospiciens minorum initiatorū vitæ rationem, ac habitum informans, rasuram cum talari veste ad essentiam illius status esse cōstituit, si foro gaudere, & pro
talibus haberi velint, † necessitatē vtriusquè signi omnino indicit, ac conditionē sine qua non, vt perperam de necessitate disputetur, cùm id à nascente Ecclesia ortum habuerit, ac in reformatam à Cōcilio cùm amissionis Clericatus pœna translatum. Vt sine magnæ temeritatis nota dici minimè possit, quod à Capiblā co asseritur, tonsuram nempè nequaquā tantæ solemnitatis esse, vt si cætera concurrant, Clericus foro priuandus sit, cū per præmissa hoc præcipuum Clericatus signum esse appareat, post Conciliū præcisè, ac citra dispēsationem requisitum; aliàs enim Concilium non reformasset, sed ampliasset, ac elargasset, quòd iuri Canonum repugnat, vt in *cap. vlt. de verbor. signif.* & sæpiùs supra. 10

Atquòd inde infertur à P. Diana cū Mario Anton. *dict. resolut.* 48 *num.* 7. & Sanch. *de matrimon. tom.* 2 *lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 10. contra ea, quæ docuit Gutierr. *in quæst. Can. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 9 ac Mexia *in Pragmat. taxæ panis conclu* 1. *num.* 31. tempus capturæ, quoad habitus delationem, & tonsuræ attendi minimè †
debere, sed delicti patrati initium, si eo in actu illis insignibus vtebatur; Bonifacij præmissa Constitutio in *cap. si Iudex Laicus* attendenda mihi videtur, vbi tempus 11

deprehensionis non consideratur, si ante [illegible] pro laico publicè se gerebat, ac pro tali communiter habebatur, vt nempe actus deprehensionis solus attendi non debeat, nec delicti, sed status aliquis, qui constet ex cursu alicuius temporis, per quod habitum dimisisse animo se ad laicalem statum iterum conferendi eliciatur, quàm momentanea habitus dimissio, sicut nec reassumptio attendenda nō est, vt statim *seq. quæst.* dicemus: Atio tamen
12 non probato, sine habitu inuentus † illū de præterito di[illegible]isse præsumēdum est, ex dicto *cap. si In*[illegible] vers: *Idem censemus*, & vers. *Iustum est enim*, & *cap semel* 8. *de reg. iur. in* 6. Nec enim, quia Clericus ad committendum delictum procedens eo instanti habitum assumat (veriùs dicam
13 illo ad facinus illud abutatur) si tamen † illum gestare postea omittat, per hoc foro gaudebit; hæc enim omnia in fraudē gesta præsumuntur, vt per Archid. & Gemini. *cap. vnic.* §. *& cum de Cleric. coniug.* Bellug. *Rub.* 11. §. *videamus, nu.* 3. refert Marta *par.* 2. *cap.* 32. *n.* 41. In qualibet
14 verò possessione probanda, nō vltimus † actus sed status attendi debet. Rota Farin. *decis.* 477. *par.* 1. *tom.* 2. per Cardin. Caualer. *decis.* 589. *nu.* 5. Cardin. Seraphin. *decis.* 582. *n.* 5. *& decis.* 1471. *n.* 7.

QVÆSTIO XXXIV.

An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & tonsuram, amittat priuilegium fori, & Iudex laicus possit illum punire?

EPITOME.

1 *Monitione ad Clericalis fori amissionē olim opus erat.*
2 *Conditio in forma specifica adimplenda.*
3 *Dispositio habens tractum successiuum ad sui essentiam perpetuum implementum requirit.*
4 *Conditio perpetua pro impleta habetur, quā do perimpleri debent non stat.*
5 *Clericus, qui ad delictum commodius patrādum habitum dimittit, an gaudeat foro?*
6 *Commodum ex delicto nemo sentire debet.*
7 *Monitio hodie non requiritur in Clerico minorum Ordinum habitum dimittente.*
8 *Clerici actus Clericatus contrarios exercētes moneri debent, vt foro excludantur.*
9 ... *vinum etiam proprium vendere prohibentur.*
10 ... *vsuram exercentes in mutua pecunia foro non gaudent.*
11 *Dictio, nisi, est negatiua, & aduersatiua.*
12 *Monitio generalis sufficit ad excludendos à foro exercentes actus Clericatui repugnantes.*
13 *Constitutionum Pontificalium publicatio vicem monitionis obtinent.*

CONcilium præmissa *sess.* 23. *cap.* 6. super habitus, & tonsuræ Clericorum in minoribus constitutorum delatione ad antiqua iura corrigenda respexisse videtur, quibus vel trina † monitio, 1
vel continua per annum habitus, & tonsuræ dimissione, ad amissionē fori opus erat, ex *cap. fin. de vita, & honestat. Cler. & cap. vnico eod. tit. in* 6. vers *Si per annū*. Nā cùm non nisi eum hac conditione forū largitus fuerit, *si habitum, tonsuramque deferant*, nisi de impleta conditione doceatur, beneficio fori non potientur. Illa enim in forma † specifica implenda est, 2
maximè suspensiua, sine qua non, *l. cùm ab eo* 41. *D. de contrahend. emption. l. Thais* 41. §. *fiscbum, D. de fideicom. liber.* Bartol. *in l. quibus*, §. *Termilius*, vbi Cast. & Soc. *D. de condit. & demonst.* Canonistæ *in cap.* 4. *de condit. appos.* Et quando dispositio est facta in materia de sui natura † tractū 3
successiuum, ac statum perennem inducente, requirit ad sui essentiam perpetuum implementum, nec sufficit interpolatum, & momentaneum, ex text in *l. si quis ita legauerit* 8. *D. de condit. & demonst.* Scribentes ibi, *& in l. si quis heredem*, vbi Ias. *num.* 14. *in* 4. *limit. C. de instit. & substit.* Bal. Paul. Imol. & cæteri *in l. substitutione, D. de vulg.* quos cum alijs adducit Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 19.
In hac ergo quæstione, licèt Clericus non

non omni momento cum habitu incedere, vt foro gaudeat, cogendus sit, attamen vt per eum non stet, quin eo perpe-
4 tuò † vtatur, requirẽdum est, vt ex dicto Pomponij responso in *l. si quis ita* decidi potest, ibi: *Quia non omne momentum exigendũ sit, vt cũ liberis sit, si eam mentem, & id propositum habeat, ne filium à semet dimittat, neve per eam fiet quominus cum ea filius educetur*. Sicut enim quis per momentaneam habitus (iter faciens, vel in domo, vel in adiacentibus existens) depositionẽ foro priuandus non est, cũ ea mente illũ deponat, vt statim recepturus sit, ita qui per aliquod tempus, ac continuò in omni loco eum dimittat, ac sine tonsura incedat, cùm per eum stet, ne conditioni pareat, dum nulla necessitate, vel cõmoditate compulsus illum à se deiicit, pro Clerico habendus non est.

Quòd verò ex Bonacina *de legib. disp. 10. quæst. 2. punct. 1 §. 4. num. 14.* refer-
5 tur, Sacram Congregationem pro † Clerico (qui ad delictum commodiùs patrãdum habitum dimiserat) sententiã protulisse, licèt captus quoque sine illo fuisset; mihi admodum durum videtur, vt ex delicto ipso, ac opera rei illicitæ præstita commodum sentire debuerit, contra ea, quæ supra *lib. 1. quæst. 13. num. 7.* tradita sunt, cùm hic vltra habitus di-
6 missionem delictum patrauerit, † quod æquè Clericatus naturæ repugnat, patet ex Clerici definitione à D. Isidoro tradita *lib. 2. cap. 2. de Ecclesiast. offi. in capit. his igitur, distinction. 23.* puto verò nullatenus Patribus in mentem venire potuisse, vt obligationi deferẽdi habitum, & tonsuram Clericis inductæ, hanc voluerint exceptionem adiicere, si illa ad patranda faciliùs scelera dimiserint, in quo saluum sit semper sacræ Congregationis iudicium, quòd ex alijs circunstantijs non ex hac ratione processisse crediderim.

At quantum attinet ad trinam monitionem, existimo quoad Clericos minorum ordinum, respectu habitus, & ton-
7 suræ non † requiri, ex Auctoribus à Diana, & per me *quæst. 24.* relatis, nisi de alijs actibus Clericatui contrarijs † age- 8
retur, vt in dicto *cap. vnicò*, ibi: *Clerici, qui Clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se ioculatores, seu goliardos faciunt, aut bufones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure, si autem tempore breuiori, & tertiò moniti non resipuerint, careant omni priuilegio Clericali.* De ebrijs est textus in *cap. a crapula 14.* 3
versic. *Ab officio, & beneficio*; & de exercentibus cauponam, vel tabernam *capit. Clerici officia 15. de vita, & honest. Cleric.* & in *cap. nulli distinct. 44.* vbi extenditur ad Clericum ergasteriam exercentem, & de secularibus negociationibus exercente *cap. fin.* versic. *Mandamus, eod. tit.* latè Diaz *in praxi Canon. capit. 62.* & de Clericis tabernarijs, carnificibus, macellarijs, cauponibus, tabularijs, Diaz *ibidem cap. 63.* Lambert. *de iure patr. libr. 2. art. 26. quæst. 9. part. 1.* Marta *de iurisdiction. par. 2. cap. 32. num. 59.* vbi ex Geminiano *in cap. 1. col. 2.* versic. *Nota istam gloss. sam, de vita, & honest. Cleric. in 6.* quòd Clericus non potest per se vinum propriæ possessionis, vel Ecclesiæ vendere, sub hac eadem pœna, & quòd excusatur tantummodo, si per alium † vendi faciat. Allegat etiam Rodoanum *de spol. Eccles. quæst. 2. num. 42. & 47.* Idem de 9
Clericis vsuram †, exercentibus in *capit. Episcopus, & cap. seq. dist. in. 47.* & de scurra, & proditore in *cap. Clericus, distin 46.* & de maledico *ibid. cap. 5.* 10

Sit ergo conclusio, Concilium Clericis, qui habitum, & tonsuram non deferant, non fauere, nec ipsos eius dispositione vti posse, nisi priùs Conciliari dispositioni obedisse doceat; illa enim dictio NISI adeò Clericos à foro † sine 11
illis requisitis arcere videtur, vt negatiuę vim habeat; & regulam contra eos statuat, vt per D. Barbosam ad eam Gloss. *in l. si quis Titio 17. vers. Nisi dumtaxat, D. de legat. 2.* cum alijs. Ideo monitione opus non esse.

At verò quod attinet ad exercentes officia Clericatui opposita, habitu retẽ-

to *de instit.lib.* 1 *quæst.* 5 *art.* 2. *conclu.* 3. Baldell.*lib.* 5 *disput.* 22. *ex nu.* 5. *& disp.* 47 *n.* 5. Episcop.Valenz. *cons.* 8 *nu.* 20. *tom.* 1. & alij relati sæpiùs hoc libro. Nã cùm hæc consuetudo ius vetus non corrigat, nec aliquod nouum inducat; sed tantùm Canonicum ius interpretetur, quomodo ex iuridicis regulis accipiendum sit, validè inducitur, ac magis validè indutum semel ex promiscuo consensu populi Prælatis aspicientibus seruatur tanquam iuris Canonici pars, ac custoditur, cùm verissimum sit illud Pauli enunciatum in *l. si de* 37. *D. de legib.* *Si de interpretatione legis quæratur, inprimis inspiciendum esse, quo iure Ciuitas retro in huiusmodi casibus vsa fuisset: optima enim est legum interpres consuetudo.* In hunc sensum plura Pontificum, Sanctorumquè placita leguntur in tota *distinct.* 12. in huiusmodi

4 consuetudinis † interpretatiuæ munimen tam de generali omnium Ecclesiarum, quàm de particulari vniuscuiusque Prouinciæ, vt in *cap. illa autem.* Per quæ fit, consuetudinem hanc, nec quoad Gallos, nec quoad Siculos culpãdã fore, cùm interpretando emerserit, ac in posteros producta fuerit, vt patet ex *Guidonis Papæ* rationibus, quæ non eò tendunt, (vt doctissimus putat Couarru.) quòd in Gallia Bonifacij Decretalis recepta non fuerit, nec obseruetur; nam veriùs est amplexatam ibi fuisse; benè quidem suadere conatur cognitionem vestium in illa Decretali Ecclesiastico Iudici non deferri, atquè ideò id, quod Pontifex tacuit, supplendum non esse, vt patet ex Guidone Papæ, ibi: *Sed ille textus non loquitur, nec dicit, quòd si sit quæstio, vel dubiũ de habitu, an sit Clericalis, vel non, quòd Iudex Ecclesiasticus debeat cognoscere: ideo non debet extendi dispositio dicti capit. ad casum istum de habitu, quia nostra non interest legi,*

5 *ac † Canonem vltra casum suum extendere, iuxta l. si verò, § de viro. D. solut. matrim. Si enim Papa voluisset in dict. capit. si iudex Laicus extendi cognitionem Iudicis Ecclesiastici ad aliam casum, respectu habitus benè expressisset, vt dicitur in simili in cap. ad Audientiam extr. de Decim.*

Hinc colligitur, quid sentiendum de Couarru. *dict. cap.* 33. dum dixerit, illam Decretalem in Gallia non admissam, *dicto num.* 1. *versic. Apud Gallos*; cum ibi, & apud nos Siculos de eius interpretatione certatum fuerit, ac admissa hac negatiua, quòd in ea cognitio de vestibus inclusa non videatur, inoleuit vsus, qui ex premissis Pontificijs, ac Sanctorum auctoritatibus illum fouentibus, firmiter (vt ipsa lex) custodiendus est, hodie præcipuè post Tridentini Decretum, *sess.* 23; *capit.* 6. quo minoribus Ordinibus initiatis, necessitas delationis habitus indicitur, si foro frui velint, regula negatiua constituta, ne gaudeant, nisi qui habitum deferunt, vt in sequenti quæstione dicendum erit. Nam ex hoc oritur cessare partim, quo ad Clericos minorum Ordinum, quæ in dicta Bonifacii Constitutione tradita sunt, de notoria qualitate Clericatus sine habitus delatione ad remissionem suffectura; cùm eo ipso, quòd huiusmodi habitum non deferant (si comprehendi in delictis cõtingat) foro exclusos esse constet, vt loco suo probatum est.

Hæc autem consuetudo, præter tradita à Guidone Papæ, fundamentis alijs fulcitur; nam cùm Clericalis habitus à iure † Canonico, & inueterato Ecclesiæ 6 vsu stabilitus firmiter fuerit, vt in *cap.* 33 *non liceat distin.* 23. vbi præcipitur Clericis, vt talarem vestem induant, à quo Bonifacius non discordat, dum talem habitum deferre præcipit, quo statim Clericus esse cognoscatur, ibi: *Iustum est enim, vt ipse talis, quem gestat, ex habitu (quousque appareat aliud) præsumatur, qualis is esse, cuius fert habitum comprobatur.* Quoties ex personæ captæ inspectione (quod est notorium facti) appareret, ipsum nec tõsuram, nec Clerico conuenientem habitum habere: hæc non iuris, sed facti quæstio esset, per rei euidentiam, ac innegabile notorium terminanda, in qua nulla spiritualis cognitio emergeret. Probatio enim † notoria per rei euidentiam, 7 nun-

nunquam sublata censetur, sed nec cognitio similis prohibita, sicut de matrimo-
8 nio, an sit, cognitio Iudici Laico † non eripitur, vt post Bart. *in l.Titia* tenent omnes communiter *D.solut.matr.* demũ Barb.*ex num.* 22.*&* 23.& post Anchar. & Barbat. ac ipsummet Couar. fundat Vincent. de Franch. *decis.* 36. Sunarr. *de Cath.instit.tit.* 40. *de matr.* Fontanell. *claus.* 4.*gloss.* 12.*p.*2.*n.*27. Gutierr.*de iurament.p.*1.*cap.*2.*n.*35.& ad quæstionẽ Mastril. *decis.* 113. Otero *quæst.* 30. *libr.* 1. Ramon. *cons.* 73.*ex n.*27 *cũ plur.seq.*

Et de notorio facti per rei euidẽtiam Bal. in *l.contra negantem in fin. C. ad legem Aquiliam.* Valenzuela post alios *cons.* 96. *n.* 140. Salzed.*de lege politica cap.* 7.§.1. *n.* 15.*lib.* 1. eleganter idem Bald.*in Rubr. C.de probat.* vbi quod *probatio* huiusmodi *est superlatiua omnium probationum, quia illi sunt verissimi sermones; qui concordant rebus sensatis testibus.* Oldr.*cons.* 106. Anchar.*cons.* 112. Roman. *cons.* 104.*Pater reuerende.* Seraph.*de priuileg. iuramen.cap.* 4.*num.* 30. Alciat. *consil.* 100 *volum.* 5. Ludouic.*decis.Rotæ Rom* 373 *numer.* 6. addendus textus in *cap.* 24.*cum olim*, versic. *Aut euidentia rei, de verbor. significatio.*
9 apud quos omnes † constat, nunquam prohiberi, nec effugi posse hanc probationem, & coram quocumque in qualibet iudicij parte, vel extra iudicium admitti, & efficaciorem, sententia, confessione, & actis censeri; sicut ergo non dubitaremus ex sentẽtia exclusionem Clericatus probari, ita & rei euidentiam sufficere, vt quis non habeatur pro Clerico ex indecenti habitu dicendum est, vbi eiusdem Clericatus substantia in habitus delatione consistit, prout in Clerico minorum ordinum post relatum Tridentini Concilij Decretum euenire probatum est, quam etiam rei euidentiam in hac specie Bonafacius 8. non tantùm non exclusit, verum summopere amplexus est, in *dict.cap.si Iudex Laicus*, ibi: *Iustum est enim, vt ipse talis, quem gestat ex habitu, quousque appareat, aliud præsumatur, qualis is esse, cuius fert habitum comprobatur,* & post aliquot exempla concludit: *Isque status alicuius esse videtur, in quo ipse deprehenditur, nisi contrarium probetur,* quæ probatio in minorum ordinũ Clericis post Tridentinum inutilis est, cum habitus gestatio de substantia Clericatus effecta fuerit.

Hinc constat, omnia, quæ à Scribentibus super fama publica, & notoria Clericatus (eius, qui sine habitu comprehensus fuerit) tradita sunt, de quibus Diana hoc loco, procedere hodie, quoad Clericos in sacris, non quoad cæteros, nam his fama, si sine habitu in delictis deprehensi fuerit (vt sequẽti quæstione probatum est) ad nihilum proficit.

QVÆSTIO XXIX.

An Iudex Laicus, & quando possit punire Clericos in minoribus constitutos?

EPITOME.

1 *Clerici ob beneficium an à continua habitus delatione exonerati fuerint?*

2 *Concilij Tridentini mens fuit, Clericos minorum Ordinum reformare, non eorum licentiam ampliare.*

Resoluit hoc loci P. Diana, Clericos beneficium Ecclesiasticũ obtinentes, fori priuilegio in delictis comprehensos gaudere, licèt habitum Clericalem non deferant ex multis Iurisconsultis, ac ex Rodrig. *in summa, tit.* 1. *cap.* 155.*concl.* 2. Bonacina *de legib.disp.* 10. *quæst.* 2.*punct.* 1.§.4.*n.*10. quòd vè delatio habitus ijs tantùm, qui beneficio carentes Ecclesiæ seruiãt, vel in Seminario Schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi versantur, necessaria sit, cui addendi sunt alij plures per D. Barbosã adducti *in remissionibus n.* 11. vers. *Nisi Beneficium*, vbi quòd Clerici † minorum Or- 1
dinum beneficia obtinentes, foro Ecclesiastico fruuntur, quamuis habitum Clericalem, & tonsuram non deferant, propter disiunctiuam, *aut*, quæ facit, vt id in alijs solùm requiratur.

Refert P. Diana in oppositum, Suar. *de censuris, disp.* 22 *sect.* 1 *nu.* 11. & Ambros. *de immunit. cap.* 13. quibus respondet, non requiri in beneficiato, vt alicui Ecclesiæ seruiat, quod & ego sentio, nã cum beneficiatus Ecclesiæ sui beneficij inseruire supponatur, alteri Ecclesiæ addici certè non debuerat. At quoad delationem habitus, & tonsuræ, quòd tali Clerico remissa censeatur, satis addubito: nã mens Concilij, & Principum, totiusque Christianæ Reipublicæ vota, vt ex historijs, ac eorũ, qui interfuerũt, relationibus,
2 cõstat ad id tendidisse cõpertum est, † vt Clericis minorum ordinum, talis viuendi norma præscriberetur, vt ex eorum libertate, Prouinciæ nullum incommodũ sentirent, vtquè eis forus indulgeretur, vt illis, qui in via ad sacros Ordines viderentur, sicut Nouitijs quòad religiosum statum, quod colligitur ex contextu Concilij, ibi: *Quasi in via ad maiores Ordines suscipiẽdos versentur.* At cùm ante Concilium habitus delatio, & tonsuræ signum omnibus Clericis necessaria pro fori admissione erãt, impossibile videtur, quòd loco reformationis Concilium hanc necessitatem remittere voluerit, cùm vltra ordines tonsuræ, & habitus delationem, necessitatem quoquè addiderit, vel obtinẽdi beneficij, vel seruiẽdi præstitutæ à Prælato Ecclesiæ. Inducta enim ad augmentum diminutionem, ac contrarium effectum operari non possunt, iuxta textum *in l. legata inutiliter, D. de adim. legat.* quòd Sacrosanctum Trident. Concilium, Clericorum in minoribus licètiam reformare voluerit, patet ex traditis ab Episcopo Couarr. *pract. quæst. cap.* 31 *num.* 5. *vers. Tertiò illud*, apertiùs, *cap.* 32. vbi de Alexandri VI. Constitutionibus agit ad Reges Hispaniarum, & Galliæ directis super necessitate deferendi habitum, & tonsuram, ob vitanda scandala, & Reipublicæ damna, vbi *in fine* refert hoc Tridentini Decretum in idem, ac per idem se præsente, & inter Episcopos votante, prolatum.

Ex quibus putarem dictionem illam *aut* alternatiuam, inter beneficij assecutionem, & Ecclesiæ seruitium inducere, vt vtraquè via ei satisfactum censeatur, quò vero ad habitum, & Clericalis tonsuræ vsum, illum in vtroquè semper supponi, in quam sententiam quoquè adducor ex ipso loquendi modo, ibi, *Clericalem habitum, & tonsuram deferens*, qui suppositiuus est, nempè dans hoc pro firmo, & certo, iamquè stabilito, solùm de seruitio, vel beneficio nouum ius inducens, addendo, non diminuendo, in quo quidẽ sanctæ Sedis iudicium optarem, firmiter interim tenens, Concilium, nihil de rigore Canonum remittere voluisse, cùm id præcipuum in mente habuerit, vt deformato Clero consuleretur, vt ex orationibus ad Concilij cogendi causam exprimendam recitatis patere potest.

QVÆSTIO XXX.

An si dictus Clericus habeat tantùm titulum, & collationem beneficij, non autem possessionem, gaudeat fori priuilegio, & sit à iurisdictione Laica exemptus?

EPITOME.

1 *Beneficium, vt Concil. Trident. satisfiat quale esse debeat?*
2 *Beneficij appellatione prabenda, & Ecclesia veniunt.*
3 *Successio in qualibus beneficijs prohibeatur?*
4 *Prabenda appellatione quid veniat?*
5 *Pralatia dicuntur Papatus, Cardinalatus, Episcopatus, item & beneficia.*
6 *. . sunt de iure diuino, cætera verò de iure positiuo.*
7 *Papa in beneficialibus plenissima potestate fruitur.*
8 *Beneficia verè non dari sine propria Ecclesia.*
9 *Clerici ob id propriè instituti, vt Ecclesijs in necessarijs inseruiant.*
10 *Principes de immodico, & inutili Clericorum numero ante Concilium questi sunt.*
11 *Titulus beneficij vbi de seruitio agitur non proficit.*

12 *Per-*

12 *Perceptio alicuius iuris sine spiritualitate admixta impropriè beneficium dicitur.*
13 *Beneficium propriè dictum quod sit?*
14 ... *latè sumptum tunc venit in Concilio, vbi sic reformationi conueniat.*
15 ... *Ecclesiæ seruitio annexum intelligi debet ratione adiunctarum qualitatum.*
16 *Beneficium dicitur etiam sine redditibus.*

DIsputatio hæc ex mente Concilij pendet, de quo beneficio Patres senserint, nam si de quolibet, vt vulgo putãt, facilis resolutio videtur: sin autem sensus Concilij is fuerit, vt beneficium (de quo prædicatur) Ecclesiæ seruitio, Scholæ, vel Seminario æquipolleat, de benefi
1 cio † Ecclesiæ Capellæ, vel altari annexo locutum fuisse cẽsendum est, quasi is, qui certam Ecclesiam sui beneficij adire debeat, eiquè seruire, nulla Episcopi deputatione indigeat. Quòd verò hic sensus Concilij fuerit, nõn verò, vt quis ex qualibet fructuum Ecclesiasticorum (sine aliquo Ecclesiæ seruitio) perceptione Clericus dici, & vti talis foti præscriptione, & Canonis priuilegio ad finem vitæ in eodem statu manendo, gaudere debeat, moueor primò ex huius vocis *beneficij Ecclesiastici* definitione ex antiquis Concilijs, & Decretalibus explicatę, cuius appel
2 latione Ecclesiæ † tantùm veniũt, & præ bendæ, vt in *cap. 2. si quis dato, vel accepto 1. quæst. 3.* ibi: *Des Ecclesias, vel Ecclesiastica beneficia, quæ quidam præbendas vocant*, vbi D. Gregorius in has duas species Ecclesiasticas res contrahit, ne pecunia citra Simoniacam labem vendi posśint, & In-
3 noc. 2. *in cap. 7. Apostolica 8. quæst. 1.* in ordine ad prohibitionem † succedendi in eis hæreditario iure, alia eiusdem generis addit, ibi: *Apostolica auctoritate prohibemus, ne quis Ecclesias, præbendas, præposituras, capellanias, aut reliqua Ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vendicare*, optimè ad assumptum nostrum Vrbanus II. in *cap. 2. dist. 70.* vbi quòd aliter sine titulo, Ecclesiæquè seruitio facta ordinatio irrita ha-
4 beatur. Præbendę autem appellatione † in *cap. olim 16. de verbor. signif.* id, quod recipientibus in victu, & vestitu de communi præstatur, venire Innoc. 3. declarauit. Ecclesiastica vero officia Prælatię dicũ-
tur, Papatus, † Cardinalatus, Episcopatus, cęteriquè Ecclesiasticarum dignitatum gradus continentia, quę & beneficia dicuntur. De Papatu, est textus in *c. 1. de maledicis*, ibi: *In depræssionem officij, & beneficij nostri protulit*. De Episcopatu cęterisquè gradibus ex Isidoro totus compactus est, *cap. Cleros, dist. 21.* latè Andręas Barbat. *de præst. Card. quæst. 1.* vnde probat Papatum, Cardinalatum, & Episcopatum † 6
iuris diuini esse, sequitur Marta, *de iurisdict. part. 2. cap. 39. ex n. 1. ad 10.* vbi etiã notat cętera post hęc beneficia iuris positiui esse, ex Abb. in *cap. constitutus, de relig. domib.* & in *disput. incip. Episcopus col. 2.* vers. *Ad propositum*, per text. *in cap. 1. & 2. dist. 22.* vbi dicitur, Papam Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos instituisse, ex textu in *cap. in illis dist. inst. 80. & cap. 1. dist. 90.* ex Innoc. *in cap. cum pridem, de renunc. & in cap. 1. de simon. cap. olim, dist. 95.* Archid. *in cap. omnes dist. 22.* Card. *in cap. 1. dist. 44. col. 4.* vers. *Et quantum posició*, Spec. *in rationali diuinorum, lib. 2. c. 1.* text. cum gloss. *in cap. 1. distinct. 22. in cap. 2. de præb. in 6. Clem. 1. vt lite pendente*, vbi quòd Papa † habet plenissimã po- 7
testatem in beneficijs per *cap. proposuit, de concess. præbendæ*, quod secus esset si beneficia omnia de iure essent diuino, *cap. sunt quædam 15. quæst. 1.* text. *in cap. cum de beneficio, de præbend. lib. 6.* In quorum multis firmandis Marta summopere defecit, vt ex ijs patet, quæ pro Primatu Calaritano scripsimus. Hoc tamen firmum est, beneficia † Ecclesiastica propriè, & verè 8
Ecclesiam habere addictam, vt expremissis patere potest, & meliùs ex *cap. cum essent 12.* vers. *Ei dare Ecclesiam, & cap. seq.* vers. *Eos amoueas ab Ecclesijs taliter acquisitis, de Simon.* vbi Ecclesia pro beneficio accipitur, idem *in toto tit. de concess. præbendæ non vacantis*.

Secundò moueor ex fine Concilij, qui alius esse non potuit, nisi vt Clerici minorum Ordinum, iuxta priscas Ecclesiæ san-

9 sanctiones † in agro Dominico, iuxta vniuscuiusque Ordinis institutionē seruirent, vt in *dict. cap. Cleros distinct.* 21: quod firmum fuit primis Ecclesiæ temporibus, vt ex Constantij Augusti constitutione patet in *l. qui diuino, C. Theod. de Episcop. & Cler.* Archadij quoque, & Honorij in *l. in Ecclesijs* 11. *C. de Episcop. & Cler.* Atquè hoc semper in Ecclesia seruatum asserit Iustinianus in *Authent. vt determin. sit numer. Cleric. in princi.* vers. sic. *Inuestigantes igitur illud vndiquè.* Causam verò deordinationis tradit ibidem, his verbis: *Cùm verò Deo amabiles Episcopi ad aliquorum preces semper respicientes protracti sunt ad ordinationum multitudinem.* Aliamquè tradit Zosimus Papa *ad Episcopum Salonitanum* in Cod. veteri Romano, vbi ait: *Episcopos ex ordinatorum numero pompam multitudinis quærere, & putare ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri.*

Cùm enim Trident. Concilium corruptum Ecclesiasticorum statum reformare instituisset, inuenissetquè Episcopos inutilem multitudinem Clericorum instituere solitos, ex quo opinio Ecclesiæ integritatis non parum maculabatur, vt Couarruuias (locutus de tēpore, quod Concilium præcessit) testatur præcitatis *cap.* 31. & 32. *practicar.* vbi quærimonias Principum, † & Prouinciarum refert, propter onera in populos ob immunitatem tot Clericorum recadentia: hæc
10
duo in eorum reformatione instituit, vt singuli, vel proprias ex beneficio Ecclesias haberent, vel ab Episcopo certis Ecclesijs (quæ ipsorum opera indigerent) deputarentur, vt ibi in ordine ad maiores ordines proficerent, aliàs pro Clericis non haberentur. Ad quod beneficii titu-
11 lus † proficere non potest, nisi Ecclesiæ possessio, cui seruiendum est, accedat.

Etenim appellatione Ecclesiastici Beneficii in materia reformatoria, vt sic dicam, illud tantùm venire debet, vbi seruitium impenditur, non verò simplex
12 perceptio † alicuius iuris sine aliqua obligatione, vel spiritualitate admixta, quòd impropriissimè beneficium dicitur, iuxta tradita per Glos. *in cap. 1. verbo obtineri, de regul. iur. in 6.* Rebuff. *in praxi beneficiali, tit. quid sit beneficium, nu. 8.* vbi *quòd beneficium propriè † est portio obuentionum, & redditiuum Ecclesiasticorum, quæ datur ministris Ecclesiæ pro seruitio suo spirituali.* Item ius percipiendi prouentus in Ecclesia, tamquam vni de Collegio, dicitur beneficium, secundùm Hostiens. *in Summa, tit. de præbend. in princ.* Alludit D. Antonin. Archiep. Flor. *par. 3 tit. 15. cap. 1. §. 1.* dicens, Beneficia Ecclesiastica esse redditus deputatos, & designatos Clericis deseruientibus in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, in officiis, siue redditu, siue isti sint ex decimis, siue ex possessionibus, & quòd debēt habere aliquid spiritualitatis annexū, docet Ancharra. *in cap. beneficium n. 3. & seq. de reg. iur. in 6.* Rebuff. *de pacifico possessore, num.* 287. Hojeda *de incomp. benef. p. 2. c. 8. n.* 10. Gratian. *discept.* 397. *ex n.* 50. vbi de beneficiis largo modo sumptis agit, quæ tunc venire in dispositione † Concilii affirmat, quando illud verbo generali vsum fuerit, vt in *sess. 25. c. 15. de ref.* vbi disponit prohibendo, ne filii beneficiatorū in eadem Ecclesia, vbi parentes beneficio potiuntur, *aliquod beneficium* obtinere possint; putāt enim ipse, & rectè, nec ad improprium beneficium admitti debere; proptet generalem locutionem, de quā in Glos. *in Clement. vnic.* verb. *Aut eorum parte aliqua, de for. compet.* Rebuff. *in l. locus,* verb. *aliqua de verbor. signi.* nam illic & semper Concilium animo reformandi locutum fuit. 13 14

Accedit, quòd cùm in hoc Decreto Concilium beneficiatos hos in actu seruientibus in Ecclesia comparet, de beneficio habente seruitium † Ecclesiæ annexum intelligi debet, saltem ratione adiunctorum, vt in *Extrauag. ad reprimendū* verb. *videbitur, DD. in l. si sic, D. de legat.* 1. Surdus *cons.* 33. *n.* 43. vbi alii. Ex quibus adducor, vt credam Clericum in minoribus vera, & reali beneficii possessione (vt Concilio satisfiat) indigere, nec titulum sufficere, cùm illud non ad impro- 15

propriũ beneficiũ respõderit, sed ad illud, quòd Ecclesiam, seruitiumq; annexum haberet, sicuti eos, qui talia beneficia obtinere non possunt, vt in Ecclesiis supra numerum recipiantur, præcipit. Nulla enim reformatio inducta fuisset, si qualis qualis beneficii prætextus sufficeret, quo Clericus Diuinis non manciparetur, nec Ecclesiæ in aliquo inseruiret; quod naturæ Clericatus, & Ecclesiæ integritati repugnaret.

Consentio verò Dianæ in eo quod ex Carolo de Grassis *off.* 1. *n.* 1224. docet, non sine re Clericum beneficialem dici, si Ecclesiam † sine redditibus possideat,
16 nam habere, vel non redditus non est de essentia, quo ad hoc, vt quis Ecclesiæ mãcipatus dici debeat, nam Ecclesia à sui initio summa paupertate fundata fuit, licèt postmodum adulta diuitias admiserit, vt in *cap.* 5. *Clericus, cum tribus seq.* ex Hieronymo, Gregorio, & Vrbano, Sanctissimis Pontificibus 12. *quæst.* 2. cùm verò ex casu contingat ad paupertatem aliquam Ecclesiam redire, non per hoc, qui ei addictus est, Clericus esse desinet, argumento *l. si vnus* 27. §. 2. *D. de pact.* vbi *non fit causa dotis deterior, si forma sua redditur*. Nã quò magis pauper proprius Clericus videtur.

QVÆSTIO XXXI.

An Clericus qui habet pensionem tantũ super aliquo Beneficio, gaudeat tanquam Beneficiatus priuilegio fori, ita vt exemptus sit à foro seculari?

EPITOME.

1 *Pensio Beneficium Ecclesiasticum non reputatur.*
2 *Minores septennio pensionis capaces sunt.*
3 *Illegitimi Sacerdotum super paterno beneficio pensiones obtinent.*
4 *Beneficiorum incapax pensionis capax est, nisi ex hæresi.*
5 *Laici pensionum capaces.*
6 *Pensio Ecclesiastica tunc est, vbi datur in titulum pro seruitio.*
7 *Pensiones quare super Beneficijs Hispaniis imponi non possunt?*
8 *Clericus minorum Ordinum quo titulo pensionem obtinere debeat, vt foro fruatur?*
9 *Pensio nihil spiritualitatis habet.*
10 *Sermo propriè accipiendus, vbi ad rigorem iuris seruandum dispositio procedat.*

PEnsionem, vt pensionem Beneficiũ Ecclesiasticum † non esse expeditissimum 1 apud omnes videtur, vt patet ex allatis per Gigantem *de pension. q.* 28. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 2. *q.* 15. *nu.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 5. *ex princip.* Hojeda *de incompat. benef.* 1. *p. in præfat. n.* 3. *& p.* 2. *c.* 7. *nu.* 4. Riccius, *decis.* 301. *n.* 2. Marescot *libr.* 2. *cap.* 18. *var.* Garcia *de benef. par.* 1. *& p.* 15. *ex n.* 67. aiunt, quia vt talis nihil aliud est, quàm temporale stipendium, nihil spiritualitatis habens, ac sicut pensio super domo, vel Ecclesiæ prædio imposita ab initio temporalis omnino est, licèt perpetuo iure debeatur, ita & pẽsio ad tempus instituta, Rodoan. *de simon.* 2. *p. cap.* 14. *ex n.* 16. Salzed. *in praxi cap.* 62. *n.* 10. ex Theolog. Azor. *tom.* 2. *mor. c.* 5. *q.* 2. Suarez *de relig. tom.* 2. *de simon. lib.* 4. *ca.* 16. *ex nu.* 1. quod ad multos effectus applicant Scribentes: primò, vt eius capaces sint minores † septẽnes, Gigas *d. tract. q.* 13. 2 refertque Gratianus *discept.* 397. *nu.* 18. ita Concilij Congregationem declarasse, Narbon. *annal. casus, ann.* 1. *quæst.* 15. Ricc. *decis.* 430. *in praxi*, siue *resol.* 367. Gonzal. *d. glos.* 5. §. 3. *n.* 26. Nouar. *in singul. can. concil.* 15. *ex num.* 10. Secundò, vt obtineri possint ab illegitimis Sacerdotum † filijs super beneficio paterno, Garcia 3 *de benef. p.* 7. *cap.* 3. *nu.* 35. Armend. *ad l.* 1. *n.* 9. *de fil. præs. in l. Nauar.* D. Barbos. *sess.* 25. *cap.* 15. *de reform. n.* 33. Tertiò, priuatus, & incapax † beneficiorum 4 (citra hæresis causam) effectus, quoad pensiones capax remanet, etiam si generali signo priuatus inueniatur, puta quocumque beneficio, Nauar. *cons.* 12. *in fin. n.* 15. *de rescript.* Crescent. *decis.* 14. *nu.* 2. *de re iud.* Gratian. *discept.* 397. *num.* 14. Quar-

5 Quartò, quia in Laicos † conferri possunt, vt quid aliud temporale Vazquez *in opuscul. de benef. cap. 2. §. 4. dub. 2. n. 167.* quod quotidie experimur, & docet Selua *de benef. q. 3. n. 4. & p. 3. quæst. 5. n. 27. casu 17.* Sarn. *de expect. num. 42.* fatetur Marta *part. 2. cap. 32. n. 47.* Demũ, quia eius capax est illegitimus post Rotam, Gratian. *d. cap. 397. n. 11.*

Nec refragatur quandoque pro beneficio Ecclesiastico accipi, quia hoc euenit, quando pensio in titulum præstatur
6 annexa seruitio, † & Ecclesiæ, iuxta doctrinam Abb. & cæterorum in *capit. conquerente de Cler. non resid. & in cap. dudum, de præsump.* Felin. *in cap. postulasti 27. col. 13. in princip. n. 8. in 3. declarat. de rescrip.* Cardin. & Imol. *in Clem. 2. de vit. & honest. Cler.* Crescent *decis. 14. n. 3. de senten. & re iud.* Suarez *de censu. disp. 13. sect. 1. n. 11. & de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 22. n. 4.* Sanchez *consil. mor. lib. 2. capit. 2. dub. 63. n. 4.* & post Sebastian Cæsar *de Ecclesiast. Hierar. 3. par. dispu. 14. n. 14.* Salzed. *de lege Polit. lib. 2. cap. 16. num. 8. & 18.* vbi quòd quoties ad stipendium sustentationis personæ Deo dicatæ ratione administrationis, & seruitij destinatur pensio, pro beneficio habetur. Indeque rectè infert prohibitionem Pontificiam, ne ex-
7 teri beneficiorum † Hispanis debitorũ, participes sint, ad pensiones extendi, cũ ad hunc finem à Pontifice Italis Ecclesiasticis detur: & quia ratio prohibitionis æqua est, ne Prouinciæ hæ depauperentur, nevè indigenæ suis fructibus, suisvè laboribus, ac antecessorum pietate fraudentur.

Hoc præmisso facilis quæstionis resolutio videtur, nam aut hæc pensio minorum ordinum Clerico ob seruitium ali-
8 cui Ecclesiæ impendendum † in beneficij propriè sumpti titulum confertur, vt illi mancipatus altari seruire possit, & citra dubium ad fori consecutionem satis crit: benèque allati per Dianam procedunt, cui alios annectit Salzed. *d. libr. 2. cap. 16. nu. 10.* de praxi Hispanica testatus. Aut verò simplex perceptio fructuum illi, vt cuilibet conceditur, sicut regulariter pensiones à Rege Catholico, vel ob propria, vel aliena benemerita, etiam militibus dantur, & opposito Canonibus consentaneum videtur, vt nempè huiusmodi præstationes nihil spiritua-
litatis præseferant, † quæ qualitatem Ecclesiastici beneficij supplere possint. In quo omnino sequendi videntur, Azeuć. *in l. 1. tit. 4. n. 15. li. 1. Reco.* Carol. *de Graff. de effect. Cler. effect. 1. n. 1198.* Bonacin. *de leg. disp. 10. q. 2. punct. 1. n. 11.* Flam. Paris. *de resignit. benef. lib. 1. q. 11. n. 7. & li. 2. q. 15. n. 15.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. §. 5.* qui ambo referunt Congregat. Card. Declarationem, sub die 19. Iunij 1586. ita definientem, Genuens. *cap. 7. num. 7. pract.* Ricc. *decis. 71. n. 11. par. 2. & decis. 192. num. 10. & in praxi resol. 470.* Nicol. Gar. *de benef. par. 1. cap. 5. nu. 70.* Cened. *lib. 1. q. 4. ex n. 32.* & cum his concordat magna pars allegatorum per D. Barb. *in Collect. ad Trid. ad sess. 23. cap. 15. de reform. n. 19. fol. 206.*

Ratio elicitur ex præmissis in antecedenti, quòd cùm Concilium ad morum, & Ecclesiæ reformationem respexerit, volens Clericos minorum Ordinum Ecclesijs, vel beneficiatis, vel supernumerariis ad Deo seruiendum addici, nec inutiles, vt prius, ad solius fori munimen fieri, ac ad pristinum, & antiquum nitorem Ecclesiam in hac parte restituere. Nequaquam, quòd pensionis, vel cuiuslibet redditus perceptione Clericos dici voluerit, putãdũ est; quinimò omnia propriè accipienda, vt finis propositæ reformationis † assequetur, iuxta ea, quæ in si- 10
mili cumulant Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. glos. 7. n. 45.* cum lata manu cumulatis per D. Ioan. de Solorzan. *de iur. Ind. lib. 3. cap. 7. num. 98.* refert Salzed. *dict. cap. 16. num. 14. fol. 318.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXII.

An Capellanus, cui Capella in perpetuũ vel in titulum fuit à Papa, vel Episcopo assignata gaudeat fori priuilegio?

EPITOME.

1 *Clericus capellæ seruitio addictus Ecclesiæ seruire dicitur, si illa seruitium requirit.*
2 *Mens legislatoris, an verba attendenda?*
3 *Verbis standum, vbi illa effectui non respondeat?*
4 *Finis legis, & statuti attendendus.*
5 *Verborum sensus ex adiunctis percipitur, vbi dubius sit.*

AFfirmatiuè, & meritò resoluit Pat. Diana hîc cũ Nauarro, Azorio, Bonacina, & alijs, qui idem numero sunt oppositum superius in pensione firmantes; nam licèt Capella propriè Ecclesia non sit, propter tamen diuina mysteria, quæ ibi celebrantur, ac sæpius ob vnionem ad Ecclesiã, Clericum Capellæ addictum Ecclesiæ seruire, ac Deo cum effectu mancipatum fore, † nemo negabit: confirmat verò hæc opinio mirum in modum præmissa, quæ posuimus de intentione Concilii, Clericos minorũ Ordinum hoc pacto ad Ecclesiæ finum, ac forum admittere voluisse, si tamen ei in aliquo ministerio operam præstarent. Alios adiungit D. Barbos. *in remission. ad Triden. hic n.* 16. vbi id firmat in Capellania collatiua, & in perpetuum titulum collata, & de fratantiam, vel præstimonium obtinente, alios Auctores adducit ibid. *numer.* 18. quæ tamen ad Concilij mentem limitanda sunt, ne (si hæc in mero redditu sine Ecclesiastico seruitio cõsistant) forum tribuere possint: cũ enim hæc impropriissimè beneficia dicantur, & Concilium, cùm reformando procedat, de proprijs beneficijs intelligi debeat tunc huiusmodi extensiones admittendæ
2 sunt, cùm in effectu, licèt non in forma † hæc Concilio conueniant, adeò vt à verbis ob mentem, & effectum recedi possit, iuxta *l. fin. C. de vsur. l.* 2. *cum simil. C. commun. de legat.* Gabr. *m* 3. *d. stin.* 9 1. *art.* 1. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. *quæst.* 3. Baldcl. *lib.* 2. *disput.* 2. *num.* 4. *Theol. mor.*

Nam aliàs, vbi nec verba, nec effectus † conueniunt, verbis potiùs standum erit, *l.* 1. §. *licet aut. D. de exercit. act.* cũ nec legum correctio ex interpretationibus subauditis inducenda sit, Gl. ordinaria *in cap. cupientes*, §. *quod si per viginti, de elect. in* 6. *l. præcipimus, vbi Scribentes C. de appellat.* nec impropriari debent verba legum ad iuitum correctionem quinimo improprianda sunt, ne extensio, & correctio sequatur Felin. post plures *in cap. causam quæ, n.* 5. *de rescript.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 41. 3

At cùm mens Concilij fuerit, vt Clerici minorum ordinum, realiter, & verè, non nomine tenus Ecclesiæ seruirent, ac vt in Ecclesiasticis muneribus, & functionibus educati aptiùs ad maiores ordines promoueri possent, illa interpretatio † sumenda est, quæ magis huic fini, ac intentioni conueniat, latè Villagut. *de extens. leg. prælud.* 22. Castillo Sotomaior, *cap.* 120. *n.* 8. *cap.* 169. & *cap.* 181. *n.* 5. *contr.* quem benè ad propositum applicat Salzed. *de lege Polit. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5. & 6. 4

Quòd verò Concilium ex hoc motũ fuerit, non est dubitandum, ex præmissis *quæst.* 30. & 31. hoc lib. nam cum deficiente beneficio cui seruire possint, vt certis Ecclesijs addicantur (quo foro potiri possent) præceperit, apertè † ex adiunctis, in eadem oratione id spectasse innuit, argumento *l. sed etsi adijciatur* 13. *D. pro soc. l. his verbis* 102. *in princip. D. de legat.* 3. 5

QVÆSTIO XXXIII.

An Clericus gaudeat priuilegio fori, & sit à Laica iurisdictione exemptus, si tantùm deferat habitum, & non tonsuram, vel è contra?

EPITOME.

1 *Tonsura an ad Clericatus substantiam requiratur?*

illam

2 ... illam necessariam non esse, qui dixerint?
3 Fideles primi relicta toga pallio vsi sunt.
4 Infideles, Christianos impostores Graecos vocabant ex habitu Philosophali.
5 Monachi distinctum habitum etiam apud Iudaeos ferebant.
6 Clerici per talarem vestem, ac per tonsurā à Laicis distincti.
7 Clericalis habitus, etsi variatus, tonsura tamen semper vniformis.
8 Clerici in talaris vestis vsu alios consortes habent.
9 Serui in seruitutis signum, ac expropriationis tonsi.
10 Tonsura, & vestes talares ad essentiam Clericatus quoad Clericos minorum ordinum.
11 Capturae tempus, an delicti quo ad habitus, & tonsurae signa attendi debeat?
12 Ex praesenti tempore ad praeteritum praesumptio sumitur.
13 Habitum ad delictum committendum reassumens foro non gaudebit.
14 Status vltimus, non actus vltimus pro possessione attenditur.

CONcilium dicta *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* de Clericis minorum ordinū sic fatur: *Is etiam fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficiū Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiae de mandato Episcopi inseruiat.*
1 Quaeritur modò, an tonsura † ad Clericatus substantiam concurrere debeat; in quo vltra expressum, & litteralem Concilij sensum, declaratio quoque Cardinalium eiusdem interpretum affertur, decernētium, vtrumquè copulatiuè requiri, nec alterum sufficere, quā referat Belletus, ac Riccius locis per Dianam citatis. Addit D. Barbos. *in collectā ad hunc cap. num.* 2. 1. Petrum Barbos. *in l.* 1. *ff. solu. n.* 34. *vers. Vltima conclusio*, *D. Iosat anat.* Armend. *ad l. Nauar. lib.* 2. *tit.* 19. *ad l.* 1. *de for. compet. n.* 13. Castro Palao *in oper. mor. tract.* 12. *disp. vnic. punct.* 4. *nu.* 7. se ipsum *in Pastoral. p.* 2. *alleg.* 12. *n.* 19. Stephan. Vveyms *ad const.* 9. *nu.* 3. *ex Consit. de iur. comm. desumptis.*

In contrarium citat Diana Marium Antonium Maceratensem *resol.* 48. *n.* 3. *lib.* 3. & Capiblancum *Pragma.* 8. *cap.* 3. *n.* 28 quibus applaudere videtur, † cùm illos postremò referat: aiunt isti tonsurę dimissionem non esse tantae solemnitatis, si extera concurrant. 2

Vt ergo Concilij dispositio omni ex parte rationabilis appareat, praesciēdum est, Christianos primis Ecclesiae temporibus Graeca, & Philosophica veste, reiecta toga, † vsos fuisse, vt cum religione morum quoquè mutationem ostenderent, amplexato Pallij vsu, tamquam simpliciore, & frugaliore veste à Philosophis vsurpata, inde illis & Graecorum sapientum vitia attributa, quòd impostores essent, virtutemquè, ac sanctitatē simularent, vt patet ex scriptis à D. Hieronymo, *Ad Furiam de viduitate, Vbicumquè*, inquit, *viderint Christianum, statim illud de triuio, vocant † impostorem, detrahunt*: & *ad Marcellam de aegrotatione Blesillae. Nos quia serica veste non vtimur, Monachi iudicamur: & statim: si tunica non canduerit, statim illud è triuio; impostor, & Graecus est.* 3 4
Monachi verò, Religiosiquè differentē, & cognitum † omnino habitum, qualem Heliae, Helisęi, ac Praecursoris Baptistae fuisse traditio, asserebat, assumpsere; de omnibus Christianis id asserit Tertullianus *Opusculo de Pallio*, vbi mirè, ac eruditè pro hac mutatione habitus pugnat. Origenes apud Eusebium *lib.* 6. *Eccles. histor. cap.* 15. de Heracla locutus. De Monachorum autem habitu Philo Iudaeus D. Dionysius Areopagita, D. Chrisostomus *homil.* 69. *in cap.* 21. *Matth.* Nilus Abb. *in Ascetbi.* Cassianus *de instit. Caen. c.* 1. 2. & 3. S. Optatus Meliuet. *libr.* 2. *contra Parmen.* Athanasius *de Virgin.* Gregor. Nazian. *exhort. ad Virgines*, Hieronymus *in Hilarione, & Paulo Eremitis* Ambros. *Epist.* 36. August. *Epist.* 199. *ad Eucian.* Pallad. *hist. Laus. cap.* 41. Damascenus *de Barlaam, & Iosaphat* Seuer. Sulp. *in vita S. Martini lib.* 1. *c.* 4. 2. & 14. alijq; per Pamellum. 5

Extenta postmodum Religione, Clerici

6 rici ob tasuram capitis, † vestemque talarem à secularibus discreti sunt, nam prior Anicetus 2. à D. Petro Pontifex id decreuit (Antonino Imperante, qui fautor, mortuo Seuero parēte Christianorū fuit, vtpote ab ipsis educatus) is ad Episcopos Galliæ scribens, ait: *Prohibete, fratres, per vniuersas regionum vestrarum Ecclesias, vt Clerici, iuxta Apostolum, comam non nutriant, sed desuper caput in modū sphæræ radant*, & in Concilio Carthaginensi 4. *cap.* 13. *&* 67. in *cap. non liceat distinct.* 33. ita statutum fuit: *Nec oportet Clericos comam nutrire, & sic ministrare, sed attonso capite auribus patentibus, & secundum Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato*, apertiùs D. Hieronymus in *cap.* 7. *duo sunt*, vers. *Et hoc designat corona* 12. *quæst.* 2. & Innocentius 3. in Concilio Generali relatus in *cap. Clerici* 15. *de vita, & honestat. Cleric.* præcipit Clericos coronam, & tonsuram congnientem habere, quodque clausa deferant desuper indumenta, nimia breuitate, vel
7 longitudine non notanda; † habitus verò Clericalis licèt quandoquè variatus fuerit, & consuetudo regionis attendatur, tonsura tamen semper vniformiter in Clerico requisita fuit, vt patet ex Bonifacij 8. Decretali sæpiùs citata in *capit. si Iudex Laicus* 12. *de foro compet.* ibi: *Idem censemus, si reus ipse ante deprehensionem pro Laico publicè se non gerens, deprehensus fuit in habitu Clericali, tonsuram videlicet, & vestes deferens Clericales.* Vbi apertissimè vtrumquè concurrere asserit, vt quis pro Clerico habeatur; præcipuè, quia plures (licèt Clerici non sint)
8 vestibus tamen Clericorum talaribus vtuntur, † vt qui luctuosis vestibus induti incedunt, vel qui modestum vitæ institutum sequuntur, à quibus Clerici non nisi tonsura capitis discernuntur; vnde fit per hoc signum verè, & propriè Clericum quem esse apparere. Ratio enim capitis insignum abdicationis libertatis seculi, ac Christianæ in Deum seruitu-
9 tis recepta fuit; nam intonsos, & comatos liberos homines † tantùm esse fas erat, serui capillum deponere apud Græcos, postmodum apud Romanos iubebantur, Alex ab Alexan. *lib.* 5. *genial. cap.* 18. vers. *Apud Lacedemonios quoq;* hinc oritur seruitutis gloriatio in Apostolis, & in ipso Christi Vicario, qui amplius se seruorum seruum appellat, & caput etiam maiori sphæra rondet, vt saorum simul, ac seruitio deputatum ostendat, Abbas in *cap. Clerici* 15. in additione *post. nu.* 4. vers. *Ideo autem raduntur.* D. Hieronym. *ibid.* vers. *Ratio verò capitis est temporalium omnium depositio.*

Cùm ergo Tridentinum Concilium ad mores Ecclesiasticorum reformandos prospiciens minorum initiatorū vitæ rationem, ac habitum informans, rasuram cum talari veste ad essentiam illius status esse cōstituit, si foro gaudere, & pro talibus haberi velint, † necessitatē vtriusquè signi omnino indicit, ac conditionē 10
sine qua non, vt perperam de necessitate disputetur, cùm id à nascente Ecclesia ortum habuerit, ac in reformatam à Cōcilio cum amissionis Clericatus pœna translatum. Vt sine magnæ temeritatis nota dici minimè possit, quod à Capiblā co asseritur, tonsuram nempè nequaquā tantæ solemnitatis esse, vt si cætera concurrant, Clericus foro priuandus sit, cū per premissa hoc præcipuum Clericatus signum esse appareat, post Conciliū præcisè, ac citra dispēsationem requisitum; aliàs enim Concilium non reformasset, sed ampliasset, ac elargasset, quod iuri Canonum repugnat, vt in *cap. vlt. de verbor. signif.* & sæpiùs supra.

At quòd inde infertur à P. Diana cū Mario Anton. *dict. resolut.* 48. *num.* 7. & Sanch. *de matrimon. tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 10. contra ea, quæ docuit Gutierr. *in quæst. Can. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 9. ac Mexia *in Pragmat. taxa panis conclu.* 1. *num.* 31. tempus capturæ, quoad habitus delationem, & tonsuræ attendi minimè † debere, sed delicti patrati initium, si eo in 11
actu illis insignibus vtebatur; Bonifacij premissa Constitutio in *cap. si Iudex Laicus* attendenda mihi videtur, vbi tempus

deprehensionis non consideraret, si ante tunc pro laico publicè se gerebat, ac pro tali communiter habebatur, vt nempe actus deprehensionis solus attendi non debeat, nec delicti, sed status aliquis, qui constet ex cursu alicuius temporis, per quod habitum dimisisse animo se ad laicalem statum iterum conferendi eliciatur; sicut momentanea habitus dimissio, sicut nec reassumptio attendenda nō est, vt statim seq. quæst. dicemus: Alio tamen
12 non probato, sine habitu inuentus † illū de præterito dimisisse præsumēdum est, ex dicto cap. si I[illegible] vers: Idem censemus, & vers. Iustum est enim, & cap. semel 8. de reg. iur. in 6. Nec enim, quia Clericus ad committendum delictum procedens eo
13 instanti habitum assumat (veriùs dicam illo ad facinus illud aburatur) si tamen † illum gestare postea omittat, per hoc foro gaudebit; hæc enim omnia in fraudē gesta præsumuntur, vt per Archid. & Gemini. cap. vnic. §. & cum de Cleric. coniug. Bellug. Rub. 11. §. videamus, nu. 3. refert Maria par. 2. cap. 32. n. 41. In qualibet
14 verò possessione probanda, nō vltimus † actus sed status attendi debet. Rota Farin. decis. 477. par. 1. tom. 2. per Cardin. Caualer. decis. 589. nu. 5. Cardin. Seraphin. decis. 582. n. 5. & decis. 1471. n. 7.

QVÆSTIO XXXIV.

An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & tonsuram, amittat priuilegium fori, & Iudex laicus possit illum punire?

EPITOME.

1 *Monitione ad Clericalis fori amissionē olim opus erat.*
2 *Conditio in forma specifica adimplenda.*
3 *Dispositio habens tractum successiuum ad sui essentiam perpetuum implementum requirit.*
4 *Conditio perpetua pro impleta habetur, quā do permplere debentem non stat.*
5 *Clericus, qui ad delictum commodius patrādum habitum dimittit, an gaudeat foro?*
6 *Commodum ex delicto nemo sentire debet.*
7 *Monitio hodie non requiritur in Clerico minorum Ordinum habitum dimittente.*
8 *Clerici actus Clericatus contrarios exercētes moneri debent, vt foro excludantur.*
9 . . . *vinum etiam proprium vendere prohibentur.*
10 . . . *vsuram exercentes in mutua pecunia foro non gaudent.*
11 *Dictio, nisi, est negatiua, & aduersatiua.*
12 *Monitio generalis sufficit ad excludendos à foro exercentes actus Clericatui repugnantes.*
13 *Constitutionum Pontificalium publicatio vicem monitionis obtinent.*

Concilium præmissa sess. 23. cap. 6. super habitus, & tonsuræ Clericorum in minoribus constitutorum delatione ad antiqua iura corrigenda respexisse videtur, quibus vel trina † monitio, 1
vel continua per annum habitus, & tonsuræ dimissione, ad amissionē fori opus erat, ex cap. fin. de vita, & honestat. Cler. & cap. vnico eod. tit. in 6. vers. Si per annū. Nā cùm non nisi eum hac conditione forū largitus fuerit, si habitum, tonsuramquè deferant, nisi de impleta conditione doceatur, beneficio fori non potientur. Illa enim in forma † specifica implenda est, 2
maximè suspensiua, sine qua non, l. cùm ab eo 41. D. de contrahend. emption. l. Thais 41. §. fitchum, D. de fideicom. liber. Bartol. in l. quibus, §. Termilius, vbi Cast. & Soc. D. de condit. & demonst. Canonistæ in cap. 4. de condit. appos. Et quando dispositio est facta in materia de sui natura † tractū 3
successiuum, ac statum perennem inducente, requirit ad sui essentiam perpetuum implementum, nec sufficit interpolatum, & momentaneum, ex text. in l. si quis ita legauerit 8. D. de condit. & demonst. Scribentes ibi, & in l. si quis heredem, vbi Ias. num. 14. in 4. limit. C. de instit. & substit. Bal. Paul. Imol. & cæteri in l. substitutione, D. de vulg. quos cum alijs adducit Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 19.
In hac ergo quæstione, licèt Clericus non

non omni momento cum habitu incedere, vt foro gaudeat, cogendus sit, attamen vt per eum non stet, quin eo perpe-
4 tuò † vtatur, requirēdum est, vt ex dicto Pomponij responso in *l. si quis ita* decidi potest, ibi: *Quia non omne momentum exigendū sit, vt cū liberis sit, si eam mentem, & id propositum habeat, ne filium à semet dimittat, neve per eam stet quominus cum ea filius educetur.* Sicut enim quis per momentaneam habitus (iter faciens, vel in domo, vel in adiacentibus existens) depositionē foro priuandus non est, cū ea mente illū deponat, vt statim recepturus sit, ita qui per aliquod tempus, ac continuò in omni loco eum dimitrat, ac sine tonsura incedat, cùm per eum stet, ne conditioni pareat, dum nulla necessitate, vel cōmoditate compulsus illum à se deiicit, pro Clerico habendus non est.

Quòd verò ex Bonacina *de legib. disp. 10. quæst. 2. punct. 1 § 4. num. 14.* refertur, Sacram Congregationem pro † Cle-
5 rico (qui ad delictum commodiùs patrādum habitum dimiserat) sententiā protulisse, licèt captus quoque sine illo fuisset; mihi admodum dubium videtur, vt ex delicto ipso, ac opera rei illicitæ præstita commodum sentire debuerit, contra ea, quæ supra *lib. 1. quæst. 13. num. 7.* tradita sunt, cùm hic vltra habitus di-
6 missionem delictum patrauerit, † quod æquè Clericatus naturæ repugnat, patet ex Clerici definitione à D. Isidoro tradita *lib. 2. cap. 2. de Ecclesiast. offi. in capit. his igitur, distinction. 23.* puto verò nullatenus Patribus in mentem venire potuisse, vt obligationi deferēdi habitum, & tonsuram Clericis inductæ, hanc voluerint exceptionem adijcere, si illa ad patranda faciliùs scelera dimiserint, in quo saluum sit semper sacræ Congregationis iudicium, quòd ex alijs circunstantijs non ex hac ratione processisse crediderim.

At quantum attinet ad trinam monitionem, existimo quoad Clericos minorum ordinum, respectu habitus, & ton-
7 suræ non † requiri, ex Auctoribus à Diana, & per me *quæst. 24.* relatis, nisi de alijs actibus Clericatui contrarijs † age- 8
retur, vt in dicto *cap. vnico*, ibi: *Clerici, qui Clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se ioculatores, seu goliardos faciunt, aut bufones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure, si autem tempore breuiori, & tertiò moniti non resipuerint, careant omni priuilegio Clericali.* De ebrijs est textus in *cap. a crapula* 14. 3
versic. *Ab officio, & beneficio*; & de excercentibus cauponam, vel tabernam *capit. Clerici officia* 15. *de vita, & honestat. Cleric.* & in *cap. nulli distinct.* 44. vbi extenditur ad Clericum ergasteriam exercentem, & de secularibus negociationibus exercentē *cap. fin.* versic. *Mandamus, eod. tit.* latè Diaz *in praxi Canon. capit.* 62. & de Clericis tabernarijs, carnificibus, macellarijs, cauponibus, tabularijs, Diaz *ibidem cap.* 63. Lambert. *de iure patr. libr. 2. art. 26. quæst. 9. part. 1.* Marta *de iurisdiction. par. 2. cap. 32. num. 59.* vbi ex Geminiano *in cap. 1. col. 2.* versic. *Nota istam gloss. sum. de vita, & honest. Cleric. in 6.* quòd Clericus non potest per se vinum propriæ possessionis, vel Ecclesiæ vendere, sub hac eadem pœna, & quòd excusatur tantummodo, si per alium † vendi fa- 9
ciat. Allegat etiam Rodoanum *de spol. Eccles. quæst. 2. num. 42. & 47.* Idem de Clericis vsuram † exercentibus in *capit.* 10
Episcopus, & cap. seq. distin. 47. & de scurra, & proditore in *cap. Clericus, distin. 46.* & de maledico *ibid. cap. 5.*

Sit ergo conclusio, Concilium Clericis, qui habitum, & tonsuram non deferant, non fauere, nec ipsos eius dispositione vti posse, nisi prius Conciliari dispositioni obedisse doceat; illa enim dictio NISI adeò Clericos à foro † sine 11
illis requisitis arcere videtur, vt negatiuę vim habeat, & regulam contra eos statuat, vt per D. Barbosam ad eam Gloss. *in l. si quis Titio 17. vers. Nisi dumtaxat, D. de legat. 2.* cum alijs. Ideo monitione opus non esse.

At verò quod attinet ad exercentes officia Clericatui opposita, habitu retē-

ro, vel monitione trina, vel anni lapsu ex-
12 cludi, nisi generalis monitio † ab Epis-
copo ad trinam supplendam fiat, de qua
allati per Martam *dict. par. 2. cap. 32.* vbi
de Clementis 7. Constitutione quoad
Regnum Neapolitanum, vt vnica gene-
ralis sufficiat, quæ hodie post Concilium,
non quoad habitus delationem, nec ton-
suræ signum, sed quoad exercitia Cleri-
catui opposita seruanda est. Idem de
Hispaniarum Regnis Couart. *practicar. cap. 32.* ad terminos Alexandrinæ Con-
stitutionis, qua cautum est, vt quatuor
mensium omissionis habitus, & tonsu-
ræ spacium ad fori exclusionem sufficiat
de qua Auend. *de exeq. mand. cap. 22.* &
de Leonina consimili pro Regno Fran-
ciæ *Boer. decis. 69.* Carol. de Grassal. *iure*
13 *17. Reg. Franciæ lib. 2.* quæ, sicut & illa
Neapolitani Regni publicandæ singulis
annis sunt, ad quod Episcopi cogi pos-
sunt; quo facto hæc publicatio † vicem
personalis monitionis habet, quod ho-
die, quoad secundam hanc causam pra-
cticari potest, ac ad notandum terminum
quatuor mensium à Pontifice præstitu-
tum pro habitus, & tonsuræ dimissione
hodie necessarium non esse, minùsque
temporis spacium sufficere, vt Concilia-
ti dispositioni locus sit, ex præmissis.

QVÆSTIO XXXV.

An Clericus incedens cum habitu, & tonsura, sed non deseruiens alicui Ecclesiæ, gaudeat priuilegio fori?

EPITOME.

1 *Seruitium Ecclesiæ cum tonsura, & habitus delatione concurrere debet.*
2 *Ecclesiæ assignatio oretenus facta non iuuat nisi in actis redigatur.*
3 *Disposita verbo quo pacto in actis redigi debent.*
4 *Donatio ore tenus facta ad fraudes tollendas in actis redigi debet.*
5 *Scriptura requiritur, vbi probatio precisa est ad fraudem tollendam.*
6 *Episcopus Ecclesiam assignare debet, non à Clerico eligi.*
7 *Forma debet ad vnguem seruari.*
8 *Declaratio non iuuat, quæ verbis aduersatur.*
9 *Congregatio Emin. Cardinal. ad Concilij interpretationem leges ei aduersantes condere non potest,*

NOn est dubium, si verba attenda-
mus, Ecclesiæ seruitium † præcisè 1
ad forum consequendum cum habitus,
& tonsuræ delatione necessarium fore,
vt Bonacina fatetur *dict. disput. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. num. 10. & 15.* & alij à P.
Diana citati, quibus licèt Marius Ant. *resolut. 48. num. 14. lib. 3.* contradicat, cõ-
tra expressum Canonem pugnans atten-
dendus non est.

Verùm cætera, quæ inferuntur, discus-
sione indigent, an nempe sufficiat assi-
gnationem ab Episcopo factam † verbo 2
tenus probari? quod ex Riccio *in praxi, decis. 601.* omisso Diana hoc loco, tenet
D. Barb. *in Collect. ad sess. 23. cap. 6 num. 31.* addito Squill. *de priuil. Cler. cap. 7. numer. 5 vers. Qua licentia.* Nam putarem
quòd licèt mandatum Episcopi in voce
dari contingat, attamen illud in actis re-
digi opus esset, vt possit (vbi controuet-
tatur) probari, neve via fraudibus aperia-
tur: Nam in *cap. significauit 42. de testibus*
praxis redigendi ad acta, † quæ verbo di- 3
sposita sunt à Pontifice inducta est, ne ve
ritas tempore varietur, nevè falsis proba
tionibus via aperiatur, vt in simili de re-
digenda ad acta donatione † verbo te- 4
nus facta, adnotauit Rebuff. *in tractat. de insinuand. donat. in princip. nu. 5.* sequitur
Gratian. *discept. 887. num. 12.* licèt do-
natio verbo fieri possit; nam licèt dare-
mus à principio non opus esse scriptura,
in quo puncto nõ modicum dubitarem,
cum Concilium id ad fraudes vitandas
induxerit, quo casu semper scriptura in-
teruenire debet, sicut in insinuatione tra
dunt omnes præmissi, & per eos addu-
cti. Attamen hæc assignatio Ecclesiæ,
cùm.

cùm sit actus, in quo probatio Clericatus
5 fundatur, debet in † instrumentum reduci, *l. siue apud acta* 28. *C. de testib. l. curent* 22 *D de fide instrum. l. emancipatione* 11. *de fide instrum.* optimè Bald. per illum text in *l. 2 n.* 15. versic. *Deinde nota, C. de edendo:* Veriùs ergo videtur, scripturam intercedere debere, facit Bocr. *decis.* 171. *n.* 25. Salzed. *in praxi cap.* 62. *n.* 16 vers. *Nec per indicia.* Farin. *q.* 8. *n.* 44. in puncto D. Regens Vico *tit.* 7. *cap.* 13. *nu.* 2. *& n.* 6. vers. *Licentia autem Episcopi, fol.* 196. *& seq. tom.* 1 *ad Pragm. Sardiniæ*, ex glos. *in cap. inter quatuor*, verb. *argumenta de Cleric. peregr.*

Quod verò attinet ad continuationē seruitij, vera est omnino Riccij, Gratianiq; sententia *dispcp.* 440. *n.* 6 non requiri tam cōtinuum omni die seruitiū, quin interpolari possit, in quo præmissæ leges in antecedenti *q. n.* 4. perpendendæ sunt.

At quod spectat ad Ecclesiam, an possit in alia, quàm in ea, quā Episcopus præcep.t, seruitium impendi, miror quo pacto inducta à Cōcilio pro forma, vt quis vti Clericus habeatur, possint ita apertè tergiuersari. Ait enim: *Is etiam fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tōsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato*
6 *Episcopi inseruiat.* Ex quo elicitur ab Episcopo Ecclesiæ addici debere, † nec per se illam eligere posse: quod ad vnguem,
7 vt de forma inductum † seruari debet, nec sufficit actus æquipollens, Bald. in *l.* 1. *D de lib. & posth.* Dec. *cons.* 468. Beccius *cons.* 12 *n.* 17. Surd. *cons.* 371. *n.* 71. qui vult ergo Conciliari statuto vti, debet probare omnes qualitates illius impleuisse, Bart. *in l. quòd constitutum, D de test. mil. & in l.* 1. §. *quod autem ait, D. ne quid in flum. publ. ex l. Prætor* 4. §. *hæc autem*, ibi: *Docereque actor, D. de vi bon. rapt.* Becc. *cons.* 250. *n.* 11. cum aliis permultis rationibus per eundem *d. cons* 12. *n.* 24. vbi quòd forma legis est de substantia, & debet cum omni circunstantia seruari, ex Titaq. *de retract. par.* 1. §. 36. *glo.* 2. *num.* 29. qui plura iura more suo cumulat. Vnde animaduertendum est ad doctrinas contrarias, præcipuè ad *decisionem Valentinam*, à Sel. *capit.* 18 *num.* 22. & à D. Barb. *in Collectan. ad sess.* 23. *cap.* 6. *num.* 32. quòd in ea suppositum fuit, Episcopum Ecclesiā assignare noluisse, quo casu cùm per Clericum non steterit ei imputandum non est. Perpendantur ergo verba Concilii, & parebit, nullatenus hanc extensionem admittere, vt nec declarationi standum sit, † vbi 8
verba repugnāt, vt in *capit. examinata* 7. vers. *Vnde non obstante, ac confirm. vtil. vel inutil.* nam declaratio, quæ verbis contradicit, noua dispositio est, quæ in Cōciliari dispositione à Papa solùm, (si id agere intendat) procedere potest, à quocumque verò facta nihil iuris inducit, vt habetur per DD. *in l. hæredes palam, D. qui test. fac. poss.* cum innumeris per me tom. 1 *de donat. fol.* 300. *num.* 26. Pontifex enim interpretandi tantùm, † non 9
verò nouæ legis promulgandæ facultatem concessit.

QVÆSTIO XXXVI.

An Principes possint imponere, & exigere gabellas à Clericis in minoribus constitutis?

EPITOME.

1. *Christianum opus fideliter tributa præstare.*
2. *Christus ad vitandum scādalum tributum soluere voluit, cùm non teneretur.*
3. *Tributorum solutio ex necessitate, non voluntate procedit.*
4. *Tributum reddat, qui mundana possidet.*
5. *Ecclesia tributum soluere non recusat.*
6. *Subiectio Principibus Laicis Apostoli testimonio debetur.*
7. *Obedientiam à Sacerdotibus ex necessitate Principibus deberi, qui dixerint?*
8. *Christus ad Sacerdotum exemplum Principibus temporaliter dominari noluit.*
9. *Sacerdotes in vniuersali Apostolica determinatione includuntur.*

10 *Leges temporales eos, qui temporalibus carent, non ligant.*
11 *Tributa ex Imperatoris solius remissione indebita*, & num. 16.
12 *Spiritualia tributis obnoxia non sunt.*
13 *Ecclesia pro acquisitis constituta tamtributa persoluit.*
14 *Agri Ecclesiæ pro dote præstiti exempti à tributis censentur à Principibus, qui dederunt.*
15 *Ecclesiæ relicta, vel ab ea empta, obnoxia oneribus remanent.*
16 *Exemptio à tributis iure bumano processit.*
17 *Clerici à personalibus, & laboriosis oneribus exempti.*
18 ... *non bumano tantùm, sed diuino iure à præstationibus liberi*, vide num. 21.
19 ... *pro rebus ad negociationem comparatis, vel venditis vectigal debent.*
20 ... *negotiatores ab Ecclesijs non defenduntur.*
21 *Ius Diuinum sæpè pro iure Canonico accipitur.*
22 ... *illud aliquando dicitur, quod ad veteris legis imitationem nouè constituitur.*
23 *Lex Diuina hodie propriè Euangelica lex est.*
24 *Pontifex Summ. an ius Diuinum ex se constituere possit?*
25 *Ecclesia non facit hæresim illam, quæ non est, sed quæ sit declarat.*
26 *Exemptio ab Imperatoribus præstita, nisi quam respectu tributorum processit.*
27 ... *absque summæ necessitatis causa nec à Pontifice minui potest.*
28 *Pontifices post largitionem Imperialem Clericorum exemptionem confirmauerunt.*
29 *Leges prohibentes relinqui Ecclesijs, quæ, & ob quid?*
30 *Exemptio per Decretales fauore Clericorum statuta qualis fuerit?*
31 *Principes nouas indictiones non nisi ex Pontificis consensu (si facultas petendi datur) imponunt.*
32 *Periculi instantis probabilis motus Pontificis consensum supplet.*
33 *Clericorum appellatione in præiudiciali materia, qui veniant?*
34 *Sacerdotij appellatione qui veniant?*
35 *Ius antiquum per quæ verba reseruatum censetur?*
36 *Clericorum in minoribus exemptio omnino de iure humano*
37 *Verba in præiudicialibus verè, & propriè capienda.*
38 *Consuetudo excludens ab exemptione tributorum, & vectigalium Clericos minorũ ordinum seruanda, vbi adest.*
39 ... *iuris dubij, & controuersi interpretatiua, summe amplectenda.*
40 *Clericis in minoribus fauet Ecclesia, ob spem melioris frugis.*

VT quid in hac quæstione sentiendũ sit, discernamus, ad prisca Cõcilia, Patrumquè traditiones recurrendũ erit. Primitus enim tributa Principibus ex fide præstare, proprium, & peculiare Christianorum † munus erat, vt Tertullianus 1 testatur in *Apologetico aduersùs gentes*, pro nostra fide, nostrisquè institutis pugnans *cap.* 42. ibi: *Sed cætera vectigalia gratias Christianis agunt ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus, vt si ineatur quantum vectigalibus pereat fraude, & mendacio vestrarum professionum, facilè ratio haberi possit, vnius speciei querela compensata pro commodo cæterarum rationum.* Loquitur de culpa Christianis attributa, quòd stipes, & vectigalia pro Idololorũ templis non penderent, cùm tributa, & pensitationes publicas ex integro soluerent. Hoc autem, vt Diuinis præceptis 2 obedirent; Dominus enim publicanis † censum petentibus pro se, & Petro persoluit; licèt se, vt filium, Petrum quovè ob Diuinas vices exemptos esse agnouisset. *Matth.* 17. firmata pro cæteris, qui filij non essent, fauore Principum regula, vt ex S. Thoma *in 2. sentent. dist. m.* 44. *q.* 2. *art.* 2. constat, qui ait, hoc priuilegium eis tantùm suffragari, qui Apostolicam vitam secuti, statum paupertatis elegerunt; idem doces D. Bonauentura, quos sequitur Domini. Soto *in 4. sent. dist.* 25. *q.* 2. *art.* 2. Item, & Couar *pract cap.* 31. *n.* 2. vers. *Secundò non oberit*, vbi affirmat, plu-

plures Interpretes locum illum ad exem
ptionem filij Dei referre contra Marsi-
lium de Padua, qui ob id quòd oppositū
docuit, damnatus est ex Turrecrem. *lib.*
4. de Eccl. cap. 37. par. 2. accedit Franc.
Vict. *relect. 1. de potest. Eccl. q. 1. ad finem,*
versic. *De tertio argumento.* Idem quoquè
Dominus docuit Pharisæis interrogan-
tibus, an tributa Cæsari pendenda essent,
reddite quod est Cæsaris Cæsari, quod
est Dei Deo.

Vnde Paulus Apostolus hausit *Epistol.*
ad Rom. cap. 13. cùm verbo generali pro-
nunciauit, *omnem animam potestatibus su-*
blimioribus subditam esse oportere, idquè
necessitate, non tantùm propter iram, sed
3 propter conscientiam, † *ideò enim & tri-*
buta præstari, concludens, *reddite ergo om-*
nibus debita. cui tributum, tributum: cui ve-
ctigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui ho-
norem, honorem: in quo ad literam Domi-
ni præceptum secutus videtur.

Ad quæ sacræ paginæ instituta, Patrū
frequentissimæ traditiones, vtrumquè
Christianorum statum ad tributa pendē-
da obnoxium agnouere, Clericos nem-
pè & Laicos. Ambrosius *comm. in Lucam*
lib. 10. cap. 20. his verbis: *Si Christus non*
habuit imaginem Cæsaris, cur dedit cen-
sum? Non de suo dedit; sed reddidit de mun-
do, quod erat mundi, & tu si vis non esse ob-
noxius Cæsari, noli habere quæ mundi sunt.
Sed si habes diuitias, obnoxius es Cæsari, si
vis nihil Regi debere terreno, † *relinque om-*
4 *nia, & sequere Christum.* Eleganter Hila-
rius *comm. in Matth. cap. 23.* docens eos
solùm à tributis exemptos, qui omnibus
Christi gratia renunciauere. *Si enim*, in-
quit, *nihil eius penes nos resederit, conditione*
reddendi ei, quæ sua sunt non tenebimur: por-
rò autem si rebus eius incumbimus, si iure po-
testatis eius vtimur, &c. *Extra querelam*
iniuriæ est Cæsari reddi, quod Cæsaris est. Ite-
rùm Ambrosius *dict. comm. in Lucam lib.*
5. cap. 5. Clerum allocutus: *Si censum Dei*
filius Dei soluit, tu qui tantus es, qui non pu-
tas esse soluendum? Et ille censum soluit, qui
nihil possidebat; tu autem, qui seculi sequeris
lucrum, cur seculi obsequium non recognoscas?
& cætera alibi tradita *hoc lib. q. 11.* Idem
Ambros. *in Orat. in Auxentium. Si tributū*
Imperator petit, non negamus; agri Ecclesiæ † 5
soluunt tributum, si agros desiderat Imperator
potestatem habet vindicandorum. Et cætera
relata *in cap. si tributum, & cap. seq. magnum*
11. quæst. 1. Lariis in *capit. 21. conuenior*
23. q. 8. Alios Patres, Damascenum, nē-
pe Gregorium Nazianzenum, Basilium,
Theodoretum, Theod. Oecum. habes
ad literam supra *lib. q. 11. ex n. 9.* & ite-
rum ex Augustino, & Thoma Aquinate
num. 23. & *quæst. 8. ex num. 20.*

Cùmquè Donatistæ Episcopi, Au-
gustini tempore, Pauli doctrinā ad Cle-
rum porrigi negassent, dicentes debere
locum illum ad *Rom. cap. 13.* ad Superio
res † Ecclesiasticos referri, vt nempè il- 6
lis Clerici, non Principibus subessent, vt
quidam Moderni inconsultè dixerunt, à
quibus habuit Marta *de iurisd. p. 1. ca. 25.*
n. 46. ignorare eos sacrorum eloquiorū
sensum, respondit in *lib. ad Parmenian. ca-*
pit. 7. Propter quid ergo gladium portat, qui
dictus est minister Dei, vindex in irā eis, qui
male agunt? Nisi fortè quemadmodum non-
nulli eorum (sanè imperitissimi) hoc intelli-
gere solent de honoribus Ecclesiasticis dictum
esse, vt gladius intelligatur vindicta spiritua-
lis, qui excommunicationem operatur. Cùm
prouidentissimus Apostolus, consequente le-
ctionis contexione aperiat, quid loquatur? Ille
quippè addidit. Propter hoc & tributa præ-
statis. Ac inde subiungit: Reddite omnibus de-
bita, cui tributum, tributum; cui vectigal, ve-
ctigal, &c. Hoc ergo iam restat, vt ipsis disputa-
tationibus suis prohibeant Christianos tributa
persoluere, cùm & Dominus talia sentienti-
bus Pharisæis, nummo inspecto, responderit.
Reddite inquit Cæsari quod Cæsaris est, &
Deo quod Dei est. Hi verò in vtroque inobe-
dientes, atquè impij nec Deo reddunt Chri-
stianum amorem, neque Regibus humanum
timorem. Diui autem Bernardi locus à
Marta adductus de subiectione quoad
spiritualia loquitur, vsus à maioritate ra-
tionis illa Pauli sententia, ita cum infra-
scripta eiusdem sententia concordan-
dus.

Quod

Quòd verò Apostolus id non ex in-
7 dulgentia, sed † ex necessitate docuerit, attendatur Chrisostomus loco supra indicato, ibi: *Quòd haec omnibus ordinantur, & Sacerdotibus, & Monachis, non solùm secularibus ab initio manifestum fecit, dicendo, omnis anima, &c. licèt Apostolus fueris, licèt Euangelista, licèt Propheta, licèt quicumquè alius, nequè Religionem subuertit haec subiectio, nec etiam simpliciter obediat, verùm quòd subditus sit, & prima huius legislatoris iustitia, & cogitationibus fidelium conueniens, hoc ab ipso Deo institutum esse*. Et deinde de gestis à Paulo locutus addit: *Hoc sedulò vbique agit Apostolus, quòd non hanc illis gratificamur obedientiam, sed quòd iure debeamus: sic enim, & infideles Principes ad Religionem, & fideles ad subiectionem magis attraxit: frequens quippè eo temporis exierat fama traducens Apostolos, veluti seditiosos, & rerum innouatores, quorum facta, & doctrina ad subuertendas communes leges tenderent*.

Eos autem, qui ab hac subiectione Ec-
8 clesiasticos eximi docent, impostores † vocauit Bernardus ad *Archiepiscopum Senonensem*. *Hae, inquit, isti suggestores, sed Christus aliter scripsit, & gessit. Reddite ait, quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo; quod ore locutus est, mox opere complere curauit. Conditor Caesaris non cunctatus est Caesari reddere censum*. Et infra: *Noluit ergo Christus Principibus huius seculi temporaliter dominari, sed subijci, & debitum illis censum, atquè reuerentiam reddere, id faciendi cunctis eius successoribus, Apostolis primùm, demùm Sacerdotibus, & Episcopis praebens exemplum*. Et deinde explicans praenarratum Apostoli locum: *Omnis anima, ergo & vestra; si quis velit ab hac vniuersitate † vos*
9 *excipere, conatur decipere*. Et alia in hunc sensum ibi videnda.

Quòd si dicatur, quomodo haec à Patribus tam constanter, & enixè tradita cum praesenti triburorum libertate compatiuntur, quo iure alia, tamquè diuersa docentur? non longè ad duas Gregorij, & Vrbani Decretales lectorem reijciã, vnde ex duorum Pontificum ore, & tributi pendendi necessitatem, & illorum excusandorum causas obtinebit *in capit. 20. § in morte 23. quaest. 8.* ibi: *Sed notandũ est, quosdam Episcopos Leuitica tãtùm portione esse contentos, qui sicut in Dei sorte tantũ numerantur, sic ipsum Deum solummodo in haereditatem accipiũt, dicentes Dominus pars haereditatis meae. His nihil est commune † cũ*
Principibus seculi, quia temporalia penitus 10
abijciunt, ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur secularis militiae, quia cùm de decimis, & primitijs viuunt, tamquam filij summi Regis in omni Regno, à terrenis exactionibus liberi sunt, ita vt dicere valeant: venit Princeps huius mundi, & in nobis non habet quicquam. Porrò alij sunt, qui non contenti decimis, & primitijs praedia, villas, &
castella, & ciuitates possident, ex quibus † 11
Caesari debent tributa, nisi Imperiali benignitate, immunitatem ab huiusmodi promeruerint, quibus à Domino dicitur: Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo: quibus idem Apostolus: Reddite omnibus debitum, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Cui traditioni applaudunt Augustini dicta in *cap. quo iure, dist. 8.* & alia relata supra *quaest. 8. n. 24.* item & Hilarij ibi *n. 25.* adducti.

Frequentior verò priscae Ecclesiae sensus is fuit, vt pro rebus tributa, & vectigalia ab Ecclesiasticis soluerentur, per-
sonis omnino, † spiritualibusquè praesta- 12
tionibus (vt sunt decimae & primitiae) exemptis, nec alia, quàm ob concessam à Principibus exemptionem, excusatio prodesset; quibus etiam in necessitate laborantibus ipsamet bona, non tantùm praestationes, & vectigalia subsidio essent, vt ex Hilario, & Hugone retulimus supra *quaest. 9 num. 9. cum duob. sequentib.* Altera Decretalis est Vrbani in *cap. 22. tributum 23. quaest. 8.* vbi quòd staterem de ore piscis Petrus pro se, & Dominó iussus fuit dare, non caput, Pontificalem apicem significans Regibus praeminentem, addens haec: *Quia de exterioribus Ecclesiae, quod constitutum antiquitus † est, pro*
pace, & quiete, qua nos tueri, & defensare 13
debet

debent, Imperatoribus persoluendum est.

Inde addit Gratianus, Constantini, Constantis, Valentiniani, & Iustiniani Constitutiones fauore Ecclesiarum, ac Ecclesiasticorum editas in *capit. 23. in qualibet.* Item duo Parisiensis, ac Vormaciensis Concilij decreta Caroli Ma-
14 gni Imperatoris, & Ludouici † ordinationes confirmantia, quibus agri Ecclesijs tributi, decimæ quoquè, & oblationes fidelium liberæ, & immunes ab omni præstatione declarantur. Concluditq; vir Bellarmini iudicio in *respõ. ad Barclaium, cap 34. §. 7.* pius, ac priscæ disciplinæ seruator, in hæc verba: *Hinc datur intelligi, quòd de his, quæ Imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio sepulturæ Ecclesia possidet, nullius iuri, nisi Episcopi teneatur ad-*
15 *stricta: de his verò, quæ à quibuslibet † emerit, vel viuorum donationibus acceperit Principibus consueta obsequia, vt & annua eis persoluat tributa, & conuocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra, quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.* Sequitur deinde probans ex Decretalibus, & Conciliis, Episcopos ad Principum comitatum, & ad exercitũ sine Pontificis, vel Metropolitani licentia accedere non posse.

At quòd hæc immunitas tributorum ob bona, indulgentia Principum processerit, D. Thomas, & Scotus Scolasticorum Principes conformes docuere, quos retuli supra *q. 1. nu. 16.* quòd vè iure aliquo Diuino nõ proueniat, probat à sufficienti enumeratione Couar. *dict. capit. 31.* & ex D. Thoma, Franch. Victoria, *relect. 1. de potest. Eccles. relect. 7. propos. 2.* per hæc verba: *Clerici sunt exempti à tributis, non iure diuino, sed priuilegio Principum, hoc expressè dicit D. Thomas super illũ locum Rom. 13. Ideo enim & tributa præsta-*
16 *tis, & dicit, hanc exemptionem habere † aequitatem quamdam, non necessitatem.*

Cæterùm, nouissimè aliter Moderni ad Decretales interpretes innuunt, diuersum quoquè Moralium Scriptores his omnino omissis docent. Primò enim affertur ab eis text. in *cap non minus 4. de immunit. Eccl.* ibi: *In diuersis mundi partibus Consules Ciuitatum, & Rectores, necnon & alij, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesijs, vt deterioris conditionis factum sub eis Sacerdotium videatur, quàm sub Pharaone fuerit:* & inde explicando onera, addit: *Siue quidem fossata, † siue expeditiones, seu aliqua quælibet* 17
sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis, volunt ferè cuncta compleri. Et statim: *Quòcirca sub anathematis districtione fieri de cætero talia prohibemus, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint, vt absquè vlla exactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates (vbi Laicorum non suppetunt facultates) subsidia per Ecclesias existiment conferenda. Si autem Consules, aut alij de cætero ista commiserint.* &c. Ex Concilio Lateranẽsi *cap. 20.* repetitum in *cap aduersus 7. eod. tit.* addito etiam Rom. Pontificem consuli debere.

Secundò expenditur textus in *c quãquam 4. de cens. in 6.* vbi Bonifacius 8. ait: *Cùm igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæquè personæ, ac res ipsarum non solùm iure humano, quinimo † & diuino à secularium personarũ* 18
exactionibus sint immunes, Constitutionem fœlicis recordationis Alexandri Papæ 4. prædecessoris nostri, qui statuit, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum, vel soluendum talia pro rebus suis proprijs, † quas 19
non causa negotiationis deferunt, vel deferri faciunt, vel transmittunt. Et inde: *Volentes,* &c. *vt nec Collegium, nec Vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona cuiuscumquè sit dignitatis, aut status à præfatis Ecclesijs, aut personis pro personis ipsis, aut rebus prædictis talia exigat.*

Addit Diana & tertium in *capit fin. de vit. & honest. Cleric.* vbi Clericis negociatoribus, si ter moniti non destiterint, pœna amissionis priuilegij Clericalis indicitur: hoc addito *tu quominus, † dum his* 20
se implicant, de suis facultatibus, statutis, & consuetudinibus Patriæ subiaceant, non defendas eosdem.

His

His freti Canonistæ communiter pa-
tant, Ecclesias, ac Clericos à tributis om
nibus, cæterisquè præstationibus tũ rea-
libus, cum personalibus exemptos, siue
Diuino, siue Pontificio iure, quorũ sen-
tentias in vnum collegit Couar *pract. d.*
cap. 31. in 3. concl. versic. *Eadem exemptio*
quoad tributa, & censum, & in nouissima
additione citat Domin. Soto *in 4. distin.*
25. quæst. 2. art. 2. P. Suarez *ad Regem An*
gliæ lib. 4. cap. 30. qui addit, hoc priuile-
gium esse Diuinum, id est, à Deo ipso cõ
cessum; mouetur ex *d. cap. quamquam*, ibi:
Non solùm iure humano, quinimo & Diui-
no. Item ex *cap. 20.* Concilij Tridentini,
sess. 25. de reformat. ibi: *Personarum Eccle-*
siasticarum immunitatẽ Dei ordinatione, &
Canonicis sanctionibus institutam: quod enũ
ciatum, quòad spiritualia verum esse, nõ
quòad temporalia contendunt Couarr.
ac Sotus, saluantes Pontificis, ac Conci-
lij dicta, probantesquè nullo iure Diuino
Euangelico hanc à tributis exemptionẽ
21 probari, † diciquè Diuinum hoc priuile-
gium, quoniam iure Canonico, & Pon-
tificio procedit, quod à condentis per-
sona, ac auctoritate (vt qui in terris vices
Dei gerit) Diuinum dici solet, vt Couar.
docet *ibid.* vers. *Tertia verò probatio*, ibi:
Iuxta morẽ in Canonibus, & Pontificijs con-
stitutionibus obseruatissimum frequenter di-
citur, aliquid iure Diuino statutũ, ex eo quòd
à veteri lege Diuina, aut ab aliqua veteris te-
stamenti auctoritate originem duxerit, sicut
nos probauimus lib. 1. var. cap. 17. tractat.
de decimis exponẽtes. Atquè ideò cùm aliquot
locis testamenti veteris constet, Sacerdotes ex.
Principum priuilegijs exemptos fuisse à tri-
butis, fit sanè, vt & apud Põtificias sanctiones.
scriptum sit, hanc exemptionem iure Diuino,
aut lege Diuina inductam fuisse: præsertim,
quia plerumquè dicitur ius diuinum, quod in
vetustissimis Ecclesiæ vniuersalis Cõcilijs, &
22 *Synodis, ad imaginem, & imitationem † ve-*
teris legis fuerit statutum, quod in dict. capit.
adnotauimus. Nam & ius Canonicum lato
quodam dicendi modo Diuinum ius dici solet,
cap. cùm diuersis de priuil. in 6. cap. celebrita-
tem de consec. distin. 3. capit. violatores 25.
quæst. 1. Leo Papa ad Anastasium Thessalon.
58. cap. 11. Idem Leo ad Episcopos per Afri-
cam constitutos, cuius Iuo Carnotensis memi-
nit 5. par. cap. 105. S. Thom. opuscu. 73. ca.
5. Nec tamen ex hoc probatur, aliquid lege † 23
verè Diuina, quæ vim hodie, & auctoritatẽ
habeat, nempe Euangelica statutum fuisse. Sed
& illud manifestum est, etiamsi propriè sint
intelligendi præcitati Canones, de lege verè
Diuina id accipiendum quòad quædam, &
quo ad illa, quæ verè, & propriè spiritualia
sunt. hæc Couarr. qui statim in 1. *concl.*
explicat, spiritualia quæ sint, cum alijs
supra traditis *hoc lib. 2. q. 1.*

Hisquè argumentis addendum, Pon-
tificem, etsi maxima auctoritate funga-
tur, ius Diuinum propriè constituere mi-
nimè posse, licèt in casu dubij (si è Ca-
thedra id agat) illud, aut illud iuris Diui-
ni esse declarare poterit, dummodo ex
aliqua † Euãgelij sententia, vel ex præce- 24
ptis veteris legis deducat, vt declaratio
verè dici possit, non quidem noua iuris
Diuini constitutio, quod probatur ex do
ctrina D. Thomæ, *par. 1. q. 3. art. 4.* nam
vt ait Apostolus: *Aliud fundamentum ne-*
mo potest ponere, præter id, quod positum est,
quod est Christus Iesus. Caietanus *dict. loco*
latè Alphons. à Castr. *lib. 1. de hæresi cap.*
8. Arbor *lib. 5. Theoso. cap. 10.* Albertin.
de hæret. q. 1. num. 23. Cardin. Turrecre.
lib. 4. de Eccles. cap. 3. secund. part. quos
hoc pacto sequitur Couar. *lib. 4. var. cap.*
14. vers. *Sic pari ratione, in fine*, ante vers.
Canonicos, ibi: *Ecclesia etenim non potest in*
bis, quæ ad fidem pertinent, facere assertionem
aliquam falsam modò esse, quæ priùs vera fue-
rit, nec ex contrario. Et statim: *Potest tamen*
Ecclesia efficere per eius in re olim ambigua, † 25
& controuersa diffinitionem, aliquam asser-
tionem modò hæreticam esse, & censeri, quæ
priùs, nec erat, nec censebatur hæretica.

Cùmquè in hac materia nulla iuris Di-
uini auctoritas afferatur, quæ præceptũ
immunitatis contineat, debeatquè illa
deficiente, ob hoc ipsum ad primitiuæ
Ecclesiæ vsum recurri, vt docet D. Tho
mas *2. 2. quæst. 1. art. 7. ad 4.* & ibi Car-
din. Caietan. quo tempore (vt ex præmis-
sis

ſis traditionibus Pontificum, ac Patrum
conſtat (nullam aliam immunitatẽ, præ-
26 ter illam, quæ † ab Imperatoribus Con-
ſtantino, eiuſquè ſucceſſoribus conceſ-
ſa legitur) in vſum deductam inuenimus,
quæ non ad tributa, publicavè vectiga-
lia, per quæ Imperij quies, ſecuritas, ac
perennitas obtinetur, iuxta Taciti vulga
res ſententias. 13. *Annal. cap.* 50. *n.* 2. *&*
4. *hiſtor. cap.* 74. *nu.* 2. ſed ad perſonales
angarias, ac præſtationes reſpiceret, vt
patet *ex l.* 1. 2. *&* 3. *C. de Episco. & Cler.*
quæ omnes ſunt leges Conſtantini, &
Conſtantij, imo & Iuliani, ante quàm ſo
lus imperio potiretur, antequè abiectam
Religionem. Patet manifeſtè, fiſcalia tri
buta, ac pẽſitationes ab exemptione ex-
ceptas, vt ante hac docui nota 24. *ad leges
Federici in Cod. fol.* 142. adductis Inno-
centio 4. Pontifice Hoſtienſi, & alijs Ec
cleſiaſticis viris.

Hanc quidem piam, admodumq; Chri
ſtianæ profeſsioni conuenientem Impe-
ratorum diſpoſitionem (adulta iam Ec-
cleſia) Pontifices amplexauere, ac decre
tis ſuis ſtabiliere, à qua quidem extra
27 ſummæ neceſsitatis caſum † recedere,
ne ipſis quidem primarijs concedenti-
bus, nec Pontifici fas erit. Nam ſi infini-
ta illa omnia ſubuertẽdi poteſtas, quoad
cæteros ſubditos ferenda nõ eſt, vt ex Co
uar. & alijs dixi *tom.* 1. *de donat. part.* 6. *n.*
16. quanto minùs, quod ſanctè; piequè
ad Religionis fauorem à Principibus
conſtitutum eſt, ne Ægyptijs, aliiſquè
Barbaris Regibus cedere videantur?

Immo, ſecuta Pontificum, & Cleri
acceptatione, iam illa in vim contractus
abiiſſè videtur, quæ vti Chriſtianæ Rei-
publicæ vtilis, imo apprimè neceſſaria
improbari, nec minui poteſt, vt Leo Ma
gnus aiebat, *Epiſt.* 51. ibi: *Quæ ad perpetuã
generaliter ordinata ſunt vtilitatem, nulla
commutatione varientur.* latè etiã Couarr.
dict. cap. 31. verſ. *Quarta concluſio*, & nos
ſupra *quæſt.* 2. *hoc libro, ſup. libr.* 1. *quæſt.*
32. *numer.* 23. Bellarmin. *ad Barclaium
cap.* 35. §. 6.

His poſitis, ſuperfluam, ac inanem e-
xiſtimo diſputationem, an potuerit Pon
tifex Clericos à tributis Principibus præ
ſtandis eximere, nam licèt potentiam op
timis rationibus fundent Soto, & Coua
rruuias præmiſsis locis, alijquè Theolo-
gi, & Canoniſtæ. Attamen cum Ponti-
ficès, ne alicuius iuri † derogaſſe viderẽ- 28
tur, ac Chriſti præceptis contraiſſe (qui-
bus obedientia cum tributorũ ſolutione
Chriſtianis omnibus mandata fuit) lar-
gitionem, ac conceſsionem Imperatorũ
præcedere voluerunt, vt de his tempora-
libus concorditer diſponerẽt, vt in ſimili
adnotat rectè gloſ. *in cap. ad abolendam de
hæret.* vbi Pontifex Lucius 3. pœnas tem
porales contra hæreticos de conſenſu
Imperatoris impoſuit, vt Hoſtien. poſt
Innoc. refert, & manifeſtè oſtendit tex-
tus Decretalis in corpore, ibi: *Ideoquè nos
filij noſtri Chariſsimi Federici Ill. R. Imper.
ſemper Auguſt. præſentia pariter, & vigore
ſuffulti*, facit *cap. per venerabilis, qui fi. ſint.*
Vnde leges † prohibẽtes Eccleſiaſticos 29
ditari, tempore Valentis, & Gratiani, in
l. 16. *&* 20. *C. Theod. de Episcop. & Cleric.*
probante Damaſo Sanctiſ. Pontifice la-
tæ fuerunt, vt refert Ortiz *de immu. par.* 3.
dub. 3. *fol.* 331. de cuius cauſa conquætũ
tur D. Hieron. *Epiſt.* 2. *&* 3. & D. Am-
broſ. *ſerm.* 7. *& lib.* 5. *epiſt.* 3. conſtitutio-
nem tamen laudantes.

Ideo ad exemptionum verba, volue-
runt ne; & in quo caſu eis placuerit recur
rendum eſt, quæ ſi benè perpendantur
ad literam, non de tributis, ac vectigali-
bus ſuper rebus perpetuo ad Rempubl.
conſeruandam impoſitis, ſed de perſo-
nalibus præſtationibus loqui videntur:
nam nulla ex Decretalibus † relatis, præ- 30
ter quàm duæ Gregorij, & Vrbani (quæ
obligationem ſupponunt) de tributis ver
ba faciunt, vt adſenſum patet. Videndi-
què ſunt allati à Caſtillo *de tertijs tom.* 7.
cap. 6. & Ceuall. *quæſ.* 899. *ex num.* 160.
Ortiz *de immu. Part.* 3. *dub.* 1. *in fol. ad ar-
gum. ad* 5. *fol.* 353.

Quoad cæteras verò præſtationes in
dictis nouiſsimis Decretalibus conten-
tas, optimè, & rectè Catholici Principes
con-

consueuere (vbi moræ locus sit) necessi-
tatem impositionis, & vbi Clericis dire-
ctò fiat, Sūmo Pontifici deferre,† vt cō-
31 corditer quoq; à recepta, & firmata diù
immunitate in illis specialibus casibus
recedatur, qui e 1, qua præstat benignitate,
paternaliquè prouidentia votis annuere
solet, & pensatis Cleri facultatibus, ac
diuitijs, & laicorum angustijs hos suble-
uare, illos verò onerare solet, qui mos vt
Christianæ deuotioni, & filiali Principū
obedientiæ conueniens omnino seruan-
dus est, vbi ex dilatione magna incōmo-
32 ditas † non timeatur, iuxta per me tradita
dict. nota 24. Iustum est enim in reli-
quo, vt eiusdem consensus accedat, cuius
profectum est *l. nihil* 35. *D. regul. iur.*

Ex quibus quæstionis resolutio facilè
haberi potest: nam cùm exemptio indi-
ctionum, ac gabellarum ab Imperatori-
bus concessa Sacerdotū personas respe-
xerit, Pontifices quoquè in materia Prin
33 cipibus præiudiciali, de † Clericis pro-
priè intelligendi sint, quominus Respu-
blica grauetur, nevè omne onus in laicos
reijciatur, minorum ordinum Clericos
exclusos censeri æquius videtur. Quòd
verò onerum, ac indictionum exemptio
solùm ad Sacerdotes referri debeat, pa-
tet vltra præmissa ex Imperatorum Cō-
stitutione, *in l. Presbyteros* 6. *C. de sacr.
sanct. Eccle.* vbi exemptio quoad persona-
lia munera etiam quo ad quatuor mino-
rum ordinum Clericos, nulla onerum
realium mixtorum, ac vectigalium facta
mentione, porrigitur.

Pontifex verò in *dict. cap. nonnullis*,
expressis, conceptisquè verbis de Sa-
cerdotibus locutus est, vt supra, ibi: *Vt
deterioris conditionis sub eis factum Sacerdo-
tium videatur, quàm sub Pharaone fuerit.*
34 Innuens apostè non tantùm de Sacer-
dotibus, sed de bonis eorum, & Ecclesiæ
vsibus publica constitutione applicatis,
non de priuato patrimonio loqui: proœ-
mium enim illud, illaquè narratio Con-
stitutionis mentem, & dispositionem par-
tem declarat, vt supra *lib. 1. q. 1. num.* 21
probatum est. Bonifacius verò in *capit.
quanquam*, licèt de Ecclesiasticis perso-
nis in genere, sine vllo tamen vniuersali
signo loquatur, de constitutis in sacris
intelligendus est, dum ad ius † antiquum 35
se referat, ibi: *Cùm igitur, &c.* de re iā de-
terminata loquens, ac solùmodò pœnā
legi iam editæ addens, ibi: *Volentes prop-
ter multorum insolentiam, & abusum pœnæ
adminiculo adiuuare, &c.* Nam in præmis-
sa Decretali (ad quam se refert) de Sacer-
dotio disponitur, vt dictum est: adeo vt
idem, quod ius ad quod se refert, stabilis-
se censendus sit, *l. asse totò* 77. *D. de he-
red. instit.* Iterùm cùm ius Diuinum alle-
get, in quo de Clericis in minoribus
constitutis ne verbum quidem inuenitur,
fortiùs dicendum est de Sacerdotibus, &
in sacris constitutis verba fecisse † ex ea- 36
dē ratione, quod sumpsisse videtur, ex Io.
Bernardo Episcopo Calagurritano in
praxi cap. 90. alijsquè Couar. *dict. ca.* 31.
vers. *Tertiò illud est obseruandum*, & versi.
Quartò deducitur, probans, horum exem-
ptionem iure humano procedere. Vnde
fit, quòd cùm eis verba, ac ratio huiusmo
di non conueniant, nequè dispositionem
adaptari posse, firmandum venit, *l.* 4. §.
toties, D. de damn. infect. latè Tiraq. *in l.
si vnquam, verb. libertis, num.* 2. *C. de reuo.
donat.* Becc. *consil.* 57. *num.* 13. Surd. *consil.*
174. *num.* 2.

Quod verò diximus in præiudiciali-
bus tertijs, & Reipublicæ Clericos in mi
noribus Cleri appellatione non venire,
suadet mihi regula illa, quòd verba † in 37
damnosis propriè, ac strictè accipi de-
beant, quò minùs lædant, *l. vltim. C. de
præp. agent. in reb.* Tiraq. *ad l.* 5. *conn. gl.*
5. *num.* 155. Ego *nota* 105. *ad leg. Federi-
ci*, vers. *Quod si iniquitas, fol.* 281. Morna
chius eleganter *ad l.* 3. *de Constit. Princip. fol.*
32. videatur in specie Anton. de Butr.
in cap. Clericos, n. 1. *de offic. Vicarij.*

Consuetudo perinde, quam in aliqui-
bus Prouincijs, † ritè receptā putat Dia- 38
na, ne Clerici in minoribus à gabellis e-
xempti sint, ex Arag. *in* 2. 2. *quæstio.* 62.
art. 3. Ioann. de la Cruz *in direct. conscie.
par.* 1 *præcept.* 7. *q.* 7. *art.* 3. *du.* 1. *concl.* 1.
Les-

Lessio *lib. 2. cap. 33. dub. 5. n. 39.* Vazq. *de restit. cap. 6. §. 1.* Turr. *in 2. 2. tom. 2. disp. 44. dub. 1. n. 12.* Mald. *in eandem tractat. 5. cap. 6. dub. 8* Molin. *tom. 3. tract. 2 disp. 270 n. 5.* Salas *de legib. q. 96 tract. 4. disp. 14. sect. 11 n. 121.* alijsvè Consultis summam per iniuriam à Garcia, & Megala improbatur cum iuri communi Canonum, verbis, & menti Pontificiæ conueniat, quo fit, vt interpretatiua iuris censenda sit, † ac ob id in omni foro
19 tutissima, per tradita à Suario *ad Reg. Ang. lib. 4. cap. 34 n. 13.* vt quæ nouum, ac diuersum à Canonibus ius non inducat, sed opertum, ac dubium, latensquè declaret, vt idem *de legibus lib. 7. cap. 4. nu. 15.* Soto *de iust. lib. 1. q. 5. art. 2. concl. 3.* in puncto Couar. *d. cap. 31. n. 7 & vltim. illat. vers. Sunt tamen, qui opinentur hanc conclusionem*, addo textum in Clericorum immunitate conuincentem, *in cap. super quibusdam 26. §. 1. de verb. signifi.* vers. *Vel ex antiqua consuetudine.*

Neque à voluntate Sum. Pontificum (si verba omittimus) abhorret, quinimo summè conuenit, ne putetur velle immensum Clericorū in minoribus agmē, quorum pars maior solius fori fruendi animo habitum inducit, Ecclesię parum vtile, etiam immunitate gabellarum in Principum detrimentum, & laicorū pauperum maximè grauamen frui. Nam li-
40 cèt ob spem † melioris frugis Ecclesia eos amplectatur, sperans ad sacros ordines breui ascensuros, vt Tridentini Patres innuere apertè videntur, *d. cap. 6.* & perinde pariter expectet, interim tertijs iam dictis præiudicari nolle, credenda est; per hoc verò opposita consuetudo fauore huiusmodi Clericorū alicubi amplexa nō improbanda, imo seruanda est, vt immeritò doceatur, quod si cōtra fiat, in Bullā Cœnæ committetur, cùm, Canone expræsso deficiente (vt probatum ex præmissis puto, & iterum dicam *quæst. 41. vers. Quod ad primum*) peccatum non succedat, ex quo censuræ incurruntur, ex regulis traditis *q. fin. lib. 1.* huius operis.

QVÆSTIO XXXVII.

An Princeps secularis possit imponere, & exigere gabellas Clericis, non habentibus requisita, Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de quibus sup dictum est?

EPITOME.

1 *Clericorum minorum ordinum fauor, quam obrem à Concilio limitatus fuerit?*
2 *Exēptio iure humano instituta faciliùs limitatur.*
3 *. . . a tributis nō fuit à Trid. Concilio innouata.*
4 *Forum, & de foro esse quid importet?*
5 *. . . nemo in alios exercet, nisi ex iurisdict.*
6 *Tributorūpræ[st]atio ad iurisdictionē refertur*
7 *Ius Principum non nisi ex status mutatione in subditis tollitur.*
8 *Clerici sine requisitis Concilij à tributis nō exempti.*
9 *Qualitas dat esse rei, cùm illa ad essentiam requiritur.*
10 *Canonis priuilegium habitui Clericali inheret.*

CONcilium in præmissa *sess. 23. capit. 6.* cùm de statu Clericorum in minoribus ordinibus constitutorum disponere decreuisset, reformandi gratia excessus Prælatorum, dum in Christianorum Principum præiudiciū iurisdictionis nempè, & tributorum plures ad Clericatum sine Ecclesiarū necessitate admittebāt statuit *ne huiusmodi foro Ecclesiastico fruerentur, nisi habitum, & tonsurā, deferentes, beneficium Ecclesiasticum adepti essent, vel Ecclesiæ alicui de mandato Episcopi addicti*: ex querelis interesse habentium notum fuit. vt patet ex scriptis ante Cōcilium per Couar. *d. cap. 31. col. vltim.* ibi: *Quæ quidem interpretatio non est fortassis à mente iuris Canonici aliena, hisce præsertim temporibus, † quibus Clerici prima tonsura* 1 *absque tonsura, & vestibus passim vagantur moribus, & vitæ honestate a cæteris laicis minimè dissimiles; imo propter priuilegiū peccādi licentia ipsi multò peiores in maximā Christianæ Reipublicæ dispendium, potissimum hac in re, cùm alij laici sint horum Clericorū onera subituri, quod illis satis graue, & molestū*

 est,

est; quippe quibus constet hos Clericos prima tonsura, qui ab his oneribus immunes esse cõtendunt, nec vestibus, nec tonsura Clericos esse, nec alicui Ecclesiastico ministerio vacare, nec id ipsum, vel minima ex parte cogitantes, 2 cum hæc exemptio † iure sit tantùm humano instituta plurimum poterit circa eius vsũ, ac vim consuetudo legitimè præscripta, maximè non erit eius quæuis interpretatio Reipublicæ conueniens abijcienda, cùm de muneribus agatur, quæ mixta sunt, & ratione rerum temporalium personis quoad census, & pecuniæ contributionem inducuntur, etiam si iuxta iuris Canonici rigorem Clerici primæ tonsuræ non sint priuandi hoc priuilegio, ex eo quòd tõsuram, & vestes dimiserint, nisi priùs tertio moniti in hãc inciderint contumaciam. Hæc ille; qui ibidem Caroli, 2. Regis Neapolitani, & Philippi 2. Hispaniarũ declarationes refert, immunitatem huiusmodi à Clericis in minoribus sine requisitis præmissis abdicantes, cui supra immediatè tradita addenda sunt, *quæst. ante ced num.* 38.

Nihil tamen in dicto *cap.* de tributorum † exemptione in specie disposuit, 3 sed tantùm illos à fori priuilegio exclusit. Vnde qui verbis, & non menti Concilij inhærent, nihil horum opus esse cõtendunt, vt cæteris priuilegijs, & immunitatibus frui possint, vt partim laicus, partim verò Clericus reputetur; cùm Cõcilium ad principaliorem partem respiciens, illos, nisi requisita præmissa seruassent, quoad omnia pro laicis haberi voluerit; nam apud Consultos tantum valet dicere aliquem esse, vel non esse de 4 foro alterius, † quantum ei subesse, vel minimè, Gloss. celebris *in Clement. vnic.* verb. *subditos, de for. compet.* quam probãt omnes ibi, & Fran. *in capit. cùm nullus, col. 2. de temp. ordin. in 6.* Barbat. *in capit. nonnulli in princip. col. vlt. de rescript.* Felin. *in cap. 1. col. vlt. de sponsal.* Abb. *in cap. 1. col. vlt.* & Felin. *in cap. vlt. num* 23. *de foro compet.* Gloss. Abb. & Felin. *in cap. nuper, de sent. excomm.* quibus probatur, non esse subditum eum, qui de foro non est: atquè, vt non subditus, nec iudicio, nec tributi, onerumquè præstationi tenetur; nam qui forum nõ sortitur, nec oneribus subest, forus enim competẽtiam superioris supponit, *l. sed & hæ* 35. § *non solum, D. de procurat.* vnde titulus *de foro compe tẽti.* Nam † nemo forum exercet in alios, 5 nisi ius habeat iudicandi, vt ex Isidoro patet in *cap. forus* 10. *de verb. signif.* Hicquè sensus, non verba ad Ecclesię, & Concilij integritatem recipiendus est, iuxta egregiam Ioannis 22. determinationem, *in extr. ad conditorem ante fin.* ibi: *Volentes in sanctã Dei Ecclesia, quæ non verbo obtinẽt tantùm, sed quæ re potius obseruari, de verb. signif.*

Hoc addito, quòd idem ex Apostoli doctrina elicitur in sæpius adducto *capit.* 13. *ad Romanos*, vbi tributorum præstationẽ ad subiectionẽ, & † iurisdictionẽ 6 refert, ibi: *Ideo necessitate subditi estote, nõ solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam: Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes*, ad quẽ locum omnes, quos citauimus *sup. q. antecedenti*, maius obedientiæ, & subiectionis vinculum in tributorum præstatione ponunt; quoties ergo Conciliũ foro Clericos priuat, qui illa requisita non seruauerint, toties alteri foro subiacere vult, quodvè, vt subditi ad illa omnia (quæ cęteri ex dicta doctrina Apostoli tenentur) adstricti censeantur. Hęc enim consecutiua, & necessaria quidem consecutione sunt, iurisdictioni subiacere, & tributis præstandis alligari, nam ideo eximitur, quia statum mutat, hæcquè mutatio iam sine his signis, & requisitis non sequitur; ex quo fit, quòd citra mutationem † ius 7 Principum illæsum manet, vt elicitur ex Bellarm. *ad Barcla. c.* 34. §. 3. vers. *Sed tamen dum eue hit laicos ad ordinẽ altiorẽ, id est, Clericorum, non est mirum si consequenter priuet Iudices iure, quod in eos habebant, dum essent in gradu inferiori.* At non euehit ad hũc ordinem, nisi cum illis qualitatibus, ergo non priuantur Principes suo iure, si qualitates illæ deficiant.

Verius ergo videtur, & æquius sententiã Concilij cum † frequenti Theologo 8 rum

rū interpretatione concordare, ex Apostoli verbis elicita, vt requisita à Concilio ad omnē effectū requirantur, quā, his tamen rationibus præteritis; docuerunt Homobon. *de exam. Eccl. p. 1. tract. 7. c. 29. q. 120* Laiman. *Theol. mor. li. 4. trac. 9. c. 6. n. 3.* Azor *p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 6.* Filiu. *tom. 1. tract. 16. cap. 11. nu. 298.* Reginal. *tom. 1. lib 9. c. 27. n. 376.* Coriol. *in expos. Bull. Coen. excō. 18. fol. 919.* Alter *de censur. tom 1. disp. 19. lib. 5. c. 6. dub. 10.* Molfes. *in sum. tom. 1. tract. 6. c. 10. n 65. tom. 2 tract. 12. ca. 22 n. 162.* Graff. *p. 1. lib. 2. c. 123. n. 21.* Iure Consultis omissis, quos refert Diana *hoc loco.* Videndusq; omnino Suar. *ad Reg. Angliæ lib. 4. cap. 27. num. 14.* qui obiectioni Regis respondet, sicquè satisfacit.

Nec obstat Cōgregationis declaratio, quoniā ratio, qua vtitur, in iure nō subsistit, cū fori priuatio Clericū de foro Principis faciat, cui per hoc tributa præstantur, quòd superior vt antea manet, dum hic pro laico habetur. Negat enim hæc cōmunior Theologorū, & Iuristarū opinio, hos esse aliquo modo Clericos, dum de essentia Clericatus quoad minores Clericos stegmata illa à Concilio requi-

9 lio requiruntur. Nam in hoc casu † qualitas hæc dat esse rei, illaquè mutata, transit in aliā speciē, §. *præterea instit. de inut. stipul.* Marsil. *singul. 520.* Gratia. *discept. 314. n. 36.* hocq; præcipuè cū retius Orbis vsus inualuerit, vt requisita Concilij ad omnes effectus à Clericis exigantur, quod & nos, licèt cōtrariū defendere conaremur, *in decis. 14. tom. 1. num. 11. fol. 292.* pro illius causę patrocinio assumere nec ausi sumus, quoad tributorū solutionē, cū sciremus nunquā nisi docto, de requisitis, excusari, prout in dicta causa doctū fuerat, iuxta Abb. doctrinā in *Clē. fin. n 4. vers. & quoad personam videtur, si sit in habitu, & tonsura Clericali.* vbi de exactione pedagij loquitur, solū id admisimus, quoad priuilegium Canonis; si tamen Clericus in habitu incedat: priuatus enim percutiens iam in ordinē scienter

10 peccat, † dum Clericum indutū Clericali veste aspicit, nec censetur (an ne beneficium habeat, vel Ecclesiæ seruiat) requisisse. Canonis enim priuilegiū, vestibus, & tonsuræ adhęret, argum. *cap. fin. de vita & hon. Cler. q. 24. in allegat. inserta.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An Princeps possit imponere gabellas super bonis nouitiorum?

EPITOME.

1 *Nouitij durante probationis anno, pro Religiosis habentur.*
2 *Nouitiorum bona nullo sub prætextu retineri à Monasterio possunt.*
3 *... secularia remanent penes parentes, tutores, vel curatores.*
4 *... retineri nec prætextu alimentorū possunt ad quæ Monasterium vrgere debet.*
5 *Ingressus vbi bona reseruauerit, illa laica manent.*
6 *Onera personalia Nouitijs, ne à Religione retrahantur, imponi non possunt.*
7 *Ingressus donec profiteatur, statū nō mutat.*
8 *Monasteria nihil commune habent cum bonis ingressi, donec profiteatur.*
9 *Religiosi Soc. Iesu professi trium votorū simplicium, vti veri Religiosi haberi debent.*
10 *... habent essentialia Religiosorum.*

QVòd Nouitij quoad suas personas durante † probationis tēpore, quo habitu, & actibus religionis vacantes, eiusdem particulæ videntur, & per hoc ab instituto cepto auelli, nec inquietari debeant, expeditissimum est, & nemo negare poterit, sicut nec iure fundatur eorū bona, nec Monasterij, nec Ecclesiæ fieri vsquequo professionem emiserint; interim enim & illa, & fructus, alimentis exceptis, ipsius Nouitij sunt, ei, si instituti pœniteat, ex integro restituendi, vt determinatum fuit in S. Tridentino Concilio *sess. 24. cap. 18.* ibi: *Sed neque ante professionem, excepto victu, & vestitu † nouitij, vel nouitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumquè prætextu à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius, Monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur: ne hac occasione discedere nequeat, quòd totā, vel maiorem partem substantiæ Monasterij possideat, nec facilè, si discesserit, ia recuperare pos-* 1 2

sit, quin potiùs S. Synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant. Quod vt rectè fiat, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

Ex qua Constitutione citra canillum ambigi nequit, bona huiusmodi secularia remanere, nec cum persona nouitij Religioni, aut Monasterio addici, cùm † penes parentes, vel curatores remanere debeant, ac vt antè erant, possideri; nō benè ergo arguitur, nouitij sunt de familia Monasterij, & pars Religiosæ communitatis. Ergo & eorū bona talia sunt, cùm à Concilio quoad hoc separata fuerint, adeò ne regulariter, sicut in cæteris materijs, de bonis idem, quod de personis iudicari possit; inde aliqui etiam retentionem † pro alimentis præstitis negāt, si bona ingressi ex donatione in monasterium deuenerint. Eman. Sa *in sum.* verb. *Religio. num.* 8. Eman. Rod. *de regul. tom.* 3. *quæst.* 15. *art. vlt.* Alex. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 6. Sanch. *ad præcept Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 4. licèt in hos insurgant alij per Barbos. *ad cap* 9. *lib.* 3. *tit.* 31. *de reg.* quos sequutus sum *tom.* 1. *de donat. disc.* 2. *partic.* 3. *nu.* 15. *fol.* 106. fortasse inconsideratiùs.

Putarem ergo, quòd si bona sua ingressus Monasterio donauerit, licèt illa donatio resolui per recessum possit, vt ibi à me probatur; attamen interim hæc bona, vt Monasterij aliquo onere grauari nō possint: quòd si ingressus † bona dare noluerit, sed se tantùm Deo dicare, nulla ratio suadet, vt contrà ipsius votum hæc bona Ecclesiastica censeantur, arg. *l. cum actum* 18. *D. de negot. gest.* versi. *Planè*, vbi Scribentes.

Inde allegatorum à P. Diana magna pars de onerosis personalibus † loquitur, quæ reuera nouitiis indicenda non sunt, sed non per hoc argumentum ad patrimonialia (vt aliqui faciunt) duci poterit, vbi separata in Canonibus vtriusque ratio habetur, eorum nempè, qui se, suaque Monasterijs dedicant, aliorumvè, qui solùm personam addicunt, bonis penes parentes, consanguineos, vel curatores remanentibus, quæ statum, nec conditionem mutant. Non quidem ratione personæ † ingressi, quia ille vsquequò profiteatur, Religiosus non est, *cap. ad Apostolicam* 16. *in princip.* ibi: *Cùm Monachum fieri ante vnius anni probationem regularis instituto interdicat, de regular.* cum Tiraquel. & aliis statim. Non iterum ratione Monasterii, † vel Conuentus, quæ Concilium prohibet ei acquiri, vel ab eo apprehendi, & possideri ante vota emissa.

Hinc praxis apud omnes inualuit, vbi in fine anni Clericis gabellæ exactæ resarciuntur, de quo infra *quæst.* 45. ne nouitius soluatur, nisi de professione docuerint, cùm apud Iudices inconcussum sit, interim à quibusvè præstationibus, si patrimonialia sint, exemptos non esse, nec Religiosos censeri, de quo latè Tiraque. *de retract.* §. 1. *gloss.* 8. *ex n.* 31. Greg. Lo. *in l.* 7. verb. *si quando, par.* 1 *tit.* 7. quos ad rem adducit Lassarte *cap.* 19. *n.* 50. qui ad Religiosos Societatis Iesu conclusionem extendit, vt vsquèdum quatuor vota emiserint, tributis teneantur, † quod apud me summè dubium est, per ea, quæ tradidi *tom.* 1. *de donat. disc.* 2. *par.* 4. *num.* 12. *fol.* 14. vbi ex Molina, Lessio, Reginal. & Sancio hos verè, & propriè Religiosos esse docui; nam ex parte eorum votis perpetuò alligati sunt, licèt Religio non obligetur. At cum vota Religiosum constituant, si Religionis sint, illaquè à vouente emittātur, sequitur veri Religiosi † essentiam in his reperiri, ideoquè ad imparia cum cæteris haberi minimè posse.

QVÆSTIO XXXIX.

An Princeps Laicus possit imponere gabellas super bonis Ecclesiasticorū, propter reparationem pontium, & murorum.

EPITOME.

1 *Collectæ pro pontium, & murorum reparatione an possint Clericis imponi? latè pro, & contra.*

Ius

2 *Ius canonicum an textum an l. ad instructiones, C. de Sacr. Sanct. Ecclesijs correxerit?*

3 *Onus reparationis, & constructionis pontium, & murorum, ex societatis humanæ pacto institutum, & n. 36.*

4 *Personalia onera à subditis, vt subditis exiguntur.*

5 *Onera realia nihil commune cum personis habent.*

6 *Pontium constructio ad quid inducta?*

7 *Muri Ciuitatum ad quid construantur?*

8 *Onus sui natura reale, etsi personis indicatur, personale non sit.*

9 *Pontium, & murorum refectio promiscuè à Clericis, & laicis curanda.*

10 *Onera distinguuntur inter realia, & personalia.*

11 *Ecclesia dotem pro fratris fiendis, vel pro sui ædificio, sub tributo recipere non debet.*

12 *Ecclesia personale munus rebus adhærens præstare debet.*

13 *Tributum ex dote Ecclesiæ eximi debet.*

14 *Munera patrimonialia quæ sint?*

15 *Ecclesia in cæteris bonis tributa semel indicta soluere tenetur.*

16 *Superindicta non soluit Ecclesia, nisi immineat necessitas.*

17 *Munera sordida quæ sint?*

18 *Honesta munera, alia ordinaria, alia extraordinaria.*

19 *Angariæ, & perangariæ quæ sint, & quæ ab Ecclesiasticis debeantur?*

20 *Ecclesia munera extraordinaria subit, si pietatem concernant.*

21 *Onera pro pontium, aggeris, & viarum reparatione non subditis imponuntur.*

22 *Refectio, & ædificatio pari iure procedunt.*

23 *Leges, si Canones non contradicant, vim Canonum habent.*

24 *Ecclesia nõ tenetur ad ea, quæ ad ornatum fiunt.*

25 *Communis Clericorum, & laicorum vtilitas promiscuam facit præstationem.*

26 *Patriæ defensio summa pietas, ad quam Ecclesia tenetur.*

27 *Ecclesiastici pro necessitatibus merè laicorum non contribuunt.*

28 *Fossatis prohibitis, intelligitur, cùm opus personale ad illa præstatur.*

29 *Munus fossatorum quando sordidum?*

30 *Clerici a sordidis muneribus exempti.*

31 *Imperator hodie non nisi quoad res Alemaniæ leges fert.*

32 *... Communitates ex suo priuilegio imperium exercentes suis legibus ligat.*

33 *Leges imperiales Regna, quæ imperio non subsunt, non ligant.*

34 *... à condente commodiùs explicantur.*

35 *Bona spiritualibus vsibus deputata sancta sanctorum sunt.*

36 *Onus reparationis pontium &c, quo iure ab Ecclesiasticis ferri debeat?*

37 *Iure canonico tributa ab Ecclesijs præstari debent.*

38 *Naturali ratione incommodum ad ratam commodi ferendum est.*

39 *Naturalis iuris correctio quando licita sit?*

40 *Pontium, ac itinerum pro salute humana refectionem ratio naturalis suadet, ideò pium opus est.*

41 *Liberalitas à necessitate distinguitur.*

42 *Mundana merè onera Ecclesiam non afficiunt.*

43 *Onera, quæ pro bonis in æstimo positis colliguntur, realia sunt.*

44 *.. quæ ex legibus vniuersalibus imponuntur, ordinaria, ac patrimonialia sunt.*

45 *Pontium extructioni nec ciuilia, nec decretorum iura obstare possunt.*

46 *Vtilitas, & damnum non ex impensa, sed ex causa regulatur.*

47 *Ecclesiastica bona ad subueniendum, non ad thesaurizandum concessa.*

48 *Ecclesia si in redemptionem captiuorum pendit, multò magis, ne captiui fiant.*

49 *Leges humanæ rationi, & honestati congruentes seruandæ à Clericis sunt.*

50 *Princeps sua lege territorij sui possessiones afficit.*

51 *Leges humanæ in specie pro Clericis constitui non debent.*

52 *Ecclesia Romanas leges Religioni non repugnantes probauit.*

53 *Ecclesia à pluribus oneribus, etiam promiscuis exempta.*

54 *Plebs miscella ferè omnia onera sustinet.*
55 *Consuetudo in onerum solutione attendenda.*

HÆc disputatio ab intellectu præmissarum Decretalium *in cap. non minus, & in cap. aduersùs, de immunit. Eccl.*
1 pendet, an in hoc leges ciuiles † correxerint? an verò hæc onera, vt mixta ratione vtilitatis, & necessitatis ex sui natura æquè laicos, & Clericos afficiant?

Qui pro Ecclesiasticis scripserunt, adducto priùs text. in *l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles.* vbi ad hoc onus etiam Ecclesiæ addictæ censentur, illũ per Auth. Federici *extrauagantem* positam: *item nulla communitas, C. de Episco. & Cler.* correctum esse affirmant; cùm in ea ne collectæ, nevè exactiones, angariæ, nec perangariæ Ecclesijs, & Ecclesiasticis imponi possint, interdicatur.

Iterum contendunt, hanc eandem legem à iure † Canonico in præmissis
2 Decretalibus cõtento abrogatam fuisse, allegata glossa *in cap generaliter*, verb. *nouarum*, & verb. *collationum 6. q. 4.* Vtrũquè docent Lessius *lib. 2. ca. 33. dub. 3. n. 25.* Azor. *par. 3. lib. 5. cap. 19. q. 10.* Portel. *in addit. ad dubia regul.* verb. *Tributum, nu. 11.* Homob. *in examin. Eccl. p. 2. tractat. 11. cap 6. q. 9. sup. 2.* Laym. *lib. 4. tracta. 9. cap. 6. n. 6.* Ioan. de la Cruz *in director. par. 1. precept. 7. q. 7. art. 3. dub. 1. cõcl. 1.* Salon *tom. 2. in 2. 2. quæst. 78. art. 5. controu. 5.* Sous. *in Bull. Cœnæ cap. 19. dispu. 92. num. 6.* Alter. *de cens. tom. 1. dispu. 19. lib. 6. cap. 6. dub. 8.* P. Diana *de Parlam. 22.* & iterùm *de immunit. Eccle. hac resol. 39.* Marta *de iurisdict. p. 4. cap. 1. ex num. 21. ad 30.*

Sed vt scire possimus, an hæc onera æquè afficiant Ecclesias, ac Clericos? videndum vtiquè est, an sint realia rebus ipsis cohærentia, quæuè non ex imponentium auctoritate, sed ex societatis huma-
3 næ pacto tacito, vel expresso, † vt communicatio, ac commercium personarũ, & rerum liberiùs, expeditiùs, & tutiùs exerceatur, instituta, in quibus omnes, & quicumquè commodum, ac vtilitatem sentientes iure meritò contribuere, ac partem suam pro viribus bonorum conferre debent. Nam si personalia onera hæc sint à subditis, ex quo subsunt, exigenda, vt nomine † angariarum, tallia- 4
rum, ac collectarum veniant, sub prohibitione relatorum Canonum includi ambigendum non est. Arsi realia sunt, ex rerum natura eis adhærentia, secus dicendum † videtur, argum. *l. Imperatores 7.* 5
ibi: *Ipsa prædia, non personas conueniri, D. de public. & vectig. l. 3. C. de ann. & trib. lib. 10.* ibi: *Indictiones, nõ personis, sed rebus indici solent*, licèt ad faciliorem exactionem collecta imponatur: benè Innocent. in *cap. non minus, num. 4.* versic. *Sed certè nec tunc.* Ioan. Andr. *n. 7.* vers. *Sed nec tunc, de immunit. Eccles.* quos omnes secuntur.

Quòd verò hæc præstatio realis sit, ex fine elici potest: imponitur enim, vt põtes, & itinera reficiantur, vnde res cõmunes Clericorũ, & laicorũ fructus ex prędijs orti, tutè, ac integrè traduci, ac † ex 6
vno loco ad alium asportati, & reportari, vt personæ saluæ, incolumesq; de vno ad alium locum commigrare possint; muri verò, † vt ijdem fructus, & supel- 7
lectilia cum personis ab hostium, & latronum incursibus tueri, ac defendi (nec ctipiantur) valeant; cùm ergo res ex hoc commodum sentiant, inde exigi ius, fasquè videtur, vt *in l. omnes Prouinciarum 12.* ibi: *Adscribantur pro æstimatione operis futuri territoria ciuium, nec plùs poscatur aliquid, quàm necessitas imperauerit; nevè minùs, ne instans impedia tur effectus, C. de oper. publ.* quæ lex est eiusdẽ Honorij Imperatoris, qui prémissam *l. ad instructiones* edidit, vbi hoc onus sordidũ non esse declarauit, ibi: *Qui non est inter sordida munera numeratum.* Quòd si personale munus non est, sequitur in dictis Decretalibus, minimè comprehensum esse, cùm illæ de onere rei insito non loquantur, in quo Theologi, & Canonistæ ferè cõcordant, quod ad Ecclesiam, & Ecclesiasticos cum re transeat, vt sup. hoc libr. *quæ. 8. num. 20.* & iterũ *quæst. 25. n. 8.* Latiùs traditum est. Per hoc enim huic immunitati

nitati non derogantur: nam onus hoc quaſi naturale eſt,& ad publicam curam pertinet, vt his neceſsitatibus ſuccurra-
8 tur; † quo caſu,etiamſi in perſonas ſolutio ob res inijciatur, putant Silueſter, & Angel.de Clauaſio *in ſumm.* verb.*gabella*. Item Ricard. *col.* 2. *quæſt.*30. poſſe impoſitionem, & vectigal ſuper comeſtibilibus imponi, Bonacin.*tom.*3 *diſput.* 1.*quæſt.*19.*punct.*4. Suar. *ad Regem Angliæ lib.*4.*cap.*26.*n.*6. Sanch. *conſ.moral. lib* 2.*cap.*4.*dub.*55.*ex num.*20. cum alijs per Caſtil de tertijs,*cap.*9.*num.*34. Henriquez *de Sacrã.lib.*10.*cap.*15.*n.*5.*lit.P.* Leſsius *lib.*2.*de iuſt.cap.*33.*dub.*3.*n.*24. qui promiſcuè de onere præciſo, & vtriuſquè ſtatus obligatorio locuntur.

9 In refectione pontium, itinerum, † ac murorum loquuntur in ſpecie Caſtrenſ. *conſ.*423.*nu.*2. Purpur.*conſil.*335.poſt Mexiam, Auileſium, Cacher.*deciſ.*68.*n.*7. Azeued *in l.*3.*tit.*11.*lib.*1. Menoch. *conſi.*800 *num.*4.cum Borello,& Salga. per Dianam allatis, poſt Riccium D. Franc.Vico *tom.*2.*Pragma.*8.*tit.*20.§.4.& 5.ex Theolog.Viuald.*ad Bull.Cænæ caſu* 18.*n.*5.Henriq.*loco præmiſſo*; diſtinguentes inter opera publica impenſa facienda,& illa,quæ tantùm priuatorum commodum ſpectant,vel quando publicum ærarium adeò exhauſtum reperitur, vt non niſi ex prædiorum, ad quæ vtilitas redundat, redditibus impenſa obtineri poſsit, iterum neceſſaria ab ijs, quæ fiunt ad ornatum.

At,quia rota vis contrariorum ex dictis duabus Decretalibus elicitur,putantiũ hæc onera perſonalia eſſe, nempe per ſonis pro rebus imponi, ex penitiſsimis iuris noſtri regulis, talem diſtinctionem tradere opus videtur, qua pateat, quale onus perſonale, quòd reale cenſeri debeat? Et quidem Canoniſtarum Princeps Inuoc.4. Pontifex *in cap.non minus*, quem communiter ſequuntur Hoſtienſ. Card.Ioann. And. Anton.de Butr. poſt Vincent. & alios Gloſſatores antiquos item & Speculat. Magiſtrali diſtinctione Decretales illas declarant inductis veteribus Canonibus iam relatis in *quæſt. antecedenti,in cap.tributum* 23.*q.*8.*cap magnum* 1.*q.*1. ex quibus æqualis tributorum præſtatio, tam Clericis, quàm laicis videtur indici, vt pateat, à quibus præſtationibus Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici exempti fuerint, diſtingunt inter onera
realia, quæ à rebus, † & inter realia, 10
quæ à perſonis exiguntur; aientes priora ab Eccleſijs ſolui debere ſuper eiſdem, niſi ſuper manſo, vel agro dato Eccleſiæ in dotem, vel ſuper primitijs oblationibus, alijs ei iure Eccleſiaſtico, & Diuino à fidelibus in ſignum ſubiectionis præſtã dis peterentur, in quibus fideles potiùs tributum præſtant, quàm exigunt, ex iuribus à me relatis ſupra *quæſt.*36.*n.*18.

In his enim in dotem datis, ſi caſu tri-
butaria † eſſent, niſi à fundatoribus redi- 11
mantur, Eccleſia illa recipere onerata nõ debet vt docet Innocent.*ibid.num* 5.per hæc verba: *Item ab his etiam intelliguntur exẽptæ Eccleſiæ quoad dotẽ, & quædam alia, vt diximus in gloſſ. quæ incipit, nota ſatis*: & paulò inferiùs. *Sed nec tunc ſi ſunt decimæ, vel oblationes, vel alia ſpiritualia, vel manſus Eccleſiæ, ſcilicèt, in quo fundata eſt Eccleſia, vel vt quidam dicunt, in quo dotata eſt,* 23.*q vlt.ſuper ea ſup.de cẽſ.*16 *ſancimus*, *& ſi fundus prius erat, tributarius, redimetur, ſed tributũ non ſoluet,* 14.*quæ.*6.*ſi res aperimus*: hanc eandem doctrinam ſequitur Hoſtienſis. & Ioannes Andreas ibidem, *num.*7.vbi declarat his verbis: *Quid ſi ad Eccleſiam veniant poſſeſsiones, quarum ratio-*
ne debet præſtari perſonale † *munus, ſeu mili-* 12
tare, puta exercitus, vel hoſpitium, ſeu aliquid ſimile, nunquid illud præſtabit? Reſponde ſic 18 *diſtin. ſi Epiſcopus Metrop.* 23.*q.*8.*ſi nobis,& Can.ſæpè Princeps. D. de public.& vectig.Imperatores,ſed nec tunc prædicta ſubit tanquam onera, ſed vel ex pacto, vel tanquam tenens rem oneratam: qualibet enim res cum onere ſuo tranſit, ſup.de decimis Paſtoralis,§.fructus.* Et inde: *Ab his omnibus, & ſingulis ſupradictis excuſatur Eccleſia quantũ ad decimas, & oblationes,& alia ſpiritualia, & etiam quantùm ad manſum Eccleſiæ, ſiue dotem,* 23.*quæſt.fin.ſecundùm* Ca-

canonicam supra de censib. cap. 1. Ita quòd si fundus dotalis, siue in quo Eccl. sia fundata est, prius erat tributarius, redimetur, sed tributum non soluet. Apertiùs declarat Abbas noster *in d. cap. non minus n. 17. post principium, ibi: Circa mãsum Ecclesiæ, seu dotem, & hortum iuxta positum sto cum Innoc. vt pro his tributum non debeat solui, sed debet prius*
13 *redimi ab eo, † qui vult Ecclesiã ædificare, alias non debet Episc. opus pati, Ecclesiam construi.*
14 Hæc munera in re, aliàs † patrimonialia vocantur, vt *in l. munerum 18. § patrimoniorum, D. de mun. & honor, l. 1. § patrimoniale, D. eod.* Innoc. *ibid. n. 5.* vers. *& hæc propriè dicũtur patrimonialia,* sequitur Ioã. Andr. *n. 8.* vers. *hæc autem munera,* Abb. ibi: *n. 16. per totum* maximè in vers. *hæc autem munera patrimonialia appellantur.* Vnde colligũt communiter, quòd ad iam
15 indicta, & quæ † semper solum consueuerant, tenetur Ecclesia, ad quod allusit Vrbanus Papa, *in cap. tributum,* & alij supra *q. 36. n. 15. cum seq.* Non tamen tenetur
16 ad superindicta † quæ nouiter, & ob nouas, & insolitas necessitates, vel vtilitates imponuntur, vt docet ibid. Inn. *n. 5.* ibi: *Nisi sint superindicta, C. de Episc. omnes 11. quæst. 1. si tributum, D. de mun. munerum, C. de indict. l. 1.* (& statim) *& ab his superindictis intelligo immunes Clericos, & vxores, & liberos 16. q. 1. nouarum, C. de Episc. & Cler. omnes, nisi sit necessitas, suprà eodem peruenit.* Sequitur ad litteram quasi Io. Andr. *n. 8.* vers. *Et hæc benè subit Ecclesia, nisi sint superind. cta,* quod statim limitat. *Nisi necessitas immineat, supra cap. peruenit.*

Secundò, agunt de oneribus personalibus, quæ solent diuidi in sordida & non sordida, in angarias, vel perangarias, in pia, & communia, seu profana; de his sic loquitur post Innoc. Ioannes Andreas in verbo *prohibemus,* explicans, quę onera per hanc Decretalem prohibeantur, ne ab Ecclesijs exigi possint. *Probibemus, vt dixit* Innoc. *sordida munera calcis coquendæ,*
17 *arenæ fodiendæ † nunquam subit Ecclesia. C. de Sacr. Sanct. Eccl. placet, sed nec hospitia, neque alia indicta extraordinaria, C. de Episc. & Cler. l. 26. quæst. 1. § nouarum, & l. iuxta sanctionem, De sordidis autem muneribus patent multa exempla, D. de mun. & honor, l. munerum à principio, vsque ad § patrimoniorum. Honestorum autem munerum alia dicuntur ordinaria, alia extraordinaria: ordinariorum autem quædam dicuntur † personalia, illa videlicet, quæ quis in persona propria* 18
subit, sed sumptibus alienis, D. de mun. & honor, l. 1. & l. munerum, vsque ad § patrimoniorum, & quæ dicuntur angariæ. Alio nomine personalia munera dicuntur perangariæ, sic mixta, quæ consistunt in exhibitione operæ sumptibus, & periculo operantis, D. de mun. & hon. l. munerum, §. mixta, hæc non subit Ecclesia, C. de Episc. & cler. l. prima, & secũda, & l. presbiteros limitare demum hæc videtur in operibus, quæ præstãtur in aduentu Principis, ibi: *Vel dic, speciale esse in aduentu Principis, † vt angaria, & perangaria* 19
præstet etiam Ecclesia, dummodo ad sordida munera non teneatur; quod ab Innoc. habuit.

Demum ad præstationes pias super possessionibus, quæ non sunt dotales, accedit, & ait *Quantum etiam ad alias possessiones subit Ecclesia, etiam † munera extraor-* 20
dinaria, quæ tamen respiciant pietatem, C. de Sacr. Sanctis Eccl. ad instructiones, & sic potest intelligi, supra eodem peruenit. Ad hoc tamen Ecclesia, & Clerici non sunt per secularem, sed per Ecclesiasticum iudicem cogendi. Hæc Ioan. Andreas ex Innoc. *& n. 14.* in explicatione *glossæ,* & ait *in 4. gl.* ibi: *Ad instructiones itinerum, & pontium, vt infra in gl. pen. quia non sunt munera sordida.* Et *n. 13.* dicit, idem tenere Vinc. & Hostiensem, contradicere verò Ioan. in murorum constructione, non in refectione loquens, cui concordat gl. Accursij, in *d. l. ad instructiones,* & Phi. dixit necessarium Papæ cõsensum, *ex cap. aduersus,* ipse verò ait se non videre, quo pacto leges ciuiles obligent Ecclesias ad talia.

Sed vt egregiè aduertit Alex. *cons. 68. n. 13. lib. 2.* Magis communiter habetur, vt cum Innoc. hæc onera afficiant Ecclesias, ibi: *Preterea etiam, quoad onera, quæ imponuntur ratione aggeris viarũ, † põtium,* 21
&

& reparationis fluminis, vt ſupra videtur, quòd de iure communi talia onera poſsint impo ni non ſubditis patet, quia imponuntur Eccleſijs, l. ad inſtructionem, C. de Sacr. Sact. Eccle. & tamen eis regulariter non poſſunt imponi collectæ, imponendæ perſonis pro rebus, ſed ad onera merè realia tantùm. Citat Petr. Cyn. Inn. & Fulg. & ait, quòd ita vidētur magis cōmuniter Doctores intelligere, alios adducit Ægid. Thom *de collectis, § ſanè n.* 21. Guido Papè, *dicíſ.* 78. & addentes Alex. & Guidonem, concordant ex moralibus Silueſter, Corrad. & antiquiores fermè omnes, apud quos firma hæc erant, & vſu frequentiſsimo probata, vt qui Decretales præmiſſas non pro omnibus oneribus, ſed pro ſordidis, angarijs & perangarijs; ac extraordinarijs ſuper indictis vitandis proceſiſſe, quòad cætera verò, quæ retulimus, leges ciuiles non ſolùm derogatas ex his non fuiſſe, ſed canonizatas fore intelligebant, vt patet ex Cardin. & alijs citatis ab Abb. infra ſtatim citando.

At quia Abbas Catinenſis, qui *conſil.* 3. vt Aduocatus pro Monaſterio Montis Oliueti Ciuitatis Senarum (vbi Cathedram Canonum moderabatur, contrarium ſuſtinuerat) poſt firmatam ex cōmuni intelligentia relatam opinionem, Gloſſæ, Innocent. Hoſtienſis, Vincent. Card. Anchar. Butrij, & aliorum, in dicto caſu particulari à communi receſsit, vt ipſe fatetur in fine, dicens, neminem illa ſentire; ſuper cuius doctrina contradicentes vim omnem faciunt, vt videri poteſt; ideò eius priora dicta ex priſcorū Scribentium ore ponenda, & poſtmodū oppoſita argumenta referre, duxi, vt eorum doctrinæ fundamenta pateant. Ait ergo ipſe *num.* 18. *Sed dubitatur in quibuſdam, & primò ſi eſt aliquid explicandum, quod reſpiciat pietatem? Innoc. vt ſup. dixi, voluit Eccleſiam teneri, per dict. l. ad inſtructionem, & per cap. 2. ſupra eod. Secus dicit, ſi reſpicit publicam vtilitatem, vt hìc. Aduerte, nam l. ad inſtructionē loquitur de REFECTIONE*
22 *itinerum, & pontium, † & ſic vult Innocen. Eccleſiam teneri ad contributionem talium, & ſimilium, & per hoc idem videtur ſenſiſſe in ÆDIFICATIONE, ſeu reparatione Ciuitatis, ſeu Caſtri; & idem videtur hìc velle, Gloſ. in verſ. releuandus. Idem Vinc. & Hoſtienſis.* Inde refert doctrinam Ioan. Andreæ ſupra à me relatam, & proſequitur ſic: *D. Anton. tranſit hìc ſimiliter recitando Dicto. in d. l. ad inſtructionem, item Ioan. Andr. & Phil. Dicunt enim, quòd in omnibus caſibus, in quibus reperitur expreſſum de iure ciuili Eccleſias teneri, quòd tenentur etiam inconſulto Rom. Pontifice. Nec obſtat cap. aduersùs, quia ibi prouidetur contra grauamina extraordinaria, quæ propter aliquod accidens per Principem ſecularem imponuntur. Aliàs ſi cap. aduersùs loqueretur generaliter de omnibus muneribus, multæ leges corrigerentur, quod non eſt ſentiendum, argumento de elect. cap. cùm expediat, lib. 6. Nam leges † habent*
vim Canonum, ſi Canon ſpecialiter non con- 23
tradicit. de noui oper. nunc. cap. 1. Et ex hoc putat ſtandum huic gloſſæ, quòd Eccleſia teneatur ad iter, vel pontem faciendum, vel muros reficiendos, ſi fuerit de neceſsitate, ſecus ſi ad decorem. D. Petrus de Ancharrano tranſit quoad conſtructionem, & refectionem murorū cum opinione Iac. Butrig. quam poſuit in dict. l. ad inſtructionem. Diſtinxit enim, aut fiunt ad ornatum, & non tenetur, † aut neceſſa- 24
riò, puta propter guerram, vel ſuſpicionem guerræ, & tenetur Eccleſia. Dixit enim Butrigar. ibi, Quòd Eccleſia tenetur ſoluere gabellam de plauſtris, ſiue curribus, ſi gabella conuertitur in reparatione viarum, & pontium, quia de eis, ſicut de priuatorum vtilitate tractatur: & per hoc dicit ipſe D. Pe-
trus poſſe dari generalem doctrinam, quòd vbi 25
cumque tractatur de generali vtilitate † Clericorum, & laicorum ſimiliter, & maximè Clerici teneantur contribuere cum laicis. Hinc dicit, ſe audiuiſſe, quòd ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina, propter timorem inundationum poſſeſsionum, tenētur pro poſſeſsionibus ſuis contribuere Clerici, ſicut laici, propter cōmunē inundationē, ſeu propter cōmune periculum. Proſequitur referēs alia ſimi-
lia exempla, & dicit: *Item, nulla eſt maior* 26
pietas, † quàm defendere patriam, & debiles pauperes ab hoſtibus 23. quæſt. 3. fortitudo,

&

& cap.non inferenda: & hac ratione pro pace, & quiete, quam tueri, & defendere debent Ecclesiæ, soluitur ab ipsis Ecclesijs Imperatori tributum 18. quæst. 8. cap. tributum. (Et respondendo obiectioni subdit.) *Non obstat hoc cap. vbi hoc relinquitur arbitrio Episcopi, & Cleri, debent enim secundum eum in-*
27 *telligi, cum pro necessitatibus merè † laicorū volebat Ecclesias grauare, vt dicit patere ibi.* (*Isti verò onera sua, &c.*) Et ibi: (*Quilibet arbitretur sibi, &c.*) Et ibi: (*Communes vtilitates, & necessitates, &c.*) *quod verbum reperitur in capit. aduersus infra eodem. Secus vbi onus venit imponendum pro communi necessitate Clericorum, & laicorum: hic enim non habet locum hoc cap. nec cap. aduersus infra eodem.* Hæc refert ex præmissis Abbas.

Cæterùm ipse firmat se in eis, quæ vti Aduocatus in relata causa tenuerat in expensis murorum cuiusdam Villæ, in qua Monasterium præmissum multas possessiones habebat, & primò arguit ex *dict. cap. non minus*, in quantum ibi agit Sum.
28 Pontifex de fossatis, † quæ concernunt custodiam Ciuitatis, in qua vertitur promiscua vtilitas Clericorum, & laicorū, & tamen exigi aliquid ad hunc effectum sub censura prohibetur.

In quo fallitur doctissimus vir, quo-
29 niam hoc munus † arenæ fodiendæ, & glareæ extrahendæ pro fossatis, est munus sordidum, à quo liberæ sunt Ecclesiæ ex Imperiali beneficio, *in l. placet 5. C. de sacros. Eccles.* vbi Honorius, & Theodosius aiunt: *ne prædia vsibus cælestium se-*
30 *cretorum dedicata sordidorum † munerum fæce vexentur.* Illa verò, quæ sint, explicantur in *l. maximarum 12. C. de excus. mun. lib. 10. tit. 47.* vt agnoscit Innocent. in *cap. non minus, n. 22.* Ioan. Andr. *num. 5.* apertiùs *n. 3.* verb. *fossata*, & sui immemor idem Abb. *ibi n. 14.* vers. *Quædam verò munera personalia*: hoc verò beneficium firmatur in Canone hoc contra cōmunitates, & Tyrannos Italiæ, nolentes illud exequi, vt innuit Ioan. Andreas ibi *n. 10.* vers. *Maximè, quia Canon iste.* Est enim hoc perangariarum opus sumptibus proprijs fiendum omni iure contra Ecclesias prohibitum, & solum in casu summæ laicorum indigentiæ (consulto tamē R. Pontifice) permissum, nisi tempus, & occasio contrarium suadeant, vt idem Abbas aduertit infra, quod rectissimè fuit in hac Decretali constitutum, ne sub prætextu vtilitatis, vel necessitatis exēptiones semel inductæ ad libitum euerterentur.

Secundò adducit *extrauagantem* Federici 2. *item nulla Communitas* inserta in *C. de Episc. & Cler.* dicens, per illam collectas, exactiones, angarias, & perangarias vetari, quæ propter communem vtilitatem, & Reipublicæ defensionem exiguntur, quæ allegatio excusari potuit: primò, quia Fidericus limitatum Imperium † ad Alemaniam restrictum, & pau- 31
cam Italiæ partem obtinuit, nec hæc lex ad Hispanias, Galliam, nec minùs sua patrimonialia, nec Neapolitanum Regnū porrigitur, quæ alio iure, quàm Imperij habuit. Lucas Pennensis in *rubr. publica lætitia, C. lib. 12.* & in indiuiduo Capic. *decis. 130. num. 51.* vers. *His proximè dictis obstat.* Secundò, quia solùm de personalibus per Communitates, & publicas, priuatasquè personas in posterum imponendis, cùm hæc munera, vel realia, vel ad altiùs mixta sint, à quibus nemo excusatur, vt in *l. vltima, § ad huiusmodi*, vers. *Nec Pontifex excusatur, D. de mun. & honor.* Guid. Papè *decis. 6.* vers. *Et à contributione*, vbi quòd hoc munus est patrimoniale, meliùs *decis. 88.* Tertiò, quia Fidericus in dict. *Constitutione* (quam in die coronationis suæ edidit) in tantum Imperialibus legibus nequaquam derogauit, † in quantum immunitatem secundū 32
eas regulari iussit, ibi: *Aduersus Canonicas, vel Imperiales sanctiones præsumpserint.* Solùmquè de derogandis statutis per quasdam Cōmunitates, & liberas personas, contra Ecclesiæ libertatem factis egit: cùm enim multæ libertates Ciuitatibus quibusdam concessæ fuissent, & liberæ ab Imperij legibus viderentur, istæ in Ecclesias insurgere ausi sunt, ac priuilegia

ab

ab Imperio Ecclesijs concessa infringere conabantur, vt in dicta Constitutione patet, quæ *coll.* 10. *in Cod.* post veterum Imperatorum edicta habetur, tantum abest, vt per hanc Imperiales leges derogatæ fuerint. Quòd verò hæc † Constitutio Prouincias illas amplecti nequiuit,
33 quæ Imperio non suberant, neque vt Imperator possidebat, patet ex latè traditis per Vict. *in relect. de Indis insulanis, par.* 5. *ex num.* 24. 25. *&* 26. Couar. 2. *par.* §. 9 *num.* 5. Soto *de iust lib.* 4. *q.* 4. *art.* 2 *&* 4. *sentent distin.* 25. *q.* 1. *art.* 2. Molin. *tract.* 2. *disputat.* 3. Salon *quæst.* 4. *de dominio, art.* 3. Card. Turrec. *in cap. in apibus* 42. *col.* 1. *&* 2. 7. *quæst.* 1.

Tertiò adducit *cap.* 1. *de immuni. Eccl. lib.* 6. *cap. quamquam de censib. in* 6. *Clem. præsenti eod. tit. cap. fin de vita, & honestat. Cler. l. placet,* C. *de sacrosan. Eccl. l.* 2. C. *de Episc. & Cler.* 16. *quæst.* 1. *cap. generaliter,* ad probandam exemptionem Ecclesiarum. In quibus omnibus aduertere libet, solùm de præmissis oneribus Pontifices, & Imperatores locutos, ad quæ Ecclesiã nullatenus obligari firmiter tenemus: nõ verò de muneribus patrimonialibus, & non sordidis, vt in *dict. l. ad instructiones, C. de sacrosan. Eccl.* quæ ab iisdem Imperatoribus Honorio, & Theodosio (qui aliã relatam in *l. placet, eod. tit.* condiderunt)
34 edita sunt. † Meritoquè dici potest eorundem ad proprium beneficium interpretationem, rectiùs, quàm aliam amplexandam, *l. Neratius* 191. *D. de reg. iur.* ibi: *Quem tamen modum esse beneficijsui vellet, ipsius existimationem esse.*

Quartò arguit, quòd *bona Ecclesiæ deputata vsui spirituali* † *Sanctum sanctorum*
35 *sunt, non applicãda mundano, & publico vsui,* 12. *quæst. cap. videntes,* cum aliis iuribus vulg. Sed tollitur hæc obiectio ex distinctione Innocent. Ioan. And. cæterorũq; communiter tradita de possessionibus in dotem, & pro fundatione Ecclesiæ datis, de quibus in *cap. secundùm Canonicam.* 23. *quæst fin. & cap.* 1. *de censib.* cum aliis Caroli, & Ludouici sanctionibus à me relatis supra *quæst.* 36. *ex n.* 6. Firmum enim est, has Immunes esse debere cum oblationibus, & primitiis, aliisquè spiritualibus iuribus, quod & idem Abb. distinxit *ibid. num.* 16. *vers. Subijcit etiam Innocentius quod ab aliis.*

Sed onus, de quo agimus, de aliis possessionibus alio titulo † Ecclesię relictis, 36
ac de bonis Clericorum propriis exigitur, in quibus pro hac refectione nulla excusatio competit, vt ex Innocẽ. idem Abbas *d. n.* 16. *vers. Aduerte licèt Innocẽ.* Item exigitur, vt rebus adhærens, nisi ante fundationem, & dotationem eximantur, vt dictum est, & demum, vt onus piũ iuxta præmissa.

His sic constitutis, probare intendit, Decretalem non minùs loqui de vtilitate, & necessitate communi laicorum, & Clericorum, reprehendens Ancharr. oppositum docentem ex text. ibi: *Ipsi verò onera sua*, ex eo quod Pontifex non subsecutus est de laicis, sed de communibus; in quo certè Abbas violat literam: nam Lateranense Concilium ad differentiam Faraonis Communitatibus hisce notam impietatis inurit, quod ille de publico, id est, de suo Sacerdotibus alimonia præstitit. *Ipsæ verò onera sua ferè vniuersa Ecclesijs imponebant*, vt non tantùm ex illa dictione *sua*, promiscuas vtilitates, & necessitates excluderet; sed vt ab opposita Pharaonis de suo Sacerdotibus ministrantis, illas onera propria Ecclesiis imponentes argueret, & exprobaret. Cùm verò inferiùs communes vtilitates, ac necessitates excepit, non de promiscuis vtriusque status loqui censendum est (cùm super his nihil narratum fuerit) sed de communibus laicorum tantùm: siquidem, si de communibus Clericorum, & laicorum sermo fuisset, per hanc dispositionem, & naturalis ratio, & tot iura etiam Canonica † corrigerẽtur, quibus pro pace, & quiete publica, 37
vt tributa, & exactiones ab Ecclesiis exigerentur, statutum fuerat, *cap tributũ* 23 *quæst.* 8. *cap. si tributum* 11. *quæst.* 1. *capit. fin. ad fin. de cens.* cum aliis latè conductis per D. Barbos. in hoc *cap. non minus n.* 4.

Amaya

Amaya *ad l. 1. ex num. 14. C. de ann. & trib. lib. 10.* & à me *quæst. 41. lib. 2*

Naturalis enim ratio dictat, vt quod ad cōmune cōmodū spectat, ab omnibus feratur, & quod sequatur in cōmodū pro
38 rata cōmodi, & onus † ad honoris mēsuram, *reg. qui sentit 55. de reg. iur. in 6. reg. quod tangit 29. ibidem:* nec debent laici alterius commodo prægrauari, *reg. non debet 22. eod. tit.* esset enim hæc personarū acceptio contra Euangelium, & Pauli traditiones, *& reg. in iudicijs 12. eod. tit.* quod benè ad materiam aduertunt Innocent. Host. Cardin. Butr. & Anchar. alijsquè communiter supra relati.

Correctio autem iuris (naturali præcipuè rationi innitentis) nisi expræssa induci non debet, cùm de potestate etiā
39 dubitetur, si expræssa fuerit, † *cap. cū expedeat 39. de elect. lib. 6.* ibi: *Eorum correctiones (si sustineri valeant) euitari: Ne vno verbo omnia euersa videantur, quæ rectè hactenus excogitata sunt,* vt dicitur in *cap. Ecclesia 57. de elect.* cum alijs traditis *lib. 1. q. 1. ex num. 14.* vbi plura ad materiam, & satis concinna conducta sunt; & quod huiusmodi iuris correctio non valeat, sæpiùs diximus ex S. Thoma *quodl. 4. artic. 13. in 1. sent. distin. 47. in 3. sententia. distin. 37.* & latiùs *in 1. 2. quæst. 97. art. 4. ad 3. & q. 100. artic. 8.* Franc. Vict. *de potest. Pap. & Concilij, propos. 1.* & ante eū immediatè Caiet. *de potest. Papæ q. 14. & 27.* Nauarr. *man. cap. 23. ex nu. 35.* Anguian. *de leg. lib. 1. controv. 5. n. 79.*

Hocquè onus reficiendi pontes, itinenera, & muros, tam iuri naturali conformè existimauit Innocent. Pontifex, attenta *dict. l. ad instructiones,* vt inter illā,
40 quæ pietatem † concernerent, reposuerit in ipso *cap. non minus, n. 6.* ibi: *Extraordinaria autem, quæ respiciunt ad pietatē, hæc subit Ecclesia, C. de sacrosan. Eccle. ad instructiones,* quem in hoc antiquiores, excepto Abbate, sequuntur. At notum est, facta, & dispositiones, quæ lædunt pietatem, & existimationem in nullius potestate esse, *l. filius qui fuit 15. D. de cond. inst.* ibi: *Nam quæ facta lædunt pietatem, existimationem, & c. non facere nos posse credendum est.*

Confirmatur maximè hęc intelligentia, ex *cap. aduersùs eod. tit.* vbi innuere volens Pontifex communes necessitates, quales sint, additur, vt in casu quo ex bonis Ecclesiæ subsidia præstentur *laici humiliter, & deuotè cum gratiarum actione recipiant:* quibus ex verbis, necessitates proprias laicorum esse aperit, dum volūtariam, & gratiosam Ecclesiæ subventionem inculcat: nam si promiscua necessitas foret, liberalitas † dici nō posset, cùm in necessitatibus nemo liberalis existat, *l. rem legatam 8. in fine, D. de adim. legat. l. metum 9. §. sed licèt, D. quod met. caus.* vers. *Ego enim operæ potius meæ mercedem accepisse videor.* Surd. *consi. 112. num. 7.* & alij. 41

Non obstat communis opinio, quam Abbas ibi refert, vers. *Hanc etiam sententiam,* firmantium, quòd bona Ecclesiastica non tenentur ad aliqua onera mundana, nisi vbi antea fuissent tributaria, vel censualia, nec sufficere, quòd aliquid tempore necessitatis quandoquè præstiterint. Nam respondetur, Doctores illos de collectis, ac præstationibus † loqui, 42
laicorum vtilitatē, vel necessitatem cōcernentiū; non verò de alijs ad quæ tenetur Ecclesia, quia propriam etiā vtilitatē concernunt, licèt cùm laicorum coniūctam, de qua Innocent. Hostiens. Cardin. Butr. Anch. & relati loquuntur. Itē vbiquè fermè locorum pro huiusmodi reparationibus certæ pēsiones super prędijs, vel super æstimo, & cathasto (vt aiunt) quotannis, vt in Siciliæ Regno, & in Delfinatu Guid. Pap. *decis. 7.* soluuntur, vel singulis triennijs; quod genus tributi censetur, † cum quo onere possessiones ad Ecclesiam, vel Ecclesiasticos transeunt, vt docent Bart. post Petr. de Bellap. *in l. rescripto, §. fin. D. de muner. & honor.* Guido Papè *decis. 79. nu. 1.* ibi: *In alijs locis, in quibus fieri consueuerunt registra, & res afficii illo onere.* Afflict. *ad constit. prædecessorum nostrorum, par. 3. col. 1.* Ottiz *de immunit. par. 3. dub. 3. in sol. arg. ad tertium, fol. 353.* & sic licèt bona quærantur 43

tur de nouo Ecclesijs, & Clericis transeunt tamen in eos affecta illo onere, de quo leuiter dubitat Sanch. *consil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 57. num. 15.* videndi innumeri, quos allegat Salzed. *de lege Polit. lib. 2. c. 2. num. 10. & 11. fol. 173.*

Demum, vt benè aduertit Cardin. *in Clem. 1. in q. 18. de vit. & honest. Clericor.* ea munera, quæ iam legibus, & Senatusconsultis imposita inueniuntur, ordinaria, † & patrimonialia dicuntur, à quibus nullus excusatur, & hæc non sunt ex
44 dictis Decretalibus prohibita, quæ loquūtur aduersùs Cōmunitates, vel alias potestates temporales, quæ per sua statuta particularia nouiter Ecclesias onerant, quæ statuta Fidericus Imperator, quoniā Imperialibus, & Canonicis iuribus repugnabant, reuocari præcepit, quibus certa forma, & perpetua huiusmodi cōstitutio inuenitur, vt docet Alex. *in l. 2. D. de mun.* & Specu. *tit. de censib. §. 2. ver. Quæ autē.* Quod etiā manifestissimè patet ex principio, iunctis vltimis verbis Decretalis, *aduersus*, vbi refert verba Lateranensis Concilij *in cap. nimis*, ibi. *Aduersùs Consules, & Rectores Ciuitatum, vel alios*, & in fine, vbi decernitur censuris teneri etiam mutato regimine, & dimisso officio: ex hoc enim patet, censuras in Cōmunitates, ac Rectores earum noua onera statuentes illatas fuisse; non verò in Principes iure commūni vtentes, ac perpetua, & prisca munera exigētes, nec enim ipse sibi Imperator potestatem ademit, vt ad sensum patet.

Nec refragatur, quòd Abb. inde Auctores subijciat idē in refectione murorū tenentes; nā tam Glos. Canon. quā Accursius, & Bart. demūq; Hostiens. dū docēt *l. ad instructiones*, nō tenere, sed fuisse correctā, ex iam dictis conuincuntur, nā nec per ius ciuile in *d. l. placet*, & in *d. extrau.* seu *auth. vt nulla cōmunitas* sublata est, &
45 minùs † ex Decretalibus prœmissis, vt notat Alex. *d. cons. 68. n. 13. lib. 2.* vbi quòd *d. auth. vt nulla*, nihil probat, in quo, & Hostien. cū Abb. deceptus est *in summ. de immu. Eccl.* vbi recessit à scriptis propter *d. auth. dispositionē* ex qua penitus oppositū elicitur, vt tactū est, & Abb. cū Bart. partim agnouit, dū dixit *l. ad instructionē*, in p. ex *d. auth.* correctā, nec aperiri qua.

Idem Abb. *n. 19.* respōdere nititur Cardin. asserenti, leges ligare Ecclesias, vbi Canones nihil statuunt, dicens hoc non procedere in legibus Ecclesiæ damnosis, sed non aduertit, quòd dānum, † & vtilitas in his casibus, nō ab expensis, & præ- 46
stationе, sed ab operis fine, necessitate, & vtilitate omniū ciuium metienda est, inter quos Ecclesiastici includuntur: Nam per pontiū, murorū, & itinerū instauratio nē societatis humanæ cōmerciū sustinetur, & fouetur, ne feris similē vitā geramus, vt Plato in *Protbag.* aduertit. & post cū Cicer. *de offic.* vbi de Philosophiæ laudibus agit, quod potissimū attēdi debet, & non pecuniaria præstatio, ad tam piū, humanissimūq; opus: nā bona Ecclesiæ, nō ad thesaurizandū, sed ad largiendū, † 47
ac subueniendum cōmunes necessitates præstita sunt, vt ait Vrbanus 1. ad omnes Episcopos in *cap. scimus, cap. expedit*, vbi dicitur, non enim propriæ sunt, sed communes Ecclesiæ facultates. *cap. 23. Ep. sc. c. 26. res Ecclesiæ 12. q. 1.* D. Hier. *in c. 70. gloria Episcopi 12. q. 2.* Inde pro captiuorū redēptione venundari, ac distrahi debent, *cap. 13. Apostolicos cū trib. seqq. 12. q. 2.* At si abducti ab hostibus Ecclesia redimere tenetur, vt D. Greg. *Ep. 35. lib. 6.* docet, ibi: *Et sacrorū Canonū, & legalia statuta permittunt ministeria Ecclesiæ pro captiuorū esse redēptione vendenda.* & *Epist. 14. lib. 7.* quare nè abducatur, præstare † non 48
debet, non video, quod murorū constructione, & instauratione obtinetur, ad quę scripsi *in Cod. si ad l.* Martini, *nota 25.*

Cū tamen in pontiū, ac viarū reparatione maiorē necessitatem (ad humanam cōmunicationem rectā, sartā vè seruandā) inesse, certum sit, in quibus leges, vti Ecclesiæ proficuas seruari præcipit Calist. 1. Pontif. *Epist. 2. Decretal.* ibi: *Quis enim dubitat † leges humanas rationi, & ho- 49
nestati non repugnantes esse amplectendas, præsertim, vbi publicæ consulunt vtilitati?*

cap. Ecclesiæ, vers. *Cùm enim 97. distinct.* cum traditis supra *q. 8. hoc libro.*

Lex autem Principis in rebus ad suum territoriū † disponens, omnes possessiones ligat. Innoc.& Io And. in *c. postulasti 14. de for. comp* licèt Ioan. And. excipiat, vbi statuta ad hunc finē, & hoc animo fieretur vt Clerici subijcerentur, illorūq; bona exequi possēt, quo casu illa, vt fraudulenta non valerent, sed remoto fraudandi animo, id sequitur. Archid. *in ca. si quæ causa*, § *his ita respondetur*, per illū textū 11. *q. 1. in fin*. Petr. de Anch. *in d. c. postulasti*, Guid. Pap. *decis. 79.* vers. *Pro quo facit, quia constitutio Imperatoris, vel Regis ligat possessiones Clericorum in corū territorio sitas*, vbi plura iura allegat, & omnes in *d. cap. postulasti*, idē quoad onera realia, vel personalia pro rebus tenere videntur.

Nec facit altera distinctio Abb. quòd hoc procedit, vbi lex generaliter de omnibus prædijs, non vbi specialiter de Ecclesiasticis loquatur, † vt nēpe generales

51 (si Canō minimè contradicat) seruandæ sint, speciales minimè secundū Calder. *in cap. 1. de op. nou nunc.* & *in cap Eccles. S. Mariæ de const.* Nam hæc doctrina, illaq; Decretalis fortè in nouis Cōstitutionibus, sed non in legibus, & communi iure ab iisdemmet Imperatoribus editis, qui immunitatē elargiti sunt, procederet; nā

52 illa iura satis probauit † Ecclesia, vt patet ex multis Pontificū respōsis à me cumulatis supra *q. 8. n. 11.* vbi mendaces, & præsumptuosos vocant eos, qui oppositum firmare auderent, vnde *d. c. Ecclesia S. Mariæ*, ad leges istas, quas Pontifices firmarunt, ac à subditis obseruari mandarunt, non porrigi apertissimum est.

Demum respondere conatur Ancharrano super cōmuni Clericorū, & laicorū vtilitate, dicens, quòd si Ecclesia ex hoc *cap. non minus* eximeretur ab oneribus solū concernentibus vtilitatē laicorum, ad nihilum prodesset, vnde, vt aliquid speretur, de cōmuni vtriusquè status intelligi oportet; admittit tamen vtilitatem, quæ de directo, & principaliter vtilitatem Ecclesiarum concerneret, vt si deberet resisti hominibus coactis ad deuastandos agros, vbi Ecclesia damnum participaret, quo casu tenet Rom. Pontificem consulendum non esse, sed hæc ponderatio parum, aut nihil vrget; nam per *cap. non minus, l. placet*, & *auth. vt nulla*, à pluribus Ecclesia eximitur, quæ etiam cōmunem † 53 vtriusquè status vtilitatem concernunt, vt sunt munera sordida, & merè personalia, angariæ, & perangariæ, quæ vt plurimū ad bonum omnibus cōmune indicūtur, deberentq; ex regulis præmissis *num. 29. cum seqq* ab omnibus subiri, & tamen Ecclesia ex debita conuenientia rectissimè exempta est, omniaqnè in laicos trāslata, vnde non rectè arguitur. ab his eximitur, ergo ab alijs alterius speciei; sufficitq; vt statutum correctoriū in vno verificetur, vt in *l. præcipimus, C. de appel. at. cap. cū expediat 39 de elect.* præcipuè quādo venit corrigendū ius commune, & in tertij præiudiciū, optimè ex duabus Decisionibus Rotæ Surd. *cōs. 509. n. 6. & 7.*

Ad illud de pietate, respondet, non procedere, nisi vbi expenderetur ad captiuorum redemptionem, secùs in reformatione murorum, vbi etiam diuinū nutritur vtilitas, & cùm laici sint potentes, ipsi hoc facere debent.

Sed in hoc attendi debent quæ supra tacta sunt, & quòd ipse Abb. fateri hic cogitur satis esse imminens malum è vestigio auertere, muros construendo, ac reficiendo, quàm captiuitatem pro redēptione expectare. Item hæc onera non per diuites, sed à misera plebe exigūtur, † 54 cui subuenire pijssimum est, ac præmaximè, vbi magna pars possessionum (vt his vltimis temporibus experimur in Ecclesias) ac Ecclesiasticas personas trāslata inuenitur, ob ingentē Religionū, & Religiosorum numerum, ob innumeras Ecclesias antiquitùs, & recenter fundatas, vt apertè pateat ex æstimis, & registris satis vltra dimidia bonorū omnium partē Ecclesiam, ac Ecclesiasticos vbiq; fermè possidere, vt iustissimum videatur, ampliari exēptionem in non expressis aduersùs miseram plebē non debere.

Ex

Ex his habes, quid Abbas noster contra communem (in casu quo consuluit) scripserit, quovè pacto eius fundamenta corruant, vt merito dici possit, antiquiorum, & doctiorum sententiam veriorem, ac firmiorem esse, quibus in materia interpretationum Canonum magis, quàm Theologis standum est, vt docent plures, quos sequitur Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 1. num. 58.* D. Anton. *part. 2. tit. 1. cap. 7. §. 4.* Muta *decis. 42. num. 45.* vbi alij, & dixi supra ex multis *q. 1. n. 67. lib. 1.*

Ego sentirem, quòd si hæc pōtium, itinerum, & murorū refectio priscis tēporibus in Prouincia, vel districtu ab vtroque statu Clericorū, & laicorū curabatur, vbi illa resici contigisset; quod idē semper †
55 seruandum sit; in hoc enim consuetudo interpretatiua omnem dubietatē, ac serupulum auferret, per tradita per me supra, *q. 36. n. 38.* Quòd si hæc de nouo emergerent, & Summ. Pontifex propius adesset, vt in Italiæ continentibus Prouincijs, si Episcopus, & Clerus dissentirent, ad Sanctitatem suam recurrendum putarem; aliàs si illi necessitatem agnoscerēt, non extendi ad hæc *cap. aduersùs* crederem, cum onus reale prædiorum sit, ac vtriusque status vtilitatem respiciat, vt ex pluribus in contributionibus ob custodiam pestis admittit idem P. Diana *resol. 41.* versic. *Sed notandum*, & in omni casu censuras ob vnius, vel alterius opinionis vsum (cùm pro affirmatiua opinione Innocent. 4. Pontificis auctoritas, & tot Canonistarum adsit) incurri nemo dixerit, per ea, quę supra *quæst. 41. num. 15. lib. 1.* de solemnis Doctoris sententia traditum est.

QVÆSTIO XXXX.

An Principes possint imponere gabellas super bona patrimonialia Clericorum?

EPITOME.

1 *Ecclesiastici duplex bonorum genus habere dignoscuntur, patrimonialia, & Ecclesiastica.*

2 *Ecclesia in dotalibus nulla alia præter realia onera sustinet.*

3 *Vectigalia, & impositiones nouæ super bonis patrimonialibus Clericorum imponi non debent.*

4 *Principes, & Reges à Bonifacio 8. nouas impositiones Clericis imponere prohibiti sunt.*

5 *Exemptionum iura circa tributa ad Conciliaria statuta restricta.*

6 *Pedagia ex rebus Clericorum proprijs exigi minimè possunt*, vide n. 10.

7 *Ius certum, si seruari præcipiatur inter plura in eadem re lata.*

8 *Clerici, sicut Ecclesia ad onera personalia sordida non tenentur.*

9 *Munus ab inferiore à Principe impositum extraordinarium dicitur.*

10 *Pedagia imposita ab inferiore à Principe, Clericos non obligant.*

11 *Consuetudo circa vectigalium exactionē, vt ad formam, ita ad substantiam attendēda.*

Vt quid super hac quæstione dici possit, ex suis initijs percipiamus, nonnulla præmittenda sunt. Primò in Clericis duplicem bonorum distinctionem dari, Ecclesiasticorum † nempè, ac
1 patrimonialium. Ecclesiastica sunt, quæ ob officium, aut beneficium ab Ecclesia possident; patrimonialia, quæ sua industria, vel successione, aliaquè acquisitione eis obueniunt, de quibus in *capit. 20. Episcop: cum duobus seqq. 12. quæst. 1. cap. fixum 12. q. 5. cap. 1. cap. quia nos 9. capit. relatum 12. de testam. cap. 1. de success. ab intestat.*

Inter hæc bona notabilis in iure differētia inuenitur, nā priora tāquam Ecclesiæ (si dotalia sint, vel ex primitijs, decimis, alijsq; spiritualibus subsidijs cōstēt) nullo pacto † nouis impositionibus sub-
2 sunt, cùm tantū, quæ pro dote data sunt, ad realia onera teneantur, de quibus ex Innocent. Io. Andr. Hostiens. Ancharr. Butrio, Abb. & alijs diximus abundè in præcedenti *quæst. 39. num. 11.* Si verò alio titulo in eam peruenerint, illa onera subeant, necesse est, quæ præfati deberi docent.

At patrimonialia Clericorum, cùm de sui natura profana sint, illaque tantùm immunitate potiantur, quæ eis ob personam, & tanquam accessoria competere noscitur; à præmissis plus nimio differunt, sed hoc non obstante, regula absolutè negatiua constituenda est, vt nō
3 valeat Princeps ad libitum nouas † exactiones à bonis Ecclesiasticorum patrimonialibus imponere, quam tenent Siluester *verb.immunitas 1.num.6.* Lessius *lib.2.cap.33.dub.3 num.19.* Molina *de iustit.4.tom.3.tract.12.cap.22.n.166.* Suar. *ad Reg. Angl. libr.4.cap.24.& 25.* Laim. *lib.4.tract.9 cap.6.n.9.* Salon *tomo 2.in 2.2.quæst.78.art.5. contro.2.n.2.* & alij per Dianam *resolut.40.* qui hãc sententiam probari asserit, ex *capit.1.de immunit.Eccles.in 6.* vbi Alex.4. exactiones, quæ in Regno Franciæ à Dominis temporalibus contra Ecclesias vsurpabantur, improbat, ibi: *Volentes itaquè super his omnibus, prout expedit, sollicitè prouidere, &c. decernimus non licere præfatis Communijs, Scabinis, & ijs, qui in eis iurisdictionem temporalem obtinent, vel iustitiam temporalem exercent, talleas, vel collectas, seu exactiones quascumquè Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædijs, vel quibuscumquè possessionibus ab eisdem Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiamsi ipsæ Ecclesiæ, vel personæ, vel res huiusmodi sint intra illorũ districtum, vel territorium constitutæ.*

Hanc eandem Constitutionem innouauit, & pœnis etiã in Reges, supremosquè Principes auxit Bonifacius 8. Regno Franciæ infensus in *capit. Clericis laicos 3.eod.tit.* ibi: *Statuimus, quòd †
4 quicumquè Prælati, &c. collectas, vel talleas decimam, vicesimam, seu centesimam suorum, & Ecclesiarum prouentuum, vel bonorũ laicis soluerint, &c. talia imposuerint, exegerint, vel receperint, &c. necnon Imperatores, Reges, seu Principes, &c. eo ipso sententiam excommunicationis incurrant.*

Nec hac contentus Bonifacius alteram in *capit.quanquam 4.de censib.* Constitutionem edidit, qua pedagia ob rerum de vno ad alium locum trasportationem sub eisdem pœnis ab Ecclesijs, & Ecclesiasticis exigi vetauit, Alexandri Quarti Constitutione præmissa, nominatim confirmata, huiusmodi exactionem legibus respectu quorumcumquè improbatam affirmans, multòquè màgis ab exemptis non subeundam, alludẽs ad *l.si publicanus 4.§.1 D.de public.& vectig.* eum istis à Gloss. adductis, & in *l. vniuersi 5.C.de vectigal.* verb *proprijs* Abbas *in Clem fin.de censib.* in id etiam adducit Diana *Bullæ Cœnæ Canonem*, ibi contra imponentes decimas Ecclesiasticis personis, ac eorum, & Ecclesiarum bonis: dictionem illam, *eorum*, põderando.

Secundò præmittendum, dictas Bonifacij *Constitutiones* per Clem. V. derogatas fuisse, imo & cæteras in id latas, † 5
Conciliaribus tantùm decretis vigentibus *in Clementin. vnic de immunit. Eccles.* ibi: *Quoniam ex Constitutione Bonifacij Papæ Octaui prædecess. nostri, quæ incipit, Clericis laicos, & ex declaratione, seu declarationibus ex illa postmodum subsecutis, nonnulla scandala, magna pericula, & incõmoda grauia sunt secuta, &c. Constitutionẽ, & declarationes prædictas, & quidquid ex eis, vel ob eas secutum est, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis. Volentes, & firmiter statuentes, illud contra quoscumque laicos exigentes, seu extorquentes ab Ecclesijs, Ecclesiasticisquè personis talleas, seu collectas, aut exactiones quascumquè, &c. inuiolabiliter obseruari, quod à prædecessoribus nostris in Lateranensi, & Generalibus Concilijs (quæ nos sub obtestatione diuini iudicij præcipimus obseruari districtè) salubriter est prouisum.*

Per quam Decretalem multa correcta sunt, ac omnia ad *d.cap.non minus*, desumptum *ex cap.20. Lateranensis Concilij*, & ad *cap.aduersus* ab Innocen. 3. *in generali Concilio editum*, restricta, per quæ de bonis Ecclesiarum, & Clericorum pauperum Christi vsibus deputatis, exactiones vetantur, non quidem per Reges, supremosquè Principes, sed per Communitates,

tes, & alios huiusmodi indictæ, de quarum Decretalium intellectu supra proximè actum est. Notantque hanc correctionem Ioan. Andr. & Abb. in d. *Clem. vni* & melius Card. fitque ex his, exemptionem Clericorum in patrimonialibus temporali, & humano iure acquisitis ex huiusmodi Canonibus fundari minimè posse, ac perinde Abbas illius ampliandę studiosissimus illam meliùs, quàm alibi *ex cap. fin. de vit. & honest. Cleric.* fundari voluit, vbi Clericos negotiatores pro facultatibus suis statutis patriæ subiacere debere præcipit. Ex hoc enim inferri debere putant, quòd citra negociationem exempti sint; hæc ita.

6 Tertiò demum † præmitto, ipsum Clemen. V. antiquas Constitutiones quoad pedagia, & guidagia pro rebus ad vsum, ex vno ad alium locum asportandis, innouasse in *Clem. fin. de censibus*, ibi: *Contra eos, qui ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis pro earum rebus proprijs, quas non negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt, aut transmittunt pedagia, vel guidagia, suo, vel alieno nomine exigunt, &c.* quæ ad illa per inferiores à Principibus tantùm porrigitur; nam hæc fuit Philippi Pulchri aduersùs Bonifaciũ querela, vt loco suo dicemus.

Cæterùm, ne Abbas, nec alij nobis eũ suis interpretationibus imponant, aduertendum est ad præmissa iura, sic à Clemente V. correcta, ac ad Conciliaria statuta in *cap. non minus, & aduersus*, nominatim reducta. In correctione enim non tantùm *cap. Clericis laicos*, sed & cæteræ Decretales idem disponentes comprehẽsæ sunt, si fortè à dictis duabus Decretalibus quoquo modo discrepẽt, nam idem est dicere *id inuiolabiliter obseruari*, quod *à prædecessoribus nostris in Lateranensi, & Generalibus Concilijs salubriter est prouisum*, (vbi de bonorum Clericaliũ exemptione agatur) quàm dicere, quòd cætera iura

7 in eadem materia † nullatenus seruentur, accedunt illæ dictiones ibi: *(Illud)* & inferiùs, ibi (id) *quæ sunt dictiones ad oculum demonstratiuæ*. D. Barbos. *dict.* 147. ex Surd. *decis.* 125. Monac. *decis.* 61. Afflic. *decis.* 248. *num.* 13. Cùm maximè cæterorum reuocatio præcesserit. Vnde à contrario applicantur ea omnia, quæ de correctione præcedentium legum, *quæst.* 1. *lib.* 1. *ex nu.* 15. *vsque ad num.* 18. præcipuè ex *cap. Ecclesia* 17. *de elect. & in l. præcipimus* 32. *§ fin. C. de appellat.* facitque magna Doctorum caterua per Dianam, *resol.* 1. *tract.* 1. ex quibus correctionem iuris communis per Bullam Gregorij 13. probare contendit, à quo nos meritò ob id recessimus, quòd Bulla apertè ius præteritum in vniuersum illæsum manere vult, priuataque tantùm indulta, facultates, & priuilegia, ad vnam formam reducit: hic autem Pontifex Conciliares dispositiones alijs in hac materia reuocatis, seruari vult, & ex vnius speciei expressione cætera sine alia derogatione, remota cẽsentur, *cap. generi* 34. *de reg. iur.* vbi Ioan. And. & *in cap. eos qui* 5. *nu.* 2. *vers. Et quia specialia*, vbi de legibus agit latè D. Barbos. *Axiom.* 107. *nu.* 1. & 8. vbi speciosissimè ex more loquitur.

At cùm in dictis Decretalibus de bonis Ecclesiarum, & Clericorum ab Ecclesijs ipsis in vsum pauperum obtentis agatur (vt ex ijs, quæ in præcedenti quæstione præmisimus patet) nihil certi super bonis patrimonialibus à Diana afferri, dici posset, quibus assumptũ (quod probare intendit) nobis suadeat. Nam Bulla Cœnæ, licèt recepta vbique esset, (prout in pluribus Prouincijs vsque dum non amplectitur) in nihilo à iure cõmuni discrepat, imo expressè cum eo cõcordat, ac censuras per eum inflictas declarat, nec dictæ *Clem. vnicæ*, vnquam derogauit.

Dicendum ergo esset, Clericos in sacris præcipuè constitutos (nam de minorum ordinum initiatis supra *quæst.* 36. *dictum est*) eodem pactò ad onera merè personalia, angarias, perangarias, quo Ecclesiæ (ex Imperialibus legibus in antecedenti quæstione relatis) non teneri, nec posse Communitates aliquas, vel potestates in dictis Decretalibus nominatas, (quos benè explicat Ioan. Andr. *in dict.*

 cap.

cap. 1. de immunit. Eccle. l. b. 6.) aliqua onera imponere, collectas, vel talleas exigere, cùm id ab Imperatoribus (vnde ipsæ Communitates iurisdictionem habuerunt) vetitum sit; optimè idem Ioan. Andr. quem cæteri sequuntur in *cap. 1. eos qui fin. de immun. Eccle. in 6.* ibi: *Ergo in generali concessione, quæ Ciuitatibus est concessum, leges municipales condere, D. de iust. & iur. omnes populi, non intelligitur derogatū, quod concessum erat specialiter, & in priuilegium, & maiori.* Hinc omne munus impositum ab inferioribus supremo Principe, extraordinarium dicitur, & ad illud nequaquā

9 Ecclesiastici pro patrimonialibus † tenentur, Abb. *in dict. cap. non minus, n.* 15. vers. *Et dic.* Ioan. de Amicis *cons.* 18. versic. *Et maximè* ex Bart. & alijs Menoch. *cons.* 136. Pedagia verò antiquitus à Regibus indicta Clericos ligabant, licèt minimè à subalternis Dominis, vt patet ex Concilio Lateranensi sub Alexan. 3. *capit.* 15. per quod pedagia illa vetantur,

10 quæ ab inferioribus à Rege, † vel supremo Principe imposita sint, vt in *c. innouamus* 10. *de censib.* quæ Decretalis à Compilatore mutilata, aliquibus Canonistis à vero sensu discedendi ansam præbuit; nam illa etiam de Præsbyteris, & Clericis loquitur, vt in corpore videri potest. & in *cap. fin. de treg. & pace*, vbi pars, quæ deficit, translata fuit, vt Ioann. And. aduertit. Restituta tamen sic habetur: *Innouamus, vt Præsbyteri, Clerici, Monachi, Peregrini, mercatores rustici euntes, vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portāt, ad agrum, congrua securitate lætentur, nec quisquam alicui nouas pedagiorum exactiones sine auctoritate, & consensu Regum, & Principum statuere aliquo modo præsumat; si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus non destiterit, donec satisfaciat, cōmunione careat Christiana.* ex cuius sensu patet, quamobrem sequentes Alexand. 4. & Clem. 5. Decretales, de Communitatibus tantū, non de Regibus locutæ fuerint: patet etiam, quantū Abb. & cæteri errauerint, qui ob hanc Decretalem datam Ecclesiæ in laicos iurisdictionem affirmant, dum textus de finis subditis disposuit.

At hodie quantū attinet ad pedagia, & guidagia ex dictis Decretalibus, *Quanquā & C. eum. fin.* apertissimum est pro rebus Clericorum asportandis exigi minimè posse, si ad vsum proprium, non commercij causa id agant, in quo dicit post Gloss. Abb. *in dict. Clem. fin. n.* 4. credi iuramento deferētis, si proba persona fuerit, & de contrario non constet in prōptu, quod etiā pro laicis in Hispaniarum Regnis seruatur, vt iuratæ scripturæ credatur, quæ vero sint pedagia explicant Abb. & cæteri *in dict. cap. innouamus* 10. *de censib.* & nos *quæst. seq.*

In cęteris verò omnibus prçter, quę expressis iuribus vetita sunt, cōsuetudo plurimum circa huiusmodi exactiones valebit, † vt in *l. si publicanus* 4. § *fin.* ibi: 11

In omnibus vectigalibus ferè consuetudo spectari solet, idquè etiam principalibus Constitutionibus cauetur, D. de publicanis. Nam sicut contra specialia iura in fauorem Ecclesiarum inducta, consuetudo nihil sibi arrogare potest, ita super ijs, quæ à Doctoribus interpretata, extensa, vel ampliata sunt, plurimum vsus obtinebit, ex traditis sup. *quæst.* 39. *n.* 55. & in parte fatetur Diana infra *resol.* 135. vers. *Existimo dictam legem.*

QVÆSTIO XXXXI.

An Princeps, seu alius superior laicus sine consensu Cleri possit imponere gabellas super eius bonis ex aliqua publica necessitate, vt pestis, &c.?

EPITOME.

1 *Gabella an ob aliquam necessitatem possint à Principe ex sua auctoritate Clericis imponi.*

2 *Clericorum, & laicorum vtilitas quomodo consideretur ad collectas imponendas?*

3 *Ecclesiastici pro publica vtilitate priuatam includente ad onera non tenentur secundū Abb.* & n. 8.

4 ... *tunc tenentur, vbi maius damnum ad eos*

eos pertinet per Abbat.

5 *Populi deliberatio Clericos non obligat.*

6 *Laici in necessitatibus Ecclesiasticos Iudices adire possunt, vt Clericos ad onera compellant.*

7 *Pontifex non est consulendus, vbi de priuata Clericorum vtilitate in publica releuāda agitur.*

8 *Communis vtilitas ad obligandos Ecclesiasticos satis non est, secundum aliquos.*

9 *Ecclesia in Republica quoad tēporalia existimatur, non è contra.*

10 *Bonum, ac vtilitatem publicam Christiana Religio cæteris rebus proponit.*

11 *Clericalis, & laicalis status connexionem Christus D. instituit.*

12 *Proximorum, & propinquorum curam abijciens infideli deterior.*

13 *Charitatis ordo omnes comprehendit, licèt se præferat.*

14 *Christus D. vt necessariam connexionem inter Clerum & laicos constitueret, hos status distribuit, non vt omnino diuideret.*

15 *Regale fastigium Ecclesiæ humilitatem non deprimat, imo extollat.*

16 *Mutua officia inter vtrosque Ministros necessaria.*

17 *Clerici communes populi necessitates pro modulo subleuare tenentur.*

18 *Fossata ad ciuitatis securitatem fodiuntur.*

19 . . . *sunt munus sordidum à Clericis lege Imperiali remotum.*

20 *Pestem ob profligandam munera vtriūq; statum obligant.*

21 *Maior pars populi etiam Clericos obligare potest, vbi à iure onere illo afficiuntur.*

22 *Collecta imponitur, vbi populi se obligare recusant.*

23 *Necessitas extrema iurisdictionem etiam incapaci præstat.*

CAnonistæ omnes, in *cap. non minus, de immunitat. Ecclesiar.* aliquos casus
1 ex premissis † agnoscunt, in quibus à superioribus laicis exactiones Ecclesijs, & Ecclesiasticis indici possint, licèt, vt ex premissis in *quæstionibus antecedentibus* patet inter se, quoad illarum qualitatē discrepent.

Et omissis disputationibus, quoniam Morales frequentius Abbatis conciuis mei opiniones amplectuntur, eius verba ad quæstionem referam in *dict. cap. non minus n. 20.* ibi: *Restat nūc respondere ad cō-*
siderationem D. Petri, in eo quòd pōuerauit † 2
communem vtilitatem Clericorum, & laicorum. Dicerem enim sic, quòd aut necessitas, vel vtilitas imminens concernit vtilitatem Ecclesiarum à remotis per quandam consequētiam, & tunc textus apertus est hic, quòd Ecclesia non tenetur, indicendo textum prout supra dixi, & faciunt aliæ rationes per me supra inductæ. Nam in hoc prodest immunitas
Ecclesiæ † concessa, quia in publica vtilitate, 3
in qua includitur vtilitas priuata, non tenetur ad munera subeunda. Si enim concernerēt ad expediendam solùm vtilitatem laicorum, in nullo prodesset immunitas Ecclesiæ. Aut necessitas, vel vtilitas concernit de directo, & principaliter vtilitatem Ecclesiæ, & laico-
rum, vtpute praua † societas territorium, 4
Ciuitates incendit, deuastat, consumit; in quo Ecclesia habet multas possessiones, & tunc dico, quòd Ecclesia deberet contribuere, sed non ad solam deliberationem laicorum. Vnde pondera, quòd cùm ad hæc onera possessiones non sint obligatæ, sed collecta, est imponenda perso-
nis contemplatione rerum; oportet, quòd † Cle- 5
rus, & populus principaliter conueniant, & deliberent super hac exactione redimenda, nec totius populi deliberatio habebit obligare Clerum, nec è contra: Cùm enim agatur de vtilitate vtrorumquè, oportet vtrorumquè consensum interuenire, quia quòd omnes tangit, &c. Et inde: *Fateor tamen, quòd si Clerus*
non vellet sine legitima causa † consentire, 6
quòd populus poterit officium superioris Ecclesiastici implorare, vt compellat Clerum ad consentiendum, & contribuendum. Et postmodum: *Puto etiam, quòd in hoc casu non habebit locum dispositio cap. aduersùs, vt Rom. Pontifex prius consulatur, quia impensa est*
fienda, † non solùm propter vtilitatem publi- 7
cam, sed etiam propter vtilitatem priuatam bonorum Ecclesiæ, & sumus extra casum illius cap. aduersùs, facit cap. 1. & 2. de censib. & nota diligenter hæc dicta mea, quia optima, & nemo sentit. Hæc ille.

Ex

Ex hac Abbatis doctrina sua confes-
sione solitaria, & singulari mouentur
nonnulli,qui post eum scripserunt(rece-
dentes ab Innocent. & cæterorum pris-
corum Canonistarum doctrina, imo ab
antiquioribus Patrum regulis) ad tenen-
8 dum,Ecclesias - ac Clericos solùm † ad
priuatam eorum vtilitatem, vel necessi-
tatem ad contribuendum cogi posse,non
verò vbi communis sit,quàm moralium
Scriptores ad literam sequuntur, à Dia-
na hic relati, præcipuè Siluester verb.
immunitas,quæst.2.& 5. Rodrig.*in sum.
tom.2.cap.75.n.13.* Ledesma *tom.2.tra
ctat.7.cap.2.concl.27.fol.*205. Ioan.de
la Cruz *in direct.par.1.præcept.7.q.7.ar-
tic.4.dub.1.concl.1.fol.*98. Azor *part.3.
lib.5.cap.19.q.11.* Lopez *instruct.p.2.
cap.*40. Alther.*de censur.tom.1.disp.*16.
lib.5.cap.6.dub.13. Salon *tom.2.in 2.2.
quæst.78.art.5.contro.1.* Megala *part.3.
lib.2.cap.17.q.6 nu.121.* Laim.*libr.4.
tract.9.cap.6.num.7.* Molina *tom.3.disp.*
672.*n.5.*& alij per eundem.

At aduersùs hanc Abbatis distinctio-
nem hæc occurrunt, vt nostræ Religio-
nis veteres Patrum sensus manifesti fiāt.
Primò celebre S. Optati Meliuetani a-
9 xioma,aientis: † *Ecclesiam esse in Republi-
ca,non Rempublicam in Ecclesia esse*, vt cer-
tum sit, vtilitates, & necessitates com-
munes ipsius Reipublicæ ab Ecclesia, &
Ecclesiasticis, qui intus eam morantur,
aliquo prętextu separari non posse:quin-
10 immo speciale votum, † ac Religionis
nostræ propositum esse, vtilitatē,& bo-
num publicum promouere,teste D.Chri
sostomo *Homil.25.ad priorem Epist.ad Co
rinth.* per hæc verba: *Hac est Christianismi
regula,hæc illius exacta definitio, hic vertex
supra omnia eminens.PVBLICÆ VTILI-
TATI consulere.*

Inde Redemptor noster vtriusq; sta-
tus connexionem, & quidem necessariā
11 induxit, ne ex omnimoda separatione †
mutua officia cessarent;optimè D.Gre-
gor.Nazian.ad Petri sententiam, *Subie-
cti estote omni humanæ creaturæ:* annectit
hæc verba,in *Orat. ad populum timore per-
culsum. Simus subiecti & Deo, & inuicem
alter alteri,& terrenis Principibus:Deo,pro-
pter omnia:alter alteri,propter dilectionē fra-
ternam. Principibus,propter ordinis recti con-
seruationem.* Ex vi ergo fraternæ in Chri-
stianos coniunctionis mutua venit sub-
iectio,mutua auxilia, quibus bonum cō-
mune curatur;qui verò cùm Christianis-
mi regulam susceperit,hanc † curam ab- 12
ijcit,infidelibus peior efficitur,ex D.Pau
lo *ad Thimo.1.c.5.v.8.* *Qui*(inquit)*suoru,
& maximè domesticorum curam non habet,
fidem negauit, & est infideli deterior*, vt no-
stræ fidei regulam perciperemus, omniū
fidelium curam gerere, ac gradus,ordi-
nemquè charitatis amplecti, vt secūdùm
Augustinum: *Primò nobis, † postmodum cō- 13
sanguineis,demum amicis,& proximis consu-
lamus.* In idem tendit D.Gelasij Papæ in
tomo de Anath. enunciatum,dum ait,quòd
*Christus memor fragilitatis humanæ, quo suo-
rum saluti congrueret,dispensatione magnifica
temperans,sic actionibus proprijs, dignitati-
busquè distinctis,officia vtrisquè discreuit,vt
Christiani † Imperatores pro æterna vita Pō- 14
tificibus indigerent; & Pontifices pro tempo-
ralium cursu rerum Imperialibus dispositio-
nibus vterentur.* In quod expressa Scrip-
turæ auctoritas adduci poterat Zachar.
Prophetæ *cap.6.vers.13.* vbi de gratiæ,
& Euangelij temporibus ad literam lo-
cutus, ait: *Ecce vir oriens nomen eius,&
subter eum orietur,& ædificabit templū Do-
mino, & ipse extruet templum Domino, &
ipse portabit gloriam, & sedebit, & domina-
bitur super solio suo, & erit Sacerdos super so-
lio suo, & consilium pacis erit inter illos duos.*
Non ergo vbi vniformitas esse debuit,
diuisio vtilitatum,ac necessitatum indu-
ci poterit. Perinde compagem hanc re-
scindere videtur, qui priuatam Clerico-
rum vtilitatem à communi omniū Chri-
stianorum seiunctam esse debere(ne Cle
rici, & Ecclesiæ opem suam ferant) do-
cet. Cùm è conuerso hanc conuenientiā
vtriusquè status, quoad omnium vtilita-
tem,regulis nostræ fidei conformem prę
missi doceant, ac etiam D.Hieronymus
vbi dixit: *Ne regale fastigium † Sacerdotalē 15
de-*

deprimeret dignitatem, nec Sacerdotalem dignitatem Regale fastigium, sed in vnius gloria Domini Iesu vtrumque consentirent. Quare Theodosius Iunior Optimus Imperator *ad D.Cyrillum Alexandriæ Episcopum Epist.* illa, quæ inter acta *Ephesini Concilij* inuenitur, hoc idem agnoscens, ait: *Noris Ecclesiam, & Regnum nostrum coniuncta esse, nostraque accedente auctoritate, & imperio, & Christi Seruatoris nostri accedente prouidentia magis subinde inter se coitura esse*, quæ elegantissimis quoque verbis repetuntur in *Epistol.* 17 *.inter eadem acta*, vers. *Cum Deus optimus*, & confirmat Cælestinus Papa ad eundem scribens, vers. *His ergo exemplis.*

Pontifices etiam postremorum seculorum sub figura duorum gladiorum in passionis nocte à Petro oblatorum mutua

16 vtriusquè ordinis, † & status officia describere solent *in cap.* 1. *de offic. ordina. cap. cùm Episcopus eod. tit. in* 6. *cap. postulasti* 14. *de Iud. cap. postulasti* 31. *de homicid. cap. dilecto* 6 *.de sent. excom. lib.* 6 ibi: *Quia hi duo gladij consueuerunt exigente necessitate sibi inuicem suffragari, & in iuuamen alterius subuentione mutua frequentiùs exerceri*: cum alijs iuribus, ac auctoritatibus SS. Patrum conductis *hoc libro* 2. *q.* 4. *ex num.* 36. *ad* 53. & iterum *ex n.* 65. *ad finem*, vbi plura huius argumenti habentur non repetenda.

Ex quibus constare potest, meliùs, & rectiùs sensisse Innocent. Hostien. Cat. Butr. & Ancharra. *ad cap. non minus*, quos supra retulimus *quæst.* 39. qui indistinctè

17 putarunt, † Ecclesiam, ac Clericos ad illa omnia teneri, in quibus commune totius Reipublicæ interesse vertebatur, in quo ipsos inclusos esse euidentia docet, nec ad inuidiam, & dissentionem inter vtrumquè statum inducendam separati posse, vt Abbas, & eius doctrinę sequaces contendunt, inducta priuatæ Ecclesiasticorum vtilitatis distinctione, vbi Pontifices, ac Sancti Patres eos in omnibus, quæ ad communem vtilitatē pertinent, conuenire docuerunt, imo & expressis, conceptisquè verbis præceperūt.

Abbas enim huius doctrinæ auctor, ac præcursor, vt ipse fatetur, ex inductione textus *in cap. non minus* motus est, quatenus ibi de *fossatis* mentio fit, quæ ad Ciuitatis † securitatem fieri videntur, pu- 18
tans ex hoc exemplo colligi posse similia omnia, quæ ad eundem sensum, & finem pertinent, conclusa in illo sermone fore, in quo, vt *d. quæst.* 39 *n.* 28 aduerti studio fauendi causæ se ipsum Abbas fefellit, cùm fodiendæ arenæ, & glareæ onus, vt sordidum per Imperiales leges ab Ecclesia, & Clericis remotū, † ac prohi- 19
bitum fuerit, quod optimo iure Pontifex in dicto *capit. non minus*, siue verius dicam, Concilium, Pontifice præsidente, innouauit, & contra Communitates, & nouos insurgentes in Italia Tyrannulos sub censuris prohibuit, optimè Ioan. And. in dict. *cap. non minùs num.* 3. verb. *fossata*, ibi: *Ecce exemplum de sordido munere ad quod Ecclesia non tenetur.* Ratio ergo Abbatis, cum nostrę Religionis firmissimis regulis, ac tot Summorum Pōtificum, ac Patrum doctrinis repugnet, omnino explodenda est, ac profliganda; cùm in substantia concordemus, vt onera hæc ob pestem cum consensu vtriusque ordinis † ad communem securitatē, 20
& salutem imponantur, vt nempè Episcopus, & Clerus omnis conuocetur, vt cum populo suffragium, & consensum ferant, vtquè vt in cæteris, quòd † maior 21
pars statuerit, seruetur, *l. quod maior, D. ad municipal. & de incolis, l. nulli, l. seq.* vbi *Gloss.* verb. *duæ partes*, & Bald. *num.* 2. *D. quod cuiusque vniuers. nom.* & in *l.* 8. §. 1. *num.* 3. *D. de pact.* Loseus *de iur. vniuersit. part.* 1. *cap.* 3 *nu.* 76. ex Marco *decis.* 489, *ex num.* 1. *ad* 18. vbi non valere statutū, quo debere stari minori parti disponitur, Loseus docet, si omnes concorditer conuenire nolint, quod ante omnia curari debet, ne à concordia recedatur. At si nec interuenire, ne obligentur, velint, non dubito, quin superior Ecclesiasticus adeundus sit, qui eos censuris ad interueniendum cogat, vel vt collecta † imponatur, ab omnibus exigenda, 22
iuxta

iuxta praxim Alex. *in l.* 4. *num.* 12. Ripa *num.* 26. *D. de re iudi.* Oinot. *in* § *vniuersitatis num.* 4. *instit. de rer. diuis.* Losei *de iure vniuersi. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 94. *&* 95. vbi docent, quo pacto Vniuersitates cogendæ sint, vbi obligationibus satisfacere, nec consentire velint. Confert satis ad rem doctrina Thomæ VValdensis, *lib.* 2. *doctrinal. fidei cap.* 8. per hæc verba:

23 *Vbi ista duo concurrunt in Communitate* † *Ecclesiæ, scilicet extrema, & non vlterius, differenda necessitas, aut ordinarij Pastoris, aut Præsidis ad succurrendum desperata facultas, quærendus est extraordinarius pater, priusquam Christi Domini fabrica dissoluatur,* cuius doctrina à Martino V. Pont. Maxim. probata fuit, cætera in *sequenti quæst.* explicabuntur. Plura quoquè supra *quæst.* 14. de hoc necessitatis casu tradita sunt.

QVÆSTIO XXXXII.

An superior laicus, quando Clerici tenentur soluere gabellas possit illos ad soluendum cogere?

EPITOME

1 *Ecclesiastici vbi ad onera tenentur cogi, per iudices laicos non possunt,* vide infra.

2 ... *vt consentiant, vel vt soluant, à suo Iudice cogendi sunt.* vide infra.

3 *Res exempta, exempta persona.*

4 *Collecta, si ad speciales collectantium Iudices recurrendum esset, inutilis redderetur.*

5 *Talleæ ex Ecclesiasticis, quo pacto exigēdæ?*

6 *Contributio ab Ecclesia in pecunia exigenda corā Episcopo petenda, si ipsa per suos seruos prædia colat, secus si per colonos laicos.*

7 *Clerici, si in personis exigendi, coram Ecclesiastico ad collectam cogendi, secus si in bonis alijs locatis.*

8 *Exactio ad portas Ciuitatum sine iurisdictione fit.*

9 *Gabellæ super rebus venditis, vbi licitè cōtra Clericos exigatur, sine iurisdictione exigi potest.*

10 *Occonomus Ecclesiasticus in Regno Siciliæ vltra Ecclesias, ac Prælatos ad onera compellit.*

11 *Finis habere debet media ad se consequendum.*

12 *Respublica non debet ex defectu mediorum frustrari.*

13 *Onus ex re pro persona soluendum, personale est.*

14 *Pœna ob non solutum vectigal à Iudice Ecclesiastico contra Clericum exigitur.*

15 *Onera realia prædia afficiunt.*

16 *Onera personalia sunt, quæ pro transitu personæ exiguntur.*

17 *Personæ sæpe mentio fit, ad sciendum cum quo res geritur.*

18 *Onera ab Imperatore, vel supremo Rege imposita, realia sunt.*

19 *Vectigalia à Regibus imposita, in generali prohibitione non veniunt.*

20 *Communitatum onera personalia sunt, quia res afficere non possunt.*

21 *Pedagia interdicta quæ censeantur?*

22 *Clericus coram laico Iudice falsum deponens, an in bonis mulctari possit?*

23 *Mulcta semper personalis est, pœna sæpe realis.*

24 *Milites ob omissam professionem mercium insimplum tenentur.*

25 *Ecclesiasticus Iudex vbi exactionem tributorum, & vectigalium dissimulet, in vim defensionis laicus sibi consulit.*

PEndet huius quæstionis resolutio à traditis per Innocent. *in dict. cap non minus, n.* 6. in illis verbis: *Extraordinaria autem, quæ respiciunt pietatem, subit Ecclesia, C. de Episcop. & Cler. ad instructionem, & sic potest intelligi supra eod. peruenit,* † *quamuis ad ea non sint per sæcularem Iudicē cogendi, sed per Ecclesiasticum, de cuius foro sunt personæ, licèt res sint de foro laici, supra de foro comp. si diligenti.* sequitur Ioann. Andr. ibi ante *num.* 9. *vers. Ad hoc tamen,* & Butrius, cuius verba refert Abb. *num.* 18. *post princip.* ibi: *Dicit tamen, quòd portio tangens Ecclesiam debet peti coram Iudice suo, non per laicos debet cogi.* Ex his putant aliqui, sufficienter negantem opinionem fundari, per quam omnem coactionem, siue ad consentiendum oneri, vt imponatur, † siue ad illud semel impositum exi-

1

2

exigendum Iudici seculari interdictam volunt, quos cumulat Anguian. *de leg. lib. 2. controuers.* 15. *n.* 14. S. Fausto *in specul. confess. dispu.* 33. *q.* 21. quos refert P. Diana *in praesenti resol.* 42. dicens, quod vbi Clerici nolint soluere collectam, seu aliam contributionem ritè impositam, per Ecclesiasticum, non per laicum compellendi sint, nec consuetudinem oppositam, quae iurisdictionem in bonis deferr, vale-
3 re: nam cùm † onus sit personale, licet de rebus soluatur, exempta persona, & res quoque exemptae remanent.

Si haec opinio indistinctè quoad Clericorum innumeram multitudinem sequenda foret, inutilis quaelibet licita im-
4 positio † redderetur, nam in singulos minutatim distributa, infinitos processus quotidie in refractarios confici opus esset, vt ad solutionem compellerentur; quod absurdissimum foret.

Videndum ergo est, quid sibi Innoc. & caeteri voluerint, & quo pacto eorum traditio in vsum deduci posset: & illud in primis adnotandum arbitror Innnoc. & caeteros adductos in Ecclesiae bonis, non in Clericorum locutos. Item, vbi cōtributio per portiones, & vt aiunt, tal-
5 leas fit; † putant enim hoc in casu portionem Ecclesiae contingentem corā Iudice Ecclesiastico petendam esse, non exequendam Ecclesiam; nihil verò de Ecclesiae colonis, vel de fructibus ad Ciuitatis portam exigendis, aperiunt, aut de vectigali ex ijs, quae vsu consumuntur, (apud Hispanos sisa) imposito.

Quamobrem distinguendum putarē, quod aut de contributione ab Ecclesia exigenda agatur, quae per suos subditos †
6 possessiones colat, illaque in pecunia exigenda sit, & semel ex Praelatorum consensu imposita coram eis, iuxta praemissos petenda esset. Aut possessiones Ecclesiae laici colunt, ac Principibus subditi; quantitas verò certa est, firma, ac inuariabilis, & tunc ad instar tributorum coloni, & fructus exequi deberent, vt in tributis super rebus debitis, Innocent & sequaces admittunt in *cap.* 1. *in fine de cen-*

sib. l. placet, C. de sacrosan. Eccle. tam si exigatur ex fructibus, vt ex *l. modios, C. de suscept. & arcar. lib.* 10. tam si in pecunia, ex *l. munerum, §. patrimoniorum, D. de mun. & honor.* si modo ab inquilinis debeatur, petaturvè.

Si vero Clerici cōtribuere deberent,
si à personis eorum † exigenda pecunia 7
foret, ab Ecclesiasticis Iudicibus cōpelli deberent, at si à colonis, & inquilinis laicis, idē fortiùs, quod in Ecclesia, quod si in fructibus ad portam, vbi introducerentur pro cota parte illorum, cùm per retentionem fieret, faciliùs eueniret, vt in decimis pro ingressu exigendis seruatur. Denum si vectigal in † comesti-
bilibus imponeretur, vt in pretio vini, 8
carnis, olei, & caeterorum, haud dubium quin vlla iurisdictio exercēda esset, cùm tantùm ob vectigal cariùs emerentur. Idem si in rebus † vendendis, nam aut
emptoris onus esset, aut venditori ex pre- 9
tio decresceret, ac hoc pacto practicanda essent, quae post antiquiores docuerūt Boer. *decis.* 246. *num.* 4. Rebuff. *tom.* 2. *de mercat. vin. ven. gloss.* 13. Mexia *ad Pragmat. taxae pan. concl.* 5. *num.* 23. Azeued. *ad l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Lassart. *de gabel. cap.* 19. *num.* 84. Salgadus *de protect. par.* 4. *cap.* 14. *n.* 103. quos secutus sum, *nota* 75. *ad l. Iacobi, num.* 3. *fol.* 107. addo Ramirez *de leg. Regia*, §. 27. *n.* 13. Casti. *de tertijs tom.* 7. *cap.* 8. *n.* 28. Salas *de emp. dub.* 9. *nu.* 2. cum alijs per Salzed. *de lege Polit. li.* 1. *c.* 4. *n.* 18. Larrea *alleg.* 27. qui multos Theologos, & Iuristas adducunt.

Hoc, nisi in Prouincia Ecclesiasticus Occonomus ad talia exigenda (prout in Sicilia) deputatus ad Regis electionem
esset, † nam in hac materia consuetudo 10
spectanda omnino, cùm de intelligentia Auctorum agatur; nihil enim in Canonibus super hoc statutum est, ex traditis saepiùs *hoc libro.*

Solùm apud Theologos habemus, cōcesso fine, data, & media † ad illum cen-
seri, secutos Aristotelis doctrinam *lib.* 1. 11
Aethic. cap. 1. D. Thom. 2. 2. *quaestion.* 40. *art.* 3. *ad* 3. Suarez, Bellarm. Victor. Sanchez,

chez, Baldellus, & alij per me supra *q.* 8. *ex num.* 67. *ad* 73. & est de iure Canonico text. *in cap. praeterea* 5. vers. *Etiamsi litera, de offic. deleg.* conformis *ad l.* 2. *D. de iurisdict. omn. iudic.* Nam cùm non sine magno incommodo, imò impossibilitate morali in huiusmodi ageretur, si pro minutissima exactione ad Indices Ecclesiasticos Publicani recurrere deberēt, ne naturalis tributorum imponendi facultas ad Reipublicae defensionem, Principibus, vel Cōmunitatibus liberis tributa, vel positiua à Pontifice ex concessione manans (in casibus, vbi ad eum recurri debet) frustranea, & inutilis remaneat, coactionem in bonis † tantummodo cō-
12 cessam fuisse cēsendum est, ne aliàs Respublica viribus, & medijs necessarijs (vt benè P. Victoria ibi citatus affirmat) careret. Faciuntquè omnia, quae in hunc sensum *quaest.* 16. adduxi, quae ad hanc speciem cum vtilitate trahi possunt.

Videndum ergo est, quo pacto aduersarij suam sententiam tueantur; aiunt Anguianus, & Bart. à S. Fausto, quòd cū hoc onus sit personale, quod ex re ratio-
13 ne personae soluitur, † ob personae priuilegium & res eximi debet. Respondeo, hos Auctores priorem nostrae distinctionis partem satis adiuuare, dum tenuimus in tributis realibus omnibus, quae rebus imponuntur coactionem omni iure laicis Magistratibus in res ipsas competere. Quod verò attinet ad vectigalia, aliasq; gabellas personis indictas, distinctio adhibenda est, quòd aut à personis principaliter, & directè exigendae sunt, vt capitatio, ac personales operae, vt sunt angariae, & perangariae; & nō est dubiū, quòd si ob hęc bona exigerentur stāte personarū contumacia, quia haec esset poena, ab
14 Ecclesiastico Iudice † petenda foret, ex allatis per Salas *de legib. disp.* 18. *sect.* 8. *n.* 104. Sanch. *cons. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 31. Gutierr. *pract. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 11. Castill. *tom.* 7. *cap.* 8. *num.* 28. alijsq; consultis per Salzed. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 20. cum alijs supra *quaest.* 16.

At si à sui exordio super re exigendae essent, neque personis imponerētur, vt in oneribus impositis super mercibus, & comestibilibus, si hae à Clericis, vel ratione causae, vel dispensationis Pontificiae exigi possent, personales esse nemo dicet, cùm maximè reales sint, † ne ob illas per- 15
sona exigi possit, ad text. in *l. Imperatores* 7. *D. de public.* ibi: *In vectigalibus ipsa praedia, non personas conueniri, & ideo possessores etiam praeteriti temporis vectigal soluere debere, eoquè exemplo actionem, si ignorauerint habituros.* Vectigal autem illud est, quod ob id quod vehitur, pendendum venit, tum in mercibus, ad portum appellentibus, quod etiam portorium appellatur, cum pro caeteris, quae inferuntur, vel trāsferuntur, vel pro rebus venalibus, de quo Tacitus 13. *Annal. cap.* 31. *n.* 3. & latè ex Canonistis Abb. *in cap. innouamus* 10. *de cens. num.* 3. ibi: *Est quaedam praestatio, quae fit à transeuntibus pro rebus, quae vehuntur, vel portantur, & quandoquè soluitur pro persona, & alio vocabulo in iure ciuili vectigal, quia soluitur pro his, quae vehuntur, id est, portantur; vnde pedagiū, & vectigal idem important, de quo aliquid notatur in l.* 1. *D. de publican.* Haec Abb. ex Ioan. And. Personalia ergo sunt, quoties personis transeuntibus imponuntur, vt in transitu † pon- 16
tium, & fluminum; sed vbi pro rebus, quae vehuntur, apertissimū est realia esse; nam quisquis fuerit, qui eas vehat, vt mulio, ductor currus, vel nauclerus, nauis, nō habita ratione domini, vectigal pendere tenetur. Accedit text. *in l.* 3. *C. de annon. & trib. lib.* 10. *tit.* 16. *Indictiones*, inquit, *non personis, sed rebus indici solent*: consentiunt *l. etiam minores* 7. *l. patrimoniorū* 9. *l. fin. C. de mun. patrim. lib.* 10. *tit.* 41. in quantum non minores, nō mulieres, nulli deniquè excusantur, cùm rerum onera sint. Quòd si ex rebus soluuntur, rectè ipsae exigi debent; nam licèt de persona mentio fit, hoc ad dēmonstrandum † cui 17
imponitur, non vt personale munus fiat, exprimi solet; vt in *l. iuris gentium* 7. §. *vtrum*, vers. *Plerumquè*, ibi: *Non vt personale pactum fiat, sed vt demonstretur cum quo factum sit.* optimè P. Vict. *relect. de potest. Eccl. c.* 1. *ad* 3.

Mu-

Munus item patrimoniale realitatem habet, & quoties à supremo Principe indicitur ex rebus exigendum, illudquè vniformiter, numquam personale dicitur, *l. 1. C. de indict. lib. 10. titul. 17. versicul. Quæ iam non extraordinarium, vt*
18 *hactenus, ex Imperatoris enim † indictione fit Reale, & Canonicum*. Inde vectigalia inconsultis Principibus indita talia non sunt, *l. nonsolent 3. C. vectigal. noua*. Vnde lucem hauriunt Decretales omnes in pedagiorum materia loquentes in *capit. innouamus 10. de censib.* iuncto *capit. innouamus, de tregua, & pace* (Nam, vt Ioannes Andr. aduertit, vnum, idemquè sunt ex Concilio Lateranensi *cap. 15.* desumpta, *capit. quamquam de censib. in 6. cap. non minus, cap. aduersus, de immunitate Ecclesiastica, Clementin. fi. de censib.*) Communitatibus, ac Potestatibus earum, Cōsulibus, Scabinis, alijsquè temporarijs, vel perpetuis Cōmunitatum Ministris, pedagia, guidagia à Clericis, eorumquè bonis, non negociationis gratia advectis, vel trasvectis exigi vetantes. Item & Authent. Federici, *vt nulla communitas de Episcopis, & Clericis*, idem disponens, quæ omnia de vectigalibus ab Imperatore, vel Rege imperij iura haben-
19 te impositis minimè loquuntur, † imo illos expresse secernunt, Concilium nempe Lateranense in dicto *cap. innouamus 10. de censibus*, iuncto *capit. innouamus de tregua, & pace*. Item & Clemens V. *in Clementina vnic. de immunitat. Ecclesiastic.* relata supra, *quæst. 40 hoc lib. 2. numer. 5.* dum Constitutionem Bonifacij Octaui, expresse de Imperatore, & Rege loquentem, aboleuit, confirmatis, quæ in Cōcilijs Generalibus statuta fuerant, quæ de Regibus loquutę non erant, vt ibi aduertimus, & notant Ancharr. & Butr. iam relati.

Fit enim ex his, vectigalia illa perso-
20 nalia dici, † quæ ab inferioribus à Principe indicta sint, quæ perinde licèt rebus imponantur, quoniam in res imponi potestatis defectu non possunt, licèt id Communitati, vel ob causam, vel ex dispensatione Pontificia tribuatur, numquam, vt realia ab ipsis exigi poterunt, sed ad Ecclesiasticos Iudices recurrendum erit, nisi idipsum Pontifex statuat: & in his bene procedunt, quæ ab Angitiano, & Bartol. a sancto Fausto tradita sunt. Quod confirmatur ex *cap. super quibusdam 26 d. verborum significatio.* vbi Innocent. 3. Comiti Tolosano scribēs, cui Legatus Sedis Apostolicæ, ne pedagia, guidagia à Clericis exigeret interdixerat, ad eius petitionem prohibita hæc sic declarat, vt *illa sint ped g a saunaria, † guidagia interdicta, quæ non apparet Imperatorum, vel Regum, vel Lateranensis Concilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine a tempore, cuius non extat memoria introducta*. Per hanc enim regalia hæc acquiruntur, vt docent à me conducti *decis. 1. tom. 1.* 21

Nam cùm hæc Comes exigeret, qui subalternus à Galliæ Rege Comes erat, rectè ex Lateranēsis Concilij auctoritate, in dicto *capit. innouamus*, ei vetitum fuerat. Rectissimè vero illa Pontifex excipit, quæ ab Imperatore, vel Rege iam indicta fuerant, vel à consuetudine immemoriali introducta.

Pergit Diana ad aliam quæstionem, vt dicit firmissimam, de teste clerico falsum coram laico † Iudice deponente, 22 an in bonis mulctari possit? in qua allatis pro affirmatiua Angel. in *l. quoties in fine, C. de iudic.* Federic. de Senis *cons. 88.* Lancellot. *de attentat. part. 2. capit. 25. num. 97.* Aufrer. *in Clement. 1. de offic. ordin. num. 81.* Benedict. *in cap. Raynutius verbo, & vxorem. decis. 2. nu. 142.* Marc. *decis. 215. part. 1.* & Cassaneo, negatiuam rectissimè tuetur, ex Afflicto *decis. 230.* Fatinac. *quæst. 8. num. 26.* Fach. *lib. 9. controuers. 23.* Surd. *consil. 396. numer. 27.* Decian *lib. 4. cap. 9. num. 22.* Marta *part. 4. centur. 2. cas. 138. num. 9.* Sed hoc ideo euenit, quia multa in personam principaliter † indicitur, licèt ex 23 re exigatur: pœna verò, vt diximus, nec

à persona, nec à bonis Clerici à non suo iudice exigi potest, facit *l. si qua pœna, 246. D. de verbor. signific.* hine pœna fraudati vectigalis à milite tamquam exempto peti non potest, licèt vectigal reficere teneatur, ac integrum pendere; *l. 3. C. de vectigal.* ibi: *Omnibus militibus no-*
24 *stris † prospeximus, ne ob omissas professiones pœna com'fis tenerentur, proinde deposito hoc metu, si qua portoria debere te apparuerit, exo.uc.*

Vbi verò Ecclesiasticus Iudex in vectigaliũ † exactione, vbi & in casu, quo
25 ad eum recurrendum sit, nec exactionem curet, nec fraudantes pœna coerceat, posse in vim defensionis ablatæ rei, iurisquè fraudati Laicum ius suum prosequi, docet Sanch. *consil. moral. libr. 2. cap. 4. consil. 55. num. 33* & confirmat Anguian. *de legib. lib. 2. controuer. 15.* Pedemontan. *decis. 68 num. 23.* Villalob. *in summa*, verbo, *Ecclesia, num. 2.* & Iuristæ per Salzed. *de leg. politic. lib. 1. cap. 4. num. 20. fol. 14.* nec enim, vt sæpiùs diximus, Respublica ad finem consequẽdum mediis destituta censeri debet, nec nec defensionem suorum tributorum ei sublatam, & hæc satis.

QVÆSTIO XLIII.

An Princeps possit imponere gabellas super bonis Clericorum ipsis donatis, aut emptis?

EPITOME.

1 *Clerici pro bonis sibi donatis an immunitate fruantur?*
2 *Decretales omnes super immunitate Ecclesiasticorum in vnum collectæ.*
3 *Peregrinantes ad loca Romæ sacra ab omnibus vectigalibus pro rebus ad vsum immunes.*
4 *Communitates Italiæ suprema iura sibi arrogare per vsurpationem tentauere.*
5 *Pedagia vsque ad quod tempus ab Ecclesiasticis pendebantur?*
6 *Bona Ecclesiæ quando collectari possint?*
7 *... ad vsum Clericorum seruientium, & pauperum destinata immunitate frui debent.*
8 *Ecclesiæ dos, quæ dicatur, ne onerari possit?*
9 *Clerici negotiatores à Clero post monitionẽ deiici debent.*
10 *.... pro bonis patrimonialibus donatis, vel eis relictis quando ad onera tenẽtur?*
11 *... quando ad onera à baronibus imposita cogi possint?*
12 *Proœmium omnem constitutionem explicat.*
13 *Clerici pedagium ob res ad vsum compara tas non soluunt.*
14 *Lateranense Concilium in vectigalium à Clericis soluendorum materia attendendum.*
15 *Prælati ad censuras contra eos, qui pedagia à Clericis ob res ad vsum exigunt, ferendas monentur.*
16 *Concilium se in continenti correxisse censendum non est.*
17 *Consuetudo immemorialis subalternis dominis, quoad vectigalium impositionem proficit.*
18 *Prædia Clericorum pensiones Fiscales soluunt.*
19 *Ius ciuile per Canones non correctũ, pro Canonico habetur.*
20 *Clerici donationes, vel cessiones obtinere probibentur.*
21 *Commercium illicitum Clericis, actiones obtinere.*
22 *Ecclesia vltra dotalia in cæteris onera præstat.*
23 *Bona Clericis donata superflua existimãtur.*
24 *Patrimonij appellatione, quæ à parentum hereditatibus proueniunt, comprehenduntur.*
25 *Clericalis status vituperium vitandum est.*
26 *Consuetudo existimationi Clericorum conueniens, & quæ scandalis obuiam sit, primitus seruanda.*

Im-

27 *Immemorialis, in huiusmodi exemptionis forma seruanda est.*

LIcèt P. Diana hunc casum, maximè pro Regno Neapolitano proponat, vbi ex iure Constitutionum Regni Cle-
1 rici pro bonis donatis † immunitate carent, vt ex Riccio *Collect.* 901 *part.* 4. refert. Attamen cùm ipse generaliter asserat, hoc ex Bulla Cœnæ vetari, allegatis Duardo *ad Bull. lib.* 2. *Can.* 18. *quæst.* 6, ex illis verbis: *Personis Ecclesiasticis, ac earum, & Ecclesiarum bonis.* Barbos. ad *lib.* 3. *Decret. tit.* 49. *cap.* 4. *num.* 4. Filiuc. *tom.* 1. *tractat.* 16. *capit.* 11. *numer.* 298. Reginald. *tom.* 1. *lib.* 9. *capit* 25. *num.* 377. Alter. *de censur. tom.* 1. *disput.* 19. *lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 370. Less. *lib.* 2. *capit.* 3. *dub.* 3. *num.* 19. volens ex his in censuras incidere omnes Regni Neapolitani Ministros huiusmodi collectas, siue tributa imponentes, consuetudine non refragante. Ideo generaliter priùs videndum est, quid de iure Canonico super hoc decretum fuerit? vt demum ad Bullam Cœnæ deueniamus, quæ in exigentes contra ius censuras suas declarat.

Pro cuius casus examinatione breuiter ea, quæ de bonorum patrimonialium supra *quæst.* 40. tradita sunt, repetere libeat, nempè in toto Decretalium iure, †
2 quæ de Ecclesiarum, & Ecclesiasticorũ (quoad tributa, vectigalia, & alias impositiones) immunitate statuta sunt, ad decem Constitutiones reduci.

Prior Constitutio est Alexand. 3. in *Concilio Lateranensi cap.* 15. quæ in duabus partibus rescissa partim habetur in *cap. innouamus vltim. de tregu. & pace.* partim verò in *capit. innouamus* 10. *de censibus*, vt ibi aduertit Ioannes Andreas, & ex dicto Concilio apertè conuincitur. Integer ergo sic statuit: *Innouamus, vt Præsbyteri, Clerici, Monachi, Conuersi, peregrini, mercatores rustici, euntes, vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur: nec quisquam alicui nouas pedagiorum exactiones, sine auctoritate, & consensu Regum, & Principum statuere aliquo modo præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus non destiterit, donec satisfaciat, communione careat Christiana.*

Ad hunc textum Innocent. dicit in eo de iam impositis, & ex immemoriali vsu exigi solitis non agi, ex *capit. super quibusdam* 26. §. 1. *de verborum signific.* posse tamen noua à Regibus imponi, si ex iusta causa moueantur, aliàs peccarent. Et in *capit. innouamus* 2. *de treuga, & pace*, illum textum explicando, ait, innouasse Lateranense Concilium † Ca- 3
lixti Constitutionem in *capit.* 23. *si quis Romipetas* 24. *quæst.* 3. iuncto *capit.* 25. *illi, qui peregrinos ibid.* quæ est Nicolai, in quibus Romipetas, peregrinos, mercatores, Apostolorum, seu aliorum Sanctorum Oratoria visitantes nouis teloniorum, vel pedagiorum exactionibus onerantes censuris subduntur. In quo Lateranense Concilium Regibus, & Principibus consulere voluit, ne Com-
munitates † etiam sub libertatis acquisi- 4
tæ specie, omnino regalia iura sibi arrogarent, nevè ipsi sub generalitate dictorum iurium comprehensi intelligerentur; item ne & Religiosæ personæ, Clericique excepti haberentur, nisi ex illis, quæ per inferiores à Regibus nouiter imposita fuissent; vetera enim per immemoriale tempus exigi solita iam in d. *cap. super quibusdam* 26. *de verb. sign.* excepta erant.

Ioannes Andreas in *dict. capit. innouamus*, ex Hostiensi addit, quòd per *cap. quamquam de censib. in* 6 & *Clementin. fin. eodem tit.* prohibentur hodie pedagia de Clericis exigi, quodvè, nec Imperiali lege, nec consuetudine teneri possunt,
innuens, quòd antequam hæc iura † pro- 5
diissent (si regalia essent) tenebantur. Idem quasi innuit Abbas, qui ponit hunc casum, ibi: *in principio, Quidam præsumebant Ecclesijs imponere noua pedagia,*

gis, *super hoc Consultus Papa respondet, quòd noua pedagia sine auctoritate Regis, vel Principum constitui non debent*, & *numer*. 4. de Clericis locutus dicit, quòd Clerici non soluunt pedagia, seu vectigalia, etiam licitè statuta per dominos temporales, allegat dict. Decretales, *quamquam, & Clementin. fin.*

Ex quibus patet, quantum hi Commentatores, præter Innoc. à vero huius Constitutionis proposito, & fine remoti fuerint, cùm nulla pro Clericis, cæterisque, ad Religiosa loca peregrinantibus, ne nouis à Communitatibus, vel Baronibus oneribus grauarentur, emanauerit, nec aliquid fecerit, quàm antiquatas constitutiones innouare.

Secunda Constitutio ex eodem *Lateranensi Concilio capit*. 20. desumpta est in *cap. non minus* 4. *de immunitat. Ecclesiastica*

6 cõpilata, ac sub eodem † Alexand. Tertio Pontifice edita; qui illud ad reformandos Ecclesiasticorũ, & Curiæ mores coegit, teste Platina *in eius vita infine*, in hac de oneribus Ecclesijs impositis Clericorum, & pauperum vsibus destinatis dispositum est, ne id fieret, *Nisi* (inquit) *Episcopus, & Clerus, tantam necessitatem, & vtilitatem aspexerint, vt absque vlla exactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates (vbi laicorum non suppetunt facultates) subsidia per Ecclesias existiment conferenda*. Quam Innocentius Tertius, quintus post Alexandrum Pontifex in *secundo Lateranensi Concilio*, vigesimo quinto post priorem anno, hoc immutato, vt Pontifex Romanus consuleretur, eisdem verbis vsus, confirmauit, præcipuè ibi: *Subsidia duxerint per Ecclesias conferenda, &c.*

Ad hos textus Innocent. quem in hoc Glossa Hostiensis, Cardinal. Ioann. An. Ancharran. Butrius, & cæteri sequuntur de impositionibus, quibus Ecclesiæ tenentur, vel minimè, latè discurrit, vt ex eius scriptis pateat, illas pro bonis Eccle-

7 siarum, † Clericorum, & pauperum vsibus destinatis locutas, vt ex *primo notabili*, vbi pro Sacerdotibus, & Clericis allegat iura, quæ de Ecclesijs loquuntur, ac alia iura, quæ contra Ecclesiam faciunt sibi opponit, soluitque hoc pacto, ibi: *Quæ vsibus Ecclesiasticis dedicantur, quæ ad fundationem, vel hortum, vel mansum, vel dotem Ecclesiæ immunia sunt, cætera cum suo onere transeunt, supra de cens. lib. capit.* 1.

8 vbi ait: *Tu dic † hic appellari mansum dotem constitutam pro sustentatione Clericorum, & alijs necessitatibus Ecclesiæ*. Et statim: *Sed si alij eadem terra esset tributaria, non erit libera à tributo*. Hæc Innocentius 4. *qui post Innocentium* 3. creatus fuit quarto loco Pontifex, & Secundus post Gregorium Nonum, qui Decretorum opus compilauit, ac in quinque libros distinxit. Et certum est, veram Lateranensis Concilij mentem consecutum fuisse; nam eo temporis Prælatus erat; ipse enim vigesimo quarto post Concilium anno Pontifex renuntiatus est, vt ex Platina constat, quòdve hos apparatus Pontifex iam scripserit, quibus ob id D. Antoninus Archiepisc. Flor. *part*. 3 *tit*. 19 *cap*. 4 maiorem auctoritatem, quàm alijs Scriptoribus, tribui affirmat.

Inde licèt Glossa 4. arguat etiam ad exemptionem Clericorum quoad propria, id tamen non ex hoc textu, sed ex alijs colligit, & Ioannes Andr. *num*. 3. *verbo, Clericorum*, in hoc idem vtitur, *capit. fin. de vita, & honestate Clericorum*, statim citando. Sequunturque quàm plures, cùm ex his Decretalibus de Clericis respectiuè ad Ecclesiarum bona sermo sit.

Quarta Constitutio habetur in præmisso *cap. fin. de vit. & honest. Cler*. quo secundùm aliquos, exemptio Clericorum in bonis proprijs ad literam probatur. In ea Honorius 3. querelis Comitis Pontini motus, quòd quidam suæ terræ Clerici in negociationibus impliciti statutis illius subiacere recusabant, Episcopo Ambianensi præcipit, vt illos, si post trinam monitionem à negotijs se non abstineãt, à Clero deijciat, † & priuilegio fori spo- 10

lie

licit, quodvè *dum his se implicant, de suis facultatibus statutis, & consuetudinibus patriæ subiacere faciat*, nec nolentes defendat.

Hunc text. Glossa *fin.* Io. Andr. Ant. de Butr. Abbas, & alij meliorem omniū ad exemptionem Clericorum in bonis patrimonialibus probandam esse dicūt; hoc verò fatentur à contrario sensu euenire, vt Ioann. Andr. aduertit *num.* 6. ibi: *Vltima Glossa notat à contrario, quòd Clerici in proprijs rebus, &c.*

Idem quoque *num.* 9. ad præsentem quæstionem propiùs accedit, aitquè hæc verba: *An Clericus de bonis patris, vel*
10 *alterius, quæ successione, vel aliter † peruenerunt ad eum, teneatur soluere collectas, cùm priùs de illis soluerentur, & quid de bonis, quæ habet cum fratribus communia, vel à fratribus donata, fortè in fraudem collectarum? vide satis in Speculatore de Clerici coniug. versic. Ad huius autem, & se q.* hæc Ioann. Andr. quem sequuntur Abb. & cæteri, eadem remissione contenti.

Speculator autem loco indicato, & apertiùs *n.* 16. *vers. Sed quid si fratres*, latè hanc materiam disputat, fraudis argumenta referens, si totius partis donatio sit, nullaquè ex causa donetur, ac post multa in vtramque aurem, demum ante *num.* 18. sic concludit: *Arguè tamen, quòd Clericus & pro suis, & pro illis bonis (nempe donatis) contribuere cogetur, C. de Episcop. & Cler. de his, C. de sacrosanct. Eccles. Sacrosancta ad finem, & l. seq.* & sic finem quæstioni imponit. In ambabus his legibus, Clerici de suis, & ab alijs obtentis onera præstare coguntur, *l. de his* est 3. & à Cōstantino Maximo, Consulibus Constantio, & Iuliano altera est 8. Imperatoris Cari. Nec omittendum agi hic de immunitate onerum per Comitem Pontini in suo Statu impositorū, cuius regionis, & vicinarum in his consuetudinem Ioannes Andræas hic refert; vnde cùm hic Comes Galliæ Regis subalternus do-
11 minus fuerit, non mirum, si statutis in sua ditione, & patria oneribus Clerici † ligati, ac teneri recusatent, cum tam per dictum *cap. innouantes* 10. *de cens.* quàm ex *capit. super quibusdam* 26. illis oneribus solutos Clericos declaratū iam fuerit, quæ ab inferioribus Regum, & Principum imposita inuenirentur: nam ius vectigal imponendi nulli præter supremum Principem spectat, nec Baronibus permissum est, vt patet ex vsibus feudorum *tit. quæ sint Regalia, & l.* 2. *& toto titul. C. ne vectigal noua*, cum alijs supra *quæst.* 40. *num.* 10. conductis, & quæ fundaui in *C. Politiæ nota* 76. *num.* 1. *ad leges Iacobi fol.* 107.

Quinta Constitutio est Alexandri 4. in *cap.* 1. *de immunitat. Ecclesiastica lib.* 4. quæ apertissimè de oneribus Ecclesijs impositis in narratiua loquitur, ibi: *Priui legijs Ecclesiarum inuidi* Secundo, ibi: *Vt Ecclesiæ ipsæ in plenitudine sui iuris, & libertatis integritate lætentur.* Tertiò, ibi: *Molesti sunt nimium Ecclesijs, vt illis collectas, & tallias, & alia huiusmodi eædem Ecclesiæ prætextu bonorum, quæ acquisiuerunt, tribuant.* At in dispositiua de Ecclesijs, ac personis Ecclesiasticis pro acquisitis, & acquirendis loquitur, vt incertum sit, an de illis, vt de Ecclesiarū & bonorū ipsarū Administratoribus; an verò pro suis proprijs bonis loquatur; in dubio verò, vt determinatio argumēto, dispositiua, narratiue, † proœmiū, cōclusioni cō- 12
gruat, dicendum est, iuxta textus in *l. fin. de heredib. instituend. l. cùm pater* 77. *§. dulcissimis, D. de legat.* 2. Molin *de primogen. lib.* 1. *ca.* 5. *num.* 7. Quia *intentio legislatoris colligitur ex proœmio, seu præfatione, & proœmium dat intellectum toti legi, & sicut corpus ab anima, ita dispositio a proœmiali ratione regulatur.* Sunt doctissimi Barbosæ verba, multis Auctoribus comprobata, *axiom* 192.

Hæc autem Constitutio pro Regni Franciæ Communijs, Scabinis, Consulibus, temporalibusquè dominis iurisdictionem habentibus, edita fuit, vt alibi etiam aduerti, & infra *quæst.* 58.

Septima Constitutio est Bonifacij 8.
super † mobilibus, & fructibus ad vsum 13
comparatis, in *cap. quamquā* 4. *de censib. in*

6.qui pedagia ab Ecclesia, & Clericorũ
personis,& rebus exigi, iuxta premissam
Alex 4.Constitutionem,ea relata, exigi
vetat, si illa non negociationis causa de-
ferunt,vel deferri faciunt, vel transinit-
tunt;quæ ad hoc vectigalis genus,seu di-
camus speciem se restringit, dicẽs, illam
quoquè iure ciuili regulariter prohibitã,
vt supra *quæst*. 40. animaduersum est ex
l. vniuersi 5. versic. *proprys*, *C. de vecti-
gal*.

Octaua Constitutio legitur eiusdem
Pontificis in *cap.Clericis laicos* 3 *.de immu.
Eccl.in* 6.per quam tam Prælatis, Eccle-
siasticisquè dare, quàm Imperatoribus,
Regibusquè accipere,vel exigere ab Ec-
clesijs,Religiosis,Clericisvè sub excom-
municationis pœna collectas,tallias,de-
cimam,vicesimam,vel centesimam,suo-
rum,vel Ecclesiarum prouentuum, qui-
buscumquè priuilegijs non iuuantibus,
interdicitur.

Nona Constitutio accedit Clem.V.
Bonifacij successoris, dum *Viennensi Cõ-
cilio* interesset,in *Clem. vnic.de immunita.
Eccl.* qua derogata nominatim,statim re-
lata Decretali in *cap.Clericis laicos*,alijsq;
in hoc declarationibus, Pontifex omnes
in hac materia latas prohibitiones ad v-
nicum sensum reducit: *Volentes*,inquit,
*& firmiter statuentes,illud(contra quoscum-
què laicos exigentes ,seu extorquentes ab Ec
clesijs, Ecclesiasticisquè personis, tallias,colle-
ctas,aut exactiones quascumquè,&c)inuiola-
biliter obseruari*, † *quod super his à prædeces-*
14 *soribus nostris in Lateranensi,& Generalibus
Concilijs (quæ nos sub obtestatione diuini iu-
dicij præcipimus obseruari districtè)salubri-
ter est prouisum*.

Ex qua quicumque Canonici, Cæsa-
reiquè iuris vel mediocriter edoctus fir-
marit,cæteras super hoc editas Decreta-
les ad Conciliaria statuta limitatas fuisse,
vt supra *dict.quæst.* 40.*num.*6. expensum
est.

Habemus quoquè eiusdem Pontificis
in eodem Viennensi Concilio alteram
Constitutionem in *cap.fin.de censib.inter
Clemen*.qua Prælatis contestatur,ne cen-
suras à iure prolatas † *aduersùs eos, qui ab
Ecclesijs,vel personis Ecclesiasticis pro earum* 15
*rebus proprijs, quas non negociandi causa de-
ferunt,vel deferri faciunt,vel transmittunt,
pedagia,vel guidagia exigunt*, declarare mo
nentur;per quam antiquatem Decretaliũ
iam relatarum in *cap. innouamus*, & *cap.
non minùs*, ex premissis duobus Conci-
lijs desumptarũ pœnas innouat, & Præ-
latis, vt illas ferre non differant, incul-
cat;quæ perinde ad illas cum subalternis
dominis loquentes referri debet. Nec
enim credi potest, quòd de impositis † à
Regibus locutum idem Concilium fue-
rit,quod paulo ante in abolitione Boni-
facianæ Cõstitutionis damnauerat, quæ
(vt legi potest) in eo tantùm à premissis
Lateranensibus statutis discrepauerat,
quòd personas Imperatorum,& Regum
includere contra premissa iura prior ten-
tauerit nec alia fuit Philippi Pulchri Frã
ci Regis aduersùs illã Decretalem, aliaſ-
què querela, vt patet ex traditis per Ioã.
Villanum *lib.*8.*cap.*91.*historia* Robertũ
Guag. Paul. Æmil. Polid. Virgil. &
alios.

Vltima Constitutio præmissas decla-
rans,est *cap.super quibusdam* 26. *de verb.
signif.* Vbi Innoc.3. Comiti Tolosæ scri-
bit,prohibitionem sibi à Milone Nota-
rio, ac Legato Sedis Apostolicæ de pe-
dagijs, guidagijs, ac salinarijs à Clericis
non exigendis,factam ad ea tantùm por-
rigi,quæ non apparerent ab Imperatori-
bus,vel Regibus,vel Lateranensis Con-
cilij permissione, aut demum ex imme-
moriali consuetudine introducta,† quæ 17
per nos superiùs notata,vel ex litera De-
cretalium elicita mirè conciliant, ac fir-
missimè stabiliunt.

His ita, ac semel ad omnia premissis,
facilis quæstionis resolutio haberi po-
test, cùm per hæc iura, nec generatim,
nec in specie de bonis Clericis à laicis
donatis aliquid statutum fuerit; sed nec
de alijs publicis oneribus prẹter pedagia,
ac guidagia sermo est, sicuti nec de illis,
quæ Imperiali, vel Regia auctoritate in-
dicta sunt, tam quæ perpetuam, & inuaria-

riabilem, quàm quæ temporaneam, & casibus congruentē causam habent. Cōtrouersia verò P. Dianæ de bonis à laicis, consanguineis, præsertim, Clericis in Regno Neapolitano donatis, an ne ob id impositiones Regiæ vitare possint? vertitur: non de gabellis à Baronibus, vel à Communitatibus statutis. In quibus cōstans est, Speculatoris opinio ab omnibus amplexa præmissam, *l. de his. C. de Episc. & Cler.* seruandam esse, † qua cauetur, pensiones fiscales à possessoribus Clericis exigendas esse, ac pro translationibus recognoscendas. Nam cùm illa per Canones correcta nō fuerit, tamquam † Canonica seruanda erit, vt docet Anto. de Butrio *in cap. non minùs*, post Ioann. Andr. & Philip. quos refert tantū Abb. *in dict. c. non minùs n. 18.* verf. *D. Antonius, ex cap. 1.* vbi id expresse habetur *de oper. noui nunc.* additis, quæ tradidimus supra hoc libro, *quæst. 8.* de vi legum ciuilium à Pontificibus seruati mandatarum.

18

19

Addo hanc consuetudinē Regni Neapolitani, ex *cap. ex parte 2. de alienat. iud. mut. caus. fact.* manifestè cōprobari, dum
20 in eo cessiones actionum † in Ecclesiasticos factæ improbantur, ibi: *Quidā Clerici sibi dono, vel pretio ab aliquibus laicorū ipsorum cedi faciunt actiones, vt aduersarios ad forum Ecclesiasticum trahant, & prædam ex huiusmodi commercio assequantur.* Et statim: *Cùm igitur cessiones, & emptiones litium legitimæ prohibeant sanctiones, ita quòd iactura causæ afficiant illos, qui sibi pōtentiorum patrocinium taliter aduocare præsumūt, & ex eo sint et iā odiosæ, quòd ex fonte cupiditatis videatur procedere mādamus, &c.* Quo multa ad præsentem disputationem habentur. Primò, Clericos, vel donatione, vel emptione actiones laicorum ob-
21 tinentes † commercium illicitum exercere. Secundò, in hoc leges ciuiles Pontificem probare. Tertiò, præsumptionē iuris, & de iure inde semper hauriri; has ex cupiditate omnium malorum radice progredi, ac Clericis sub censuris vetari. Vnde fraudis præsumptionem adeo probatam habemus, ne alia probatione opus sit, quod Speculator ad hæc scribēs non aduertit in dicto *tit. de Cler. coniugat. n. 16.* verf. *Quid si fratres*, dum laicos, ac Magistratus ad fraudis probationē onerat, vt donatio infringi possit, quando ex hac Decretali Clerici præsumptione illiciti quæstus adeo onerantur, vt dubitari contingat, an ne contrarium probare possint? per ea, quæ tradunt Gloss. *in l. vitam.* in verbo *præsumptioni, D. quod metus causa, in cap. ferrum 50. dist. n.* & Canonistæ *in cap. 11 quis idem*, maximè Præpos. *num. 8. de sponsal.* Menoch. *lib. 1. præsump. 60.*

Et in omni casu, cùm de iuris Canonici interpretatione hæc quæstio pendeat, an inter bona Clericorum, quòad immunitatem, donata quoquè, ac empta ab eis (qui gabellas super eis iam soluebant) includantur, illa opinio sequenda est, quæ vsu comprobatur, quasi interpretatio iuris Canonici pars censeri debeat. vt ex pluribus Canonistis & Theologis *quæst. 28. n. 3. & 4.* probatum est, cùm maximè regulis eiusdem iuris conueniat, tam in *dict. cap. ex parte*, quàm ex *cap. 1. de cēsib.* Vbi Ecclesiæ in dote tantùm à contributionibus eximuntur, in cæteris bonis vltra necessariam dotem onera soluere tenentur, ibi. *Et si aliquid amplius habuerint, senioribus † debitum seruitium impendant*, vbi post Glossam omnes, ac etiam Abb. *n. 8.* versic *ing. ost. verbo, senioribus.* 22
Quid vero Mansus, & dos contineant, ibidem latè explicat *ex num. 4.* concludens, esse fundos ad necessaria Ecclesiæ assignatos, & præter hæc, quidquid superuenit oneratum manet; quod si hęc in Ecclesijs procedunt, multò magis quòad Clericos, & in bonis † ab alijs donatis, 23
vel iure commercij emptis procedent; hæc enim superflua sunt, & licèt Abb. *ibidem in fine verf. 15.* idē, quod de Ecclesia docuerat, ad Clericos extendit: loquitur tamen ipse expresse de patrimonio eorum, excipiens onus reale, ibi. *Facit textus in cap. fin. de vit. & honest. Cleric. vbi patet, quòd etiam Clerici de patrimonio suo non tenentur soluere gabellas, & alia onera,*

ad

ad quæ tenentur laici, secus dic, vt dixi in one re rei annexo, & perpetuo, & vide quod dixi in dict. cap. fin.

Excipit ergo Abb. Clericos, eorumq; patrimonia ex sensu contrario *d. cap. fin.* vbi de facultatibus Clericorum sermo fit, atquè vbi commercij ratione bona eorum oneribus etiam Communitatis subijciuntur. Patrimonij † verò appel-
24 latione propriè hereditas à parentibus relicta includitur, *l. cogi, D. ad S.C. Trebel. l. quantitas, l. in quantitate, D. ad l. falcid. l. 2. §. hæres, C. quando, & quib. quart. pars debeatur*, Dec. *conf.* 80. *n.* 7. versic. *Idem est*. Ruin. *conf.* 120. *n.* 10. *lib.* 3. cum aliis per D. Barbos. *appell.* 188. Hoc autem inter laicos donantes, & vendentes, Clericosquè recipientes, commercium à Pontifice vocatur, illudquè illicitum in dict. *cap. ex parte de alien. iudic. mut. causa fact.* vnde dici potest, à patrimonialibus Clericorum, rectè bona donata auelli, vt gabellis teneantur, tum quia non patrimonialia saltem propriè, tum quia ne
25 gociationis sunt. Quòd status † Clericalis integritati summè cōuenit, ne vt in Regnis Siciliæ in dies euenit, ob huiusmodi fraudes Clericalis status odio prægrauetur, Respublica ad interitum ducta, Plebs supra vires opprimatur, quod vitare voluit Pontifex in dicta *Decretali fin. de vit. & honest. Cleric.* in corpore, ibi: *Cùm igitur in Clericalis ordinis vituperium redundare noscantur, & Clericorum vita generare non debeat laicis scādalum, sed præbere honestatis exemplum*: hoc pro summa ratione habito, ne per exemptionem, quę carnalis est, spiritualis ordinis existimatio deperiret: videnda demum, quæ in hoc argumentū scripsi in *Cod. ad l. Federici nota* 105. *fol.* 275. ex Carleual. *de Iudic. disp.* 2. *quæst.* 3. & 6. *n.* 522. *fol.* 224. *tom.* 1. Ego quoque ibidem *nota* 20. *ad leges eiusdem, fol.* 152. præcipuè *nu.* 3. ex Sacræ scripturæ auctoritate ductus, & D. Bernardi doctrina. Item DD. Hieronymi, ac Ambrosii Epistolis ibi adductis: vnde patet, consuetudinem, † ac
26 Constitutiones huiusmodi interpretatiuas in Regno Neapolitano, vel alibi receptas, improbari iure non posse: rectèq; Coriolanum *ad Bullam Cœnæ excom.* 18. *fol.* 951. Prosper. de Augustin. *ad Quarantam*, verb. *vectigal*, *fol.* 632. cum Riccio, Neapolitanisquè omnibus eam approbare.

Nec quòd Duardus *dict. Can.* 18. *q.* 6. *n.* 12. dicat sine concessione illam consuetudinem improbam esse, aliquid conuincit; nam consuetudo † immemoria- 27
lis in huiusmodi materia à Pontificibus probata fuit in *d. cap. super quibusdam* 26. vers. *Vel ex antiqua consuetudine, de verbor. sign.* vt vim tituli habeat, maximè si interpretatiuam esse dixerimus, vt supra pluries hoc libro firmatum est.

Quoad onera verò imposita, an inuariabilia, & certa esse debeant, vt ad Clericos nouos possessores transeant, ex præmissis veritas colligi potest, ex quibus allati per Dianam suas opiniones hauserunt.

QVÆST. XLIIII.

An Princeps possit imponere gabellas super bonis Clericorum, qui habitum Clericalem assumpserunt sine intentione Clericandi, sed tantùm in fraudem gabellarum?

EPITOME.

1 *Clerici habitum animo gabellas fraudandi assumentes an foro gaudeant?*
2 *Habitus in fraudem assumptio, quæ mala inducat?*
3 *Clerici in minoribus, in quibus bonis foro gaudeant.*
4 *... impropriè Clerici dicuntur, vera verbi definitione attenta.*
5 *Presbiteri verè, & propriè Clerici sunt.*
6 *Iure Diuino attento, soli Sacerdotes Clerici sunt.*
7 *Clerici negociatores à Clero abijci, an in Sacerdotibus procedat?*
8 *Clericorum etiam familia iure Cæsarum à personalibus oneribus libera.*
9 *Clerici definitio, quæ, & qualis?* & num. 11.

10 *Clericus fraudator, nec Dominum possidet, nec ab eo possidetur.*

11 ... *debet Deo voueri, & ad eum toto corde conuerti.*

12 *Definitio cui non conuenit, nec definitum gaudeat.*

13 *Christus fictos discipulos reiecit.*

14 *Tributum Principibus sub peccato debetur.*

15 *Fraus, & dolus ab vnoque actu remotus esse debet.*

16 *Clericatum fraudulenter assumens, quasi hæresim committit.*

17 *Ecclesia iustitiæ auctrix, & cultrix.*

18 *Clericus ob idipsum Clericatu exuitur, quo laicus Ecclesia non gaudet.*

19 *Seruitium, si à reuera Clericis exigitur, quantò magis à fictis?*

1 REfertur pro affirmatiua † Coriolanus in *expositione Bullæ, excommu.* 18. *fol.* 950. & Prosper. de Augustino *ad summam Quarantæ*, verb. *vectigal*, qui ex textu *in l. qui sub prætextu*, *C. de sacros. Eccles* hoc firmant.

Subditur statim altera opinio negans, quæ meritò à Duardo teneri dicitur in *eod. Can.* 18. *quæst.* 7. *num* 2. *lib.* 2. ea ratione moto, quòd Clerici incedentes in habitu, & tonsura, diuinisquè inseruientes, verè Clerici (dum ita viuunt) existimantur; nec interest, si Clericatum animo fraudãdi gabellas assumpserint, ideò què exigentes ab eis gabellas in censuras incidere. Additquè P. Diana hæc adeò vera esse, vt huiusmodi Clerici diuinis inseruire opus non habeant, quidquid Duardus dicat, cùm iam firmauerit, verbis Concilij attentis, hæc tria requisita pro foro, non pro exemptione gabellarum necessaria esse.

Sed hæc quæstio tam sicco pede pertransita, † multa consideranda cõtinet.
2 Primò, illam supponere de Clericis minorum ordinum agi; quibus ad seculum postliminium patet. Secundò, hisinet liberam fictæ ad Deum conuersionis ansam præberi, proptereà illa priuilegijs, & fauoribus muniri. Tertiò, iuri Regum, & Principum impunè, imo cum premiò fraudem impingi posse; ac diuino de soluendis tributis præcepto dolosè contrairi. Quartò, quòd fraus hæc ex habitus, ac tonsuræ assumptione sufficienter vestiatur, ac pallietur, quòdvè quoquo modo, ac prætextu tributa, etiã ab his, qui Deo mancipati videntur, fraudari possint.

Quoad primum, memorare oportet, ea quæ supra *q.* 36. & 40. disputata sunt, an nempè Canonico aliquo iure Clerici † in minoribus quoad patrimonialia à 3
tributis, & gabellis exẽpti sint, ibi enim à sufficienti Decretalium numeratione, negatiua apertissimè ostensa fuit; sed nec P. Diana *resol.* 36. huius tractationis aliqua iura allegat, quæ de minorum ordinum Clericis nominatim loquãtur: nam vt ibi ostendi *cap. quamquam de censib. in* 6. de Ecclesiasticis personis de constitutis in sacris intelligendum venit, cùm ad Diuinum ius se referat, siue propriè, siue abusiuè Diuinum pro Canonico accipiamus; nam in eorum nullo de his Clericis verba fiunt. Et licèt largè, & impropriè † Clericorũ appellatione veniant, vt 4
innuunt textus in *cap. Clericum* 72. *distin.* ibi *Clericorum autem nomen etiam Psalmistæ, Lectores, & Ostiarij retinent*, notando dictionem illam, *etiam*, quæ casum magis dubitabilem explicat *l. etiam* 159. *D. de verbor. signif. l. etiam* 4. *C. de susp. tutor.* mille apud Barb. *dict.* 112. *nu.* 1. Attamen, vbi propria locutio optatur, † Præsbyter venit, *cap.* 37. *de persona* 11. *q.* 1. vbi 5
Imperatoria Constitutio de Clerico etiã in fauorabilibus, vt in fori præscriptione per D. Gregorium Pontificem pro Præsbytero capitur, & de eo, qui omnino Deo dicatus est, & pro illo omnia tẽporalia abiecit, cui dominus sola pars est, intelligit D. Hieron in *ca.* 5. *Clericus, & cap.* 7. *duo sunt* 12. *quæst.* 1. Quæ intelligentia diuinis Scripturis ab eo relatis conformior est, & in materia vniuerso Christi populo onerosa ad onus vitandũ amplectenda venit. Eò maximè, quia Bonifacius ibi de personis Ecclesiasticis locutus est, quæ revera, & perpetuò, membra,

ibra,& partes Ecclesiæ futuri sint, nō de illis, qui ad libitum ad seculum redire possint. Quòd verò propria optetur locutio, satis probatum est, dum Bonifacius ad ius Diuinum exemptionem refert,in quo † non nisi Præsbyteri locum
6 Apostolorum implentes cogniti sunt,vt Couarr. *cap.* 31. *pract. ad fin.* scitè aduertit,& diximus supra *quæst.* 36.

Alter textus in *cap. fin. de vit. & honest. Cleric.* quatenus ibi præcipitur Clericos,
7 si negociationibus non se abstineant, à priuilegio Clericali excludi, † quasi id in illis, qui ad sacros ordines promoti fuerint, statui non potuerit: tollitur ex alia Innocentij 3. Decretali in *cap. à multis.* 9 *de ætat. & qualit. ordin.* vbi Vrbani 2. Decretum refertur, quo Præsbyteri, Diaconi,& Subdiaconi, si castè non vixerint,ab omni eorumdem graduum dignitate excluduntur.

Demum *l. Præsbyteros, C. de Episco. & Cler.* allegatio cessat, quæ de personali-
8 bus† muneribus tātùm locuta fuit,à quibus immunes Clericos,ac Ecclesiæ tum
4 etiam seruos,esse omnes fatentur, vt per Innocent. in *cap. non minùs, n.* 6. *innuitur*, cum alijs superioribus quæst. cumulatis.

Quod si hæc de Clericis minorum ordinum ad Deum ex corde conuersis tam iustè controuertuntur,quis dicet fictè,& fraudulenter non in sortem Domini electos, sed intrusos immunitate frui debere?

Ad secundam animaduersionem ostium aperiūt duæ præmissæ Hieronymi Epistolæ in Decreto congestæ in *cap.* 7. *Clericus,& cap.* 9. *duo sunt*, dum in prima dicitur: *Propterea Clerici dicuntur, quia de sorte Domini sunt, quia ipse Dominus sors,id est,pars Clericorum est, & quia vel ipse pars Domini est,vel Dominum partem habet,talem se exhibere debet,vt ipse possideat Domi-*
9 *num, & ipse possideatur à Domino.* † *Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit, pars mea Dominus, nihil extra Dominū habere potest.* At qui Clericatum animo tātùm fraudandi Principes suis tributis,& vectigalibus assumit,nec à Domino possidetur, quia fallax est, fur perinde,& latro, qui non per Dominum verum ostiū in ouile intrat, sed more lupi in sepes irrumpit. Ioan. 10. 1. nec Dominum pos-
sidet,quia fraudandis † gabellis insistit, 10
auro nempè,& argento, illoquè alieno: & cùm hæc possideat, vel inhiat illa possidet, ac ab illis possidetur: *Vbi enim est thesaurus tuus,ibi & cor tuum*, Matt. 6. 19. Benè D. Hieronym. *ibidem*, versic. *Verbi gratia, si aurum*. In secunda sic dicitur:
Sunt † Clerici Deo deuoti, videlicet conuersi 11
κλῆρος enim Græcè, Latinè sors. Inde huiusmodi homines vocantur Clerici, id est, sorte electi. Omnes enim Deus in suos elegit, (& post aliqua) *Rasio verò capitis est temporalium omnium depositio: Illi enim victu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia cōmunia*. At isti,quos describit Duardus (& mihi persuadeo in
Ecclesia, nequaquam vt tales haberi, & 1
si habentur non recipi, nec foueri) nec à Domino electi in suos sunt, quia nolunt eius esse,nec temporalia abiecerūt, cùm ob illa tantùm hoc titulo liberè possidēda Clericatum ambiunt: nec tantùm sua communicant, quinimo aliena iniustissimè fraudāt. Cùm ergo his diffinitio † 12
non conueniat, nec definitum applicari debet, *l.* 2. §. *appellata*, & ibi DD. latè, *D. si cert. petat.* Barbos. *axiom.* 67. *in fin.*

Christus enim Dominus discipulos
ipsos, † si fortè corde ficto ei famularē- 13
tur,ad abeundum inuitauit, Ioan. 6. 68. nec neminem aliud intendentem pro suo habuit, imo expressè reiecit, Matth. 19. 22. Inde Paulus sic monet Galatas *cap.* 6. 7. *Nolite errare, Deus non irridetur, quæ enim seminauerit homo, & hæc metet*. Apertiùs Petrus *Epist.* 1. *cap.* 1. *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes*, & v. 16. *Quasi liberi, non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei*. Iterum de fraudibus inter Christianos prohibitis, Paul. 1. *ad Corin. cap.* 6. 6. *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudē patimini? sed vos iniuriam facitis,*

&

& fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui Regnum Dei non possidebunt? De Christianis iam ex Tertul *in Apologe. ad gentes*, & Plin. diximus sup. *q.* 34 *lib.* 1. & alibi, ipsos hoc peculiare habuisse, ne tributa fraudarêt. Per hāc verò Duardi doctrinā id licitè fieri posse docentur, & quod peius est, sub Clericatus, & Dei famulatus specie, quod pessimum, exemplo, ac Religioni nostræ indecorū videtur.

Ad tertiam aduerto, præceptum hoc de soluendis Principibus sæculi tributis in lege gratiæ diuinum esse, ac sub peccato obligare, † ex Christi Domini sentē-
14 tia tam scita, qua Pharisæis cum laudis præconio eum fallere tentantibus super censūs solutione respondit: *Soluite quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo*, cū Pattum explicationibus, Ecclesiæquè vsu, traditis supra *q.* 11 *nu.* 11. & alibi. Ab his, partim ex Principum beneficentia, partim à iuris Canonici declaratione exemptæ Ecclesiæ, ipsique, ac Deo operam præstantes Clerici per rationes supra quoquè exptessas, *quæst.* 37. quæ illis tantùm fauere debent, qui eo animo se ipsos diuinis dicant, vt verè Deo, & Ecclesiæ seruiant, non iis, qui ordines petunt per id tantùm, vt sub vmbra Clericatus, exemptione contra Canonum, & Concilij Tridentini mentem *sess.* 23.
15 *cap.* 6. fruantur. Nā semper † ab vnoquoque actu, fraus, & dolus excepta censentur, *l. emptorem*, §. *qui autem*, *D. de action. empti*, *l. creditor*, §. *Lucius*, *D. man.* nec dolo, & fraude aliquid agenti illa patrocinari debent, *l. ne ex dolo.* 12. *D. de dolo*, *cap. ad nostram de emption. & vendit. capit. cum de vniuersor. de rer. permut.* latè, & post mil le more suo, famosus Giurba *obseruat.* 1. *num.* 25. *tom.* 1. vbi quòd nullum est fraudis, doliquè prœmium, *l. ita demum* 31. *D. de recept. arbit.* aliique ab eo citati, & iterum *obseruat* 49. *n.* 5. vbi quòd nemo ex dolo suo lucrum habere debet, quodvè semper illis obstandum est, meliùs *obser.* 76. *in fin.* verf. *Cæterum*; exemplo autem pernitiosum esset, vt qui ob fictæ Religionis crimen, ac Clericalis sacratissimi Ordinis illusionem † atrocissimis pœ- 16
nis tanquam de illo malè sentientes, puniendi forent; ob hoc idem immunitate gabellarum contra ius Principum à Deo firmatum fruerentur.

Demum, quia hac sententia admissa, error opinionis induceretur, quòd nempe quoquo prætextu tributa, ac vectigalia fraudari possent, quodquè Ecclesia ad id ostium aperiat, quod absurdissimu, vitandumq; erit; Ecclesia enim iustitiæ † 17
auctrix, licet Clericatui, vt talis est, faueat, non tamen Principibus, & Reipublicæ aliquid, quod iure gērium eis competat, vel ex naturali ratione, multoquè magis, si Diuino præcepto, ius Principū innitatur auferre intendit, vt diximus *q.* 32. *lib.* 1. & alibi latius. & licèt ad Clericatum laicos euehendo, ex mutatione status per consequens immunitatem largiatur. Hoc tamen tunc agere velle censenda est, cùm reuera ex toto corde conuersio ad seruiendum in ea Deo sequatur, non vbi eius sinu Clericari volentes abutantur, *Sanctæ Ecclesiæ opinionem coinquinando*, vt in simili D. Gregor. *in capit. bis qui in furtis* 14. *q.* 6. quem retuli *q.* 9. *num.* 16. *lib.* 1. Alludunt illa, quæ de excludendis ab Ecclesiæ confugio illis, qui in eam peccant, diximus *lib.* 1. *q.* 2. & 3. & *quæst.* 24 *n.* 10. cùm ea, quæ confugiē tem excludunt † & Clericum à suo fo- 18
ro secernant, vt ex Gambacurta, & Farinacio dixi sup. *lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 11. *fol.* 95.

Ex his ergo, hanc Duardi opinionem, nullatenus puritati Religionis nostræ cōuenire patet, nec Ecclesiæ, ac Pontificis decori, veriùsquè videri, huiusmodi fictos, ac fraudulentos Clericos ab omni foti præscriptione excludendos, ac à sinu, & congregatione Ecclesiasticorum eliminandos fore. Multòquè magis, si inutiles, nulliquè seruitio addicti in habitu, & tonsura (quò fraudem palliate possint) incedant: nam si continuū seruitium, etiam in verè conuersis ad omnia opus est, vt tamquā Clerici habeantur, † 19
quan-

quantò magis quoad hos, qui facie tenus Clerici videri volunt, quò foro, & immunitate fruantur?

QVÆSTIO XLV.

An licitè Senatus Panormitanus, & alia Respublica exigant gabellas ab Ecclesiasticis animo restituendi eas in fine anni?

EPITOME.

1 *Gabellæ an exigi à Clericis possint animo in fine anni restituendi?*
2 *Immunitas gabellarum, an vt illa fori, renunciari non possit?*
3 *Clerici ne tributa soluant, vnde interdictū,* & num. 7.
4 *Exactorum violentia, & extorsio in Decretalibus notatur.*
5 *Publicani à Clericis vetitas gabellas recipientes, si spontè soluant, censuras non incurrunt.*
6 *Libertas præualet, vbi actus in specie prohibitus non reperiatur.*
7 *Gabellæ, quòd ab inuitis Clericis exigi vetentur, Benedictus Pontifex edixit.*
8 *Prælati Hispani probatissimi viri Regis necessitati spontè occurrunt.*
9 *Vsuras Clerici omnino vitare debent.*
10 *Subditus in præiudicium superioris foro non renunciat.*

NEgantem opinionem, refert primò P. Diana ex Duardo *lib. 2. ad Bull. Cœnæ can. 18. q. 15 n. 3.* Alterio *de censu. tom. 1. disput. 19 lib. 5. capit. 3. fol. 734.* addens, Duardum velle, aliquid pro
1 cumulo Clericis restitui debere † pro interesse in fine anni, vt hæc consuetudo sine scrupulo amplecti possit. At ipse putat, consuetudinem ob Clericorum consensum, & voluntatem valere; dum ex hoc eorum immunitas non tollitur, sed differtur.

Hinc oritur quæstio, an ne exigentes volentibus Clericis gabellas citra metū, vel violentiam in censuras incidāt? quòd est videre, an Clerici huic immunitati gabellarum ex aliqua Decretali † renunciare 2
(sicut de Iudice sortiendo, in *cap. significasti de for. compet.* statutum fuit) prohibiti sint, vt regulæ *cap. scienti 26. de reg. iur. in 6. cap. tuum 39.* vers. *Nisi de testib. cap. ad Apostolicam de reg. iur. cap. si de terra 6. de priuil. l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cler.* cum similibus, quibus iuri suo cuique cedere datum est, locus esse non debeat?

Videmus enim in dies publicanos à quàmpluribus Clericis transeuntibus, vel ex eorum rebus gabellas, si illi non resistant, exigere, aliosquè donatiua, & talleas spontè subire; vnde videndū erit, an dantes, recipientesquè peccent, indequè censuras incurrant? Ad quod præmittendum erit, in toto iure Canonico non nisi in *cap. Clericis laicos 3. de censur. in*
6. † ipsis Ecclesiasticis spontaneam etiā 3
gabellarum solutionem prohiberi: nam nequè in *cap. nimus, nec in cap. aduersùs, de immun. Eccle.* de spontè soluentibus agitur, nec *cap. fin. de vita, & honest. Cler.* directè de hac immunitate disponit, licèt eam, vt certam, & firmam limitet, secundùm aliquorum intelligentiam.

At in *cap. 1. de immunit. Eccl. lib. 6.* apertè de his dispositum inuenitur, qui *nituntur, & student, vt illis*, Cōmunijs nempe, Cōsulibus, & Scabinis *collectas, & talleas, & alia huiusmodi eædem Ecclesiæ, prætextu bonorum, quæ acquisiuerunt, tribuant, & persoluant.* Quæ verba vim, & nimiam in
exigendo † malitiam demonstrant: aper- 4
tiùs Bonifac. 8. *in capit. quamquam 4. de cens.* hanc eandem Alexand. Constitutionem inuocans, compulsiuis verbis vtitur, ibi: *A præfatis Ecclesijs, aut personis pro personis ipsis, aut rebus prædictis talia exigat, vel extorqueat, vel per se, vel per alium suo nomine, vel etiam alieno, aut eas ad huiusmodi persoluenda compellat.* Eisdem quoque verbis vtitur Clem. V. in Concilio Viēniensi *in Clem. vltim. de censib.*

Hinc Glossa in *d. Clem. fin.* verbo, *extorquent*, mota ex dicta locutione, tenuit in pœnas in illa contentas, recipientem à
spontè soluentibus † non incidere; quam 5
Abb.

Abb. noſter *ibidem num.* 5. laudat per hęc verba: *Recipientes vectigalia à Clericis ſpontè ſoluentibus, non incidunt in pœnas, de quibus hic, & in cap. quamquam eodem tit. lib. 6 per text. ibi exigunt, vel extorquent, & hoc voluit hic Gloſſ. verb. extorquent.* hæc ille. Ratio eſt prædicta, quia nullibi Clerici ſpontè ſoluere vetantur, nec laici ex ita ſpontè ſoluentibus accipere; nam licèt in iudicem non ſuũ conſentire prohibiti fuerint, *cap. ſignificaſti* 18. *de foro cõpet.* hoc tamen à iudicio diuerſum eſt,

6 præualetquè potiùs iura † præmiſſa, quibus cuique de re ſua liberum arbitrium, & moderatio conceditur, *l. in re mandata* 21. *C. mand.*

Non obſtat Bonifacij Conſtitutio in *d. cap. Clericis laicos*, nam vt alibi diximus *per Clem. vnic. de immunit. Eccl.* derogata fuit, nec tantùm illa, ſed cæteræ ad eam declarationes, reductaquè omnia ad Cõciliaria ſtatuta in *capit. non minùs, & cap. aduersùs*, vbi nihil de ſpontè recipientibus diſpoſitum eſt. Notatquè Io. Andr. quòd ante Bonifacium Benedictus Cõ-

7 ſtitutionem illam, † quoad ſpontè ſoluẽtes moderauerat, quam poſtmodum Clemens quoad omnia aboleuit, vt certum ſit dicere, non modo ex ea in oppoſitum argui nõ poſſe, verũ quoquè per derogationẽ rectè inferri, licitè Eccleſiaſticos dare, Principes etiam recipere poſſe, vt

8 multos † Hiſpaniarum Prælatos ſumma cum laude pro iuuanda Republica, & Rege noſtro pijſsimo feciſſe experimur.

Ex his patet, quantùm à iuris Canonici principijs deuient, negantes poſſe Clericos ad finem anni ſolutas penſiones, & gabellas repetere, interimquè pendere, cùm etſi illas omnino remittere vellent abſque proprij priuilegij læſione poſsẽt: excuſari quoquè potuiſſe quod affirmatur, vſuras pro dilata exactione deberi,

9 quorum præſtationẽ Eccleſiaſtico † ſtatui indecoram diiudicamus, ad *cap.* 1. *ex corpore*, ibi *Plures Clericorum, quod maren tes dicimus, &c. de vſuris*, vbi enim lucrũ ceſſans referre non poſſunt, atq; ab illo ſectãdo prohibẽtur, nec minùs damnũex modici temporis tranſcurſu, *ad l. ſi debito ri* 21. *D. de iud.* Nec refragatur foro renunciari non poſſe; nã in eo Eccleſiaſtici Iudicis damnum conſideratur, cuius ſuperioritati ſubditorũ renunciatio † præ- 10 dicare non poteſt, vt in *C. Siculo fo.* 378. 78. *n.* 52. *in fin.*

QVÆSTIO XLVI.

An ſi Princeps, vel aliqua Reſpublica propter aliquam iuſtam cauſam augeret tantillum pretium carnis, vini, olei, &c. vt illud plus conuertatur in illam cauſam, non quidem in grauamẽ Clericorũ hoc faciens principaliter, ſed generaliter in grauamen omnium, incurrat in excommunicationẽ Bullæ, ſi talem gabellam à Clericis exigat?

EPITOME.

1 *Princeps an augeat in modico pretium ad publicam cauſam adiuuandam?*
2 *Eccleſia, & Clerici directò, & primariò onerari non poſſunt.*
3 *Cenſura ex Canonica determinatione, ac prohibitione procedunt.*
4 *Principes ſupremi in materia indictionum à cæteris Communitatibus diſcreti.*
5 *Pretium modicè augere à pedagiorum exactione multùm diſtat.*
6 *Princeps ſi iuſta cauſa ductus pretia modicè augere poteſt fauore venditoris, cur non pro publica cauſa?* & poſt n. 8.
7 *Salzedi nouiſsimi ſcripta, & labores commendantur.*
8 *Princeps ne intentione Clericos grauandi pretia augeat, ſummè caueat.*
9 *Bulla Cœnæ in Canonici iuris munimen cenſuras indicit.*
10 *Clericis taberna, vbi ſine onere emant, licitè aſsignantur, ſi bonitate, & menſuris res vendenda, vt in cæteris fruantur.*
11 *Eccleſiaſtici, quæ ſibi non nocent, profuntquè Principi, concedere tenentur.*

1 VEritas communis opinionis, tenentis pro affirmatiua † fauore supremorum Principũ ex traditis supra *q. 39.* *& 40.* constare videtur, vbi posse eos ob iustam causam, quæ cõmunẽ Clericorũ, atque laicorum vtilitatem concernat, vbi quoque generaliter gabellam imponant, non animo principaliter Ecclesiasticos grauandi, sine incursu censurarum illam exigere, ostensum est. Omnes enim Canones, qui pro gabellarũ exemptione loquuntur, hunc casum non solùm non comprehendunt, verùm illum excipere videntur, dum de oneribus directò Ec-
2 clesijs impositis, eo animo, † vt eas principaliter grauent, & in eas omnia reijciant, loquuntur. Iterum de Communitatibus, alijsquè ministris loquentes supremos Principes, hoc ipso, quòd eos nominare omittunt, excludunt, sicut docent Palac. Rub. *de benefic.* §. 11. & ex multis Matta *decis.* 193. Azot. *instit. moral. lib. 6. cap. 23. quæst. 3. & 7. tom. 2.* cũ alijs in materia derogationis iuris Regũ per Salzed. *de lege Polit. lib. 2. cap. 13. nu.* 38. *verf. Et licèt.* Idem Diana *resolut.* 75. *huc tractatione.*

Patet ergo hunc casũ minimè cõprehendi ex sufficienti Decretalium adductione, quæ ad incurrendas censuras, pri-
3 mariò, & vnicè attendenda est, † cũ per legis Canonicæ prohibitionem peccatũ incipiat esse, quòd non erat, iuxta Apostoli doctrinam ad *Rom. cap. 5. verf. 13.* ex quo censuræ tantùm incurruntur, *cap. sacro 48. de sent. excomm.* cum alijs supra *q. 41 num.* 10.

Ecce enim *in cap. innouamus 10. de censib.* iuncto *cap. innouamus de treg. & pace,* (quæ Decretales, vt iam diximus, vnam faciunt) nihil de augmento pretij à Principe supremo ob iustam causam statuto dicitur, cum de exactionibus à transeun-
4 tibus † agatur, quæ inferioribus à Principe vetãtur, exceptis nominatim Imperatore, ac Rege, quibus cõcordant *c. 23. si quis Romipetas, & cap. seq. 24. q. 3.*

Et in *cap. non minùs, & cap. aduersùs de immun. Eccl. de oneribus, & angarijs Ecclesijs per Consules, Rectores, alios què potestatem habentes,* non imponendis agitur; dato exemplo tollatorum, expeditionum bellicarum, & aliorum, ne de bonis Ecclesiarum, & Clericorum, pauperumquè Christi vsibus destinatis compleerentur, In quorum (id agentium) numero primò Reges non veniunt. Secundo, nec quod pretio ob iustam causam augetur, opera personaliũ appellatione venire potest.

Tertiò *in cap. 1. de immunit. Eccl. in 6.* de Scabinis, Consulibus, alijsquè iurisdictionem in Regno Franciæ exercentibus sermo est, qui Ecclesijs infesti *collectas, & talleas, & alia huiusmodi prætextu bonorum, quæ acquisiuerunt, imponunt, vt ea vt extra manus ponãt, cogunt,* nihil nec de Regibus, nec de pretio commestibilium augendo, vel ne locutus.

Quartò *cap. quamquam 4. de censib. libr. 6.* nominatim de pedagijs, & guidagijs, *ne pro rebus Ecclesiarum, ac Ecclesiasticorũ, quæ aliis non negotij causa transmittuntur, non exigendis,* loquitur, vetans id *per Collegium, Vniuersitatem, vel aliquam singularem personam cuiuscumque dignitatis* præcipi, ac indici. Quod ad quæstionem præsen-
tem induci posse nemo dixerit, † qui pe- 5
dagiorum, & guidagiorum naturam nouerit, de quibus latè Ioan. Andr. Abb. & cæteri ibi apud Hispanos *peage,* quod à plebeis etiam pro vilitatis rebus peditur. *General* verò illud, quod ab omnibus pro nouis, & pretiosis exigi solet: & apud Italos Datium vocatur, de quo Salon. *tom. 2 de iust. & iur. tit. de vectigal. contro. 2. §. gabella generalis, fol. 433. & 440.*

Hoc idem *Clemen. fin. de censib.* firmauit addito Præsulibus præcepto, vt censitas contra exigentes publicarent, in cętero antiquas Decretales innouans, nec aliquid addens.

Ex quibus patet, per neminem horum Canonum, augmentum minimum pretij, etiam fauore vendentis prohiberi. At si Princeps iustè lucro venditoris illud tribuere poterat (cùm ei pretia statuere etiam ab Ecclesiasticis † seruanda spe- 6
ctet) multò magis causæ publicæ applicate

care poterit. Nam, quòd Principi pretia imponere competat, est communissima omnium traditio, vt ex Deciano *tractat. crim. tit. de fraud annon. fol.* 142. Mart. *de iurisdict. p. 4. casu* 1. *ex n* 48. Franc. *decis.* 9. *ex n.* 3. Laiman. *lib. 4. tract. 9. n.* 3. Castil. *tom. 7. controu. c.* 8. *n.* 28. & *per tot.* fundaui in *Cod. Sicul. ad leges Iacobi, nota* 75. *fol.* 106. Addendi Auend. *de censur. ca.* 32. Lassarte *de decim. cap.* 10. *n.* 3. Mexia *in pragm. taxa panis concl.* 5. *nu.* 39. Salas *de emption. & vendit. dub.* 9. *n.* 2. *& de legib. lib.* 3. *cap.* 34. *n.* 8. Sayrus *in claui Regia lib.* 3. *c.* 4. *n.* 17. P. Diā. *p. 1. tr.* 18. *tract.* 2. P. Arauxo, qui mihi prò multis est *in* 1. 2. *q.* 97. *disp.* 3. *sect.* 5. *diff.* 4. *n.* 9. vers. *Quod autem*, quos refert diligentissimus, summaquè remuneratione dignus Salzedo,
7 ob labores † pro Republica impensos in tractatu illo tam vtili legis Politicæ componendo, ille inquam *lib.* 1. *cap.* 4. *ex n.* 5. *per tot.* maximè *n.* 18. intelligendus per tradita supra *quæstion.* 8. hoc libro 2.

8 Meritò ergò, & iure optimo infrascripti docuere † hoc licitè Principi supremo permitti, si principaliter animo grauandi Clericos id nō agat, Angel. *verbo, immunitas n.* 42. Siluester *eodem verb.* 1. *quæst.* 6. *n.* 22. Cotiolan. *ad Bull. Cœna excomm.* 18. *fol.* 949. Lopez *instruct. p.* 2. *cap.* 40. *fol.* 127. Malder. *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 11. *in fin.* quos refert Diana hic, dicens pro hac facere Henriq. *in summa lib.* 5. *cap* 15. *n.* 5. Rosellam *vers. pedagium n.* 17. Richar. *quodli.* 2. *q.* 30. Astes. *in su. lib.* 3. *tit.* 3. *art.* 4 & concedere videntur, vbi summa modica sit, Scribentes pro statu Ecclesiastico Hispano in *Allegatione* Regi nostro, anno 1633. tradita, vbi latè, latissimèquè tuetur Abbas Gloritius *cons.* 6. iuxta quem fuit decisum, vt retuli *d. nota* 75. *n.* 2. & vbiquè gentium moderata in auctione seruatur.

Non obstat Canon Bullæ Cœnæ allegatus, nam ibi quoque, vbi hæc Bulla recepta fuerit, verba à Diana relata tunc
9 censuras irrogant, quoties † cōtra ius Canonicum directè, vel indirectè gabellæ Clericis imponuntur. Bulla enim illa nouos casus nō inducit, sed imprecationes, & dyta contra eos, qui Canonicas sanctiones super immunitate violant, quorānis explicat, & nouas consuetudines, ac abusus improbat, & ne induci, vel allegari possint, è vestigio impedit. At, vt fundatum est, nulla lege Canonica id vetatur, imo potiùs è contrario sensu permittitur: ergo, &c. Quòd verò Bulla in eos, qui, iure aduersante id agunt, cēsuras promulget, patet in illis verbis *nisi in casibus à iure permissis*, benè Sayrus *de censur. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 5. Sousa *in relect. Bull. c.* 16. *n.* 1. Tolet. *instruct. Sacerd. lib.* 1. *c.* 27. *n.* 3. Suarez *de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 78. *in fin.* vers. *Nihilominus, fol.* 345. ex Nauar. & alijs, quos retuli *contro.* 3. *n.* 9. Ado D. Barbos. *claus.* 91. *n.* 5. vbi alios cōcordantes adducit.

Princeps autem iure pretia constituit ex præmissis: iure impositiones ob bonū publicū, ac vtrisque commune, ex relatis supra *q.* 39. statuit. Nec aliud ius Canonicum ei refragatur, vt sufficienter probatum est. Non iure ergo in Bullam Cœnæ incidere docetur, multòquè minùs improbandus etiā Henriq. *loco præmisso in gloss. lit. P.* qui vbi auctio pretij multum lædat, cōsuluit tabernam separari ad præbenda Clericis alimenta licitè posse; eo quòd dicatur † ex hoc ad emendum vno 10 loco Clericos coarctari; nam eis alimenta denegari tantùm prohibitum est, vt infra *q.* 55. dicemus, quòd verò iusto pretio, & qualitate magis vno, quàm alio loco ad bonum publicum emant, nullibi vetitum legitur, quinimo ipsos magis naturalis æquitatis illa, ac † Euangelica re- 11 gula ligati, quòd illis non nocet, Principiquè prodest concedere, ac præstare, spontè debere, ne iniqui redarguantur, *ex l. penult. C. de pret. Imper. offi.* vers. *Nisi fortè.* Ego *contr.* 3. *nu.* 15. ex Ennio *in C. fol.* 427. Et de hac scripsi *d. nota* 75. *in Cod. ad legem Iacobi*, vbi alia.

(.5.)

QVÆSTIO XLVII.

An Clericus negotiator statim ante trinam monitionem teneatur soluere gabellas, & Princeps laicus illas ab illo possit licitè exigere?

EPITOME.

1 *Clericus negotiator an antè monitiones gabellas soluat?* & post num. 5.
2 *Clericorum vita laicis non scandalum, sed exemplum generare debet.*
3 *Negociatio omnis Clericis interdicta.*
4 ... *Clericis antiquo iure vetita.*
5 *Clericos moneri debere ob negociationem ius nouum induxit.*
6 ... *soluere debere gabellam pro negociationibus etiam non monitos, communiter docetur.*
7 ... *intra monitionum tempus non nisi in rebus exiguntur.*
8 *Negociatores, qui dicantur?*
9 *Operandi materia Clericis permissa, illa quæ proprijs manibus peragitur.*
10 *Fructus seruantes, vel exportantes maioris lucri gratia, vel aliorum labore operãtes negociatores sunt.*
11 *Emere, vt cariùs vendant, Clericis interdictum.*
12 *Modica quantitas empta, quæ necessarijs superfit vendi iterùm potest.*
13 *Animalia ad pascua propria sumenda, an vt vendatur, emi possint à Clericis?*

1 ALiqua ad hanc quæstionem † adduxeram in *Cod. Siculo ad leges Federici, nota* 105 *fol.* 275. vbi Honorij 3. respõsum ex corpore integrum traditum est, relatum in *cap. fin. de vita & honest. Cler.* vbi ad querelas Pontini, & Monostroli Comitum contra Clericos negociationibus implicitos, qui statutis patriæ quoad illa subiacere renuebant, his verbis statuit: *Cùm prædicta in Clericalis ordinis vi-*
2 *tuperium † redundare noscantur, & Clericorum vita generare non debeat laicis scandalum, sed præstare honestatis exemplum. Mãdamus, quatenus, si tales tertiò à te commoniti ab huiusmodi non resipuerint, seu prætermissis Diuinis officijs, negociationibus insisterint supradictis, eum facto priuilegium abijciant Clericale. Tu quominus, dum his se implicant, vt de suis facultatibus, statutis & consuetudinibus patriæ subiaceant, non defendas eosdem.*

Duo in his Pontifex præcipit, primũ aliàs in iure Canonico statutum, quod nempe Clerici negocijs impliciti à Clero abijcerentur, addens ad eorum fauorem, prius ter ab Episcopo monendos; antea enim eo ipso eijciebantur, vt patet ex eruditissima Epistola D. Gelasij 1. *ad Episcopos Lucaniæ, cap. consequens, distinct.* 88. ibi: *Plurimos Clericorum negociationibus inhonestis, & lucris turpibus inhiare, nullo pudore censentes Euangelicam lectionẽ, qua ipse Dominus negociatores ex temp. o verberatos asseritur expulisse, nec Apostolica verba recolentes, quibus ait: nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus: Psalmistã quoque Dauid surda dissimulantes aure cantantem: Quoniam non cognoui negociationes, introibo in potentias Domini. Proinde huiusmodi ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni † CVIVSLIBET negociationis ingenio, cupiditatequè cessandũ, aut in quocumque gradu sint positi. Mox à Clericalibus officijs cogantur abstinere.* Nihil ergo fauoris Honorius Comitibus illis indulsit, vt trina monitio præcederet, vbi nulla antea requirebatur. 3

Alterum, quod statuit, illud est, vt pro negociationibus statutis patriæ subiacerent, nempe, vt pretia seruarent, vectigalia soluerent. † Quod etiam antea ex præmissis Canonibus decisum fuerat, dum ob negocium à Clero extorres fiebant. Et postea expressiùs Bonifacius Octauus declarauit in *capit. quamquam de censibus in* 6. ibi: *Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & guidagia penitus nõ teneri, nec ad exhibendum, vel soluendum talia pro rebus suis proprijs, quas nõ causa negociandi deferunt, vel deferri faciunt, seu trãsmittunt.* 4

Licèt ergo Honorius fauore Clericatus

tus induxerit, ne statim, nisi ter moniti
à Clero abijcerentur, quatenus ob nego-
5 ciationem immunes † essent, nihil noui
statuit; nam nullibi in toto Decretalium
iure pro illa immunitate donati fuerant,
quòd Bonifacius innuit, dum antiquio-
res Constitutiones refert. Frustra ergo
hæc disputatio à nostris assumitur, an
etiã quoad immunitatẽ gabellarũ amit-
tendam trina monitio requiratur? cùm
toto iure attento, nulla immunitas pro
negociationibus indulta fuerit. nec de il-
la impartienda Honorius, sed de tollẽda
in dicto *cap. fin.* egerit, quod postmodum
& Alexander 4. & Bonifacius 8. expres-
siùs declararunt: ex quibus fit opinionẽ
Lopecij *instruct. par. 2. cap. 41.* Sosae
in Bulla Cœnæ *ca. 19 disp. 92. n. 3. infi.*
Rodrig. *in summ. tom. 2. cap. 75. num. 11.*
Ledesmę *tom. 2. tract. 17. cap. 2. conc. 17.*
Molfes. *tom. 2. tract. 12. cap. 22. n. 173.*
Less. *lib. 2. cap. 33. dub. 3. n. 23.* Ioan. de
la Cruz *in direct. conscien. par. 1. precept. 7.
art. 3. dub. 1. conc. 1.* Reginald. *tom. 1. lib.
9. cap. 25. n. 179. in fin.* nullo iure fun-
dari, minimísquè ex *dict. cap. fin.* elici posse,
cùm expressis, rotundísquè iuribus ob
negociationes gabellarũ immunitas Cle-
ricis sublata fuerit, benè in *cap. recolentes,*
vers. *Quia dignum, de statu Monach.*

Communis vero sententia cùm Pon-
6 tificum † præmissis responsis innitatur,
ineuitabilis est, vt ex præmissis patet, do-
centquè Malder. 2. 2. *tract. 5. cap. 6. dub.
9.* Portel. *in dubijs regul.* vers. *Tributum,
n. 5.* Ioan. de Heuia *in tract. de comm. libr.
1. cap. 14. nu. 10.* Prosper. de August. *in
add. ad summam Quarantæ, verb. vectigal.*
Turrianus *tom. 2. in 2. 2. disp. 44. dub. 4.
num. 12.* & alij.

Distinctio verò per P. Dianã allata cũ
principali opinione, quam retulimus,
cuiusquè veritatem ostendere conati su-
mus, eadẽ est; nã Clerici in negociatio-
nibus nullo priuilegio ex Canonibus fru-
untur, imo ob hoc ipsum, quòd contra
diuina, ac Apostolica præcepta illas exer
cent, à Clero eijci debent: hoc autem ho
die, nisi priùs ter moneantur, non euenit,
ac per hoc meritò dicimus, trinam mo-
nitionem ad amissionem priuilegij ne-
cessariam esse, nempè, vt tanquam nego-
ciatores ab omni exemptione cum statu
Clericali secludantur: nam nec in rebus,
quas negociationis causa deferunt, vel
immittunt, immunes à gabellis sint; nihil
ex *cap. fin.* noui disponitur, sed Prælato,
cui rescribebatur, quid agere debeat, ostẽ
ditur, vt nempe illos Clericos interim
statutis, & cõsuetis patriæ oneribus sub-
iacere sineret, nec in illo, in quo negocia-
bantur, eos defenderet, vt docui *dict. not.
205 num. 2.* Hoc autem addidi, vt hoc
trium monitionum † spacio durante 7
etiam pro mercimonijs ipsis personæ
Clericorum nullatenus tangerentur, nã
vsquequò illæ lapsæ sint, vti Clerici ha-
beri debent, vt ex Bœrio *decis. 246. nu.
4.* Gutierr. *de gabell. cap. 19 n. 89.* & alijs
ibi probatum est.

Negociatores verò, qui dicantur, † 8
non satis vsque adeò patet; nam D. Chri
sostomus *homil. 38. ad cap. 21. Matth.* re-
latus *in cap. eijciens 88. distinct.* hoc pacto
illos describit: *Ostendam ergo, quis non est
negociator, vt qui talis non fuerit, eum intel-
ligas esse negociatorem. Quicunque rem com-
parat, non vt ita integram, & immutatam
vendat, sed vt materia sibi sit, inde aliquid
operandi, ille non est negociator. Qui vero rem
comparat, vt integram, & immutatam ven-
dendo, lucretur, ille est mercator, qui de tem-
plo eijcitur.* Quæ verò dicatur quoad Cle
ricos † operandi materia, in alio textu 9
explicatur ex Concilio Maguntino in
cap. 1. ne Clerici, vel Monachi, vbi quæ Cle
ricis vetantur enumerãs, ait: *Negocium in-
iustum exercere, nec tamen iustum negocium
est contradicendum propter necessitates di-
uersas; quia legimus, Sanctos Apostolos nego-
ciatos fuisse*: alludens ad testimonium A-
postoli de se 1. *ad Corint. cap. 4. vers. 12.
Laboramus operantes manibus nostris*; & in
Actis Apostol. *cap. 20. vers. 34.* vbi E-
phes. locutus sic refertur: *Argentum, aut
aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut
ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erãt,
& his, qui mecum sunt, ministrauerunt ma-*

nus sta? Negocium verò illud Apostoli
exemplo permittitur, quòd manibus pro
prijs laboratur, ipse enim coria auro, vel
argento pingebat: sicquè qui rem emit,
vt manibus suis illam in meliorem for-
mam reducat, ac ob inde aliquid ad vitæ
commoditates lucretur, negociator non
est. Qui vero agri, vel animalium fructus
10 triticum, oleum, vinum, † legumina, &
cætera huiusmodi, lanam quoquè, & linũ
sericum ob id seruat, vel emit, vt maius
pretium obtineat, vel vt per operarios
mutet, vel ex vno ad aliũ locum perdu-
cat, vel vt lucretur enauigat, negociator
est, idem, si res operari per alios facit, vt
maiorem lucrum obtineat, cùm secundũ
Canones istos, operando proprijs mani-
bus, non alienis, rem pretiosiorem effi-
cere posit, adde *cap. quid est aliud.* 88. *di-
stinct. & cap.* 1. *de empt. & vend.* Innocen.
benè *n.* 2. *&* 3. quẽ sequitur Ioan. And.
11 *in dict. cap.* 1. *ne Cler. vel Mon.* vbi, quòd
non licèt emere, vt † cariùs vendant,
quòdquè omne id quod fit ob cupidita-
tem lucri, inhonestum efficitur, ac Cle-
ricis interdictum, secundùm Innocent.
ibid. n. 3 Vendentes verò sine hac cupidi
tate fructus sui beneficij currentibus pre-
cijs negotiatores non esse notant, Mexia
in Pragmat. taxæ panis conclu. 5. *num.* 29.
Gutierr. *de gabell. q.* 93. *n.* 25. secùs si fru-
ctus sint, vel empti, vel ex alieno agro
conducto, etiam suo labore percepti, idẽ
quæst. 63. *n.* 68. *&* 72. Ricc. *resol.* 317.
n. 10. nec qui empta ad sui vsum, si ali-
12 qua supersint, carius vendit, quàm eme-
rit; si tamen † minima quantitas fuerit:
alios cumulat D. Barbos. *appellat.* 162.
cui supplendum est, tunc Clericis anima-
13 lia, vt in suis pascuis pingues reddantur
emere permitti, si prædia † alijs locanda
pretio communi non inueniant; nã si lo-
care possint, illa educare ad vendendum,
prohibendi sunt; negociatio enim est, &
reuenditio ex præmissis iuribus, in quo
allegat Carol de Gras *effect.* 6. *num.*
18. Molin. *disput.* 342.
num. 14.

QVÆSTIO XLVIII.

An Principes imponentes gabellas, licèt iustas super bonis Ecclesiasticorum, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ?

EPITOME.

1 *Censura an ob gabellas iure permittente impositas incurrantur?*

2 *Imperatoribus, ac Regibus ius nouarum gabellarum indicendarum nemo abstulit,* & post num. 12.

3 *Concilium Lateranense Reges nominatim à prohibitione imponendi vectigalia excipit*

4 *Ecclesiæ à sordidis muneribus exemptæ.*

5 *Correctio instantanea non præsumitur.*

6 *Dictio* alius *similes casus complectitur.*

7 *Fautores cum delinquentibus excommunicans supremos Principes non includit, qui passiuè fautores non habent.*

8 *Reges perpetuo iure regnare, nec in mutabilitate regiminum includi.*

9 *Statuta pro speciali Regno ad alia non porrigi.*

10 *Vectigalia pro venalibus rebus iure communi vetita.*

11 *Reges generali locutione in fauoribus, non in odijs includi.*

12 *Collectarum Ecclesijs imponendarum in materia Concilium Lateranense seruandũ est.*

13 *Generalis locutio propriè, & de dispositis in littera intelligenda.*

14 *Permissum censeri debet habenti pro se regulam, quodcumquè expressè prohibitũ non fuerit.*

15 *Bulla Cœnæ contra peccantes in ius Canonicum, censuras declarat.*

16 *Exceptionem, regulam confirmare.*

17 *Reges in nonnullis casibus iure Canonum probante, tributa, & vectigalia Clericis imponunt, sæpiùs eo non improbante.*

18 *Inquisitores, ac à Secretis Inquisitionis hæreticæ prauitatis, an de impositis iure in Clericis, ipsi contribuant?*

19 *Stipendiatos ex publico gabellas non soluere.*

20 *Inquisitores in Regnis Hispaniarum tributa non soluere.*

PEndet hæc quæſtio à diſcuſsis iam in antecedentibus quæſtionibus, relatione Canonum, & Auctorum, an ne
1 in aliquo caſu Principi † ſupremo gabellas, quæ promiſcuè ab omnibus exigantur, imponere liceat? Nam ſi Canonibus nequaquam contradicentibus, iure ſuo vtatur, in cenſuras illum incidere nemo dicet, cum vt in *quæſt*. 46 præcedenti, *n*. 9 oſtenſum eſt, ſicut cenſuræ ſine peccato non incurruntur, ita nec peccatum ſine lege vetante datur, nec lex, niſi ab habente poteſtatē, ferri poteſt, *l. fin. C de legibus, cap*. 1. *cum ſeq. & tota diſtinction*. 4. Vnde quidquid ſine expreſſo Canone à Scribentibus contra Principes extēſum eſt, cenſuras nequaquam parere poterit, vt ex integra *q*. 41 .*lib*. 1 .haberi poteſt.

Cùm ergo relatis omnibus Decretalibus de hac immunitate loquentibus, nullibi Regibus, ac Imperatori iuſtas ob
2 cauſas, quæ bonum commune, † ac promiſcuum Clericorum, laicorumquè cōcernant, gabellas imponere vetitum ſit, nec in illis, niſi de impoſitis à Communitatibus, vel particularibus dominis, ob priuatas Communitatum ipſarum vtilitates agatur, conſequi videtur, ipſos, vt non expreſſos, iure ſuo cauſa iuſta interueniente, ſine cenſurarum incurſu vti poſſe, nec in Bullam Cœnæ incidere, hocquè eſt, quod docuit grauiſsimus Doctor Nauarr. in *Manual. cap*. 27. *nu*. 61. qui meliùs, quàm cæteri mentem Bullæ, vt qui familiariſsimus Pontificibus fuit, aſſequi potuit, quem ſequuntur Graffius *lib*. 4. *cap*. 18. *nu*. 84. *part*. 1. *deciſ*. Villal. *in ſumma tom*. 1. *tract*. 17. *dub*. 20 *nu*. 18. Souſ. *in Bull. Cœnæ cap*. 6. *diſp*. 41. *concl*. 3. *n*. 3. Salon. *tom*. 2. *in* 2. 2. *quæſt*. 78. *artic* 5. *contro*. 2. Alterius *de cenſur. tom*. 1. *diſp* 6. *lib*. 5. *cap*. 10. *fol*. 507. Filliu. *tom*. 2. *tractat*. 16. *cap*. 5. *num*. 105.

At quia dicunt incurrere excommunicationes in *cap. quamquam de cenſib. lib*. 6. & alijs Decretalibus contentas. Operę precium eſt iterum Decretales illas per compendium excurrere, & primò iam oſtenſum eſt in *cap. innouamus de cenſib*. iuncto *cap. innouamus de treg & pace*, ambobus ex *cap*. 15. Cōcilio Lateranēſi ſub
Alexādro 3. deſumptis, ſpecificè Reges † excipi, quod iterum declaratum eſt in *cap. ſuper quibuſdam* 26. *de verb. ſignt*. Secundò principaliter *in capit. non minùs de immunitat. Eccl*. ex eodem Lateranenſi Concilio *cap*. 20. deſumpto: *Contra Cōſules Ciuitatum, Rectores, & alios poteſtatē habentes, qui onera Eccleſijs ad ſtiſſata, expeditiones, ſeu alia qualibet imponebant, ac de bonis earum, Clericorum, & pauperum Chriſti vſibus deputatis, volebant cuncta compleri*: vbi vetatur id in poſterum fieri, niſi Epiſcopus, & Clerus neceſsitate ducti in ſubſidium contribuere velint. Per quod nec Reges includuntur, nec de impoſitionibus in genere, ſed tantùm de ſordidis, & perſonalibus muneribus, quorum
Eccleſiæ † immunes erant, diſponitur, 4
vt ex probatiſsimis Auctoribus ſupra *quæſt*. 39 oſtenſum eſt. At quòd Reges incluſi in ea diſpoſitione non fuerint. Patet primò, quia in *cap*. 15. eiuſdem Concilij excepti fuerant, nec correctio ex tā
breui † interuallo præſumitur, *l. cùm hic* 5
ſtatus 32. §. 1. *in fin. D. de donat. inter vir. & vxor. l. præcipimus in fin. C. de appellat*. Cardin. Thuſc. *concl*. 330. *num*. 73 *lit. I.* Barboſ. *axiom*. 60. *num*. 7.

Secundò, quia diſpoſitio etiam generalis eos non includit, niſi in ſpecie exprimantur, vt ſupra *q*. 42. *n*. 19. probatū eſt. Tertiò, quia hæc Decretalis de Communitatibus, inferioribuſquè poteſtati-
bus loquitur, alijſquè ſimilibus † ex vi, 6
ac dictionis, *alij*, natura, de qua Cardin. Thuſc. *lit. D. concl*. 245. *num*. 5. D. Barb. *dict*. 26. *n*. 3. vbi quòd intelligitur de ſimilis qualitatis perſona.

Demum, quia manifeſtè de inferioribus Concilium locutus eſt, dum tā Con-
ſules, & alios, quàm ſuos fautores † cen- 7
ſuris ſubijcit, quod Regibus non conuenit, qui cùm maiores omnium ſint, præter Deum, & S. Pontificem, ad neminem relationē habent, vt fautores obtineant, qui cenſuris ſupponi poſsint, vtpote ante omnes homines, & ſolo Deo, eiuſquè Vi-

Vicario minores, vt ex Tertulliano, & alijs dictum est supra *lib. 1. quæst. 7. n. 35 & 36 fol. 58*. Vnde ipsi fortè fautorũ nomine venirent, vt quibus alijs fauere cõuenit. In idem est Innoc. 3. in altero Cõcilio sententia in *cap. aduersùs eodem tit.* qui apertiùs de Consulibus, ac alijs temporalibus in *dict. cap. non minus*, dispositũ
8 fuisse commonstrat, † dum præcipit, vt censuras, etiam si regimen mutatum fuerit, donec satisfecerint, sustineãt; ex quo nisi cæcutimus, Reges perpetuo iure regnantes, sempiternum in hac vita dominium obtinentes exclusos in vtraque Decretali firmiter assetendum videtur.

Tertiò principaliter idem confirmatur in *cap. 1. de immunit. Eccl.* vbi Alexander 4. aduersùs consimiles personas Gallicæ ditionis (licèt censuras nominatim non irroget) actus tantummodo annullãdo decernit, ibi: *Sanè intelleximus, quòd in Regno Franciæ Cõmuniæ Scabini, seu Cõsules, & alij domini temporales, & ij, qui iurisdictionem in ipsis Communijs Ciuitatibus, Castris, & villis temporalem exercent, vel quibus in illis commissa est executio iustitiæ*
9 *sæcularis, &c.* In quarum personarum † relatione, & expressione, Reges præcipuè, aliorũ Regnorum includi nemo dixerit, cùm de Consulibus, & Iusticiarijs, communiquè Vicarijs loquatur, quibus omni iure id agere vetitum est, ex *l. 2. & 3. C. vectigal. noua institui non posse*, & tangũt expressè post Ioan. Andr. Canonistæ in *cap. 1. de immunit. Eccl. in 6.* & in *cap. non minus*. vt supra latiùs traditum est.

Quartò, Bonifacius 8 in *cap. quamquã 4. de censib. in 6.* præcedentem Decretalẽ innouauit, censurisquè munijt, his verbis additis: *Vt nec Collegium, nec Vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, conditionis, aut status, à præfatis Ecclesijs, aut personis pro personis prædictis, aut rebus tacta exigat*. Sunt ista exigi vetita, *Pedagia, & guidagia pro rebus ad vsum, non negociationis gratia delatis, vel trãsmissis*, quorum in principio dixerat, tum Canonico, cùm Ciuili iure prohibita esse, alludens ad præmissum *cap. 15.* Lateranensis Concilij, in dicto *capit. innouamus* contento, & ad text. in *l. vniuersi 5.*
C. de vectigal. per quæ † huiusmodi vecti- 10
galia pro rebus ad vsum delatis, vel trãsmissis à Communitatibus, & Ciuitatibus contra quoscumque exigi vetabantur. Quæ Decretalis, licèt ad supremos Principes referri posset, si fauorabilis esset, quia tamen pœnalis est, ad similes expræssis extendi, non ad Reges debe-
ret, † iuxta doctrinam Mandosij *ad Ro-* 11
man. cons. 31. vers. Quacumque. P. Sanctarel *var. resol. quæst. 2. nu. 21.* post Ruin. *cons. 103. num. 9. lib. 3.* Cardin. Tusch. *lit. B. concl. 351. n. 9.* Barb. *dict. 317. n. 1. in fin. & num. 12.* etiam *in fin.* datoque, (quod firmare supersedeo) eos amplecteretur, non tamen ad alias exactiones, quã ad pedagia, & guidagia trahi posset, illa eadem, quæ à priuatis, & laicis exigi vetantur.

At si addatur Clementina *fin. de censib.* quæ à Clement. V. in Viennensi Concilio edita fuit, vbi Prælatis, vt cõtra exigẽtes pedagia, guidagia, vel censuras à iure prolatas promulgẽt, inculcatũ fuit. Iũcta alia Clem. *vnic. de immunit. Eccl.* vbi Bonifacij Constitutione in *cap. Clericis laicos*, alijsquè declarationibus de Regibus nominatim loquentibus derogatis, contra quoscumque laicos exigentes ab Ecclesijs, personisquè Ecclesiasticis, talleas, collectas, aut exactiones quascumquè id præcipit obseruari; quod in Lateranensi,
& Generalibus † Concilijs statutum fue- 12
rat, moderans, ac omnia ad *cap. non minùs, cap. aduersùs, & cap. innouantes*, reducens. Per eamdem eò magis euidens fit, in generali illa dispositione Reges non venire, nec aliud in hac materia, quàm Conciliaria statuta attendi debere, vt supra latiùs disputatum est, *quæst. 42. n. 19.*

His breuiter repetitis, cuicumque veritatis amanti constare poterit, non insanisse Nauarrum, licèt senem, nec minùs alios, qui Bullæ censuras pro iustarũ gabellarum impositione non incurrere Reges firmauerunt: nam nullibi in toto Sacratissimo Canonum iure Regibus iu stas

iustas pro Republica impositiones indicere sub censuris vetitum est: ac concesso *cap. quamquam*, incorrectum, ex *Clem. fin.* remanere, illudquè ob dictionem, *quicumquè* Reges ligare, adhuc id de pe-
13 dagijs, guidagijsque pro rebus ad vsum † exigendis, intelligendum esse, nec ad alia extendi posset, *cap. 1. de reg. iur. in 6. cap. Pastoralis 14. §. quoniam de rescript. l. in toto iure 81. D. de reg.* Et in pœnalibus, & prohibitis, *l. sanctio 41. D. de pœnis*, cum mille similibus Cùm certum sit in huius
14 modi censeri † permissum omne, quod prohibitum in lege non inueniatur, *cap. nuper 26. vers. In secundo, cap. cùm illorum 32. de sent. excom. cap. omnes*, & ibi Gloss. *dystinct. 3. cap. 1.* vbi Gloss. verb. *non inuenitur de trasl. Præl. l. nec non 28. vers. Sed si lex non prohibeat, D. ex quib. cauf. maior. l. ab ea parte, 5. D. de probat.* cum alijs similibus per Menoch. *præsumpt. 16. num. 2. lib. 6* adde *l. præcipimus 32. in fine*, vers. *Quidquid autem hac lege specialiter non videatur expressum, C. de appellat.* Auth. *cui relictum*, vbi Bart. *C. de ind. vid. tollen.* ibi: *Nisi quatenus in lege sit expressum.* Mand. *consf. 773. n. 10. vers. Nam lex.*

Et hic est sensus iuridicus Can. 5. Bullæ Cœnæ; nam excommunicantur omnes gabellas Ecclesijs, † Clericisquè, *nisi*
15 *in casibus à iure permissis* imponentes; ex iniurium verò relatione, quæ prohibita fuerint, & quibus iam ostensum est: citra ergo casus illos prohibitos regula pro Regibus manet, qui in iure Diuino fundatã intentionem habent, ex traditis supra *q. 35.* per totam, & *quæst. 42. n. 19.*

Quivè ob id, præterquam in exceptis à Canonibus fouendi, & manutenendi sunt: exemptio enim Ecclesiæ, ac Cleri-
16 corum † exceptio regulæ est, quæ in specificè exceptis locum habet, regula in cæteris manente, *l. quæsitum 12. §. deniquè, D. de fund. instruct.* Gloss. *in Rubric. de reg. iur. in 6.* Dec. *in cap. cùm dilecta. n. 6. & 7. de confirm. vtil.* & alij apud Barb. *axiom. 85. num. 4.*

Hinc Duard. ad *Bull. lib. 5. can. 5. q. 6. n. 15.* & Megala *p. 3. lib. 3. cap. 4. n. 14.* quos laudat P. Diana hìc, Decretalibus non perpensis, oppositum affirmare visi sunt; nam illa argumentatio, *Bullae excõmunicat imponentes gabellas Clericis, nisi in casibus à iure permissis, sed ius non permittit vllas imponere*, ergo, &c. Vitiosa ex præmissis apparet, cùm † dentur casus, vbi 17
Reges licitè gabellas imponant, iure nẽpe Canonico non repugnante, cùm eo ipso, quod non repugnat, permittere videatur, vt iure suo Reges vtantur, quibus regula permissiua assistit, vt dictum est. Hinc illa ad Bullam irrefragabilis omnium opinio, vt contra iure communi innitentes, censuras proferre non censeatur, de qua supra sæpiùs, & in *Patrocinio iurisdictionis Inquisitorum* non semel vsi fumus.

Sed an impositis in casu à iure Canonico non excepto gabellis per Regẽ nostrum, & vbi Clerici contribuere iure 18
coguntur, † Inquisitores, ac Secretorum actuales Ministri, qui eadem cum eis exẽptione gaudent, comprehendi debeant, cùm, & ipsi partim Ecclesiastici sint, partim eodem iure habeantur? Putant aliqui, nullam maiorem rationem dari, cur non comprehendantur. Sed errant profectò: nam Inquisitore, præterquam Clerici sunt, in egregia dignitate constituti, paulò minores Episcopis, munus publicum, Christianæquè Reipublicæ apprime, & primariò necessarium exercẽt, ac ob inde stipendio publico fruuntur, idem cæteri à Secretis fidei ministerijs necessariò, & continuò addicti. At vbi quis stipendijs publicis † ali debet, nullis 19
muneribus, nec oneribus subditur, sicut Fiscus, ac Princeps ob id nulla tributa, nec vectigalia persoluit; item nec Professores, qui Principis stipendio viuunt, *l. medicos 6. vers. Mercedes etiam, l. vlti. C. de profess. & med. lib. 11.* His enim propriè hodie illud Apostoli *ad Cor. 1. cap. 9.* conuenire videtur, cùm spirituale, & tam necessarium opus curent, de quo dixi in *Cod. Polit. nota 21. ad leg. Martini, n. 1. & 2. fol. 341.* Hinc, ratione tamen hac non adducta, id firmant Rojas *de hæret. tit. de pri-*

priuil. Inquisit. num. 241. & sæpiùs à dictis Regibus nostris piè, sanctèquè referi
20 ptum est, † vt omnigenæ doctrinæ vir D. Solorzan. refert *lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 16. *tom.* 2. *de gub. Ind.* ne vllo pacto, vllavè occasione Inquisitores, & præmissi in aliquo conribuere cogerētur. Nam cùm Rex salaria præstet, minùs dare videretur, indequè resarcire omni iure cogēdus foret. Ad circuitus ergo vitandos satius est nunquam exigi, quod firmiter tenendum est.

QVÆSTIO LXIX.

An Princeps laicus iustè statuendo pretium legitimum vini, vult postea super emptore laico imponere gabellam, quam extra pretium legale iustum dandum venditori debeat ipse emptor tribuere pro bono, & necessitate publica. Quæritur an talis gabella sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

EPITOME.

1 *Princeps an vini pretium tantillum augere in sui beneficium possit?*
2 *Respublica potest ex causa pretium in modico augere ab emptore soluendum.*
3 *Auctio pretij non ob id facta, vt exemptus lædatur, iniuriosa non est.*
4 *Damnum per accidēs, & in consequentiam proueniens agenti non imputatur.*
5 *Onus gabellæ si facit rem viliùs vendi, & statuentes id respexerint, ab exemptis soluendum non est.*
6 *... vbi in taxatione pretij à principio per taxantes consideratur, non iure ab exemptis exigitur.*
7 *Emptores fructuum Ecclesiæ an ad gabellas emptoribus impositas teneantur?*
8 *... Fisci à gabellis minimè exempti.*
9 *Ordinaria onera emptoribus imposita emptor Ecclesiæ rerum soluere tenetur.*
10 *Gabella, si ex actu separato soluitur, emptor rerum Ecclesiæ soluere tenetur.*
11 *Priuilegium Reale sequitur rem, etiam non exempta persona, secus si personale.*
12 *Priuilegia Ecclesiæ an sint realia, vt ad emptores transeant?*
13 *Princeps ea intētione gabellas imponens, vt onere subditos obliget, culpandus nō est.*
14 *Quod principaliter agitur attendendum.*
15 *Ecclesia in corporalibus aliquas incommoditates ob Rempublicam patitur.*

VT certa ab incertis in hac quæstione segregemus, species illæ, quæ non nisi statutis pretijs vendi possunt, ab illis, quibus ad libitum vendentium pretium regulatur, distinguendæ sunt: nam P. Diana, proposita quæstione † in vino, 1
Auctores in separatis speciebus, ac omnino diuersis adducit. Iterùm separanda venditio, quæ (vt aiunt) minutatim fit, ab illa, quę in magna quantitate celebratur.

His ita separatis, dicēdum venit, quòd aut agitur de onere emptori laico imposito vltra pretium iustè, & rectè statutū, vino, vel alteri speciei minutatim vendendæ, & idem quod supra traditum est *quæst.* 46. firmandum omnino videtur. † 2
Nam cùm Respublica, non attento ad onus imponendum, legitimum pretium pro tempore præscribit, si quid vltra emptòri imponat, nemini iniuriā facit, dum suo iure vtitur, nihil additura pretio, si onus illud imponendum non esset; argumento *cap. cùm Ecclesia* 21. versic. *Quia, de elect. l. iniuria* 1. *l. iniuriarum* 13. §. 1. *D. de iniur. l. si in meo* 21. *de aqua plu. arcend. l. fluminum* 24. §. *vlt. l. proculis* 18. *D. de damn. infect.* & hoc est, quod in effectu docuit Feder. de Senis *cons.* 111. *num.* 10. quem cum alijs sequitur Rein. *in cap. Ecclesiæ S. M. n.* 99. *de constit.* Supponunt enim, quòd nec in primo † inten- 3
tionis, nec in secundo executionis, ob id minuitur quoquomodo pretium, quòd inde gabella emptori imponenda sit. Sed quòd reuera solum emptorem onerare velit, vt illud plus iusto pretio addat. Tūc enim verissimum est, quod ex Menoch. *casu* 562. *num.* 46. *cent.* 6. *de arbitr.* Velazq. *de iure emphit. q.* 17. *n.* 5. Molin. *de iust. tom.* 3. *tract.* 2. *dispu.* 663. *n.* 5. *in fin.* alijs-

alijquè supra *q. 46.* affirmatum est, dā-
num (si quod fortè ex hoc Ecclesiasticis
4 sequeretur) attendendum non esse, † vt
quod secundariò, & per accidens nul-
lo consilio, nec fraude ad id considera-
ta euenit. Addit P. Dian Henriq. *in sum.*
lib. 10. cap. 15. nu. 6. gloss. lit. V. Rodrig.
tom. 4. cap. 166. n. 7. & q. regul. quæst. 74.
art. 7. tom. 3. qui de gabella à vendenti-
bus laicis soluenda agunt, etiā quòd per
id emptores Clerici cariùs emant, aliaq;
argumenta, & Auctores pro hac addu-
cens.

At quod Auctores pro opposita opi-
nione considerant, nempe in pretio sta-
tuendo è vestigio onus gabellæ imponē-
5 dæ considerari, vt nempe † viliùs, ac in-
feriùs pretium constituatur, quoniam
emptor laicus gabellam præter illud so-
luturus est; si fortè ad id respiciant, certè
Clericos grauare videntur, in quo ponde
randæ omnino sunt auctoritates per Dia
nam relatæ, ex Molin. *d. disp. 668. n. 2. in*
fin. & 678. num. 6. tom. 3. tract. 2. post
eumdem Turr. *2. 2. disp. 46. dub. 8. n. 9.*
tom. 2. Mald. *in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 5*
in fin. Vazq. *in oper. de restit. cap. 6. §. 2.*
dub. 9. n. 52 Bonac. *de contr. disp. 2. q. 9.*
punct. 1. n. 4. quæ in pretijs rebus minu-
tatim vendendis, nequaquam procedere
possunt, cùm in eis nūquam gabella præ
oculis habeatur.

Possunt ergo id agere in taxationibus
tritici, olei, serici, & vini in quantitate
egregia vendendi, vbi aliter, quàm ad sta-
tutam taxam vendi non possunt (quod
rarò euenit) nam in huiusmodi citra an-
nonæ charitatē liberum cōmercium per
mittitur, in quibus, si onus emptori lai-
6 co imponitur, ac in taxatione † pretij de
onere ratio habetur gabella, nisi alio iu-
re ob iustam causam sustineatur, clandi-
care poterit, si taxationi omnino standū
esset, de quo Zerola *in praxi Episc. p. 1.*
vers. Gabella, quæst. 4. per Dianam rela-
tus, loqui mihi videtur.

Cæterùm alia est quæstio de gabella
emptoribus imposita, quæ ob sui quan-
titatem euidenter pretium diminuit, vbi
illud arbitrarium vendentibus est, nulla-
què taxatio præcedit, in quo magna est
controuersia, an emptores † fructuum 7
Ecclesiæ illam soluere teneantur? elicita
à consimili in Fiscalibus emptoribus dis-
putatione, an nempe, qui à Fisco emunt,
eadem Fisci immunitate fruantur, iuxta
textum in *l. locatio, siue conductio 9. §. mer-*
catores, D. de public. vbi Paulus ait: *Fiscus*
ab omnium vectigalium † præstationibus im- 8
munis est. Mercatores autem, qui de fundis
fiscalibus mercari consueuerunt, nullam im-
munitatem vendendi publici vectigalis vsurpa-
re possunt: ex hoc textu Bart. quem plures
sequuntur, concludit emptorem, qui ab
Ecclesia emit, gabellas emptoribus im-
positas soluere teneri, † si ordinariæ sint, 9
secùs si extraordinariæ, alludens ad tra-
dita per Innocenc. & antiquiores in *ca-*
pit. non minus, relatos supra *quæst. 42. &*
sæpiùs, & hanc distinctionem communi-
ter teneri fatetur Abb. *in capit. ex parte de*
decim. Barba *in tract. de Principe, n. 174.*
Ioannes de Amicis *consil. 18. num. 6. cum*
seq. Ruin. *cons. 89. n. 6. lib. 1.* Bursat. *cons.*
25. n. 6. Cancer. *lib. 1. var. cap. 14. num.*
74. Gutierr. *de gabell. lib. 7. quæst. 44. n.*
5. vers. Non obstat.

Contra hanc Bart. opinionem aliter
distinxit Bald. *cons. 31. lib. 1. Quòd aut o-*
nus gabella contingit in actu separato, † pu- 10
ta emi frumentum ab Ecclesia, & illud ex-
porto per loca, in quibus gabella colligitur. Pri
mo casu non videtur statutum loqui de con-
tractibus celebratis cum Ecclesia, quia per
indirectum esset contra libertatem Ecclesiæ;
nam tantò minùs Ecclesia venderet rem suā,
quantum est illud onus; pluribus enim ven-
ditur res libera, quàm res onerata, tam lege,
vel pacto. Ista ratio subtiliter ponitur, D. de
seruis export. l. si venditor. Si autem istud
onus contingit in facto separato, quod nihil ha-
bet commune cum origine contractus, tunc
emptor tenetur soluere, quia factum emptoris
nihil habet commune cum facto Ecclesiæ, in d.
§. mercatores: hunc sequuntur Dec. *consil.*
48. Alciat. *cons. 216. n. 7.* Rol. *consil. 61.*
num. 18. lib. 4. Rimin. Iun. *cons. 724. nu.*
47. lib. 6. Gabr. *cons. 156. num. 3. & cons.*

161. n. 3. lib. 2. Surd. cons. 525. num. 17. Peregrin. *de iure fisc. lib. 6. tit. 5. num. 25.* alios præter hos citat P. Diana in præsenti.

Alij verò tenent ad exemptionis priui-
11 legium respiciendum esse, † nam si ad personas respiciat, in emptores, vt tertios non transibit; sin verò reale foret, rebus concessum, in quoscumque transiret, quam docuit Glossa *in Clem.* 1. verb. *excolendas, de decim.* vbi quòd si *verba eximunt terras priuilegiatorũ ab hoc onere, coloni colentes illas de priuilegio participant; si verò eximunt personas, tunc licèt illi de sua parte soluant, Coloni non exempti de suo soluũt.* Sequitur Cardin. *ibi n.* 21 & 22. Imola *num.* 14. Abb. *in cap. ex parte, el* 1. *n.* 4. *de decimis.* Ferret. *cons.* 102. *num.* 13. *lib.* 2. Decian. *cons.* 51. *n.* 14. & 15. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 276. *n.* 7. & decisum in Rota *decis.* 23. *num.* 5. & 6. *tit. de priuil. in antiquis,* eadem *decis.* 23. *n.* 5. & 6. *par.* 2. *diuersor.*

An verò priuilegia Ecclesijs concessa
12 sint realia, † non leuis est dubitatio; nam Genuensis affirmatiuam absolutè tuetur *prac. q.* 15. sequitur & Thoro *priui.* 161. *in summ. priuil. pia causa.* At Bald. *d. cons.* 31. vers. *Licèt Bart. dicat*, consulens pro Ecclesia ingenuè fatetur priuilegia personalia esse, reprehenditquè Bart. vt inconsideratè locutum, ibi: *Quod salua reuerentia doctoris mei verum non est, quia mutato statu personæ, rei statum conuenit immutari, vt C. de impon. lucratiua descrip. lib.* 10. *l.* 1. & *quod ob reuerentiam Clericorum, & Ecclesiæ conceditur, eos non egreditur, vt D. solut. matrim. l. alia, § elegantèr. Vnde Colonus partiarius benè soluit decimas de sua parte, licèt Monasterium, à quo conduxit, non solueret de sua portione; quia diuersitates personarum separationem recipiunt.* quem sequuntur supra relati.

Et conuincit priuilegium hoc personale esse, illud, quòd ad Colonos non trãseat, non ad Clericorum hęredes, non ad emptores ex contingentibus post cõtractum; nam si reale existimaretur, cum re ad quemcumque transiret, benè Modestinus in *l priuilegia* 196. *D. de regul. iur.* 16. *priuilegia quadam causæ sunt, quædam personæ, & ideo quadã ad haredem transmittuntur, quæ causæ sunt, quæ personæ sunt ad haredem non transeunt.* Videndus Bal. *in l. maritum, D solut. matrim.* Crauet. *consil.* 404. vbi alij, Gabr. *cons.* 161. *n.* 4. *lib.* 2. vbi quando dirigitur ad bona æqualiter, Catol. Tapia *in l. fin. D. de constit. Princi.* 2. *par. cap.* 3. *num.* 74.

Ex his videtur, emptorem fructuum Ecclesiæ soluere gabellam teneri, si emẽtibus indicta fuerit, nec obstare, quòd Ecclesia viliùs vẽdere cogatur, quòdvè per indirectum ipsa soluat; quod in specie obseruauit Tacitus de vectigali seruorũ ex emptoribus ad venditores translato, Ann. 12. ibi: *Vectigal quoquè quinta, & vigesima venalium mancipiorum remissum specie magis, quàm vi, quia cùm venditor pendere iuberetur, in partem pretij emptoribus accrescebat.*

Nam cùm Princeps suos subditos ementes adstringat, † nec id agat, vt Ec- 13
clesia lædatur, sed tantùm ius suum exequens, iniuriam facere dicendus non est; nam in omnibus quod principaliter agi-
tur, attendi debet, non † quod in conse- 14
quentiam venit, *l. qui exceptionem* 40. *D. de cond. indeb. l. si quis nec causam* 4. *in princip.* vbi Bal. *D. si cert. pet. l.* 1. *C. ad l. Cornel.* Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *num.* 5. Barb. *axiom.* 12. *num.* 9. Inde Colonus Ecclesiæ soluit gabellam de fructibus, licèt per hoc ipsa viliùs vendat, Gutier. *quæst.* 44. & 87. *num.* 11. Bonacin. *in Bulla Cœna, disput.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. Molina *disputat.* 663. *num.* 5. *tom.* 3. Maria *casu* 112. *nu.* 7. *par.* 4. Alter. *de cens. lib.* 5. *cap.* 6. *disput.* 19. *fol.* 741. *lit. B.* & alij alibi adducti. De Colono partiario supra dictum est: multasquè alias incommoditates subit
Ecclesia intus † Rempublicam constitu- 15
ta, ne commercia intereant, vel retardẽtur, illaquè suffert, vbi directò ad illam lædendam non dimanent.

At quia Panormitana Vrbs directò, & è vestigio impositionis id cogitabat, vt Clericos comprehenderet, illaquè priuato

uato communitatis iure imponi cogitabatur, vt rectè P. Dianam consuluisse puto, aliter supremo Principi cōsulturum, si ob bonum publicum emptores grauare voluisset, vt supra *q.* 46. notatum est.

QVÆSTIO L.

An Princeps posſit imponere, & exigere gabellam ab Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ?

EPITOME.

1 *Princeps an posſit gabellas ab Equitibus Religioſis exigere?*
2 *Equites militiarum Clericis coniugatis æquiparari.*
3 *... verè Religioſi exiſtimari debent.*
4 *Seculi curas habentes gabellarum immunitate non gaudere.*
5 *Equites militiarum Canonica immunitate non gaudent.*
6 *Filius militis Religioſi naturalis non ſpurius eſt.*
7 *Equites Religioſi quare immunes iure Hiſpanico ſint?*
8 *... trium Ordinum in Hiſpania in debellandis Sarracenis ſtrenuam operam nauarunt.*
9 *Rex Hiſpanus ex admiſſione Ordinum Militarium eos extinxiſſe cenſendus eſt.*
10 *Equites Religioſi in ciuilibus coram Ordinario reſpondent, ſecus inter ſe.*

PVtant Scribentes huius quæstionis
1 resolutionem † ab illa pendere, sint
ne isti verè, propriéquè Religiosi, quasi
ex hoc sequatur, & gabellarum immunitate frui debere. Cum tamen Clericos
coniugatos se vt Clericos habentes, ab
2 eadem † excludi communiter affirmetur, ex *cap. Clerici*, vnico versic. *In cæteris de Cler. coniug. lib.* 6. Etenim esse, & dici Religiosi verè, & nō impropriè quoad
plura, quo verò ad aliqua à cæteris dif-
3 ferre possunt: nam vt Religiosi † dicantur, sufficit obedientiam absolutè vouere, castitatem verò coniugalem, cum paupertate ad superioris voluntatem collata, vt benè, & eleganter more suo aduertit Basilius Pontius *de imp. d. matrim. causa* 27. *q.* 1. §. 4. quem relatis ipsissimis verbis sequitur Diana hic, & ex pluribus Theologis, & moralium Scriptoribus fundat Mastrilius *decis.* 290.

Quod verò gabellarum Ecclesiastica, & Canonica immunitate frui nō debeāt, illa eadem ratio, quæ in Clericis coniugatis concurrit, & ob quam Bonifacius 8. eos illa gaudere noluit. Isti enim tantum
abest, vt curis seculi abiectis, † se, suaq; 4
Deo dedant, quantum adest eos omnium acquisitionum, negociationum quoquè capaces esse, non tantum propriarū, verum quoque & vxorum; vt quoad eos sicut quoad coniugatos Clericos, *cap. fin. de vit. & honest. Cler.* locum non habeat, vt qui sine amisſionis priuilegij metu publicè negociari possunt, compromis se obligare, & cætera, quæ Clericis, ac cæteris Religiosis vetantur, vt communiter Scribentes in dict. *cap. Clerici, & in dict. cap. fin.* pronuntiauerunt.

Verior ergo videtur, negans opinio,
hos Canonica † immunitate quoad ga- 5
bellas non gaudere, vt tenent per Dianā in principio quæstionis citati, addendi Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 8. *ex n.* 61. Cardin. Seraph. *decis.* 587. quos refert D. Barbos. *appellat.* 233 *nu.* 4. vbi aliam
Rotæ decisionem refert pro filio Militis
Sancti † Iacobi de Spata, quòd nō spu- 6
rius, sed naturalis fuerit, natus ex soluta, cum qua ex Magni Magistri dispensatione matrimonium contrahere poterat.

Quòd si dicatur, in dominijs Regis nostri frequentiùs immunitatis aliqua gabellarum, licèt non omnium frui, respō-
debo, † hoc ex eius benignitate, & libe- 7
ralitate prouenire, hocq; magis propriè militare priuilegium, ac seculare esse ob operā ab illis in Republica impēsam, Re-
gnorumquè horum † à Sarracenis restau- 8
rationem, ac ob onus, quod ipsimet adiuuandi Regis in bellis, quæ iustè suscipit,

ac pro defensione suorum Regnorum subeunt: incongruum enim esset, hoc ex obedientiæ vi ad hostes arcendos sanguine,& pecunia teneri; nulla verò exceptione tributorum potiri,qua verè milites fruebantur, cùm & suæ militiæ sacra laus obedientiæ, meritumquè voti accedat. Per receptionem ergo,ac in suis do-
9 minijs institutionem † horum Ordinũ, immunitatibus illis in illorũ fundatione, & confirmatione tributis, saltem ex acceptationis vi gaudere debent, & ita intelligo vota adducta per Motam *lib. 2 de confirmat. Ordin. D. Iacobi, cap. 2. §. 29.* & Flor. de Mena *lib. 2. q. 21. num. 206. cum*
10 *se.* Hinc videmus † hos, sicut & Clericos coniugatos foro in ciuilibus non gaudere, vt refert Mastrill. præmissa *decis. 290.* vbi literas Catholici Regis nostri in hoc adducit, confirmauitquè quotidianus, forensisq; vsus, nisi inter se agant, conueniantur què, quòd non alia ratione, quàm præmissa sustinetur, vt *qui similem cũ cæteris laicis vitam gerunt, similem determinationem patiãtur:* durum enim,& exemplo perniciosum videretur, liberum his, vt laicis commercium permitti, ac causas inde resultantes ad forum Ecclesiasticũ attrahi velle, vt statim latiori calamo, quoad coniugatos trademus.

QVÆSTIO LI.

An Minister laicalis iurisdictionis possit exercere iurisdictionem circa Clericos coniugatos, non in criminalibus, sed in ciuilibus?

EPITOME.

1 *Clerici coniugati an in merè ciuilibus foro gaudeant? & per totam.*
2 ... *vt gaudeant, quibus partibus indigeãt?*
3 *Concilium Parisiense an Clericis coniugatis faueat, incertum.*
4 *Criminum cognitione prohibita, intelligitur tam ciuiliter, quàm criminaliter secũdùm Martam.*
5 *Cœlibatus in Occidentali Ecclesia ab initio receptus præmaximè quoad Clericos maiorum Ordinum.*
6 *Clerici coniugati ante Bonifacij Constitutionem an foro gauderent? incertum.*
7 ... *non militant Domino, sed mundo.*
8 ... *si arma deferant, vel violentias inferant, Canonis priuilegio non fruuntur.*
9 *Lex corrigens iuxta alias leges interpretanda.*
10 *Delicta quæ verè, & propriè sint?*
11 ... *possunt & ciuiliter ad damnum, & criminaliter ad pœnam à parte vindicari.*
12 *Fiscus non damnum, nec æstimationem, sed pœnam corporalem prosequitur.*
13 *Iudices, ne iudicent prohibendi, non actores, ne agant.*
14 *Dictio NEC continuatiua, ac complexiua.*
15 *Clerici coniugati, si cognosci possunt, capi etiam poterunt.*
16 ... *debent à Iudice Ecclesiastico cognosci, si pro crimine ciuiliter agatur, secundùm Rotæ decisionem, non vbi ciuiliter ad ciuilia.*
17 *Consuetudo improbata à Concilio, an induci denuò possit?*

Resolutio præsentis disputationis † pendet à iuridico intellectu, *dict. cap. vnic. de Cler. coniugat. in 6.* vbi Bonifacius 8. Summ. Pontifex, illequè sicut doctissimus Canonista, ita Ecclesiasticorum immunitatis ad mortem vsquè propugnator, vt Platina, & cum eo Historiographi omnes liberè fatentur, cùm de horum exemptione summè dubitaretur, ita edixit: *Clerici, qui cum vnicis, † & virginibus contraxerint (si tonsuram, & vestes deferant Clericales) priuilegium retineãt Canonis, ab Innoc. Papa 2. prædecessore nostro editi in fauorem totius Ordinis Clericalis, & cùm iuxta Parisiense Concilium nullus Clericus distringi, aut condemnari debeat à Iudice seculari, præsenti declaramus edicto, huiusmodi Clericos coniugatos pro commissis ab eis excessibus, vel delictis trahi non posse criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium seculare: nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter (ne* 1 2

per

per vnam viam concedatur eisdem Iudicibus, quod per aliam denegatur) vllatenus condemnari. In cæteris autem, vel nisi, vt præmittitur, tonsuram, vel vestes ferant Clericales, etiam in præmissis eos gaudere volumus priuilegio Clericali. Quæ Decretalis cùm à plerisque Ecclesiasticis Scriptoribus calumniam passa fuerit, auctore Durando, Speculatore dicto, qui (orc in cœlũ posito) id Pontificem statuere non debuisse affirmauit, quòdvè fauore coniugatorum in Generali Concilio corrigi debebat. Ioannes quoquè Monachus eodem modo conqueritur in *dicto capite vnico.*

Perinde in Tridentino disputato, vt refert traditio, negocio Decretalis Bonifacij nominatim confirmata fuit, *sess.* 23 *cap.* 6 hoc addito. vt Ecclesiæ seruire debuissent, ibi: *In Clericis verò coniugatis seruetur Constitutio Bonifacij* 8. *quæ incipit, Clerici, qui cum vnicis, modò hi Clerici alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & Clericali habitu, & tonsura vtantur; nemini quoad hoc priuilegio, vel cõsuetudine, etiam immemorabili suffragãte.*

His iuribus attentis, quærunt Scribentes, an ciuilium causarum cognitio Iudicibus secularibus prærepta sit? Et Lapus *allegat.* 41. simulquè Francus in *dicto cap. vnico* 161. ex Archidiacono, inducentes verba illa, *Non posse criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium seculare, &c.* In hoc Concilij Parisiensis † statutum ad vnguem
3 confirmari (ex quo tum ciuiles, cum criminales causas a secularibus iudicibus auulsas) putant, in *cap.* 2. ibi : *Aut minores Ecclesiæ sine permissu Pontificis per se distringere, aut condemnare præsumat.* Additquè Marta post relatos *casu* 153. *n.* 6. *cent.* 2. id indubitatum reddi, ex vers. *nec ab ipsis*, qui ad præcedentem trahi non debet, sed per se accipi, vt in illo ad differentiã delictorum ciuiles causæ interdictæ censeantur, aliàs superfluus esset, *Quoniam*, ait, *prohibitus* † *cognosci in criminalibus, di-*
4 *citur prohibitus, siue agatur criminaliter, siue ciuiliter, & dummodo pœna veniat applicanda Fisco semper criminaliter agi dicitur. Ne igitur sit superfluus, intelligendus est hic versiculus, vt comprehendat tertium casum de causa ciuili pecuniaria:* hæc Marta, qui alijs consulto indignis argumẽtis vtitur, hãc-què opinionem amplectuntur Riccius, *par.* 4. *decis.* 320 *n.* 5. *& collect.* 308. Grassus *effect.* 2. *Cler. n.* 118. Ceuall. *de cognit. per viam violentiæ q.* 273 *n.* 4. quem (cum Ecclesiasticus fuerit) Regium cum nota appellat P. Diana hic, quasi per hoc à cæteris Christianis distingueretur, ex Moralibus Duard. *ad Bull. Cœnæ libr.* 2. *can.* 15. *q.* 4. *conclus.* 3. *nu.* 12. Zanard *in direct. confess. par.* 5. *de Sacram. matrim. cap.* 23. *quæst.* 24. alios refert, licèt non sequatur D. Barb. *in Collect. ad Concil. Trid. cap.* 6. *sess.* 23. *num.* 44. vers. *Contra.*

Sed certè hæc opinio rectæ iuris intelligentiæ repugnat, quod vt euidentiùs pateat, supplendum est, in Occidentali Ecclesia receptum in statu Clericali cœlibatum † ab initio fuisse, in aliquibus 5
quidem Prouincijs quoad omnes Clericorum gradus, in alijs verò quoad maiorum Ordinum consecratos, vt patet ex Concilio Chalcedonensi *cap.* 14 *in cap.* 15. *quoniam* 32. *dist.* Coniugatis verò, quæ priuilegia † concessa fuerint, non 6
adeò compertum est, quin ante præmissam Bonifacij Constitutionem, an foro gauderent? disceptatum summè fuerit, vt patet *ex cap. ex parte* 9. *de Cler. coniug.* iunctis, quę ex corpore habentur, vbi Honorius 3. Regina Anglorum sic respondit: *Ex parte tua fuit propositum, quòd nonnulli litterati terræ tuæ habitu, & tonsura Clericali relictis, publicè ducunt vxores, de his, quæ huius mundi sunt sollicit., & quomodo placeant vxoribus, existentes : qui licèt negociationibus, & alijs negotijs secularibus insistant, vt tamen consuetis iustitijs, & debitis obsequijs te defraudent tonsuram, desuetam abiectam, quatenus ipsius prætextu ab huiusmodi, vt Clerici excusentur, quamquam nõ militent Domino, sed mundo, † vt cæteri vxo-* 7
rati; quidam etiam accepta prima tonsura, similiter cõtrahunt, & eamdem tonsurã deferunt, vt eodẽ prætextu excusari valeãt à præ

dictis: cùm igitur reddenda sint, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, æquanimiter duximus tolerandum, vt à talibus iustitias debitas, velut ab alijs vxoratis exigas, & seruitia consueta. Concordat, ac nimium coniugatorum priuilegium restringit decisio, & ratio textus in *cap. Ioannes 7. eod. tit.* vbi Episcopo Acholitum coniugatum ad tonsuram cogenti, vt desistar, sic dicitur: *Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest priuilegio Clericali gaudere, mandamus, &c.* dara hac ratione, *quoniam cùm eum oporteat secularibus negotijs immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profectò in ministerij nostri vituperium redundare.* Quorum ex relatione constat, non vndequaquè hanc coniugatorum exemptionem turam ante Bonifacianam fuisse, præcipuè quoad bona, quæ quoad eos ob vxoriæ dotis, & bonorum mixturam æquè secularia videbãtur, iustitijs perinde, ac magistratuũ iussionibus maximè obnoxiæ; quinimo, vt ex Innocent. 4. Pontifice patet in *dicto cap. Ioannes. & cap. ex parte*, firmum erat, antiquo iure attento, gaudere tantũ
8 priuilegio † Canonis, illoquè etiam priuari, *si violentias inferant, vel arma portent.* Sequitur Ioan. Andr. *in capit. Ioannes post principium*, & *in cap. ex parte*, limitans post *cap. vnic.* supra relatũ, quòd nempè post illam Constitutionem gaudeat priuilegio, *Can. siquis suadente, & fori in criminalibus.* Idem expræsiùs docet Abbas noster in *cap. Ioannes, n. 3.* vbi, quòd forum, quoad criminalia, post *dict. cap. vnicum*, obtinuit, iure nempe nouo libri sexti Decretalium.

Bonifacius ergo, dum quoad coniugatos Clericos ratione illa Concilij Parisiensis vtitur, impropriè quidem locutus videtur, cùm ibi de Clericis propriè, non de coniugatis sermo sit, quorũ respectu præmissæ Decretales magis pro prius, ac specialiùs loquebantur, ab omni priuilegio præter illud Canonis eos segregantes: cùm ergo illis se opponat, velitquè coniugatum cœlibi comparare, haud dubium, † quin corrigendo
9
procedat, & ideo propriè, & legali sensu amplexo intelligendus sit, iuxta tradita per Cardinal. Thusch. *lit. C. conclu.* 1038. cum alijs vulgaribus, dumquè de delictis loquitur, exclusisse ciuiles causas censendus est. *Delicta enim à delinquo omissionem culposam † importare*, diximus 10
in *Codice Polit. nota 45. ad leges Federici*, quæ ad peccatum gradus est, quandoquè grauioris pœnæ, quàm peccatum, digna, vt ex *textu in l. 2. §. si tamen, D. de verbor. obligat.* probaui, ac ex pluribus à Carleualio adductis, *de Iudic. tom. 1. quæst. 6. ex n. 516. ad fin. fol. 221.*

Nec facit, quòd addat pro talibus excessibus, vel delictis, nec ciuiliter ad Iudices laicos trahendos, cùm apud Iurisperitos notum sit, † delicta plurima ad 11
offensi instantiam, etiam ciuiliter ad damnum, æstimationem, vel interesse prosequi posse, *toto tit. D. ad legem Aquiliam*, & *Instit. eod. tit. & de iniur. in famigerato, §. in summa*, ibi: *In summa sciẽdum est de omni iniuria eum, qui passus est, posse, vel criminaliter agere, vel ciuiliter, &c.* Hoc est ergo, quod Bonifacius voluit, ne quoquo pacto delicta coniugatorum, & excessus à Iudice laico cognoscerentur. Si quis ergo diceret, per hanc clausulam de ciuilibus causis loqui, iuris nostri elementa dissimularet.

Minus obstat, quòd Marta nescio an artificiosè, vel dicam turpiter, addiderit semper criminaliter agi, cũ à Fisco causa criminis agitatur, quasi per hoc dicat semper criminalem esse, ac quòd ideo illud aduerbium *ciuiliter*, pro causis ciuilibus expensum sit; nam cùm in iure nostro ciuilis, ac criminalis actio pro delictis in patres commissis, præstetur, illaq; offensis tantùm ciuiliter detur, quia Fiscus † non damnum, nec æstimationem, 12
sed publicam vindictam prosequatur, vt dixi in *Cod. ad leges Federici, nota 106. fol. 280. per plur. num.* Summus Pontifex in illa distinctione partium offensas cõcludere voluit, vt nec si ciuiliter agere vellent, alibi, quàm coram Ecclesiastico iudice illas vindicarent.

Aliud

Alius verò versiculus à Marta ponde-
ratus non diuersum, nec separatum sen-
sum habet, vt ipse putat, sed nec habere
potest, cùm in primo de partibus Cleri-
cos trahentibus loquatur, vetans, ne eos
ad laicos judices protrahant. Secundo
verò loco & Iudices ipsi, ne cognoscãt,
neve condemnent, prohibentur. Parum
13 enim † referret partes actores repellere,
si iudicibus, ne cognoscerent, non præci-
peretur. Inde prior sermo cum secundo
14 per particulam † *NEC* copulatur, quæ
eiusdẽ sententiæ cõtinua tua censetur, vt
in *l. nec quidquam 9. D. de offic. Proconsu. l.
si quis stipulatus fuerit decem 57. D. de ver-
bor. oblig.* cum alijs per Barb. *in eadem n. 1.*
Hinc ex antiquioribus frequentiùs
omnes Canonistæ iuris peritiam callen-
tes, sine vllo scrupulo hanc sententiam,
(vt sic dicam) pleno ore secuti sunt, vt ex
Io. Andr. & Abb. in præmissis locis pa-
tet, & in *dict. cap. unico*, cum alijs per Co-
uar. *dict. cap. 31. num. 7.* qui etiam addi-
15 dit, verius esse, vt concessa † in ciuilibus
cognitione, & captura permissa censea-
tur ex Montaluo, & alijs ita praxim His-
paniã sic habere referẽtibus, & præter al-
legatos à P. Diana, hanc opinionem plu-
ribus relatis amplectitur iterum Barbos.
ad Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. n. 44. his
expensis verbis: *Tertiò in criminalibus tan-
tùm, siue ciuiliter, siue criminaliter pro cri-
mine agatur; non autem in merè ciuilibus, vt
per Couarr. pract. cap. 31. num. 6. 1. Farin.
dict. q. 8. n. 7. Azeued. l. 2. tit. 4. lib. 1. no-
uæ Recop. Sanch. d. disput. 46. n. 22. Tapia
lib. 1. de iure Regni, fol. 34. Cened. d. lib. 1.
quæst. 4. num. 18. & 19. Paul. Laim. in
Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 8. num. 5.
Ludouic. Correa nobilis Lusitanus, in cap. in-
ter alia de immunit. Eccl. part. 2. num. 33.
Aloys. Ricc. in praxi v. n. resol. tom. 2. resol.
391. num. 2. Sanchez de matrimon. lib. 7.
disp. 46. ex num. 22. D. Felicianus à Vega
in relect. d. cap. 2. de for. compet. nouissimè
Donatus Anton. de Marinis, quotid. resolut.
cap. 58. Ego ipse d. par. 2. alleg. 18. nu. 25.
Sel. d. cap. 18. num. 27. attestans, sic fuisse
resolutum sub die 13. Februarij 1610. dum
ibi fuit dictum, Clericos coniugatos prædictos
16 qualitatibus † requisitis, tam dicta Constitu-
tione Bonifacij, quam hoc decreto, non gaude-
re priuilegio fori in ciuilibus, nisi vbi de cri-
mine etiam ciuiliter ageretur, sed illos ob ta-
les causas ciuiles à crimine non descendentes,
posse à Iudicibus laicis in carcerem conij-
ci, aut personaliter distringi. Refert etiam
ita decidisse Sac. Congregationem Episcop. &
Regul. sub die 10. Februarij 1618. dum
ibi fuit dictum, Clericos coniugatos iuxta Sa-
crorum Canonum, & Concilij dispositionem,
priuilegio Canonis, & fori in criminalibus
dumtaxat gaudere, non autem in ciuilibus,
nisi consuetudo esset in contrarium, prout in
Regno Neapolitano. S. Congregatio immuni-
tatis 27. Februarij 1630.* hæc Barbosa,
quem vti magni nominis Ecclesiasticum
proprij laboris vitandi gratia exscribere
volui. His addendi Gutier. *pract. lib. 1. q.
5. num. 3.* Megala *in 3. par. lib. 5. cap. 10.
num. 40.* Coriol. *in Bull. excomm. 16. fol.
945. à Diana adducti.*
Videndum ergo restat, an consuetu-
do † possit cõtra Cõcilij Decretũ, quod 17
illam (etiam immemorabilem) prohibet,
aliter constituere? Eo enim ipso, quod
Concilium in suos Clericos appositam
consuetudinem, etiam præteritã, & fun-
datam ob bonũ publicum vniuersi Chri-
stiani status derogat, fortiùs futurã, quin
oriatur, impedit, vt *in capit. cum sum 7. de
præscript. cap. quæ contra morem 8. distinct.*
vbi rationem huic quæstioni arguentem
assignat: *Turpis est enim*, inquit, *omnis pars
vniuerso suo non congruens*: non enim ab
vna Ecclesia debet contra vniuersæ in-
stituta aliquid præscribi; vbi enim Con-
ciliaris lex resistit, causa, & origo præ-
scribendi improbata videtur, eruntque,
qui aliter seruant, ac si clam, vel præcariò
rem alienam scienter possiderent, Gra-
tian. *discept. 441. num. 24.* Couar. *lib. 3.
var. cap. 13. n. 4.* Aponte *de potest. Proreg.
tit. 11. n. 9. 20. & 21.* Mẽchaca *de usufrq.
lib. 1. cap. 3. n. 20.* Armend. *in add. ad Re-
copil. legum Nauarr. num. 186.* & contra
immemorialem refert decisum Garcia
de Benef. par. 11. cap. 2. num. 7. optimè

Oo 3 in

in generali derogatione D. Barb. *cla.* 87. *num.* 12. *in fine.*

Nec est facile consuetudinem hanc in
18 Regno Neapolitano † vniformem, sciẽte Rege, vel eius Vicario probare, cùm illa Ministrorum non sufficiat, multaq; controuersia semper interuenerit, vt potius vi, ac censurarum metu, qui in constantem (Christianum præcipuè virum) cadit, hoc inductum, alicubi censeri debet, quàm legitimum præscriptũ, ex his, quæ ad omnia hæc in similibus, quoad Inquisitores terminis scripsi in Patrocinio integro, *cap.* 3. *in Cod. ex fol.* 367. vsque ad *fol.* 379. vbi de legis repugnantia, de scientia Regis, de resistentia conquæstu, de metu, & cæteris, vt pateat hanc consuetudinem nec fundari, nec probari potuisse, cuius etiam contrarium Riccius, Tapia, viri omni exceptione maiores, necnon & Donatus de Marinis diligens Scriptor testantur.

QVÆSTIO LII.

An Iudex laicus possit punire Clericũ assassinum notorium?

EPITOME.

1 *Homicida insidiosus in sacris literis ab omni immunitate exosus.*
2 *Homicidæ insidiosi à sacris excludendi lex ante sacerdotium lata.*
3 *Assassinorum pœnas, Innoc. 4. prior indixit.*
4 *Mors secuta in assassinio ad pœnam non requiritur.*
5 *Iudicia probabilia in assassinij crimine satis sunt.*
6 *Depositionis sententia in assassinio non requiritur.*
7 *Notorius assassinus an declaratione præcedente, foro exuendus sit?*
8 *Homicida notorius quis dicatur?*
9 *Iudiciarius ordo in notorijs non requiritur.*
10 *Verbum, ipso facto, pœnam ipso iure imponit.*
11 *Canõ latæ sententiæ quomodo incurratur?*
12 *Assassinum quibus modis notorium dici potest ad priuationem fori?*
13 *Crimen publicum notorium dicitur.*
14 *Notorium non iurisdictionem, sed executionem tribuit.*
15 *Iuris executio nullam iniuriam irrogat.*
16 *Clericum assassinum notorium posse à seculi Iudice plecti, qui dixerint, vbi cõtrarij.*
17 *Iudicem Ecclesiasticum factum declarare, vbi id consuetum sit, debere in assassinio.*
18 *Censuras illi, qui vnam ex diuersis interpretationibus sectantur, non incurrunt.*
19 *Clericos sodomitas vti assassinos puniri.*
20 *Notorij probatio in sodomita procedere potest, quoad forum amittendum.*
21 *Pœnæ in delictis mixti fori ab vtroque Iudice suppleri possunt.*

Explosio insidiosi, industriosiquè † homicidæ à sacris, sacrorumquè immunitate, primùm à iure Diuino procedit, *Exod.* 21. *v.* 14. relato in *cap. de homicid. Siquis*, inquit, *per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo euelles eum, vt moriatur*, vbi Dominus Moysi loquitur, Principi, ac populi illius ductori; † nec enim Sacerdotium institutum fuerat, vt patet ex *cap.* 28. *eiusdem.* Postmodum verò inter Canones à Pontificibus relatum fuit, vt ad Ecclesiasticos viros porrigeretur. Porrò Innocentius 4. Pontifex Max. apertiùs rem definiuit, respectu eorũ, qui industriosis hisce, insidiatoribusquè † pecunia ad occidendum Christianos conductis vtebantur, in *cap.* 1. *de homicid. in* 6. vbi in Lugdunensi Concilio scelus hoc elegãter detestatus, sic demũ concludit: *Statuimus, vt quicumquè Princeps, Prælatus, seu quæuis alia Ecclesiastica, secularisvè persona, quempiam Christianorum per prædictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit (quãquam † mors ex hoc forsitan nõ sequatur) aut eos receptauerit, vel defenderit, seu occultauerit, excommunicationis, & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio, incurrat sententias ipso facto.* Et deinde: *Sit etiam cum suis bonis mundanis omnibus tanquam Christianæ Religionis æmulus, à toto Christiano populo perpetuò diffidatus. Et postquam probabilibus constiterit † argumentis aliquem sce-*

ſcelcſtum execrabile commiſiſſe, nullatenus a-
6 *lia † excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu*
diffidationis, aduerſùs eum ſententia requi-
ratur.

Quæritur modò, quid de notorio, ma-
7 nifeſtoquè homicida † ſentiendum ſit,
an notorietate probata ſine alia declara-
tione Eccleſiaſtici iudicis plecti poſsit?
cùm Decretalis in delicto huiuſmodi de-
poſitionis ſententiam nullatenus requi-
rat, quæ per competentem Iudicem ferē
da eſſet: quod, vt perfectè habeatur noto
rij natura primò tradenda eſt, quam me-
lior omnium. Idem Innocent. Decreta-
lis præmiſſæ conditor diſtinguere cona-
tus fuit, *in cap. tua nos 8. de cohabit. Cler. & mul.* vbi *num. 2.* ait: *Quòd notorius homicida*
8 *ille eſt, qui † in populi cōſpectu aliquem intere merit*, & quòd vt tanquā in notorio pro-
cedatur, *hanc qualitatem probari opus erit*,
quòd *publicè occiſio ſecuta fuerit*, quo caſu
dicitur, tergiuerſationem non admit-
tere, vt ait *ibid. num. 7. in fin.* & habet lo-
9 cum proceſſus ſine iudiciario ordine, †
facit Abb. *in cap. dudum, num. 7. de elect.*
cum alijs per Menoch. *caſu 166. num. 4.*
Cardin. Thuſc. *lit. N. concl. 104.* Farin.
quæſt. 21. ex num. 80. ad 110. Vazq. Mē-
chac. *controu. illuſtr. cap. 1. num. 12.* Surd.
deciſ. 259. n. 34. & deciſ. 326. num. 82.
qui aiunt hoc caſu nullam requiri proba-
tionem, nec proceſſum: alios adducit
D. Barboſ. *appell. 166. nu. 2.* Notorium
enim ſupplet proceſſum, & ſententiam,
vt ſupra *lib. 1. quæſt. 14. num. 9. & 10.* tra
ditum fuit.

Iterùm ponderandum eſt, Pōtificem
vſum fuiſſe vocibus Canonem latæ ſen-
tentiæ importantibus, ibi: *Depoſitionis à*
dignitate, honore, ordine, officio incurrat ſen-
10 *tentias † ipſo facto*, quæ verba etiam pœnā
ipſo iure irrogant, vt ait Gloſſ. *in d. cap.*
1. in verb. *ipſo facto*, vbi etiam Archidia.
in princip. & in *cap. 1. ne Clerici, vel Mona-*
chi eod. lib. 6. & in *Clem. attendentes*, Gloſ.
vltim. de ſtat. Monach. cum alijs per Dec.
conſ. 238. Socin. *regul. 360. fallent. 2.*
Suar. *de legib. lib. 5. cap. 7. nu. 4. & cap. 8.*
num. 1. & 2. Salas *eod. tract. quæſt. 96. tra*
ct. 14. diſp. 15. ſect. 5. num. 77. & diſp.
16. ſect. 8. num. 29. quos cum alijs ſe-
quitur D. Barboſ. *dict. 178. n. 4.*

Quòd verò Canonem latæ ſententiæ † 11
importet, allegar idem ibi quàm plures,
referam tantùm Eccleſiaſticos Aucto-
res, Felin. *in cap. Rodulfus num. 48 & ſeq.*
de reſcript. Peret. *ad extrauag. ambitioſæ,*
verb. *etſi per ſex menſes, num. 31. de rebus*
Eccle. non alien. Monet. *de diſtribut. quotid.*
part. 3. quæſt. 7. n. 36 Carb. *de leg. lib. 8.*
aſſ. 6. verſ. *Prima regula.* Franc. Leo *in*
Theſ. fori Eccl. par. 1. cap. 15. num. 3. & p.
4. cap. 2. num. 183. Sayr. *in clau. Reg. lib.*
3. cap. 8. num. 24. Card. Thuſch. *lit. D.*
concl. 302. vbi *n. 4.* ait hac clauſulas ipſo
iure, & ipſo facto ſynonimas eſſe, idem-
què ſeparatim poſitas ſignificare.

His ſic poſitis, ſi delictum notorium
eſſet, † puta, ſi aſſeſsinus Clericus eſſet, 12
vel mandans, idquè palàm fateretur: idē
& faciliùs, ſi probato aſſaſsinio homici-
da in domo Clerici receptatus reperire-
tur, illum defenderet, armiſquè tutare-
tur, adeò vt hæc vlla tergiuerſatione
celari, nec vacuari poſſent, vt Innocent.
3. loquitur *in dict. cap. tua nos 8. de cohab.*
Cler. & mul. ibi: *Si crimen eorum ita † pu-*
blicum eſt, vt meritò debeat appellari notoriū, 13
in eo caſu, nec teſtis, nec accuſator eſt neceſſa-
rius, cum huiuſmodi crimen nulla poſsit ter-
giuerſatione celari. Tunc ſecundùm hæc,
cùm depoſitio (ob pœnam ipſo facto
impoſitam) neceſſaria non foret, nec pro
ceſſus, nec ſuper crimine ſententia, non
mirùm, ſi Iudex laicus pœnas Canoni-
cas exequatur, cùm † per notorium, ac ſi 14
ſententia præceſsiſſet, ei non iuriſdictio,
ſed executio tribueretur, nihilominùs,
quàm per factam à Iudice Eccleſiaſtico
depoſitionem, facit *cap. cùm olim de verb.*
ſign. quod ſine immunitatis Clericalis
iniuria fieret: iuris † enim executio eſſet, 14
l. nullus videtur, 55 vbi Dec. & Cagnol.
D. de regul. iur. Gama *deciſ. 35.* Surd. *de-*
ciſ. 21. ex num. 14. Barb. *axiom. 135. n. 3*

Per hæc ſatis iudicatur eorum opinio 16
apparet, qui contra aſſaſsinum Clericum
ſcripſere, ob tam infandi criminis atro-
cita-

citatem, nec ob id Graffius reprehensionem meretur, quòd hanc docuerit *par. 1. lib. 4. cap. 18. n. 15.* nam ipse alios secutus, ac ratione motus videtur, vt ex allegatis per Cened. *in Collect. 37. n. 11. p. 1.* Crass. *eff. ... 1. n. 668.* qui plures Canonistas adducunt, quos iure merito Gambacurta *lib. 7. cap. 14. n. 13.* sequi potuit, & probabilem hanc opinionem existimare, cui pro cumulo accedit doctissim. Molina *tom. 4. tract. 3. disp. 25. num. 6. & disp. 49. num. 20.*

Quorum auctoritati, & rationum ponderi meritò cedere debent moderni Bonacina *de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. num. 8.* Duard. *in Bull. Cœnæ libr. 2. can. 16. quæst. 11. n. 63.* Megala *in 3. par. lib. 3. cap. 10. quæst. 4. n. 35.* cum alijs Iurisconsultis per P. Dianam ibidem allatis; nam nemo illorũ disputationem ex suis principijs de hac quæstione instituit, &
17 licèt opposita interpretatio, † vbi recepta fuerit, damnanda nõ erit, nullũ enim absurdum (quòd Iudex Ecclesiasticus factum declaret) continere potest. Attamen, quòd alteram opinionem sequentes in Bullam Cœnæ incidant, vt Duardus docere nititur, longè absurdissimum est, cùm laici Iudices, vbi hanc opinionẽ sequantur, immunitati Clericorum non derogent, sed Canonum permissu, ac prudentum legali, interpretatione vtantur, quo casu, vt plenius dixi, in eiusdem Bul-
18 læ, † censuras incidere non possunt, ex Sayro *lib. 3. cap. 19. n. 5.* Tolet. *instruct. Sacerd. cap. 2. n. 4.* Sousa *ad Bull. cap. 16.* Suarez *de cens. disp. 21. sect. 2. num. 78.* ex Canonistis Scrib. *in capit. in præsentia de probat.* per Flam. Paris. *de resignat. benef. lib. 8. q. 7. num. 16.* D. Barbos. post alios *clauf. 91. num. 5.* Ego in *Cod. contr. 13. n. 9. fol. 457.* Nam vel ob vnius grauissimi Auctoris sententiam censura vitatur, *sup. lib. 1. q. 41. num. 13.*

Quid verò in Clerico sodomita dicen-
19 dum sit, † Pontificias Bullas omnino attendendas esse arbitror, an ne eisdem pro vt in præsenti clausulis vtantur, de quibus loquitur Nauarr. *in man. cap. 27. nu. 294.* Bulla enim Leonis X. *omni Clericali priuilegio, officio, dignitate, & beneficio illos ipso iure priuauit.* Vnde notorij † pro 20
batio etiam succedere poterit, si huiusmodi scelesti actu infanda hæc admittentes inuenirentur, vel fassi iudicialiter essent, ex eisdem iuris principijs in assassinis adductis, quæ & in hoc casu fortiùs procedunt, cùm delictum grauius sit. Quamobrem non iure culpatur Garc. *de nobilitat. gloss. 19. num. 19.* quòd id docuerit. In omni verò casu cùm delictum hoc quoad Clericos ex dictis Constitutionibus mixti fori † effectũ fuerit, sup- 21
pletio pœnæ condignæ per vtrumque Iudicem fieri potest, si alter, vel cõniueat, vel mitiùs se habeat: hæc est enim huiusmodi delictorum natura, hicque Pontificum finis, ne admittens impunitus discedat, per ea, quæ dixi ad concordata, anni 1635. *in Cod. Siculo gloss. 37.* versic. *Vt nempe vnus Iudex alterius in puniendo remissionem suppleat, fol. 504.* De incorrigibili verò iam præmissa *quæst. 24.* dictũ est, vnde subsisto.

QVÆSTIO LIII.

An Iudex secularis processans occultè Ecclesiasticum in causa criminali cũ intentione postea processum præsentãdi Prælato, faciat contra libertatem Ecclesiasticam, & incidat in excõmunicationem Bullæ Cœnæ?

EPITOME.

1 *Processus ad informationem proprij Iudicis appositi ab incompetente secretò, & informiter recipi.*
2 *Informatio extraiudicialis in delictis exemptorum, quorum superior abest, vsu recepta.*
3 *Ecclesiastici ab Ordinarijs exempti, ne eorũ excessus pateant, omnem informationem abhorrent.*
4 *Licentia non occurrere nociuam rusticitatem, & simplicitatem fore.*
5 *Prælatorum excessus maiori verificatione indigent.*
6 *Informatio extraiudicialis nullibi in iure Ca-*

Canonico probibita.

7 ... *nullam fidem in iudicio facit, sed iudicem proprium ad se informandum monet.*

8 *Necessitas imminens dat fidem processui informi.*

9 *Citatio ad notitiam fit in extraiudicialibus sine iurisdictione.*

10 *Informatio in casu necessitatis per incompetentem capi potest.*

11 *Probationum multiplicatio inter diuersos iudices, criminis impunitas facit.*

12 *Laicus Iudex Ecclesiasticam iurisdictionem adiuuare, eique obsequi tenetur.*

13 *Informatio verbalis non, sed iudicialis prohibita.*

14 *Scriptura ad memoriam seruandam facta iudicialis non est.*

15 *Romana Curia extraiudiciales Principũ aduersus Prælatos informationes nunquam respuit.*

PRæsens casus in Prælatorum † delictis accidere solet, cæterorumquè
omnino ab ordinarijs exemptorum, in
1 illis tamen Prouincijs, vbi Summus Pon
2 tifex longè † abest, vel mari distinguitur:
Iterùm in Clericorum delictis, quorum
Prælati à Diocesi absunt, vbi Vicarios ad
Prælatos certiores reddendos, vt malis
occurrant, conniuere appareat, vel vt
Metropolitæ, & legati de dissimulatione
ipsorum Prælatorum certam notitiam
assequantur: perquisitiones ergo huiusmodi ad informandum tantum, ac animum superiorum Ecclesiasticorũ mouendum fiunt, quod quidẽ ideo inferiores omnino refugiunt, ne sua delicta innorescant. Nam cùm sciant de Prælatis conquærentibus fidem regulariter non præstari, ex *cap. 13. quiescite 3. quæst. 9. c. ex merito, cap. deterioris ibidem*, quòduè hoc solum remedium supersit, vt Princeps, & Magistratus adeantur, qui de excessibus fide habita, superiorem certum reddant, ac admoneant; huiusmodi vnicã quidem medelam summè † abhorrẽt,
3 indequè censuras incurrere volunt eos,
qui id non ad iurisdictionem exercendã,
sed ad notitiam, certamquè fidem superioribus dandam agant. Quod Summi
Pontifices ferre non debent, exemplo D. Gregorij illam, vt fiat, in suo Pastorali admonentis, ac inculcantis, *part. 3. adm. 5. in cap. 57. admonendi 2. quæst. 7. Rusticitas enim † Ecclesiæ nociua*, D. Hieronymo 4
videtur illa *per quam licentia non resistitur, in cap. 56. sancta eodem loco*. Apertiùs D. Gregorius *Epist. 37. lib. 10. in capit. 46. sicut ibidem*. Et Gelasius 1. *ad Episcopos Lucaniæ, cap. 30. in ea. seq. incipit, quapropter*, ibi: *Probationibus dumtaxat competenter exhibitis*. Et in quolibet accusatore Sixtus 3. Episcopis Orientalibus, *in cap. 50. siquis ibid.* per hæc verba: *Si quis Episcopus, aut Diaconus, aut quilibet Clericus apud Episcopos (quia alibi non oportet) à qualibet persona accusati fuerint, quicumque vir ille fuerit, siue sublimis honoris, siue alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis
arripuerit, nouerit dicenda probationibus †* 5
monstrãda, documẽtis se debere inferre: quod si in culpata querela id fieri debet, quantò magis in iusta?

Nullibi autem in toto Canonum iu- 6
re hæc informatio † ad superiorem Ecclesiasticum dirigenda vetita inuenitur, cùm tantum iudicialis cognitio à laicis Magistratibus per Concilia, & Decretales (alibi à nobis sigillatim expẽsas) auulsa fuerit. Quòd si actum ipsum examinemus, iurisdictionalis non est, cùm à quolibet priuato apud publicũ Scribam, vel Notarium, pro suo iure seruando testes priuati produci sine alio Iudicis man-
dato, possint; quæ probationes † nihil 7
fidei iudicialiter faciunt, sed animum iudicis instruunt, vt ad vlteriorem probationem procedat, *cap. inter dilectos 6 versic. Nec attestationes, de fide instrum.* Bal. *in l. 2. num. 17. vers. Vlterius quæritur, C. de edend.* Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 11. ex
n. 310.* In casu enim imminentis † neces- 8
sitatis, vt excessus reparari à superiore possint, formalis iudiciariavè productio excusatur, Bart. *in l. si quis, C. de naufrag. lib. 11.* vbi Lucas Pennesis *col. 1. cap. Tolos. decis. 427.* Maranta *in speculo fol. 177 num. 29.* facit Mastril. *decis. 197. ex nu. 18. ad 27.* quotidianaq; praxis cõprobat.

Con-

Confirmantur hæc omnia ex latè per me traditis supra *quæst.* 14. *n.* 24. vbi ad illos respondetur, qui citationem, seu verius
9 † vocationem partium ad instruendos Iudices in determinatione facti violentiæ damnant, quasi iudiciale aliquid contineat, per quod Ecclesiastica iurisdictio lædatur; firmatum est enim etiã diuina humano mori curari, cùm quidquid recipitur, ad modum recipientis recipi oporteat, ex Aristotele, & alijs.

Demum hæc praxis (quam quandoq; cum Agrigentino Episcopo seruatam vidimus) ex eo sustinetur, quod idem met Sousa in *Bulla Cœnæ cap.* 20. *disput.* 95.
10 *disp.* 2. *n.* 2. *&* 3. casum necessitatis † absentiæ Prælati, Metropolitæ, vel Pontificis, vel dissimulationis, ac vbicumquè periculũ in mora versetur, excipit, quod P. Diana non reprobat. Certumq; apud me est nullum sæculi Iudicem præter hos euentus manum ad hæc mittere debere. Nam si Prælatus adsit, qui animaduertat, probationesq; peritutæ non timeantur, *ad cap. cùm dilecta de confirm. vtil.* pessimè in huiusmodi informationibus recipiendis contra nõ subditum se gereret, esset què alienam iurisdictionem turbare; nã in † multiplicitate probationum in crimi
11 nalibus confusio, & impedimentum potius, quàm auxilium præstatur, vt in simili diximus in *Cod. controuer.* 3. *num.* 14. *&* 15. *fol.* 427.

Et ita intelligendus videtur Graffius *decis.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 135. nam ipse nõ loquitur vbi Iudex Ecclesiasticus eodem tempore illas recipit; esset enim frustranea laici Iudicis diligentia, quæ ad adiu-
12 uandam, † alteram iurisdictionem, non ad illam sibi vsurpandam tendit, vel tendere apud pios viros, & conscientiæ timoratos debet. Hæ enim iurisdictiones mutuò se adiuuare, non destruere, nec impedire debẽt, ex latè traditis *hoc libro q.* 4 *num.* 39. *cum seq. vsque ad num.* 50. *fol.* 183.

Postremò Sousa apertissimè fatetur, extraiudicialem notitiam traditam, & verbalem informationem per Canonẽ illum Bullæ non prohiberi, ibi: *Sed informationem talem verbaliter, vt Prælato denuntiet, † non verò iudicialiter accipere, exi-* 13
stimo non prohiberi hoc loco. Idquè est, quod contra Prælatos maximè, quorum criminum causæ per Tridentinum Concilium Pontifici reseruatæ fuerunt, seruari vidi, vt nempe ob specialis Iudicis absentiam verbotenus aliquis Ecclesiasticus de Principis mandato se informaret, qui ne memoria † verba testium exciderent, 14
ad sui instructionem summatim dicta in scriptis, & informiter referebat, vt nec iure iurandum, nec formalitas vlla examinis seruaretur. Quod nec Sousa, nec Diana vnquã improbare potuerunt, siue forma, siue finis superiorem Ecclesiasticum instruendi attendatur. Nec vnquã † 15
Romæ illam improbari audiuimus, imo amplecti, ac moueri Pontificem, vt per notitias huiusmodi iuridicam excessuum probationem remitteret.

QVÆSTIO LIIII.

An Principes possint statuere, ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua seruitia, & obsequia?

EPITOME.

1 *Ecclesiasticis damnosum circa comestibilium vsum statutum non valet.*
2 *Statuta in odium Ecclesiasticorum edita non valent.*
3 *... prohibentia venditionis libertatem quæ ex pacto non valeant?*
4 *Libertas emendi, ac vendendi, non iure Ecclesiastico, sed communi procedit.*
5 *Prohibitiones legum ciuilium quando Ecclesiæ libertatem infringant?*
6 *Princeps, qui ad alimenta populi, vel iura sua illæsa seruanda de molendinis, & furnis disponit, Ecclesiæ libertatem non tollit.*
7 *Rei quilibet ad libitum moderator.*
8 *Bonifacius plures declarationes ad Franciæ abusus tollendos emisit.*
9 *Statuta tollentia Ecclesiasticis natura cõmoditates non valent.*

Ec-

10 *Ecclesiastici an pretij, ac mercedis solutione per exemptionem non liberantur.*

DE interpretatione Bonifacianæ Cōstitutionis agitur, qua id expressè cauetur in *cap. fin. de immunit. Eccles. lib. 6.*
1 estquè verissima sententia † citatorum per D. anam, generalem hanc prohibitionem contra Ecclesiam, ac Ecclesiasticos viros inualidam fore, cum eis oppidò commercium, ac naturæ iura vetentur, quæ prohibitio aliundè, quàm ex
2 odio in Ecclesiasticum statum, † & animo illos ex dominijs temporalibus extrudendi, illorumquè immunitatē conquassandi, manare non potest, vt benè aduertit Anguianus *de leg. lib. 2. contro.* 15. *n.* 33. iuncto *n.* 41. *&* 42. quem pro affirmatiua opinione inconsultè adducunt, cùm ipse quoad propositam in themate opinionem Decretali præmissæ se conformem reddat.

Disputat verò ipse, an Princeps speciē aliquam, ne vendatur Clericis, ob bonū tamen publicum, siue Reipublicæ prohibere possit? in quo sequitur Nauarrū *in Man. cap.* 27. *n.* 119. qui ex Innoc. *in cap. nouerit de sent. excom.* tenuit, prohibitionem factam laicis, ne aliquid Clericis vendant, esse quidem contra commu-
3 nem † omnium libertatem, qua commercia vendendi, ac emendi sustinentur, *l. nec emere* 16. *C. de iure delib.* cum alijs à me traditis *tom.* 1. *de donat. tract.* 2. *part. n.* 49 *fol.* 183. Non verò derogationem Ecclesiasticæ libertatis dici posse, cùm
4 hæc libertas eis iure Ecclesiastico † non competat; ad quod allegat quoque Caetan. *in summ.* verbo, *excommunicatio, cap.* 21. versic. *Quinto nota.* Inde infert per hæc verba: *Ex quo aliud iam prosluit discrimen, seu differentia inter præfatas immunitates, quòd attenta priori specie libertatis Ecclesiasticæ Clerici immunes sunt à potestate ciuili, vt statuunt d. cap. 9. de sent. excomm. & similia; considerata verò libertate, seu immunitate secundi generis, Clerici non videntur habere exemptionem aliquam à iurisdictione seculari; quinimo cùm gaudeant tali immunitate, non tamquam Ecclesia, nequè tamquam Clerici, sed tamquam communitas quædam ciuilis, seu vt ciues sunt à potestate ciuili minimè apparent exempti, teste P. Frācisco Victoria de potest. Eccl. pag.* 163. *n.* 4. *ex quibus benè perpensis, & consideratis iā colligitur per prohibitiones † legū ciuiliū, quominus Ecclesiastici emere valeant, vel non nullatenus infringi Ecclesiæ libertatem:* hæc Anguianus de prohibita immobilium emptione loquens, quæ ad specialem ob bonum publicum vetitam emptionem, vel venditionem referri potest; nihil tamen ipse de Bonifacij Constitutione excidere posse putat, vbi generalis prohibitio fiat, vt extorres humanū commercij Clerici reddantur.

Cæterùm, si Princeps, qui super molendino, vel furno † ius habet, ac tributū 6
certum, & inuariabile à molentibus exigit, vel à coquentibus inter sua Regalia numeratum, vel qui ob abundantiam panem iusto pretio subditis tribuere facit, ne fraus sic fiat, ne alijs panem, quàm qui ad alendam plebem coquuntur, nec alia farina, quàm quæ ad id opus est, molatur, subditis suis præcipit non incidere in hanc Decretalem, dicendum videtur, cùm pro Republica benè regenda, & abundātia fouenda, non vt Clericis præiudicet, id agat, nec vt illis necessaria deficiant, sed vt cum alijs abundent, tunc eidem, quod priuato licebit, cùm vnicuique in suo molendino, vel furno id constituere liceat, ne alijs, quàm sibi molant, & coquant, cùm † rei suæ quilibet mo- 7
deretur, *l. in re mandata, D. mandati*, nec ad iniuriam referendum est, quòd quisq; iure suo sibi consulat, *l. iniuriarum*, §. 1. *D. de iniur. l. si in meo, D. de aq. plub. arcen. capit. cùm Ecclesia* 21. vers. *Quia de elect. sup. quæst.* 48. *n.* 15. vbi quòd iure nitens in Bullam Cœnæ non incidit, quæ non repeto.

At quia hæ Decretales post *cap. Clericis laicos hoc eodem titulo*, positæ sunt quarta, nempe, & vltima, ac quoad Franciæ Regnum † edita, vt patet ex *cap. quoniam* 8
4. ibi: *Quorumdā Iustitiarum, Balliuorum, ac temporalium dominorum, &c.* qui vt Ioānes

ac pro defensione suorum Regnorum subeunt: incongruum enim esset, hoc ex obedientiæ vi ad hostes arcendos sanguine, & pecunia teneri; nulla verò exẽptione tributorum potiri, qua verè milites fruebantur, cùm & suæ militiæ sacra laus obedientiæ, meritumquè voti accedat. Per receptionem ergo, ac in suis dominijs institutionem † horum Ordinũ,
9 immunitatibus illis in illorũ fundatione, & confirmatione tributis, saltem ex acceptationis vi gaudere debent, & ita intelligo vota adducta per Motam *lib. 2 de confirmat. Ordin. D. Iacobi, cap. 2. §. 29.* & Flor. de Mena *lib. 2. q. 21. num. 206. cum seq.* Hinc videmus † hos, sicut & Clericos
10 coniugatos foro in ciuilibus non gaudere, vt refert Mastrill. præmissa *decis. 290.* vbi literas Catholici Regis nostri in hoc adducit, confirmauitquè quotidianus, forensisq; vsus, nisi inter se agant, cõueniantur què, quòd non alia ratione, quàm præmissa sustinetur, vt *qui similem cũ ceteris laicis vitam gerunt, similem determinationem patiãtur:* durum enim, & exemplo perniciosum videretur, liberum his, vt laicis commercium permitti, ac causas inde resultantes ad forum Ecclesiasticũ attrahi velle, vt statim latiori calamo, quoad coniugatos trademus.

QVÆSTIO LI.

An Minister laicalis iurisdictionis possit exercere iurisdictionem circa Clericos coniugatos, non in criminalibus, sed in ciuilibus?

EPITOME.

1 *Clerici coniugati an in merè ciuilibus foro gaudeant? & per totam.*
2 . . . *vt gaudeant, quibus partibus indigeãt?*
3 *Concilium Parisiense an Clericis coniugatis faueat, incertum.*
4 *Criminum cognitione prohibita, intelligitur tam ciuiliter, quàm criminaliter secũdùm Martam.*
5 *Cœlibatus in Occidentali Ecclesia ab initio receptus præmaximè quoad Clericos maiorum Ordinum.*
6 *Clerici coniugati ante Bonifacij Constitutionem an foro gauderent? incertum.*
7 . . . *non militant Domino, sed mundo.*
8 . . . *si arma deferant, vel violentias inferant, Canonis priuilegio non fruuntur.*
9 *Lex corrigens iuxta alias leges interpretanda.*
10 *Delicta quæ verè, & propriè sint?*
11 . . . *possunt & ciuiliter ad damnum, & criminaliter ad pœnam à parte vindicari.*
12 *Fiscus non damnum, nec æstimationem, sed pœnam corporalem prosequitur.*
13 *Iudices, ne iudicent prohibendi, non actores, ne agant.*
14 *Dictio NEC continuatiua, ac complexiua.*
15 *Clerici coniugati, si cognosci possunt, capi etiam poterunt.*
16 . . . *debent à Iudice Ecclesiastico cognosci, si pro crimine ciuiliter agatur, secundùm Rotæ decisionem, non vbi ciuiliter ad ciuilia.*
17 *Consuetudo improbata à Concilio, an induci denuò possit?*

RESOLVTIO præsentis disputationis † pendet à iuridico intellectu, *dict. cap. vnic. de Cler. coniugat. in 6.* vbi Bonifacius 8. Summ. Pontifex, illequè sicut doctissimus Canonista, ita Ecclesiasticorum immunitatis ad mortem vsquè propugnator, vt Platina, & cum eo Historiographi omnes liberè fatentur, cùm de horum exemptione summè dubitaretur, ita edixit: *Clerici, qui cum vnicis, † & virginibus contraxerint (si tonsuram, & vestes deferant Clericales) priuilegium retineãt Canonis, ab Innoc. Papa 2. prædecessore nostro editi in fauorem totius Ordinis Clericalis, & cùm iuxta Parisiense Concilium nullus Clericus distringi, aut condemnari debeat à Iudice sæculari, præsenti declaramus edicto, huiusmodi Clericos coniugatos pro commissis ab eis excessibus, vel delictis trahi non posse criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium sæculare: nec ab ipsis sæcularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter (ne*

per

per vnam viam concedatur eisdem Iudicibus, quod per aliam denegatur) vllatenus condemnari. In cæteris autem, vel nisi, vt præmittitur, tonsuram, vel vestes ferant Clericales, etiam in præmissis eos gaudere volumus priuilegio Clericali. Quæ Decretalis cùm à plerisquè Ecclesiasticis Scriptoribus calumniam passa fuerit, auctore Durando, Speculatore dicto, qui (ore in cœlũ posito) id Pontificem statuere non debuisse affirmauit, quodvè fauore coniugatorum in Generali Concilio corrigi debebat. Ioannes quoquè Monachus eodem modo conqueritur in *dicto capite vnico.*

Perinde in Tridentino disputato, vt refert traditio, negocio Decretalis Bonifacij nominatim confirmata fuit, *sess.* 23 *cap.* 6. hoc addito, vt Ecclesiæ seruire debuissent, ibi: *In Clericis verò coniugatis seruetur Constitutio Bonifacij 8. quæ incipit, Clerici, qui cum vnicis, modò hi Clerici alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & Clericali habitu, & tonsura vtantur; nemini quoad hoc priuilegio, vel cõsuetudine, etiam immemorabili suffragãte.*

His iuribus attentis, quærunt Scribentes, an ciuilium causarum cognitio Iudicibus secularibus præcepta sit? Et Lapus *allegat.* 41. simulquè Francus in *dicto cap. vnico* 161. ex Archidiacono, inducentes verba illa, *Non posse criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium seculare, &c.* In hoc Concilij Parisiensis † statutum ad vnguem
3 confirmari (ex quo tum ciuiles, cum criminales causas a secularibus iudicibus auulsas) putant, in *cap.* 2. ibi: *Aut minores Ecclesiæ sine permissu Pontificis per se distringere, aut condemnare præsumat.* Additquè Marta post relatos *casu* 153. *n.* 6. *cent.* 2. id indubitatum reddi, ex vers. *nec ab ipsis,* qui ad præcedentem trahi non debet, sed per se accipi, vt in illo ad differentiã delictorum ciuiles causæ interdictæ censeantur, aliàs superfluus esset, *Quoniam,*
4 ait, *probibitus † cognosci in criminalibus, dicitur prohibitus, siue agatur criminaliter, siue ciuiliter, & dummodo pœna veniat applicanda Fisco semper criminaliter agi dicitur. Ne igitur sit superfluus, intelligendus est hic versiculus, vt comprehendat tertium casum de causa ciuili pecuniaria:* hæc Marta, qui alijs consulto indignis argumẽtis vtitur, hãcquè opinionem amplectuntur Riccius, *par.* 4. *decis.* 320 *n.* 4 *& collect.* 308. Grassus *effect.* 2. *Cler. n.* 118. Ceuall. *de cognit. per viam violentiæ pap.* 2 *q* 73. *n.* 4. quem (cùm Ecclesiasticus fuerit) Regium cum nota appellat P. Diana hic, quasi per hoc à cæteris Christianis distingueretur, ex Moralibus Duard. *ad Bull. Cœnæ libr.* 2. *can.* 15. *q.* 4. *conclus.* 3. *nu.* 12. Zanard *in direct. confess. par.* 5. *de Sacram. matrim. cap.* 23. *quæst.* 24. alios refert, licèt non sequatur D. Barb. *in Collect. ad Concil. Trid. cap.* 6. *sess.* 23. *num.* 44. vers. *Contra.*

Sed certè hæc opinio rectæ iuris intelligentiæ repugnat, quod vt euidentiùs pateat, supplendum est, in Occidentali Ecclesia receptum in statu Clericali cœlibatum † ab initio fuisse, in aliquibus 5
quidem Prouincijs quoad omnes Clericorum gradus, in alijs verò quoad maiorum Ordinum consecratos, vt patet ex Concilio Chalcedonensi *cap.* 14. *in cap.* 15. *quoniam* 32. *dist.* Coniugatis vero, quæ priuilegia † concessa fuerint, non 6
adeò compertum est, quin ante præmissam Bonifacij Constitutionem, an foro gauderent? disceptatum summè fuerit, vt patet *ex cap. ex parte* 9. *de Cler. coniug.* iunctis, quę ex corpore habentur, vbi Honorius 3. Regina Anglorum sic respondit: *Ex parte tua fuit propositum, quòd nonnulli literati terræ tuæ habitu, & tonsura Clericali relictis, publicè ducunt vxores, de his, quæ huius mundi sunt solliciti, & quomodo placeant vxoribus, existentes: qui licèt negociationibus, & alijs negocijs secularibus insistant, vt tamen consuetis iustitijs, & debitis obsequijs te defraudent tonsuram, desumũt abiectam, quatenus ipsius prætextu ab huiusmodi; vt Clerici excusentur, quamquam nõn militent Domino, sed mundo, † vt cæteri vxo- 7
rati; quidam etiam accepta prima tonsura, similiter cõtrahunt, & eamdem tonsurã deferunt, vt eius prætextu excusari valeãt à præ*

dictus: cùm igitur reddenda sint, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, æquanimiter duximus tolerandum, vt à talibus iustitias debitas, velut ab alijs uxoratis exigas, & seruitia consueta. Concordat, ac nimium coniugatorum priuilegium restringit decisio, & ratio textus in *cap. Ioannes 7. eod. tit.* vbi Episcopo Acholitum coniugatum ad tonsuram cogenti, vt desistat, sic dicitur: *Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest priuilegio Clericali gaudere, mandamus, &c.* data hac ratione, *quoniam cùm eum oporteat secularibus negotijs immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profectò in ministerij nostri vituperium redundare.* Quorum ex relatione constat, non vndequaquè hanc coniugatorum exemptionem tutam ante Bonifacianam fuisse, præcipuè quoad bona, quæ quòad eos ob vxoriæ dotis, & bonorum mixturam æquè secularia videbātur, iustitijs perinde, ac magistratuū iussionibus maximè obnoxiæ; quinimo, vt ex Innocent. 4. Pontifice patet in *dicto cap. Ioannes. & cap. ex parte*, firmum erat, antiquo iure attento, gaudere tantū
8 priuilegio † Canonis, illoquè etiam priuari, *si violentias inferant, vel arma portent.* Sequitur Ioan. Andr. *in capit. Ioannes post principium, & in cap. ex parte,* limitans post *cap. vnic.* supra relatū, quòd nempè possit illam Constitutionem gaudeat priuilegio, *Can. si quis suadente, & fori in criminalibus.* Idem expræssiùs docet Abbas noster in *cap. Ioannes, n. 3.* vbi, quòd forum, quoad criminalia, post *dict. cap. vnicum*, obtinuit, iure nempe nouo libri sexti Decretalium.

Bonifacius ergo, dum quoad coniugatos Clericos ratione illa Concilij Parisiensis vtitur, impropriè quidem locutus videtur, cùm ibi de Clericis propriè, non de coniugatis sermo sit, quorū respectu præmissæ Decretales magis propriùs, ac specialiùs loquebantur, ab omni priuilegio præter illud Canonis eos segregantes: cum ergo illis se opponat, velitquè coniugatum cœlibi comparare, haud dubium, † quin corrigendo 9
procedat, & ideo propriè, & legali sensu amplexo intelligendus sit, iuxta tradita per Cardinal. Thusch. *lit. C. conclu. 1038.* cum alijs vulgaribus, dumquè de delictis loquitur, exclusisse ciuiles causas censendus est. *Delicta enim à delinquo omissionem eius posse † importare,* diximus 10
in *Codice Polit. nota 45. ad leges Federici,* quæ ad peccatum gradus est, quandoquè grauioris pœnæ, quàm peccatum, digna, vt ex *textu in l. 2. §. si tamen, D. de verbor. obligat.* probaui, ac ex pluribus à Carleualio adductis, *de Iudic. tom. 1. quæst. 6. ex n. 516. ad fin. fol. 221.*

Nec facit, quòd addat pro talibus excessibus, vel delictis, nec ciuiliter ad Iudices laicos trahendos, cùm apud Iurisperitos notum sit, † delicta plurima ad 11
offensi instantiam, etiam ciuiliter ad damnum, æstimationem, vel interesse prosequi posse, *toto tit. D. ad legem Aquiliam, & Instit. eod. tit. & de iniur. in famigerato, §. in summa,* ibi: *In summa sciendum est de omni iniuria eum, qui passus est, posse, vel criminaliter agere, vel ciuiliter, &c.* Hoc est ergo, quod Bonifacius voluit, ne quoquo pacto delicta coniugatorum, & excessus à Iudice laico cognoscerentur. Si quis ergo diceret, per hanc clausulam de ciuilibus causis loqui, iuris nostri elementa dissimulatet.

Minus obstat, quod Marta nescio an artificiosè, vel dicam turpiter, addiderit semper criminaliter agi, cū à Fisco causa criminis agitatur, quasi per hoc dicat semper criminalem esse, ac quòd ideo illud aduerbium *ciuiliter*, pro causis ciuilibus expensum sit; nam cùm in iure nostro ciuilis, ac criminalis actio pro delictis in partes commissis, præstetur, illaq; offensis tantùm ciuiliter detur, quia Fiscus † non damnum, nec æstimationem, 12
sed publicam vindictam prosequatur, vt dixi in *Cod. ad leges Federici, nota 106. fol. 280. per plur. num.* Summus Pontifex in illa distinctione partium offensas cōcludere voluit, vt nec si ciuiliter agere vellent, alibi, quàm coram Ecclesiastico iudice illas vindicarent.

Aliud

Alius verò verſiculus à Marta ponde-
ratus non diuerſum, nec ſeparatum ſen-
ſum haber, vt ipſe putar, ſed nec habere
poteſt, cùm in primo de partibus Cleri-
cos trahentibus loquatur, vetans, ne eos
ad laicos judices protrahant. Secundo
verò loco & Iudices ipſi, ne cognoſcāt,
neuè condemnent, prohibentur. Parum
13 enim † referret partes actores repellere,
ſi iudicibus, ne cognoſcerent, non præci-
peretur. Inde prior ſermo cum ſecundo
14 per particulam † *NEC* copulatur, quæ
eiuſdē ſententiæ cōtinua tua cenſetur, vt
in *l. nec quidquam 9. D. de offic. Proconſu. l.*
ſi quis ſtipulatus fuerit decem 57. D. de ver-
bor. oblig. cum alijs per Barb. *in eadem n. 1.*

Hinc ex antiquioribus frequentiùs
omnes Canoniſtæ iuris peritiam callen-
tes, ſine vllo ſcrupulo hanc ſententiam,
(vt ſic dicam) pleno ore ſecuti ſunt, vt ex
Io. Andr. & Abb. in præmiſsis locis pa-
ter, & in *dict. cap. unico*, cum alijs per Co-
uar. *dict. cap. 31. num. 7.* qui etiam addi-
15 dit, verius eſſe, vt conceſſa † in ciuilibus
cognitione, & captura permiſſa cenſea-
tur ex Montaluo, & alijs ita praxim Hiſ-
paniā ſe habere referētibus, & præter al-
legaros à P. Diana, hanc opinionem plu-
ribus relatis amplectitur iterum Barboſ.
ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. n. 44. his
expenſis verbis: *Tertiò in criminalibus tan-
tùm, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter pro cri-
mine agatur; non autem in merè ciuilibus, vt
per Couarr. pract. cap. 31 num. 61. Farin.
dict. q. 8. n. 7. Azeued. l. 2. tit. 4. lib. 1. no-
uæ Recop. Sanch. d. diſput. 46. n. 32. Tapia
lib. 1. de iure Regni, fol. 34. Cened. d. lib. 1.
quæſt. 4. num. 18. & 19. Paul. Laim. in
Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 8. num. 5.
Ludouic. Correa nobilis Luſitanus, in cap. in-
ter alia de immunit. Eccl. part. 2. num. 33.
Aloyſ. Ricc. in praxi v. m. reſol. tom. 2. reſol.
391. num. 2. Sanchez de matrimon. lib. 7.
diſp. 46. ex num. 22. D. Felicianus à Vega
in relect. d. cap. 2. de for. compet. nouiſsimè
Donatus Anton. de Marinis, quotid. reſolut.
cap. 58. Ego ipſe d. par. 2. alleg. 18. nu. 25.
Sel. d. cap. 18. num. 27. atteſtans, ſic fuiſſe
reſolutum ſub die 13. Februarij 1610. dum
ibi fuit dictum, Clericos coniugatos prædictos
qualitatibus † requiſitis, tam dicta Conſtitu- 16
tione Bonifacij, quam hoc decreto, non gaude-
re priuilegio fori in ciuilibus, niſi vbi de cri-
mine etiam ciuiliter ageretur, ſed illos ob ta-
les cauſas ciuiles à crimine non deſcendentes,
poſſe à Iudicibus laicis in carcerem conij-
ci, aut perſonaliter diſtringi. Refert etiam
ita decidiſſe Sac. Congregationem Epiſcop. &
Regul. ſub die 10. Februarij 1618. dum
ibi fuit dictum, Clericos coniugatos iuxta Sa-
crorum Canonum, & Concilij diſpoſitionem,
priuilegio Canonis, & fori in criminalibus
dumtaxat gaudere, non autem in ciuilibus,
niſi conſuetudo eſſet in contrarium, prout in
Regno Neapolitano. S. Congregatio immuni-
tatis 27. Februarij 1630.* hæc Barboſa,
quem vri magni nominis Eccleſiaſticum
proprij laboris vitandi gratia ex ſcribere
volui. His addendi Gutier. *pract. lib. 1. q.
5. num. 3.* Megala *in 3. par. lib. 5. cap. 10.
num. 40.* Cotiol. *in Bull. excomm. 16. fol.
945. à Diana adducti.*

Videndum ergo reſtat, an conſuetu-
do † poſsit cōtra Cōcilij Decretū, quod 17
illam (etiam immemorabilem) prohibet,
aliter conſtituere? Eo enim ipſo, quod
Concilium in ſuos Clericos appoſitam
conſuetudinem, etiam præteritā, & fun-
datam ob bonū publicum vniuerſi Chri-
ſtiani ſtatus derogat, fortiùs futurā, quin
oriatur, impedit, vt *in capit. cauſam 7. de
præſcript. cap. quæ contra morem 8. diſtinct.*
vbi rationem huic quæſtioni argumentum
aſsignat: *Turpis eſt enim*, inquit, *omnis pars
vniuerſo ſuo non congruens*: non enim ab
vna Eccleſia debet contra vniuerſæ in-
ſtituta aliquid præſcribi; vbi enim Con-
ciliaris lex reſiſtit, cauſa, & origo præ-
ſcribendi improbata videtur, eruntquè,
qui aliter ſeruant, ac ſi elam, vel precariò
rem alienam ſcienter poſsiderent, Gra-
tian. *diſcept. 441. num. 24.* Couar. *lib. 3.
var. cap. 13. n. 4.* Aponte *de poteſt. Proreg.
tit. 11. n. 9. 20. & 21.* Mēchaca *vſufreq.
lib. 1. cap. 3. n. 20.* Armend. *in add. ad Re-
copil. legum Nauarr. num. 186.* & contra
immemorialem refert deciſum Garcia
de Benef. par. 11. cap. 2. num. 7. optimè

in generali derogatione D. Barb. *ela.* 87. *num.* 12. *in fine.*

Nec est facile consuetudinem hanc in
18 Regno Neapolitano † vniformem, sciẽte Rege, vel eius Vicario probare, cùm illa Ministrorum non sufficiat, multaq; controuersia semper interuenerit, vt potius vi, ac censurarum metu, qui in constantem (Christianum præcipuè virum) cadit, hoc inductum, alicubi censeri debet, quàm legitimum præscriptũ, ex his, quæ ad omnia hæc in similibus, quoad Inquisitores terminis scripsi in Patrocinio integro, *cap.* 3. *in Cod. ex fol.* 367. vsque ad *fol.* 379. vbi de legis repugnantia, de scientia Regis, de resistentia conquæstu, de metu, & cæteris, vt pateat hanc consuetudinem nec fundari, nec probari potuisse, cuius etiam contrarium Riccius, Tapia, viri omni exceptione maiores, necnon & Donatus de Marinis diligens Scriptor testantur.

QVÆSTIO LII.

An Iudex laicus possit punire Clericũ assassinum notorium?

EPITOME.

1 *Homicida insidiosus in sacris literis ab omni immunitate exosus.*
2 *Homicida insidiosi à sacris excludendi lex ante sacerdotium lata.*
3 *Assassinorum pœnas, Innoc.* 4. *prior indixit.*
4 *Mors secuta in assassinio ad pœnam non requiritur.*
5 *Iudicia probabilia in assassinij crimine satis sunt.*
6 *Depositionis sententia in assassinio non requiritur.*
7 *Notorius assassinus an declaratione præcedente, foro exuendus sit?*
8 *Homicida notorius quis dicatur?*
9 *Iudiciarius ordo in notorijs non requiritur.*
10 *Verbum, ipso facto, pœnam ipso iure imponit.*
11 *Canõ latæ sententiæ quomodo incurratur?*
12 *Assassinum quibus modis notorium dici potest ad priuationem fori?*
13 *Crimen publicum notorium dicitur.*
14 *Notorium non iurisdictionem, sed executionem tribuit.*
15 *Iuris executio nullam iniuriam irrogat.*
16 *Clericum assassinum notorium posse à seculi Iudice plecti, qui dixerint, vbi cõtrarij.*
17 *Iudicem Ecclesiasticum factum declarare, vbi id consuetum sit, debere in assassinio.*
18 *Censuras illi, qui vnam ex diuersis interpretationibus sectantur, non incurrunt.*
19 *Clericos sodomitas vti assassinos puniri.*
20 *Notorij probatio in iudicijs procedere potest, quoad forum amittendum.*
21 *Pœnæ in delictis mixti fori ab vtroque Iudice suppleri possunt.*

EXplosio insidiosi, industriosiquè † homicidæ à sacris, sacrorumquè immunitate, primùm à iure Diuino procedit, *Exod.* 21. *v.* 14. relato in *cap. de homicid. Siquis*, inquit, *per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo euelles eum, vt moriatur*, vbi Dominus Moysi loquitur, Principi, ac populi illius 1
ductori; † nec enim Sacerdotium institutum fuerat, vt patet ex *cap.* 28. *eiusdem*. 2
Postmodum verò inter Canones à Pontificibus relatum fuit, vt ad Ecclesiasticos viros porrigeretur. Porrò Innocentius 4. Pontifex Max. apertiùs rem definiuit, respectu corũ, qui industriosis hisce, insidiatoribusquè † pecunia ad occidendum Christianos conductis vtebantur, in *cap.* 1. *de homicid. in* 6. vbi in Lugdunensi Concilio scelus hoc elegãter detestatus, sic demũ concludit: *Statuimus, vt quicumquè Princeps, Prælatus, seu quæuis alia Ecclesiastica, secularisuè persona, quempiam Christianorum per prædictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit (quãquam † mors ex hoc forsitan nõ sequatur) aut eos receptauerit, vel defenderit, seu occultauerit, excommunicationis, & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio, incurrat sententias ipso facto.* Et deinde: *Sit etiam cum suis bonis mundanis omnibus tanquam Christianæ Religionis æmulus, à toto Christiano populo perpetuò diffidatus. Et postquam probabilibus constiterit † argumentis aliquem sce-* 3 4 5

scelestum execrabile commisisse, nullat enim alia † excommunicationis, vel depositionis, seu
6 *diffidationis, aduersus eum sententia requiratur.*

Quæritur modò, quid de notorio, manifestoque homicida † sentiendum sit,
7 an notorietate probata sine alia declaratione Ecclesiastici iudicis plecti posit? cùm Decretalis in delicto huiusmodi depositionis sententiam nullatenus requirat, quæ per competentem Iudicem ferenda esset: quod, vt perfectè habeatur noto ij natura primò tradendã est, quam melior omnium. Idem Innocent. Decretalis præmissæ conditor distinguere conatus fuit, *in cap. tua nos* 8. *de cohabit. Cler. & mul.* vbi *num.* 2. ait: *Quòd notorius homicida*
8 *ille est, qui † in populi cõspectu aliquem interemerit*, & quòd vt tanquã in notorio procedatur, *hanc qualitatem probari opus erit*, quòd *publicè occisio secuta fuerit*, quo casu dicitur, tergiuersationem non admittere, vt ait *ibid. num.* 7. *in fin.* & habet lo-
9 cum processus sine iudiciario ordine, † facit Abb. *in cap. dudum*, *num.* 7. *de elect.* cum alijs per Menoch. *casu* 166. *num.* 4. Cardin. Thusc. *lit. N. concl.* 104. Farin. *quæst.* 21. *ex num.* 80. *ad* 110. Vazq. Mẽchac. *controu. illustr. cap.* 1. *num.* 12. Surd. *decis.* 259. *n.* 34. *& decis.* 326. *num.* 82. qui aiunt hoc casu nullam requiri probationem, nec processum: alios adducit D. Barbos. *appell.* 166. *nu.* 2. Notorium enim supplet processum, & sententiam, vt supra *lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 9. *&* 10. traditum fuit.

Iterum ponderandum est, Põtificem vsum fuisse vocibus Canonem latæ sententiæ importantibus, ibi: *Depositionis à dignitate, honore, ordine, officio incurrat sen-*
10 *tentiam † ipso facto*, quæ verba etiam pœnã ipso iure irrogant, vt ait Gloss. *in d. cap.* 1. in verb. *ipso facto*, vbi etiam Archidia. *in princip.* & in *cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi eod. lib.* 6. & in *Clem. attendentes*, Glos. *vltim. de stat. Monach.* cum alijs per Dec. *cons.* 238. Socin. *regul.* 360. *fallent.* 2. Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 7. *nu.* 4. *& cap.* 8. *num.* 1. *&* 2. Salas *eod. tract. quæst.* 96. *tract.* 14. *disp.* 15. *sect.* 5. *num.* 77. *& disp.* 16. *sect.* 8. *num.* 29. quos cùm alijs sequitur D. Barbos. *dict.* 178. *n.* 4.

Quòd verò Canonem latæ sententiæ † 11
importet, allegat idem ibi quàm plures, referam tantùm Ecclesiasticos Auctores, Felin. *in cap. Rodulfus num.* 48 *& seq. de rescript.* Peret. *ad extrauag. ambitiosæ*, verb. *etsi per sex menses*, *num.* 31. *de rebus Eccle. non alien.* Monet. *de distribut. quotid. part.* 3. *quæst.* 7. *n.* 36. Carb. *de leg. lib.* 8. *ass.* 6. *vers. Prima regula.* Franc. Leo *in Thes. fori Eccl. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 3. *& p.* 4. *cap.* 2. *num.* 183. Sayr. *in clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 24. Card. Thusch. *lit. D. concl.* 302. vbi *n.* 4. ait hac clausulas ipso iure, & ipso facto synonimas esse, idemque separatim positas significare.

His sic positis, si delictum notorium esset, † pura, si assesinus Clericus esset, 12
vel mandans, idque palàm fateretur: idẽ & facilius, si probato assassinio homicida in domo Clerici receptatus reperiretur, illum defenderet, armisque tutaretur; adeò vt hæc vlla tergiuersatione celari, nec vacuari possent, vt Innocent. 3. loquitur *in dict. cap. tua nos* 8. *de cohab. Cler. & mul.* ibi: *Si crimen eorum ita † pu-*
blicum est, vt meritò debeat appellari notoriũ, 13
in eo casu, nec testis, nec accusator est necessarius, cum huiusmodi crimen nulla posit tergiuersatione celari. Tunc secundùm hæc, cùm depositio (ob pœnam ipso facto impositam) necessaria non foret, nec processus, nec super crimine sententia, non mirum, si Iudex laicus pœnas Canonicas exequatur, cùm † per notorium, ac si
sententia præcessisset, ei non iurisdictio, 14
sed executio tribueretur, nihilominùs, quàm per factam à Iudice Ecclesiastico depositionem, facit *cap. cùm olim de verb. sign.* quod sine immunitatis Clericalis iniuria fieret: iuris † enim executio esset, 14
l. nullus videtur, 55. vbi Dec. & Cagnol. *D. de regul. iur.* Gama *decis.* 35. Surd. *decis.* 21. *ex num.* 14. Barb. *axiom.* 135. *n.* 3.

Per hæc satis iuridica eorum opinio 16
apparet, qui contra assassinum Clericum scripsere, ob tam infandi criminis atroci-

citatem, nec ob id Graffius reprehensionem meretur, quòd hanc docuerit *par. 1. lib. 4. cap. 18. n. 15.* nam ipse alios secutus, ac rationibus motus videtur, vt ex allegatis per Cened. *in Collect. 37. n. 11. p. 1.* Crass. *eff. cl. 1. n. 668.* qui plures Canonistas adducunt, quos iure merito Gambacurta *lib. 7. cap. 14. n. 13.* sequi potuit, & probabilem hanc opinionem existimare, cui pro cumulo accedit doctissim. Molina *tom. 4. tract. 3. disp. 25. num. 6. & disp. 49. num. 20.*

Quorum auctoritati, & rationum ponderi meritò cedere debent moderni Bonacina *de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. num. 8.* Duard. *in Bull. Cœnæ libr. 2. can. 16. quæst. 11. n. 63.* Megala *in 3. par. lib. 3. cap. 10. quæst. 4. n. 35.* cum alijs Iurisconsultis per P. Dianam ibidem allatis; nam nemo illorũ disputationem ex suis principijs de hac quæstione instituit, &
17 licèt opposita interpretatio, † vbi recepta fuerit, damnanda nõ erit, nullũ enim absurdum (quòd Iudex Ecclesiasticus factum declaret) continere potest. Attamen, quòd alteram opinionem sequentes in Bullam Cœnæ incidant, vt Duardus docere nititur, longè absurdissimum est, cùm laici Iudices, vbi hanc opinionẽ sequantur, immunitati Clericorum non derogent, sed Canonum permissu, ac prudentum legali, interpretatione vtantur, quo casu, vt plenius dixi, in eiusdem Bul-
18 læ, † censuras incidere non possunt, ex Sayro *lib. 3. cap. 19. n. 5.* Toler. *instruct. Sacerd. cap. 2. n. 4.* Sousa *ad Bull. cap. 16.* Suarez *de cens. disp. 21. sect. 2. num. 78.* ex Canonistis Scrib. *in capit. in præsentia de probat.* per Flam. Paris. *de resignat. benef. lib. 8. q. 7. num. 16.* D. Barbos. post alios *claus. 91. num. 5.* Ego in *Cod. contr. 13. n. 9. fol. 457.* Nam vel ob vnius grauissimi Auctoris sententiam censura vitatur, *sup. lib. 1. q. 41. num. 13.*

Quid verò in Clerico sodomita dicẽ-
19 dum sit, † Pontificias Bullas omnino attendendas esse arbitror, an ne eisdem pro vt in præsenti clausulis vtantur, de quibus loquitur Nauarr. *in man. cap. 27. nu.* 294. Bulla enim Leonis X. *omni Clericali priuilegio, officio, dignitate, & beneficio illos ipso iure priuauit.* Vnde notorij † pro 20
batio etiam succedere poterit, si huiusmodi scelesti actu infanda hæc admittentes inuenirentur, vel falsi iudicialiter essent, ex eisdem iuris principijs in assassinis adductis, quæ & in hoc casu fortiùs procedunt, cùm delictum grauius sit. Quamobrem non iure culpatur Garc. *de nobilitat. gloss. 19. num. 19.* quòd id docuerit. In omni verò casu cùm delictum hoc quoad Clericos ex dictis Constitutionibus mixti fori † effectũ fuerit, sup- 21
pletio pœnæ condignæ per vtrumque Iudicem fieri potest, si aliter, vel cõnuneat, vel mitiùs se habeat: hæc est enim huiusmodi delictorum natura, hicque Pontificum finis, ne admittens impunitus discedat, per ea, quæ dixi ad cõcordata, anni 1635. *in Cod. Siculo gloss. 37.* versic, *Vt nempe vnus Iudex alterius in puniendo remissionem suppleat, fol. 504.* De incorrigibili verò iam præmissa *quæst. 24.* dictũ est, vnde subsisto.

QVÆSTIO LIII.

An Iudex secularis processans occultè Ecclesiasticum in causa criminali cũ intentione postea processum præsẽtũdi Prælato, faciat contra libertatem Ecclesiasticam, & incidat in excõmunicationem Bullæ Cœnæ?

EPITOME.

1 *Processus ad informationem proprij Iudicis appositi ab incompetente secretò, & informiter recipi.*
2 *Informatio extraiudicialis in delictis exemptorum, quorum superior absit, vsu recepta.*
3 *Ecclesiastici ab Ordinarijs exempti, ne eorũ excessus pateant, omnem informationem abhorrent.*
4 *Licentia non occurrere nocuam rusticitatem, & simplicitatem fore.*
5 *Prælatorum excessus maiori verificatione indigent.*
6 *Informatio extraiudicialis nullibi in iure* Ca-

Canonico prohibita.

7 ... *nullam fidem in iudicio facit, sed iudicem proprium ad se informandum monet.*

8 *Necessitas imminens dat fidem processui informi.*

9 *Citatio ad notitiam fit in extraiudicialibus sine iurisdictione.*

10 *Informatio in casu necessitatis per incōpetentem capi potest.*

11 *Probationum multiplicatio inter diuersos iudices, crimina impunita facit.*

12 *Laicus Iudex Ecclesiasticam iurisdictionem adiuuare, eique obsequi tenetur.*

13 *Informatio verbalis non, sed iudicialis prohibita.*

14 *Scriptura ad memoriam seruandam facta iudicialis non est.*

15 *Romana Curia extraiudiciales Principū aduersus Prælatos informationes nunquam respuit.*

PRæsens casus in Prælatorum † delictis accidere solet, cæterorumquè
1 omnino ab ordinarijs exemptorum, in illis tamen Prouincijs, vbi Summus Pon
2 tifex longè † abest, vel mari distinguitur: Iterùm in Clericorum delictis, quorum Prælati à Diœcesi absunt, vbi Vicarios ad Prælatos certiores reddendos, vt malis occurrant, conniuere appareat, vel vt Metropolitæ, & legati de dissimulatione ipsorum Prælatorum certam notitiam assequantur: perquisitiones ergo huiusmodi ad informandum tantum, ac animum superiorum Ecclesiasticorū mouendum fiunt, quod quidē ideo inferiores omnino refugiunt, ne sua delicta innotescant. Nam cùm sciant de Prælatis conquærentibus fidem regulariter non præstari, ex *cap. 13. quæsiuit 3. quæst. 9. c. ex merito, cap. deteriores ibidem*, quòdue hoc solum remedium supersit, vt Principes, & Magistratus adeantur, qui de excessibus fide habita, superiorem certum reddant, ac admoneant; huiusmodi vnicā quidem medelam summè † abhorrēt,
3 indequè censuras incurrere volunt eos, qui id non ad iurisdictionem exercendā, sed ad notitiam, certamquè fidem superioribus dandam agant. Quod Summi Pontifices ferre non debent, exemplo D. Gregorij illam, vt fiat, n suo Pastorali admonentis, ac inculcantis, *part. 3. adm. 5. in cap. 57. admonendi 2. quæst. 7. Rusticitas enim † Ecclesiæ nociua*, D. Hieronymo 4
videtur illa *per quam licentia non resistitur, in cap. 56. sancta eodem loco*. Apertiùs D. Gregorius *Epist. 37. lib. 10. in capit. 46. sicut ibidem*, Et Gelasius 1. *ad Episcopos Lucaniæ, cap. 30. in ca. seq. incipit, quapropter*, ibi: *Probationibus dumtaxat competenter exhibitis*. Et in quolibet accusatore Sixtus 3. Episcopis Orientalibus, *in cap. 50. siquis ibid.* per hæc verba: *Si quis Episcopus, aut Diaconus, aut quilibet Clericus apud Episcopos (quia alibi non oportet) à qualibet persona accusati fuerint, quicumque vir ille fuerit, siue sublimis honoris, siue alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit dicenda probationibus †* 5
monstrāda, documētis se debere inferre: quod si in culpata querela id fieri debet, quantò magis in iusta?

Nullibi autem in toto Canonum iure hæc informatio † ad superiorem Ecclesiasticum dirigenda vetita inuenitur, 6
cùm tantùm iudicialis cognitio à laicis Magistratibus per Concilia, & Decretales (alibi à nobis sigillatim expēsas) auulsa fuerit. Quòd si actum ipsum examinemus, iurisdictionalis non est, cùm à quolibet priuato apud publicū Scribam, vel Notarium, pro suo iure seruando testes priuati produci sine alio Iudicis mandato, possint; quæ probationes † nihil 7
fidei iudicialiter faciunt, sed animum iudicis instruunt, vt ad vlteriorem probationem procedat, *cap. inter dilectos 6. versic. Nec attestationes, de fide instrum.* Bal. *in l. 2. num. 17* versi. *Vlterius quæritur, C. de edend.* Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 11. ex n. 310.* In casu enim imminentis † neces- 8
sitatis, vt excessus reparari à superiore possint, formalis iudiciariavè productio excusatur, Bart. *in l. si quis, C. de naufrag. lib. 11.* vbi Lucas Pennesis *col. 1. cap. Tolos. decis. 427.* Maranta *in speculo fol. 177. num. 29.* facit Mastril. *decis. 197. ex nu. 18. ad 27.* quotidianaq; praxis cōprobat.

Con-

Confirmantur hæc omnia ex latè per
me traditis supra *quæst*. 14. *n*. 24. vbi ad
illos respondetur,qui citationem, seu ve
9 rius † vocationem partium ad instruen-
dos Iudices in determinatione facti vio-
lentiæ damnant, quasi iudiciale aliquid
contineat,per quod Ecclesiastica iurisdi-
ctio lædatur; firmatum est enim etiā di-
uina humano mori curari,cùm quidquid
recipitur, ad modum recipientis recipi
oporteat,ex Aristotele, & alijs.

Demum hæc praxis (quam quandoq;
cum Agrigentino Episcopo seruatam vi-
dimus)ex eo sustinetur, quod idem met
Sousa in *Bulla Cœnæ cap*. 20. *disput*. 95.
10 *disp*. 2. *n*. 2. *&* 3. casum necessitatis † ab-
sentiæ Prælati,Metropolitæ, vel Ponti-
ficis,vel dissimulationis, ac vbicumquè
periculū in mora versetur,excipit, quod
P. Diana non reprobat. Certumq; apud
me est nullum seculi Iudicem prçter hos
euentus manum ad hæc mittere debere.
Nam si Prçlatus adsit,qui animaduertat,
probationesq; perituræ non timeantur,
ad cap. cùm dilecta de confirm. vtil. pessimè
in huiusmodi informationibus recipien-
dis contra nō subditum se gereret, esset-
què alienam iurisdictionem turbare; nā
in † multiplicitate probationum in crimi
11 nalibus confusio, & impedimentum po-
tiùs,quàm auxilium præstatur, vt in simi
li diximus in *Cod. controuer*. 3. *num*. 14. *&*
15. *fol*. 427.

Et ita intelligendus videtur Graffius
decis. 1. *lib*. 4. *cap*. 18. *n*. 135. nam ipse nō
loquitur vbi Iudex Ecclesiasticus eodem
tempore illas recipit; esset enim frustra-
nea laici Iudicis diligentia, quæ ad adiu-
12 uandam,† alteram iurisdictionem, non
ad illam sibi vsurpandam tendit,vel ten-
dere apud pios viros, & conscientiæ ti-
moratos debet. Hæ enim iurisdictiones
mutuò se adiuuare,non destruere,nec im
pedire debēt, ex latè traditis *hoc libro q*.
4. *num*. 39. *cumseq. vsque ad num*. 50. *fol*.
183.

Postremò Sousa apertissimè fatetur,
extraiudicialem notitiam traditam, &
verbalem informationem per Canonē
illum Bullæ non prohiberi,ibi: *Sed infor-
mationem talem verbaliter, vt Prælato de-
nuntiet,* † *non verò iudicialiter accipere,exi-* 13
stimo non prohiberi hoc loco. Idquè est,quod
contra Prælatos maximè, quorum cri-
minum causæ per Tridentinum Conci-
lium Pontifici reseruatæ fuerunt,seruari
vidi,vt nempe ob specialis Iudicis absen
tiam verbotenus aliquis Ecclesiasticus
de Principis mandato se informaret,qui
ne memoria † verba testium exciderent, 14
ad sui instructionem summatim dicta in
scriptis,& informiter referebat, vt nec
iure iurandum, nec formalitas vlla exa-
minis seruaretur. Quod nec Sousa, nec
Diana vnquā improbare potuerunt, siue
forma,siue finis superiorem Ecclesiasti-
cum instruendi attendatur. Nec vnquā † 15
Romæ illam improbari audiuimus, imo
amplecti, ac moueri Pontificem, vt per
notitias huiusmodi iuridicam excessuum
probationem remitteret.

QVÆSTIO LIIII.

An Principes possint statuere, ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua seruitia,& obsequia?

EPITOME.

1 *Ecclesiasticis damnosum circa comestibilium vsum statutum non valet.*
2 *Statuta in odium Ecclesiasticorum edita non valent.*
3 *...prohibentia venditionis libertatem quo ex pacto non valeant?*
4 *Libertas emendi,ac vendendi,non iure Ecclesiastico,sed communi procedit.*
5 *Prohibitiones legum ciuilium quando Ecclesiæ libertatem infringant?*
6 *Princeps,qui ad alimenta populi, vel iura sua illæsa seruanda de molendinis,& furnis disponit, Ecclesiæ libertatem non tollit.*
7 *Rei quilibet ad libitum moderator.*
8 *Bonifacius plures declarationes ad Franciæ abusus tollendos emisit.*
9 *Statuta tollentia Ecclesiasticis natura cōmoditates non valent.*

Ec-

10 *Ecclesiastici an pretij, ac mercedis solutione per exemptionem non liberantur.*

DE interpretatione Bonifacianæ Cõstitutionis agitur, qua id expresse cauetur in *cap. fin. de immunit. Eccles. lib. 6.*
1 estque verissima sententia † citatorum per D. anam, generalem hanc prohibitionem contra Ecclesiam, ac Ecclesiasticos viros inualidam fore, cum eis oppidò commercium, ac naturæ iura veten-tur, quæ prohibitio aliundè, quàm ex
2 odio in Ecclesiasticum statum, † & animo illos ex dominijs temporalibus extrudendi, illorumque immunitatē conquassandi, manare non potest, vt benè aduertit Anguianus *de leg. lib. 2. contro. 15. n. 33.* iuncto *n. 41. & 42.* quem pro affirmatiua opinione inconsultè adducunt, cùm ipse quoad propositam in themate opinionem Decretali præmissæ se conformem reddat.

Disputat verò ipse, an Princeps speciē aliquam, ne vendatur Clericis, ob bonū tamen publicum, siue Reipublicæ prohibere possit? in quo sequitur Nauarrū *in Man. cap. 27. n. 119.* qui ex Innoc. *in cap. nouerit de sent. excom.* tenuit, prohibitionem factam laicis, ne aliquid Clericis vendant, esse quidem contra commu-
3 nem † omnium libertatem, qua commercia vendendi, ac emendi sustinentur, *l. nec emere 16. C. de iure delib.* cum allijs à me traditis *tom. 1. de donat. tract. 2. part. n. 49 fol. 183.* Non verò derogationem Ecclesiasticæ libertatis dici posse, cùm
4 hæc libertas eis iure Ecclesiastico † non competat; ad quod allegat quoque Caetan. *in summ.* verbo, *excommunicatio, cap. 21.* versic. *Quinto nota.* Inde infert per hæc verba: *Ex quo aliud iam prosluit discrimen, seu differentia inter præfatas immunitates, quòd attenta priori specie libertatis Ecclesiasticæ Clerici immunes sunt à potestate ciuili, vt statuunt d. cap. 9. de sent. excomm. & similia; considerata verò libertate, seu immunitate secundi generis, Clerici non videntur habere exemptionem aliquam à iurisdictione seculari; quinimo cùm gaudeant tali immunitate, non tanquam Ecclesia, neque tamquam Clerici, sed tanquam communitas quædam ciuilis, seu vt ciues sunt à potestate ciuili minimè apparent exempti, teste P. Frãcisco Victoria de potest. Eccl. pag. 163. n. 4. ex quibus benè perpensis, & consideratis iā colligitur per prohibitiones † legū ciuiliū, quominus Ecclesiastici emere valeant, vel non nullatenus infringi Ecclesiæ libertatem:* hæc Anguianus de prohibita immobilium emptione loquens, quæ ad specialem ob bonum publicum vetitam emptionem, vel venditionem referri potest; nihil tamen ipse de Bonifacij Constitutione excidere posse putat, vbi generalis prohibitio fiat, vt extorres humani commercij Clerici reddantur.

Cæterùm, si Princeps, qui super molendino, vel furno † ius habet, ac tributū 6
certum, & insatiabile à molentibus exigit, vel à coquentibus inter sua Regalia numeratum, vel qui ob abundantiam panem iusto pretio subditis tribuere facit, ne fraus sic fiat, ne alijs panem, quàm qui ad alendam plebem coquuntur, nec alia farina, quàm quæ ad id opus est, molatur, subditis suis præcipit, non incidere in hanc Decretalem, dicendum videtur, cùm pro Republica benè regenda, & abundātia fouenda, non vt Clericis præiudicet, id agat, nec vt illis necessaria deficiant, sed vt cum alijs abundent, tunc eidem, quod priuato licebit, cùm vnicuique in suo molendino, vel furno id constituere liceat, ne alijs, quàm sibi molant, & coquant, cùm † rei suæ quilibet mo- 7
deretur, *l. in re mandata, D. mandati*, nec ad iniuriam referendum est, quòd quisq; iure suo sibi consulat, *l. iniuriarum, §. 1. D. de iniur. l. si in meo, D. de aq. plub. arcen. capit. cùm Ecclesia 21. vers. Quia de elect. sup. quæst. 48. n. 15.* vbi quòd iure nitens in Bullam Cœnæ non incidit, quæ non repeto.

At quia hæ Decretales post *cap. Clericis laicos hoc eodem titulo*, positæ sunt quarta, nempe, & vltima, ac quoad Franciæ Regnum † edita, vt patet ex *cap. quoniam* 8
4. ibi: *Quorumdā Iustitiarum, Balliuorum, ac temporalium dominorum, &c.* qui vt Ioānes

nes Andr. aduertit, Ministrorum Galli-
corum nomina sunt, sequiturquè Decre.
eos, de temporali dominio obtinētibus locuta,
summa mihi dubitatio angit, ne cū prio-
ri deiecta sit, per *Clem. vnic. de immu. Eccl.*
vbi iam *cap. Clericis laicos*, quàm cæteræ
declarationes post eam subsecutæ peni-
tus reuocatæ sunt, Decretis Conci-
lij Lateranensis, ac alijs Generalibus,
in hac Clericorum immunitatis materia
solùmodo dimissis, ac obseruari manda-
tis, vt supra latiùs *q.* 48. *n* 12. cōprobatū
est; cùm hæ Bonifacij posteriores Con-
stitutiones ad eosdem Regni Franciæ
vsus improbandos successerint, ex quo
fieret, hæc iuxta antiquioris iuris præscri
pta decidi debere, per quæ tunc huiusmo
di prohibitiones, & statura vetātur, quo-
9 ties odio Ecclesiastici status † naturalis
cōmoditas auferretur, nā aliàs sicut cete-
ri ciues eādem sortē ferre deberēt, codē
furno, & molendinis stipēdijs solutis vti;
nec enim hæc Decretalis, vt gratis obse-
10 quia præstentur, præcipit, nec vt nō solu-
to † consueto molāt, vel coquāt, vbi cæ-
teris id permittatur; nam illud loco con-
ductionis debetur. à cuius stipendio Cle
rici exempti non sunt.

QVÆSTIO LV.

An Principes, seu Ministri Regij faciendo literas hortatorias ad Episcopos, vt ab aliqua mala determinatione desistant, vt est in vsu in Regno Neapolitano, faciant contra libertatem Ecclesiasticam, & incidant in censuras Bullæ?

EPITOME.

1 *Literæ hortatoriæ consiliū non necessitatē important.*
2 *... scissis iurisdictionibus, & territorijs, iuregentium necessarijs in Scriptura sacra cognitæ.*
3 *... etiam ab inferiore, & priuato scriptæ, si iustæ sint, exaudiri debent.*
4 *Mundus non nisi ex concordia, & mutuis officijs regi potest.*
5 *Literæ rogatoriæ quam coactionem habeāt?*
6 *Iurisdictiones Ecclesiastica, & laica an omnino distinctæ?*
7 *Territorium ciuile, & corporale an Episcopi habeant? latè.*
8 *... Bonifacius 8. habere declarauit, sed quale sit, non explicat.*
9 *Ecclesiastici hodie quoad profana rogatorijs literis indigent.*
10 *Prælati, si ciuile territorium haberent cum laico Principe, alium Principatum in eodem loco exercerent.*
11 *Princeps, si alium rogauerit, & spernatur in ijs, quæ ex iuregentium petit, iustè bellum mouet.*
12 *... alterum Principem ex gentium iure ad plura cogere potest.*
13 *Princeps monitus a Prælato, vt auxiliū præstet, si renuat, communione priuari potest.*
13 *Arma an à Prælato in Principem non parentem hortatorijs literis moueri possint?*
15 *Feudum Ecclesia non parenti auferre poterit, si ab ea iure dominij vtilis habeat.*
16 *Principum mandata ad bonum Reipublicæ impleri etiam à Prælatis debent.*
17 *Reges Prælatis quoad spiritualia, Prælati Regibus quoad profana subsunt.*
18 *Prælatos ad mandata Principum iusta sub præcepto teneri.*
19 *Iure gentium rogatoriarum despectus vindicatur.*
20 *Princeps subditorum pater, Reipublicæ maritus.*
21 *... sicut offensus ab alio Principe in se, & subditis pignoratione vtitur, ita & si à Prælato, inde bona sequestrat.*
22 *... si per plenum bellum iniurias Ecclesiasticorum vindicare potest, quare non alijs leuioribus remedijs?*

REferuntur pro negatiua Coriola-
nus *in Bulla Cœnæ, excō.* 16. & Me
gala *in* 3 *par. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 6. Mouen-
tur, quia † hæc verba consilium impor- 1
tant, non verò necessitatem inducunt,
nisi Princeps precatorijs verbis vtere-
tur, quæ cùm species coactionis sint, ab
eis abstinendum esset: hæc Diana in præ-
senti *resol.* 55. Mihi

Mihi verò cùm opinio probetur, ratio non satisfacit; nam vsus hortatoriarum, seu rogatiuarum litterarum, † ab
2 origine diuisarum iurisdictionum ad humanam communicationem sarctam, tectamque seruandam iure gentium introductus fuit, quo & dominia, & territoria satis ante immunitatem Ecclesiasticis largitam, eosque exemptos, ac quodammodo alieni territorij effectos separata sunt. vt ad sensum patet: & probatur ex sacris literis Reg. 4. *cap.* 5. *vers.* 5. de epistola rogatoria Regis Syriæ ad Regē Israel, quæ turbationem ei intulit, quod illud præstare non poterat, de quo rogabatur. Et Paralip. *lib.* 2. *cap.* 2. *per totum*, vbi de litteris missis à Salomone Hiram Regi Tyri, & de responsiuis ipsius, à Salomone scriptis se conformem reddentis.

Per quod huiusmodi litteræ licèt ab
3 æqualis † sortis viro scribantur, si iustæ preces[illegible]t, necessitatem habent, non quia à potente emanant, qui cogere potest, sed quia communi quasi contractu inter Communitates, earumque Principes conuenit, vt inuicem sibi pareant, iubeantque, vbi de communi vtilitate, & tranquillitate, vel alterius partis necessi-
4 tate agatur, † non enim aliter mundi hæc machina scissis territorijs, diuisisque iurisdictionibus componi potest, vt colligitur *ex cap. duo sunt.* 96. *distinct.* & ex alijs per me traditis, supra hoc *lib.* 2. *quæst.* 4 *ex n.* 39 *ad* 50.

Quoties ergo æqualis in iurisdictione, imo & superior ab inferiori, vel æquali rogatur, vt aliquid in subditos suos agat,
5 † vel damnum uitet, vel sententiam exequatur, si iusta petitio sit, ex iure gentium adimpleri per rogatum debet, ac si iuberi posset, & cogi, vt non spernendis rationibus probaui in *Cod. Politice nota* 46. ante *n.* 6. *ad leges* Federici *fol.* 181.

Quòd si dicatur, ea quæ ibi tradita sunt inter laicos Magistratus procedere, non quidem in omnino separata iuris-
6 dictione, † prout est Ecclesiastica respectu profanæ, per scripta in *cap. si diligenti de foro compet.* Respondebo hæc non adeo diuisa, quin sæpius non coeant, vt in *dict. q.* 4. & alibi sæpius innumeris auctoritatibus sacræ Scripturæ, Pontificum, ac Patrum probatum fuit.

Cæterum, vt quæstio per suos terminos resoluatur, præmitto magnam inter Canonistas, & Cæsareos Scriptores, disceptationem, † nec minus inter ipsos 7
Canonistas adesse, an Iudex Ecclesiasticus territorium habeat? Dubium oritur, quia territoria sunt de iure gentium cum ipsis Principatibus orta, quæ per Christi legem firmata potiùs, quàm derogata sunt, cùm neminem illa iure suo priuauerit, vt ostensum est supra *quæst.* 8. *n.* 8. *hoc lib.* Regnum enim Christi nō de hoc mundo fuit, Ioan. 18. 36. *Vt nec filius hominis, vbi caput reclinaret, habuerit*, Matth. 8. *vers.* 20. Inde tam decantatum S. Optati Mileuitani dictum, *Ecclesiam in Republica esse, non verò è contra.*

At quia Bonifacius 8. *in cap. cum Episcopus* 7. *de offic. ord.* Episcopum territorium, vbi ius dicat, habere pronunciauit, licèt non explicet, † an de Diœcesi 8
legeque Diœcesana locutus fuerit, deque animali, spiritualique territorio, cùm neque illud, vt opus erat, à Principibus auulserit, ac Episcopis, vt opus erat, tribuerit, cùm illud sit terræ spatium ad ius dicendum constitutum, *l. pupillus* 239. § *territorium*, *D. de verb. signif.* cum traditis per me, *decis.* 22. *n.* 23. *t.* 1. & ad terminos per Mart. *p.* 1. *c.* 47. *n.* 25. adhuc dubium remanet, an temporale territorium obtineat, ac cùm maximè † rogatorijs opus 9
habeat, vt Magistratus laicus brachium impartiatur, *cap.* 1. *vers.* *Cum opus fuerit de offic. ordin. cap.* 2. *de Cler. excom. Minist.* cum alijs *d. quæst.* 4. *num.* 99. & in *Codice Politico nota* 24. *ad leges* Federici *fol.* 145. *col.* 2. *vers. Item pro Regibus*. Addo hoc fatentem Martam *de iurisdict. p.* 1. *cap.* 49. *per totum*, qui tradita per me *d. q.* 4. mirè confirmat.

Sed concesso ex suppositione territorio, nihil aliud accederet, quàm quòd Prælati, quasi alij Principes dominio, iure

10 Prouinciæ † potirentur, & ad instar vnius Principis respectu alterius (quoad profana loquor) haberi deberent. At quilibet Princeps, si vim, vel iniuriam, aut ipse, aut suus subditus, ab alio paterे-
11 tur, iure gentium post rogatorias, † & fœciales bellum mouere potest, vel pignoratione, seu represalijs vti, vt alter alterius territorij Princeps, & præpositus ab iniuria cesset, vel aliquod iure fieri debitum præstet, quod sine alia superiorita-
12 te in vim mutui, † & naturalis officij procedit, vt communitas hominum con seruari valeat, vt docent *D.Thom.* 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. Nauarr. *in Manuali cap.* 27. *n.* 36. Molina *disp.* 120. *&* 121. Valentia *disp.* 3. *quæst.* 16. *n.* 3. quos adduxi *in Cod. Polit. ad leges* Martini *nota* 18. *per totum, fol.* 335. *cum seqq.* præcipuè, *fol.* 337. *sub n.* 12. Addo nunc Inn & Pan. *in cap. plerique de imm. Eccles.* Soto *de iust. lib.* 3. *q.* 4. *art.* 5. Anchar. & Domin. *in cap.* 1. *de iniur.* Couarr. *in cap. peccatum p.* 2. §. 9. Vict. *de iure belli n* 41. quos refert, ac sequitur videndus Modest. *de iure belli lib.* 3. *c.* 2. cū statim in fortiori casu citãdis.

Ex hoc ergo sicut si Princeps laicus, quo casu à Prælato rogatus fuerit, vt in aliquo eum iuuet, iurisdictionéque suam
13 tueretur, censuris, † si id non præstet, post rogatorias, ac monitorias litteras compelli potest, vt patet ex *cap. ad abolendam,* §. *penult. cap. excommunicamus,* §. *moneantur de hæret.* latè Penna *in direct. Inquis. in* 3. *p. q.* 57. ego in *Patroc. cap.* 1. *per totum.* Imò & armis peti; vt iustas preces
14 adimpleat, † vt docent ex *cap. omni timore cap. hortatu* 23. *q. vlt. cap.* 3. *de pœnit. & remiss.* vbi glos. & Doctores Card. Hostiẽsis relati per Martã *de iurisd. p.* 3. *cap.* 22. *n.* 1. licèt ipse eos reprobet, putetque id Ecclesiasticis non conuenire, ideoquè ad Principes seculi recurrendũ fore, pluribus Pontificũ, & Patrũ auctoritatibus adductis, quibus & illa addenda sunt, quę nos supra de armis Ecclesiasticis vetitis disseruimus, *quæst.* 10. *per totam.*

Hoc apud omnes certũ est, Principes
15 † quoscũque, si ab Ecclesia feuda iure dominij vtilis (nõ iure protectionis, & voluntariæ ex pietate summissionis) possideãt, eius rogationibus, ac monitionibus inobedientes feudis ipsis ob contumaciã, & preces nõ paritas, priuari posse, si post preces cõminatio succedat, Bal. *in cap.* 1. §. *porrò, tit. quæ sit prima caus. benef. amitt.* post Inn. *in cap. cæterũ de Iud.* Guido Papę *decis.* 436. Cacheran. *decis.* 29. Chassan. *in Catal. glor. mundi. p.* 5. *consid.* 23. *n.* 4. cũ traditis per me de natura inobedientiæ in *C. ad d. leges Martini nota* 32. & in hac specie Marta *de iurisd. p.* 1. *cap.* 52. *per totum,* vbi latissimè.

Ex correlatiuorum ergo regula succedit, vt si Prælatus quoad Principẽ idem admittat, in eum exequi debeat; nam Principum † mãdata eodẽ pacto si iusta 16 sint, ac in bonũ publicum emissa, nempe ad aliquod malum imminens vitandum, vel aliquod bonum necessariũ, sine quo non, promouendũ, si non obediri, adimpleri saltem debent, ac exequi, non tantũ à directo subditis, vt sunt laici, sed ab Ecclesiasticis, qui quodammodo tales, vt ciues sunt, Abb. *in cap. cum olim n.* 17. *de re iudic. & in cap. cum venissent n.* 8. *de Iud.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum ex n.* 60. *cum plur. seq.* vbi Abb. *n.* 15. *de const.* Marta *de iurisd. p.* 1. *cap.* 52. *n.* 3. 12. *&* 14. nec enim specie exemptionis mãdata Regia à Prælatis sperni possunt, cũ ipsi Regibus quoad politica, † sicut & Reges 17 ipsis quoad spiritualia sub sint, vt probaui in vtrãque aurem disputans in *Cod. Polit. ad leges Federic. not.* 24. *per totum;* & alijs sanctorum Patrum, & Theologorum, maximè Bellarmini auctoritatibus supra hoc *libro quæst.* 10. *n.* 73. & alibi, nã Prælati, cæterique clerici ad iusta † mã- 18 data Principũ sub præcepto tenentur, vt post Canonistas Couarr. *in cap. alma mater* 1. *p.* §. 7. *n.* 6. Nauarr. *in summa cap.* 23. *num.* 41. Theologorum Princeps D.Thom. 2. 2. *quæst.* 186. *artic.* 9. *ad* 3. Suar. *de leg. lib.* 3. *cap.* 28. *n.* 2. Vazq. 1. 2. *disp.* 156. *cap.* 4. *n.* 37. Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 7. *dub.* 1. *n.* 2. Baldell. *Theol. mor. lib.* 3. *disp.* 6. *n.* 7. cum alijs ad propositum

per

per Salzed. *de leg. Politic. lib.* 1. *capit.* 10. *num.* 16. *&* 17. cumulatis. Vnde infert *num.* 18. quòd ratione huius inobedientiæ licitè à Regno expelli possint, quod ex innumeris probat *num.* 32. vbi pacem publicam turbent, quæ iuxta per nos tradita, in dicta *nota* 24. intelligenda sunt.

19 Cæterùm iuxta nostræ disputationis † terminos, consequi videtur ad ius gentiũ naturæ secundum, facultatem hanc iniuriæ ob spretas preces vindicandæ referendam esse. Nam cùm Princeps Prælatum rogat, vt iniuriam, in seipsum, vel Rempu. in suos ciues, etiam Clericos illatam auertat, & à malo desistat, ius gentium exercet, quod in æqualem alterius territorij dominum inductum est, tã vt suam quis iniuriam, quàm vt suorum ciuium tueatur, ex præmissis. Princeps

20 enim † ciuium suorum pater est, suæquè Reipublicæ maritus, pater ex Platone *lib.* 16. *de Regno*, ex Socrate apud Xenophont. *lib.* 3. Philone *libro de origine* Principum, & alijs per me supra *quæst.* 14. *num.* 35. Quòd si ille renuat, ac ab iniuria non desistat, primò pignoratione vti-

21 tur, † quæ est temporalium sequestratio, quã peruicax, & iniurius in huius offensi territorio tenet, demum personæ proscriptione, vsquequò resipiscat, vt docet Euriq. *in summa* 2. *part. libr.* 4. *capit.* 12. Cened. *collect.* 37. *num.* 9. Nauarr. *in cap. cùm contingat*, *num.* 2. *de rescriptis* cũ alijs loco suo citandis, & dicta *nota* 24. *adductis*, additis Consultis per Salzed. *dict. ca.* 10. *num.* 32. *citatis*, vnde verior, & irrefragabilis ratio sequestrationum temporalitatum habeatur.

22 Nam si aliqui abusus Prælatorum, † & spiritualis gladij per temporalem gladium, & plenum bellum emendari posse, resolutissimè docent, posseque etiam Papæ hoc pacto resisti, quos à fortiori, vt amodò, alibi retuli supra *quæstione* 10. *ex num.* 86. *&* *quæst.* 14. *num.* 98. quantò magis per huiusmodi pignorationem, siue quodammodo represaliam, vt iniuriæ secundùm ius gentium, eo modo, quo potest, alter Princeps consulat, vt in hac quæstione; alijs tamen, & fortè melioribus fundamentis probat Salzed. *dict. cap.* 10. *per tot.* qui addendus, ac adeundus vltra præmissa erit, quivè ad hoc *num* 27. allegat Molinã *de iust. it. disput.* 31. *numer.* 10. Salas *de leg. disp.* 14. *sect.* 9. *num.* 111. & præ multis doctissimum Solorzan, *lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 66. *tom.* 2. Addito hoc ipsum Ecclesiasticos concedere, dũ ipsos arma ob id mouere posse affirmãt, vt supra *num.* 14. relatum est.

Patet ergo ex his, Principem rogantem, precantemquè, in tantum scrupulo omni carere, quòd si iusta præcipiat, obediendus, ac exaudiendus sit, quodvè, (si omnino spretus fuerit) se vindicare poterit, vt nec per hoc immunitatem lædat, cùm non vt superior quoad temporalia, sed vti æqualis procedat iure gentium suffultus, quòd positiuis iuribus, ac decretis, quoad temporalia non subiacet, vt nec censuris vllis subsit, ex tradiris supra dict. *quæst.* 14. *num.* 115. & sæpius ibidem, & in hoc opere, probatquè Salzed. *dict. cap.* 10.

QVÆSTIO LVI.

An Iudex laicus sit competens quando agitur de possessorio matrimonij?

EPITOME.

1 *Possessoria matrimoniorũ iuditia, an à Iudice laico tractentur?*

2 . . . *causam proprietatis admixtã habent.*

3 *Summarissimum possessorium nudum factũ respicit.*

4 *Possessionem vnusquisque sibi incontinenti etiam per vim rehabere potest.*

5 *Ecclesiasticus Iudex facti causam rectissimè cognoscit.*

6 *Causa facti per exemptiones non sublata.*

7 *Matrimonij factum post Concil. Trident. ex Parochi attestatione probatur.*

8 *Possessoria summarissima matrimonij quarefouenda?*

9 *Vxoris sequestratio de facto concessa, reuocari quomodo debeat?*

10 *Matrimonio semel consummato omnis peccati timor cessat.*
11 *Manutentio viro de persona vxoris concessa nudum factum continet.*
12 *Vir vxore spoliatus, quomodo agere debeat?*

PRo laicis Iudicibus affertur Senatus Pedemontani *decis.* penes Thesaurū
1 117. vt possint mulieres auctoritate † propria diuertentes coniugi restitui mādare, ex vtipossidetis interdicto. At diuersum docet Molinus *de ritu nuptiarum libr.* 2. *diff.* 10. *num.* 19. ad quem nos remittit P. Diana, *resolut.* 56. asserens malè,& contra iurisdictionem Ecclesiasticam decisum in dicto Senatu: *Quo-*
2 *niam matrimonialia † possessoria causam spiritualitatis simul, & titulum admixtam habet: Iudex verò laicus causas possessorias Ecclesiasticarum rerum, quando per titulum iustificari debent, cognoscere nequit, quinimo omnis cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum ob spiritualitatis mixturam referenda est.* Hæc ille.

Sed fallitur Molin. nam Decisio illa de interdicto vtipossidetis locuta, nullo pacto refragari potest, cùm hu-
3 iusmodi possessorium † illud vnum respiciat, quis possessor sit, nec de possidendi iure quærit, quò fit, vt nullam spiritualis cognitionis, sed neque Ecclesiasticæ mixturam contineat, *l.* 2. *D. vti possid.* ibi: *Iusta enim, vel iniusta aduersùs cæteros possessio in hoc interdicto nihil refert, qualiscumquè enim possessor, hoc ipso quòd possessor est, plus iuris habet.* Accedit *l.* 3. *§. è contrario,* versic. *Quoniam, D. de aquirend. poss.* Milan. *decis.* 1. *numer.* 101. *libr.* 1. cum alijs per me traditis *decis.* 39 *tom.* 2. In hoc enim possessorio merum factum attenditur, ad quod cùm quisquè
4 seipsum restituere possit, † etiamsi armis (dummodo incontinenti id faciat.) quis vtatur, fortiùs quemcumque Iudicem adire poterit, vt rem suam fine vlla turbatione tutiùs possideat, & aduersùs turbatorem tueatur. Et hanc opinionem, relato Pedemontano, & alijs sequitur, sæpiùs decisum referens ipse Marta de *iurisdiction. part.* 2 *cap.* 8. *num.* 58. *fol. mihi* 184. per hæc verba: *Sed an Iudex laicus possit cognoscere de possessorio causæ matrimonialis, vt si tractaretur de vxore exhibenda, vel saltem vtiliter contra patrem detinentem, l. fin. vbi Bald. C. de liber. homin. exhibend. post Glossam, ibi, & Bartol. in l. 1. D. eodem tit. Ego teneo affirmatiuam, quia sic vidi sæpissimè iudicari, & hanc tenet Ancharranus in capit. ca quæ, num. 11. in 4 quæstione de regulis iuris lib. 6. & ita inueni casum decisum, vt per Franciscum Marc. decis. 511. part. 2. & per Thesaur. decis. 117. qui dicit sic sæpiùs iudicatum fuisse in illo Pratorio, & inducit alios. Non tamen nego, quòd etiam † Ec-* 5
clesiasticus potest de hoc cognoscere, cap. 1 de conting. lepros. & ideo erit locus præuentioni. Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. titul. qui filij sint legitimi. Abbas in capit. non est nobis, de sponsal. Franc. Marc. dicta decis. 511. num 8. Ergo Ecclesiasticus in hoc casu non inhibebit laico præuenienti hoc possessorii. Hæc Mart.

Cuius doctrinæ ratio illa est, & quidem vnica, quòd quilibet Iudex cognoscit de facti quæstione inter sibi subditos, dixi supra, *quæst.* 10. *num.* 96. *hoc libro*, licèt † causa iuris quoad validita- 6
tem, & nullitatem debeat ab alio cognosci. An verò matrimonium de facto adfuerit (quod ad manutentionem satis, superquè est) solum factum spectatur, ac inquiritur, quod est, an ille, qui manuteneri se cupit, in matrimonium consenserit? *ad l. nuptias* 30. *D. de regulis iuris,* qui consensus facti est, *l. consilio, & opera* 7. *D. de curator. furios.* Cephal. *consil.* 82. *num.* 69 *in princip.* quod factum, † licèt 7
ante Concilium multis ex medijs probabatur, vt per Couarru. *de sponsal. part.* 1. §. 2. *num.* 4. post illud ex attestatione Parochi sine alia disputatione probatur, quoad manutentionem Iudex procedere possit; quoties ergo de articulo meri facti disputatur, laicum Iudicem rectè cognoscere, Franc. Marc. *decis.* 493. *part.* 2. sequitur Marta *dicto capit.* 8. *numer.* 19.

Hæc

Hæc verò opinio maximè amplectē da est, ne † matrimonia ex nimia mulierum, siue adulterorum licentia turbentur, nevè ex litibus animi exacerbentur. Cùm Iudex, quod mihi sæpiùs contigit, summatim constito de matrimonij contractu, vxorem viro (monito priùs vt illā benè tractet, pœnis quādoq; cōminatis) restituit, quod nemo quā laicus melius ex sua potestate præstare potest, qui secundùm Apostolum: *Non sine causa gladium portat, vindex in irām ei, qui malè agit*. Iudex Ecclesiasticus è contra terrorem non incutit per ea, quæ supra *q.* 10 *ex num.* 10. tradita sunt, cùm sui iuris sit suasu, & monitis paternè corripere; ac demum à communione Ecclesiæ eijcere.

9 Poterit verò manutentio hæc decerni, reuocata † sequestratione de facto decreta, nam vbi vir possidet, iniustè sequestrum vxoris conceditur, ex Bald. *in cap. fin. num.* 8. *de probat.* fine verius *in cap. accedens num.* 4. *vt lite non contest.* Rota per Achil. de Graff. *decis. vnic. alidè* 327. *num.* 2. *de sponsal. & matrim.* quos sequitur Gratian. *discept.* 850. *num.* 5: vbi ait, hæc fortiùs procedere, si ad instātiam tertij obtentum esset, etiamsi materia peccati vitandi prætexeretur, ex Achille, *ibid.* & Puteo *decis.* 249. *seu* 248. *lib.* 3. vbi Addit. notat, quòd vbi

10 matrimoniū iam consummatum esset, † prætensa materia peccati non obstaret, (ne fortè sub hac specie spolium sequatur) ex Propos. *in cap. cùm locum, col.* 2. *vers. Stat dubium, de sponsal. & matr.* referens sic decisum, confirmat Rota Cardiu. Ludouis. 151. *num.* 45. *ad finem*, & latè prosequitur Gratian. *disceptat.* 850. *per totam*, maximè *ex num.* 6. *ad* 13. *tom.* 5. vbi *num.* 19. ita decisum contra tertium excipientem, mulierem professionem emisisse, affirmat.

Ex his patet ad contraria responsum, nam hæc manutentio, nullam spiritualitatis

11 annexam causam † habet, quia de matrimonj viribus non agitur, ad vllum quidem effectum, cùm contractum illud fuisse, licèt de facto probari sufficiat, vt Marta *dict. cap.* 8. ingenuè fateri cogitur; contrarium, si quoquo pacto potuisset, affirmaturus, & per antecedens Rotæ præmissæ decisiones supponunt, sed quid in spolio † videndus Gratianus 12
d. disceptat. 640 *num.* 3. *tom.* 4.

QVÆSTIO LVII.

An statutum disponens mulierem extrà territorium nubentem cum sua familia priuandam fore hæreditate, etsi ei sit acquisita, sit cōtra immunitatem Ecclesiasticam?

EPITOME.

1 *Statutum excludens à successione nubentem extra territorium, an validum?*
2 *Immunitas, libertasquè Ecclesiastica quæ sit?*
3 *Diffinitio cui non conuenit, nec diffinitum conueniet.*
4 *Matrimonium externi contra Prouinciæ leges conditum an validum?*
5 *Animus nubentis, liber & spontaneus esse debet.*
6 *Stipulatio pœnalis fauore matrimonij irrita.*
7 *Matrimonij substantialia Statutum laicorum non attingit.*
8 *Pœna circa substantialia matrimonij non tenet.*
9 *Matrimonij in causa lex secularis lucrum auferre potest.*
10 *Statutum laicorum, quod pro matrimonio non valet, circa dotem tenet.*
11 *. . . externas bonis territorij priuari potest.*
12 *Matrimonium sinè dote, & successione consistit; sine matrimonio dos non est.*
13 *Matrimonia externa in lege antiqua aliquando prohibita.*
14 *Romani Sabinorum filias post negationem furati sunt.*
15 *Lex, vel statutum licitè in eis, quæ lege deferuntur, disponit.*

16 *Pœna lucri ceſſantis licitè à ſtatuto in-*
ducitur.
17 *Matrimonij temporalia accidentia lex*
humana præſcribere poteſt.
18 *Conſuetudo ne Prouinciarum circa ma-*
trimonia attendendæ?
19 *Statuta pœnam amiſſionis bonorum ex-*
teris nubentibus indicentia, valent in
Italia.

1 ESſe contra immunitatem Eccleſia-
ſticam † putat P. Diana, quia matri-
monia ab omni coactione libera eſſe de-
bent, *l. Titia de verb. oblig.* nec valere hu-
iuſmodi ſtatuta, etiam quòd colorē quē-
dam publicæ vtilitatis præſeferant, do-
cuit Pan. *in cap. 1. de ſponſal.* & Dec. poſt
Felin. in *cap. Eccleſia S. Mariæ, nu. 36. de
conſt.* idquè communiter teneri aſſerit
Gabr. *lib. 2. conſ. 12. nu. 9.* Molin *de rit.
nupt. lib. 2. diſſ. 7. num. 26.* & Barb. *ad lib.
4. Decret. tit. 1. cap. 1. n. 7.*

At in aduersùm citat Bal. *in cap. con-
ſului, num. 6. de offic. Delegat.* Socin. Ia-
ſon. Alex. & Ruin. *conſ. 49. lib. 3.*

Ego vero primò illud inſpici debere
putarem, quo pacto huiuſmodi ſtatuta
immunitatē Eccleſiaſticam lædant, quo-
vè Canone interdicta ſint? Nam ſi im-
2 munitas in proprio, ac ſimplici ſenſu †
accipienda eſt, cùm illa ad capita quædā
per me ſuperiùs *q. 8. ex n. 30.* ad finem
relata in vniuerſum reducatur, & hoc
ſtatutum ad neminem illorum referri
poſsit (nam nec Eccleſiæ ſpiritualē, quo-
ad Deum libertatem, nec temporalem
Eccleſiarum, ac Eccleſiaſticorum ad tē-
porales dominos tributorum, & iuriſdi-
cundi exemptionem impugnant) dicen-
3 dum venire, † in libertatis, ac immuni-
tatis Eccleſiaſticæ violationem huiuſ-
modi ſtatutum non peccare, dum ei in
nullo præiudicium fit, ad *l. 2. §. appellata,*
vbi Doctores, *D. ſi cert. petat.*

At ſi ad Canonicam prohibitionem
recurratur, videndi gratia, an ei obſtent,
vt ob inobedientiæ, & cenſuratum in-
curſum, illa irritari debeant? & inuenio
tria iura à Scriptoribus pro hac opinio-
ne fulcienda perpendi. Primum in *cap. 1.
de ſponſal. & matri.* vbi matrimonium † 4
ob id diſſolutum, quod vir Francus
mulierem è Saxonia ſub legibus Saxo-
niæ, proprijs ſpretis, duxerat, reintegrari
à Synodo præcipitur. Alterum in *cap. ex
locum 14.* vbi puella, quò liberè contra-
hat ſequeſtrari (vbi metus ſuſpicio inter-
ueniat) diſponitur, hac ratione adducta:
*Neceſſe eſſe (vbi aſſenſus cuiuſquè requiritur)
coactionis materiam repelli. Matrimonium
enim ſolo conſenſu contrahitur, & vbi de ipſo
quæritur, plena debet † ſecuritate ille gaude-* 5
*re, cuius eſt animus indagandus, ne per timo-
rem dicat ſibi placere, quod odit.* Poſtremum
in *cap. Gemma 29. eod tit.* vbi pœnā, ſiuè
vt alicubi aiunt) *Arras,* ob non ſecutum
poſt ſponſalia de futuro inter impube-
rēs matrimonium, exigi his verbis veta-
tur. *Cùm itaquè libera matrimonia eſſe de-
beant, & ideò talis † ſtipulatio propter pœnæ* 6
*interpoſitionem ſit meritò improbanda: man-
damus, &c.*

Ex his poſt Gloſſ. Innocen. Io. And.
Anton. de Butr. antiquioreſquè format
meus conciuis Abb. Catinenſis quæſtio-
nem in *dict. cap. 1. n. 7. Numquid conſuetu-
do patriæ poſsit diſponere circa matrimoniū,
Innocen. dicit, quòd circa ſubſtantiam † ma-* 7
*trimonij diſponere non poteſt, ſed circa dotem,
fortè quòd ſic arg. cap. Raynucius ſupra de te-
ſtam. Dom. Ant latiùs exorditur materiam,
dicens, quòd aut ſtatutum Patriæ diſponit
circa ſubſtantialia matrimonij, puta inuali-
dando contractum, vel perſonas, & non valet
ſtatutum, vt hic.* Allegat Federic. de Se-
nis *conſ. 35.* in id quod ſtatuta, & leges
circa matrimonium nullius ſunt momē-
ti, & ſtatim: *Quandoquè ſtatutum diſponit
circa pœnam erga ſubſtātialia matrimonij, †* 8
*quòd ſi hoc facit apponendo pœnam de nouo, &
ſic inferendo, damnum non tenet, vt diſputat
I. Andreas.* Et demùm concludit: *Quan-
doquè ſtatutum imponit pœnam, auferendo lu-
crum, quod lex ſecularis attulerat, & tenet
D. Ant. quòd valeat ſtatutum, † & hic ſe-* 9
quendo Gloſſ. Ordin. Io. Andr.

Ipſe verò veriùs putat oppoſitum, in-
de addit, quòd *ſi ſtatutum † laicorum di-* 10
ſponit

sponit circa dotem, valet, vt supra tenet Inno.

Videndum ergo, an similia statuta circa substantialia disponant, vt veriori doctrinæ locus sit. Substantia verò huiusmodi circa validitatem, & essentiam ipsius matrimonij consistit, vt dict. *cap.* 1. an nempe illum iam contractum dirimant, vel contrahendo impedimentum nullitatis adijciant, vt Burrius post Innocentium docuit. At illa nec matrimonium irritant, nec illud impediunt, cum
11 solùm de bonis marito † extero, ac non habitanti (vbi bona sita sunt) non dandis loquantur. Ergo.

Nec his obstaret dicere, quòd per hoc mulieres in Prouincia, & territorio statuentium, & non alibi nubere cogerentur, vnde libertas nubendi quoquo loco tolleretur, cùm metu amittendi bona liberè non nuberent. Nam respondetur, Canones id tantùm respicere, ne ex sta-
12 tuto substantia, ac ipsum matrimonij † ens impediatur, quod respectu hæreditatis, & bonorum non euenit, cùm illud absque dote subsistat, & frequenter detur, licèt sine matrimonio nulla dos sit, *l.* 3. *C. de iur. dot.* Iterum, matrimonij libertas ex dictis Decretalibus requisita circa consensum in illud vertitur, ex quo Sacramentum perficitur, non verò vt ex vno magis, quàm ex altero hominum genere virum eligere possit, ac per hoc metu amittendæ successionis allici: hoc enim omni iure licitum est. Nam ex Genesi habemus Abraham seruo, ac filij pedagogo, ne filium Chananeæ mulieri copularet, iniunxisse, Genes. 24. cuius præcepti memor ipse Isaac hoc ipsum
13 Iacobo filio † præcepit, Genes. 28. *Noli accipere coniugem de genere Chanaam*, quod ambo non parentes tantùm, sed vt Principes præceperunt. Videmusque id ipsũ quasi apud omnes gentes, præcipuè ante Romani Imperij incrementum frequen-
14 ti vsu receptum. † Vnde Romanis filiæ à Sabinis, eò quia illis more gentium negarentur ereptæ, vt per Liuium, & Dionys. Halicarnas. *lib.* 2. *cap.* 5. & alios.

Tertiò, quia ipsimet aduersãtes, & præcipuus Abbas posse per statutum lucrum auferri, libere fatetur, quod omne illud reputatur, quod mulieri præter congruã dotem ad legitimæ metam debitã, relinquitur ab homine, † vel defertur à iure. 15
In quo pluri statuum, vel lex ciuilis liberam potestatem quodcumque vinculum iniijciendi habet, vt in terminis maioratus Molina docet *lib.* 2. *cap.* 1. latissimè, ac prædoctè.

Et in puncto idem Abbas *cons.* 63. *n.* 4. *lib.* 1. qui videndus omnino erit.

Quod enim præter necessitatem naturæ relinquitur, pro lucro habetur, quo impunè filius, imo & iure permittente, siue ab homine, siue à statuto priuari potest. Et quòd lucro nubens extra territorium priuari possit, concedit Marta *de iurisdict. par.* 4. *casu* 70. *n.* 28. ibi: *Statuti imponens † pœnam lucri cessantis, videlicet* 16
tollens lucrum à se ipso, vel à lege datum, est validum, quem articulum latius probat Brunell. d. concl. 19 *dim.* 2. *nu.* 7. *& ait Bald. in rubr. de consit. in fine valere † omnia sta-* 17
tuta laicorum circa accidentia matrimonij, vt sunt dotes, & successiones, & solemnitates extrinsecæ, quæ non tangunt substantiam matrimonij.

Et hæc maximè procedunt, vbi statuta huiusmodi in cõsuetudinis vetustissimæ, obseruationem, & firmitatem processerint: nam † huiusmodi consuetudo 18
legibus præualet, vt patet in *cap. super eo, de cognat. spir.* vbi Pontifex etiam super matrimonio dirimendo consuetudinem eiusdem Diocœcesis, imo & circumiacentium seruari præcipit, ibi: *Et si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earumdem Ecclesiarum consuetudinem, ipsos separare ab inuicem non omittas.* Innoc. 3. *in cap. cum olim, de Cler. coniug.* de quibus Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 4. vbi omnium sententias latissimè recitat, & conciliare conatur.

Meritò ergo opposita pro validitate statutorum, opinio frequentius probatur, pro qua ego in 2. *tom. de donat. spec.* 6. *num.* 51. *fol.* 84. quàm plurimos præter supra allatos adduxi, nempe Petr. Barb.

Barb. Btun. Cephal, Passet. à Ponte, Ferrer, quæ ob id maximè tenenda est, quòd nulla ei Decretalis in hoc indiuiduo obsistat, nec quoad illa inualidanda trahi
19 possit, cùm frequentissima in Italia, † vbi Pontifex residet, huiusmodi statuta inueniantur, nec improbauerit vsque modò.

QVÆSTIO LVIII.

An sit contra libertatem Ecclesiasticā condere statutum, vt immobilia non alienentur in extraneos, prohibendo expressè, ne alienentur in personas Ecclesiasticas?

EPITOME.

1 *Prohibitio, ne Ecclesia immobilia alienet an valeat?*
2 *Auctor grates agit Dianæ in sua scripta insurgenti.*
3 *Franciæ temporales Domini Ecclesijs molesti.*
4 ... *Ecclesias prætextu nouè acquisitorum onerabant.*
5 ... *à Pontifice Ecclesias molestare prohibentur.*
6 ... *iure communi Ecclesias onerare prohibiti.*
7 *Ius Regium in Gallia per Alexandri Constitutionem non imminutum.*
8 *Communitates iure collectandi carentes Ecclesias, vt bona alienent, cogere non possunt.*
9 *Minori prohibito & maius prohibitum censetur.*
10 *Vectigalibus iure impositis ob ea amortizationes licitæ prohibentur.*
11 *Leges ob bonum publicum latas si Pontifex non abroget, Clerici seruare debent.*
12 *Quod primariò intenditur, attendendum.*
13 *Pretium qui habet, rem habere videtur.*
14 *Leges à Principibus super amortizatione latæ improbatæ non inueniuntur.*
15 ... *nouæ tantum reijciendæ, veteres seruandæ.*
16 *Carolus Secundus nunquam Siciliæ præfuit, nisi extra Farū, ac ibi Fiscales tāquam onus Reale imposuit.*
17 *Sicilia Insula è manu Caroli Primi se exemit.*
18 *Vsus antiquissimus in omni Ecclesia receptus ad ius traditionis referendus.*
19 *Christus vendere omnia, non dimittere præcepit.*
20 *Ecclesia habilis acquisitionum effecta antiquos mores non sustulit.*
21 *Melchiades, & Vrbanus PP. quo tempore vixerunt?*
22 *Primitiuæ Ecclesiæ mores referuntur.*

SCripsi in huiusmodi † quæstione P. Diana viso, quod mihi optimū videbatur, dum ad Federici consimilem legem notam, glossamquè adijcere debuissem in *C. Sicul. nota 26. fol.* 152. cùmq; distinctione adhibita, eius scriptis satisfactum putarem, cece quòd idem *in* 5. *par. resol.* 3. in mea non leuiter inuehitur, cui hoc debere profiteor, quòd illa, vt leuia non omiserit, sed reprobando † aliqua iudicauerit, quibus responsum deberetur. In hac verò mihi cum probatissimo, vt ipse seipsum agnoscit, Scriptore, nullo pacto contendendum, sed soli de meorum scriptorum excusatione agendum est. 1 2

At cùm omnis de hac quæstione disputatio ad Alexandri Constitutionem referri debeat, illa iterùm proponenda est: *Sanè intelleximus, quòd in Regno Franciæ Communiæ Seabini, seu Consules, & alij Domini temporales, † & ij, qui iurisdictionem in ipsis Communijs Ciuitatibus, Castris, & villis temporalem exercent, vel quibus in illis cōmissa est executio iustitiæ secularis, molesti sunt nimiū Ecclesijs super pluribus, & infesti, & inter cætera nituntur, & student, vt illis collectas, & tallias, & alia huiusmodi eadem Ecclesiæ prætextu eorum, quæ acquisierunt, † tribuant, & persoluant, vel extra manum suam ponant huiusmodi acquisita, volentes itaque super his omnibus (prout expedit) solicitè prouidere; totquè temerarijs ausibus congruis præsidijs obuiare auctoritate Apostolica (præhabita cum Fratribus nostris diligenti deliberatione) decernimus, non licere præfatis communijs, Scabinis, & ijs, qui in* 3 4

eis

tis iuriſdictionem temporalem obtinent, vel iuſtitiam temporalem exercent, talleas, vel collectas, ſeu exactiones quaſcumque Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus, prædijs, vel quibuſcumque poſſeſsionibus ab eiſdem Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſitis, vel in poſterum acquirendis, etiamſi ipſa Eccleſia, vel perſona, vel res huiuſmodi ſint intra illorum diſtrictum, vel territorium conſtitutæ. Nec etiam liceat illis ipſas Eccleſias, vel perſonas ad diſtrahendum, vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum, acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

Primò enim hæc Decretalis ad huiu-
5 ſmodi in † Regno Franciæ vitanda manauit, nec de alijs Chriſtianorum Principum Regnis locuta eſt, vt ſupra ad hãc eandem aduerti *quæſt.* 40. *n.* 3. Iterum de inferioribus Dominis, Scabinis, alijſquè temporalem iuriſdictionem Magiſtratus iure exercentibus loquitur: hi enim
6 huiuſmodi leges, ac ſtatuta condere nullatenus poſſunt, cum Imperialibus † legibus id eis vetitum fuerit, ſicut etiam *quæſt.* 39. *n.* 30. præmiſſum eſt. Quæ prohibitio ſicut non ad alias Prouincias, ita & fortius minùs ad Regum perſonas, eorũq; leges porrigi poteſt (ad eos maximè, qui Imperio nihil debent) vt ſæpiùs probauimus, docetquè idem P. Diana *infra reſol.* 75. verſ. *Notandum eſt etiam*, ex Souſa, Henriq. & Gutierr. Inde no-
7 tat † Gloſſa, ibi: *Hoc in Regno Franciæ, quoad ius Regium non ſeruari*. quod & Io. Andr aduertit, Decretalem ita accipiendam, ne ius illud minuatur. Quòd verò Imperiales leges ſuper exemptione ad Imperij ſubditos limitentur, dixi ſupra *quæſt.* 39.

Secundò principaliter, Decretalis illa ad id principaliter dirigitur, ne Communiæ, Scabini, vel Conſules talleas, collectas, ſeu exactiones quaſcumquè nouiter imponant, nevè perſonas, ac res Eccleſiarũ, vel Eccleſiaſticorum nouis oneribus grauent, vel vt faciliùs grauare poſsint, ad alienandum bona profana eos cogant, quò impoſitiones illas exigant. Idquè onerum, ac collectarum †
8 iniuſtitiam, ſiue poteſtatis, ſiue quantitatis ratione, per prius, ſiue à parte ante ſupponit; nam illa imponere, nec exigere Communitates illæ, ſiniquè Magiſtratus non poterant ex multis, in ſpecie Curtius *conſ.* 27. *n.* 21. & allati ſupra *quæſtio.* 43. *n.* 4. & alibi ſæpiùs.

Multo minus bona Eccleſiarum, ac Clericorum, quò faciliùs illam et onera exigere poſſent, vt venderentur laicis cogere valebãt, † argumẽto *l. oratio*, 16. *D.*
9 *de ſponſal. l. pupillus* 5. § *ſed & ſi per interpoſitã*, *D. de aut. tutor.* cum multis per Barb. *axiom.* 193. *nu.* 3. iuncta Authent. *multò magis*, *C. de ſacroſ. Eccl.* nam cui negatur finis, & media negata videntur. At ẽ cõtra Principes in caſibus, vbi ob bonum publicum conſeruationẽ, & Principatus
tributa imponunt, † & vectigalia exigũt, 10
in eiſdem nec exactioni impedimẽto ſint, extra manus Eccleſiæ, quæ præter dotẽ, ex aliquo relicto ei proueniunt, illa poni debere ſtatuunt, nam hæ leges in Eccleſiarum dotibus à primordio datis non procedunt; illa enim perpetuò penes Eccleſias libera quoquè permanere debent, vt ſupra *q.* 40. *n.* 2. probatum eſt.

Tertiò demum, quia Decretalis præmiſſa de legibus iam diu ab Imperatoribus, atque Regibus nullius iuri ſubiectis ob bonum publicum latis, minimè loquitur, ſed de Cõſulum, ac Scabinorum præceptis, ac decretis, quorum vigore Eccleſiæ, ac Eccleſiaſtici non ex aliqua generali lege in Francia lata, bona ſtabilia è manu mittere cogebantur, vt patet ex dicto textu, ibi: *Nituntur, & ſtudent*, &c. *vt tribuant, vel perſoluant, vel extra manum ſuam ponant huiuſmodi acquiſita*, & in fine verſ. *nec liceat*, vbi, nec de lege aliqua, nec de ſtatuto Pontifex, ſed de Conſulum, & Scabinorum coactionibus loquitur, illaſquè, non leges vetat.
Cumquè leges ob bonum † publicum la- 11
tas, vbi eas Pontifex non abroget, ſeruare etiam Eccleſiaſtici debeant, per præmiſſa ſuperiùs *quæſt.* 8. iſtaquè ad bona pro-

profana, antequã in Ecclesias peruenião, ditigantur, quo fit ad illas hoc reali legis onere affectas pertransire: sequitur seruandas, ac exequendas omnino fore: cũ
12 Princeps priuatio suo iuri cõseruando † studeat, vnde licèt in consequentiam Ecclesia in aliquo lædatur, eius libertati præiudicatum censeri non debet, † cùm
13 vice rei pretium subrogetur, *l. si rem, & pretium, D. de petit. hereditat.* melius *in l. quia 39. D. de vsufru.* ibi: *Qui pretio fruitur, non minùs habere intelligitur, quàm qui principali re vtitur*, quod in specie considerauit lex Sicula Federici 24. ibi: *Re namque minimè carere videntur, cùm succedit pretium loco rei.*

Hinc huiusmodi leges vbique gentiũ à Regibus latæ seruantur, nec in specie ab aliquo Summo Pontifice improbatæ
14 sunt, † etiam Prælatis opponentibus, vt de Duce Mediolani habetur, pro quo cõsuluit Signorol. *cons.* 21. & refert Grassius à Diana adductus. Nam licèt Ioannes Archiepiscopus conquestus fuerit; statuti tamen rationabilitate conuictus, bonam fidem cognouit; in Gallia verò Transalpina illam D. Ludouicus instituit, ac in vniuersum seruari præcepit, & in Saxonia Carolus Magnus, qui apud quosdam inter Sanctos refertur. Bened. *in cap. Raimuntius.* verb. *& vxorem, decis.* 2. *num.* 3. *&* 4. Ioan. Fab. *in l. quoties, C. de re vend.* seruatur quoque in Britannia ex Constitutione Eduardi 3. Polid. Vir. lib. 17. & in Sicilia adest præmissa lex, *capit.* 24. ad quam Ego *nota* 26. *in Cod. fol.* 152. quoad Belgium, & Burgundiã Petr. Pechius *de Amortizat. cap.* 4. de Regno Valentino, & Lusitano Belluga *in speculo Rubric.* 14. Cohel. *de immunit.* & Pereira *de manu Regia*, quos omnes collexit Ortizius de Ibarola *de immun. Eccl. part.* 3. *dub.* 3. *fundam.* 1. qui refert Diec. *de libert. Eccl. lib.* 2. *cap.* 3. dicentem, has leges bono zelo, & necessaria ex cautione latas. & Ortizius addit has leges ex tempore de consensu Cleri latas præsumi, ad *l. cùm de indebito, D. de probat.* Ideo
15 què nonas tantùm † improbandas esse; priscas verò seruandas.

Hic etiam ibidem in *fol. ad tertium, fol.* 353. illud refert, quod alij ad vtramque Siciliam ex historiæ dissimulatione referunt, cùm pro Neapolitano Regno processerit; nempe, quod Carolus 2. Imperatoris Friderici consimilem legem in illo vigentem, † impositis prius Fiscalibus oneribus, reuocauerit, cùm illa tamquam realia onera in Ecclesiam transire voluerit, ne ex alienationibus ius Regiũ minueretur, vt refert Afflict. in *Const. præ accessorum nostrorum*, *p.* 3. *col.* 1. quod ad 16
Insulam nostram nemo temporum, & Regum notitia pollens referet; cùm Carolus Secundus † illi non dominatus fuerit, nec Fiscales functiones ibi instituerit. Insula enim in Carolum I. insurrexit, ac ex eius manu se excussit, nec vsibi legem Siculam reuocatam fuisse, probari poterit. 17

Cùm verò id vbique gentium, & omni ab æuo constitutum, ac receptum fuerit, atque ad imitationem diuinæ, licèt antiquioris legis processerit, improbari nequaquam poterit, † dum ad ius traditionis referri potest, de quo supra *q.* 4. *n.* 109. Addito quoque Dominico præcepto, ei, qui discipulus esse optabat, dato. Matth. 19. *in lin.* 21. *Vade, & vende* † *vniuersa, quæ habes, & da pauperibus.* Non enim illa dimittere, sed vendere iussus est, quod & Apostoli postmodum nouis conuersis suaserunt, vt in Actis Apostol. *cap.* 4. *lin.* 34. *Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorũ, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorũ.* Quod licèt postmodum multis post æuis cùm illud consiliũ potiùs, quàm præceptum contineret ad voluntatem sequentes Pontifices reduxerint, vt in *cap. futuram, & capit. seq.* 12. *quæst.* 1. Hæc tamen dispositio † capacẽ Ecclesiam reddidit, non verò leges politicas, Prouinciarumquè mores sustulit, si quæ Apostolico ritui incumbere voluissent, vt pretia pro rebus sufficerentur.

Nec omittendum duas illas Decretales

futuram, ac *videntes* à Gratiano Melchiadi, & Vrbano prioribus ascribi. Nam
21 prior, qui quatuor † annis Pontificatum tenuit, anno 311. creatus fuit, ac anno 315. multis verò ante conuersum ad fidem Constantinum, quando nullæ Ecclesiæ diuitiæ, nulla prædia, decessir, vt patet ex Eusebio *lib. ult. de vita Constantini*. Optimè quoque ad rem Platina *in eius vita*, vbi quòd Maximini iussu martyrium subijt, antequam Constantinus Imperio potiretur, vt impossibile videatur, ipsum de illius Imperio, nec de Ecclesijs ædificatis, nec de dote illis data (vt in dicta Decretali refertur) loqui. Vrbanus verò sub Eliogabalo centum ante hæc annis Pontificatum inijt, ac martyrio donatus fuit, quando nulla Ecclesiæ prædia (ob sæuissimam persecutionem cùm nec Ecclesiæ ædificatæ essent) donari poterãt, nec nisi eleemosynis pauperes
22 vescebantur, † vt ex Apologetico Tertulliani eiusdem ætatis scriptore manifestissimè patere potest; vnde fides harũ Decretalium quoad historicam veritatem claudicare videtur, de quo tamen Ecclesiæ iudicium esto: mihi hæc indicasse sat erit.

QVÆSTIO LIX.

Quædam Ciuitates habẽt priuilegium, vt qui ad eas confluunt habitationis causa, non possint per quinquenniũ ab eorum creditoribus constringi, quæritur, an si Princeps in casu particulari statuat per publicam scripturam, ne aliqui debitores, inter quos nominat quemdam Sacerdotem, possint dicto priuilegio frui, an inquam hoc statutum sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

QVÆSTIO. LX.

An si Princeps statuat, ne suis priuilegijs potiantur ij, qui subditi non sunt faciat contra libertatem Ecclesiasticam, & Clerici illis non possint vti?

QVÆSTIO LXI.

An si Princeps conderet statutum abrogans aliud statutum suum, quod Clericorum priuilegium continebat, peccet contra immunitatem Ecclesiasticam?

EPITOME.

Ad Quæst. LIX. cum duabus seqq.

1 *Princeps concessum semel exemptis priuilegium an reuocare possit?*
2 *Clerici fauorabilibus statutis, & priuilegijs vtuntur.*
3 *Clericis si iuris com. beneficium tollatur, libertas offenditur.*
4 *Priuilegijs ne Clerici fruantur, lege cauer i non potest.*
5 *Priuilegium non subdito collatum reuocari non potest.*
6 .... *ex sui natura quoquo modo concessum reuocationi subiacet.*
7 .... *vt valide reuocetur, debet priuilegiato intimari.*
8 *Leges ex temporum, causarumque varietate abrogantur.*
9 .... *veteris testamenti in nouo partim sm mutata.*
10 *Princeps, nec alter Magistratus successorem in legibus, ac statutis mutandis ligat.*
11 *Principis speciale munus legis abrogatio.*
12 .... *se ipsum legis mutandæ facultate priuat.*
13 *Liber homo præter fideicommissa sibi facultatem non adimit.*
14 *Lex Christiana sicut legum lationem, ita & abrogationem Regibus non abstulit.*
15 *Priuilegia legibus infirmiora.*
16 *Clerici quoad fauorabilia subditi reputantur.*
17 *Contrariorum eadem disciplina.*
18 *Naturalis æquitatis est priuilegia inuito concedente non vti.*

19 Be-

19 *Beneficium à concedente interpretandum.*
20 *Personæ qualiter priuilegium non immutant.*
21 *Principis Catholici potestas licitum, non libitum respicit.*
22 *Priuilegiorũ à Pontifice acceptatio vim stipulationis habet.*
23 *Feudales leges ab Ecclesijs receptæ.*
24 *Ecclesiasticæ proprietates, & naturas rerum non peruertunt.*
25 *Priuilegij, & beneficij natura est à iure communi recedere.*
26 ....*per eius reuocationem ad ius commune reditur.*
27 *Priuilegia, quæ in contractum abierunt, Princeps non reuocat.*
28 *Mixta sequuntur naturam potentioris.*
29 *Exemptus acceptans priuilegium in eo fit subditus.*
30 *Ecclesia Romana licèt beneficiaria nulli subesse debet.*

CVm affinem materiã tres istæ quæstiones contineant, vnicam disputationẽ instituere constitui; an nẽpè Princeps siue in genere, † siue in specie cõcessum semel priuilegiũ, vel cõditũ statutũ, aut legem reuocare velit, id in perniciem Ecclesiasticorum posit, vel si à principio statutis fauorabilibus à se editis, Clericos illis vti frui nolit, quod est quærere, an Princeps in legibus, statutisquè cõdendis, priuilegijsquè (ex sui natura reuocabilibus) concedendis libera facultate, etiamsi Clericis reuocatio noceat, vti, vel illa vnis concedere, alijs negare posit?

1

Qui Ecclesiasticis fauent ex personarum qualitate priuilegium, ac statutum adeò naturam mutare putant, vt irreuocabilia efficiantur; vel vt omninò illi quoque gaudere debeant, quos Princeps concedens excludi è vestigio voluerit.

2 Primò Clerici vti ciues, & pars † populi dignior statutis, priuilegijsquè Vniuersitati, vel certo personarum generi concessis gaudere possunt, si fauorabilia sint, vt notat ex *cap. constitutus de restit. in integrum*, Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 15. quæst. 19. ex n. 11. ad 13. & nu. 31. 33. & 40.* sequitur P. Diana *in Resol. 59.* vers. *Sed his nõ obstantibus.* Quòd si participes eorum fiunt, reuocari non itiquè possunt, nam aliàs id, quod iure cõmuni eis competit, eis auferretur, † quod non licèt per Dec. *num. 8* & Felin. *n. 69. in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit.* Mandell. *cons. 8. nu. 3. & 10. cons. 464. n. 13.* Filiuc. *tom. 1 tract. 16. cap. 10. n. 271.* Megala *in 3. p. lib. 3. cap. 10. q. 1. nu. 56.* Reuocando ideò, & præcipuè in odium Clericorum, quod ex eorum expresione sequitur, libertas Ecclesiastica violatur, cum nec Princeps, nec Ciuitas id disponere posit, Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 3. de constit.* cum alijs consultis per Dianam ibi, vers. *Adde quòd Princeps.* 3

Secundo, quia lege laica, † ne exempti priuilegijs fruantur, caueri non potest vt ex Duardo *d. lib. 2. can. 15. quæst. 19. n. 41.* contra Azorium, docet Diana *resol. 60.* per hoc enim eis iuris communis beneficiũ auferretur, vt ipse probat. 4

Tertiò, quia statutum Ecclesiasticis fauens Princeps tanquam non subditis largitum reuocare † expresè alio statuto nequit; aliàs in Bullam Cœnæ peccaret, dum per eam, *qui quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet præiudicare audent*, censuris subduntur, vt docent Marta *de iurisd. p. 4. cent. 1. casu 52. n. 6.* & ex Felin. in *d. cap. Ecclesia, n. 124. de const.* Carol. de Graff. *effect. Cler. 2. n. 14. & 23.* Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 13. q. 5.* Coriol. *excom. 15. fol. 935.* Pesant. *de imm. Eccles. disp. 9.* Filiuc. *tom. 1. tract. 16. cap. 10. n. 269.* Alter. *tom. 1. disp. 16. lib. 5. cap. 6. col. 2. fol. 702.* quos sequitur Diana *resol. 61.* 5

At pro opposita sententia facit primò priuilegiorum natura, siue per rescriptum, siue per statutum concessa, quæ talis est, † vt reuocari ex quacumquè causa, imò & ad libitum posint, si quãdoquè expedire visum fuerit, vt docet Glossa singularis in vers. *Mansurum*, quæ est vltima in *cap. decet 16. de Reg. iur. in 6. l. qui fundos, C. de omni agro deserto, lib.* 6

10.

10. Card. Buttius Anchar. Felin. Decius, Ioan. Fab. Caſtr. Iaſon. Curtius, Ruinus, Gramat. & alij per Anton. Gab. *tit. de iure quæſito non tollendo, concl. 7.* Roſcutal. *de feud. cap. 3. concl. 21.* Gabr. Pereira *de manu Regia, tom. 1. cap. 6. num. 7.* P. Suarez *de legib. cap. 37.* P. Mag. Arauxo ex ſolidis Theologiæ iuris, & naturæ principijs, vt ſolet in 1. 2. *D. Thom. quæſt. 97. diſp. 3. ſect. 7. diff. 4. n. 48. in 3. modo,* ibi: *Tertiò finitur per reuocationem Principis, qui ſicut poteſt illud concedere, ita & reuocare, eò quòd per eaſdem cauſas vnaquaque res diſſolui poteſt, per quas fit. Requiritur ta-*
7 *men, quòd hæc reuocatio † fiat nota priuilegiato, & ex tunc ceſſat priuilegium; quia cùm habeat modum legis, tunc incipit irritari, ex quo oppoſita lex, ſcilicet reuocatio debitè promulgatur, dum ad notitiam partis peruenit.* Hæc ille.

Idem in reuocatione ſtatuti, & legis, imo fortiùs procedit, cùm ex temporum varietate, cauſarumquè vario euentu le-
8 ges mutari † adeo poſsint, ne Princeps illius mutandæ cauſas reddere debeat, vt habetur ex *capite non debet de conſanguin.* vbi Innocent. III. ex Lateranenſi Concilio inquit. *Non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundùm varietatem temporum ſtatuta quoquè varientur humana, præſertim dum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit, quoniam ipſe*
9 *Deus ex his † quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, quædam etiam mutauit in nouo,* & *capite alma mater de ſentent. ex communic. in 6.* D. Thom. 1. 2. *quæſt. 97. artic. 1.* D. Auguſt. *de libero arbitrio, libro 1. capite 6.* P. Magiſter Arauxo in *d. quæſt. 97. diſputat. 3. ſect. 7. difficult. 1. fol. 710.* per totam, vbi ante *num. 30.* verſ. dixi conſultò, ait, quòd *ad hoc vt lex validè derogetur, nulla cauſa deſideratur, eò quòd Princeps pro ſua voluntate ſicut poteſt legem condere, ita & poteſt eam ſemel conditam reuocare,* & ſtatim: *Peccabit tamen Princeps legem aliàs iuſtam, & vtilem ſine iuſta cauſa reuocando, ſed factum te-*
10 *nebit,* & *num. 30.* non poſſe † Principem ea facultate ſucceſſorem priuare affirmat, eò quòd par pari non imperat.

Et in iure noſtro leges, & ſtatuta ad
libitum † abrogari, derogariquè poſ- 11
ſe, ſi Principi id expedire viſum fuerit receptiſsimum eſt, *l. etſi nihil 187. D. de regul. iur. l. 2. C. de vet. iure enucle.* ibi: *Ideo imperialem fortunam rebus humanis Deus propoſuit, vt poſsit omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, modis, & regulis competentibus tradere,* & Auth. *de nupt. coll. 8.* verſ. *Non enim erubeſcimus, ſi quid melius etiam horum, (quæ ipſi diximus) adinuenimus ſancire, & competentem prioribus imponere correctionem,* & Auth. *vt liberti de non mag. à nullo,* Auth. *vt Iud. ſine quoquo ſuffrag.* cum alijs per multis iuribus, & auctoritatibus per me in *Cod. contr. 1. num. 17. fol. 413.* Quibus
probatur Principem, nec † ſeipſum quidem, qua Princeps facultate illa mutan- 12
di leges, & conſtitutiones priuare poſſe.
† Nam ſi id libero homini conueniens 13
videtur, ne ſibi ipſi libertatem præripiat, *l. penult. D. de recep. arb.* quanto magis ei, qui abſolutus à Deo Dominus conſtitutus eſt, vt nullis legibus teneatur? de quo latè *ſupra quæſt. 1. ex n. 20.* hoc libro.

Secundò, quia cùm lex Chriſtiana hominem iure ſuo priuauerit, legumquè lationem, ſimulquè abrogationem Regibus, vt antea liberam reliquerit, quòd ob perſonarum conditionem id per-
mittere fauore Clericorum † voluerit, 14
credenda non eſt, vt nempe eorum reſpectu reuocare, quod antea poterant, non valeant, ex traditis per me ſæpiùs, præcipuè hoc *lib. 2. quæſt. 8. num. 8. & 42. verſ. Iterum fol. 220.* Idem, & fortius de ſtatutis, & priuilegijs dicendum venit, nam ipſa, vel legibus infirmiora, vel
illis † æqualia putantur Bonacina *de* 15
priuileg. q. 3. puncto 1. & 2. tom. 2. Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 22.* Suarez *lib. 8. capite 1.* Regin. *lib. 13. n. 234.* Molfeſ. *tract. 9. cap. 12. n. 36.*

Tertiò, quia Clericos quoad priuile-
gia, † ac ſtatuta fauorabilia ſubditos re- 16
putari, iidem qui eos quoad cætera non

subesse putant, nempe ex Abb. & Felino in capite *Ecclesia S. M.* Bonacina *loco præallegato*, Suarez *capite 9. num. 4. & in defens. fidei, libro 4. capite 17. nu 9.* Laim. *lib. 1. tractatu 4. quæst. 2. num. 15.* idem Bonac *de censur. disput. 1. q. 16. sect. 2. puncto 2. num. 28.* vers. *Respondetur lib. 3.* At si vt gaudeant, subditi existimantur, idem vt reuocationem patiantur, dicendum
17 venit. Cùm † contrariorum eadem sit disciplina, & contraria nata sint fieri circa idem, & in eodem subiecto, vt probat in terminis legis P. Araujo *d. quæst. 97. disputatione 1. sect. 7. difficult. 3. num. 41.* vers. *His suppositis, ac prænotatis, & diff. 4. num. 48.* vers. *Tertiò finitur per reuocationem, fol. 727.*

Ex quibus colligi videtur, Principes, siue per interpretationem, siue per derogationem, & abrogationem priuilegia, statuta, siue vniuersales leges, sine vlla, aut aliqua causa derogare posse, siue in vniuersum, siue singulorum ratione, & hoc quidem legum, statutorum, priuilegiorumquè natura attenta, vt conqueri nemo iure posit per rationem traditam in *l. precario 12. D. pre-*
18 *car.* ibi: *Est enim † natura æquum tandiu te liberalitate mea vti, quandiu ego velim.* Et quoad declarationem, ac limitationem est textus in *l. Neratius 153. de reg. iur.*
19 *quem tamen modum beneficij sui † bellè ipsi Principes solent interpretari*, iuncta *l. ex facto 43. D. de verb. obligat.* Quodque personarum qualitas non obstet, do-
20 cent † communiter scribentes in *l. si quis Curialis*, vbi Fulgos. Bal. Sal. Castr. *C. de Episcop. & Cler.* Raff Cum. & Sal in *Authent. cassa de Sacr. sanct. Eccles.* Cynus, & Imol. *in l. non amplius, §. 1. D. de leg. 1.* Bal. *in l. de quibus, colum. 13.* vers. *Vndecimo quæro, an Clericus, C. de legib.* Abb. in *cap. cum esset de testam.* Dec. *cons. 83. 114. & cons. 275. in primo dubio*, ex allatis per P. Dianam Sousa in *Bulla Cœnæ canon. 16. disputatione 84. conclus. 5. num. 6.* Duard. *libro 2. can. 15. quæst. 27. num. 16.* Villalob. *in summ. tomo 1. tractatu 17. dubio 21. num. 4.* Imo, quod plùs videtur, existimat Azor. *par. 2. libro 5. capite 13. quæst. 4.* ex Felino, & alijs posse Principem è vestigio Clericos à priuilegijs, & legum fauore excipere, Crass. *eff. 1. num. 26.* quod vix Princi-
pi consulerem; nam Christiano, † Ca- 21
tholicovè Regi, non tantum quod libet, sed quod expedit, inspiciendum est. *Omnia*, inquit Apostolus, *mihi licent, sed non omnia expediunt.* Exemplo verò perniciosum esset, si concesso vniuerso populo priuilegio Ecclesiasticos Deo addictos extorres esse decerneret; hoc enim in Ecclesiastici ordinis odium fieri videretur, cuius oppositum curare deberet, vt ex D. Leone *epist. 73. ad Leonem Imper.* docet *nota 4. ad leges Federici in Cod. Syculo, fol. 9.*

Omnes autem præmissi casum illum excipiunt, quo huiusmodi priuilegia à Summo Pontifice nomine Ecclesiæ ex
causa acceptata fuissent; tunc enim † ir- 22
reuocabilia illa putant, vti quæ in vim contractus transierint. Secùs si confirmatio statutorum à subditis petita pro maiori auctoritate fuerit; non vt Papalia efficerentur: de quo latè Anguianus de *legibus libro 2. capite 6.* vbi id latissimè comprobat, de quo etiam superiùs aliqua diximus.

His contraria obstare minimè videntur: non primum, quia, etsi verum sit, quòd Clerici, vt ciues, ad concessa ciuibus priuilegia inuitati censeantur, ob hoc idem reuocationi iuxta priuilegiorum naturam subesse debent, vt in tertio posterioris sententiæ argumento probatum est. Et comprobant Canones illi, ex quibus feudales circa reuocationem,
† ac caducitatem leges à Pontificibus 23
contra Ecclesiam admittuntur in *capite nouit, cap. cæterum de iud. cap. ex transmissa 6. capite verum 7. de foro comp. cap. quæ in Ecclesiarum de constit. capite ad audientiam, capite si diligenti de præscript. capite fin. de iur. iur. capite per tuas de donat. capite 3. in quibusdam, capite ad aures de pœnis, capite grauem de sentent. excomm. capite vnico §. verum de statu Relig. libro 6.* ex

qui-

quibus frequentiùs putant Ecclesiam naturæ feudorum subijci Bal. *in capite* 1. *num*. 4. *de contr. feud. apud pares term*. & post innumeros Sehrad. *de feud. part*. 1. *quæst*. 2. *num*. 5. Costa Siculus *conf*. 2. Gail *obser*. 17. *num*. 4. *lib*. 1. Rosenr. *cap*. 10. *concl*. 10. D. Merlin. *contr*. 13. Ego *nota* 99. *ad nota* 87. *num*. 9. *fol*. 231. *leges Federici fol*. 265. *num*. 11. nec enim Ecclesiasticos in profanis naturalia rerum

24 peruertere velle, æquum videtur, † quin imo candem fortunam subire iuxta illud Tragiel.

Ferre quam sortem patiuntur omnes
Nemo recusat.

Nec rectè cõclusio illa applicari posse videtur, qua immunitati præiudicari asseritur, si Clericis ea, quæ iure communi obtinuerunt, tollantur; nam vt P. Mag. Arauxo egregiè aduertit, *semper, siue beneficium, siue priuilegium esse propona-*

25 *tur, de ratione eorum est*, † *vt aliquid præter, vel contra ius commune indulgeant; nam si quid iure communi competat, frustra per priuilegium obtinetur*, ad textum *in l*. 1. *D. ad municip. l. Imperatores, D. de priuil. cred. l*. 1. *C. de Thesaur. libro* 10. ita ipse ad D. Thom. 1. 2. *quæst*. 97. *disput*. 3. *sect*. 7. *diff*. 4. *num*. 46. *fol*. 729. *col*. 1. vers. *Sed quia* ex Azorio *lib*. 5. *capite* 22. *q*. 5. licèt eum quoad priuilegij, & beneficij differentiam non sequatur: putans, & rectè illam differentiam nominalem, non realem esse. Cum ergo priuilegia aliquid

26 iuri communi superaddant, † si ob reuocationem, & derogationem ad ius commune redeatur, nec odium, nec iniuria enascitur, vt *in l. si vnus* 27. §. 2. *D. de pact*. vers. *Non fit causa eius deterior, sed formæ suæ redditur*. Nec rectè ius commune nobili dicitur, dum ad illud recurritur, ac in pristinum reuocatur.

Ex quo cessat secundum, nam Clericis nihil de iure communi detrahitur, cùm eis statutum priuilegians, non prodesse declaratur, supposito, hoc vltimum à iure communi discrepare; licet mea sententia imprudenter Princeps ageret Clericalem ordinem à statutorum beneficio excludens, nisi talis causa id suaderet, qua spreta Respublica euerteretur.

Non obstat denium regula illa, quòd priuilegium † non subdito concessum 27 reuocari nequeat ex *capite nouit de Iud*. & alijs adduci solitis, quos *in tomo* 1. *de donat. tractatu* 2. *parte* 6. *num*. 208. communiaui, nam hæc ad præmissa limitatio in illis priuilegijs, quæ in contractum abierunt, quævè non nisi ex plenitudine potestatis reuocari queunt, recipienda erit; tunc enim, quia illa contra non subditos minimè vtitur, irreuocabile priuilegium efficitur, non vt tale, sed ob contractus mixturam, ob quam præualet potentior † ex natura 28 mixtorum, & in totum pro contractu habetur, ex his, quæ tradidi *d. tomo* 1. *discursu, p*. *num*. 67. contractum verò Princeps non reuocat, quia de iure naturali, siue ex naturali ratione procedit contractus, & pacta seruare, cui ille non dispensar, vt *d. partic*. 6. *num*. 102. ex innumeris probaui; nam quod ad merum priuilegium attinet, cùm beneficium sit, reuocari, nec à qualitate subiectionis separari potest, eo ipso enim, quòd † priuilegium recipit, ac 29 admittit, reipsâ per antecedens subesse dicitur, vt ex tertio huius postremæ sententiæ fundamento satis patet, & ex Bald. *in l. adoptiuum* aliàs, *sed si hac*, §. *si liberta, D. de in ius voc*. Curto Sen. *conf*. 49. *num*. 74. Costa Siculo *dicto consil*. 2. *num*. 4. *fol*. 43. Crass. *effect*. 1. *num*. 718. cum alijs per eos adductis in Ecclesia Romana id ipsum firmantibus, si beneficiaria † foret, quòd 30 ego semper negabo, illa enim nemini subiacere debuit, nec vlli Principi ius superioritatis in eam reseruare licebit, vt in *Cod*. contra Bald. probaui *nota* 87. *ante num*. 9. *ad leg. Federici fol*. 231. nam si in manso pro dote Ecclesiæ id tenuimus, supra *quæst*. 39. *num*. 11. quantò magis in libertatibus Ecclesiæ Romanæ omnium matri, ac Dominæ collatis? Puto ergo rationes oppositas à

Diana, in specialibus priuilegiis facile euerti posse, illaquè solùm in generali immunitatis fori, & tributorum exemptione procedere, quæ reuocationi minimè subiacent per tradita, suprà *quæst. 2.lib. 2.*

Iuxta verò superiùs tradita pro D. Petro Caietano, contra Collegium Societatis Iesu, Ciuitatis Xicli decisum vidimus, ne dilatione data nouis incolis gauderet: anno 1636. de mense Aprilis, cui acquieuerunt Partes.

QVÆSTIO LXII.

An Principes statuentes, ne in eorum statu possint ædificari de nouo Ecclesiæ, & Monasteria sine eorum licentia, derogent immunitati Ecclesiasticæ?

EPITOME.

1 *Statutum, ne Ecclesiæ ædificentur ex sui vi non tenet.*
2 *Principum munus templa erigere.*
3 *Religiosus locus inuito Domino non effici debet.*
4 *Constantinus M. multa Templa instruxit, & fana Gentilium concessit.*
5 *Pantheon à Phoca Cæsare Christianis concessum.*
6 *Oratoria præter voluntatem Episcopi ædificari à Iustiniano negatum est.*
7 *Nouæ Religiones in Ecclesia prohibitæ.*
8 *Mendicantium domus sine voto Principum non ædificandæ.*
9 *Consuetudo obtinenda pro construenda Ecclesia à Principe licentiæ improbanda non est.*
10 *Principes nouæ Ecclesiæ constructioni se opponere possunt.*
11 *Ecclesia ex principalium Religionū copia satis suffulta.*
12 *Religionis professio opus supererogationis.*
13 *Templarij, quam ob rationem extincti.*
14 *Religiosorum numerositas disciplinam difficilem reddit.*
15 *Religiosi à Diuo Damaso incapaces relictorum vidualium effecti.*
16 *Hispanicum Regnum cultoribus desertum.*
17 *Laborem plures refugere, ac religiosam vitam appetere.*
18 *Priuilegium ædificandi domos ex cap. futuram non probatur.*
19 *Lex Imperij Prouincias Imperio non subditas non obligat.*
20 *Hispani leges Imperiales non vt leges seruant.*
21 *Ius belli naturæ secundarium ac irrefragabile.*

NOua hæc statuta rectè improbant † omnes à P. Diana allati, si statuētes id ex vi legis seruari intendant, quòd si priscorum seculorum traditioni innitantur, quo pacto huiusmodi vsus improbari debeat non agnosco? 1

Primò, quia templa erigere non † subditorum, sed Principum munus esse sacra pagina docet, dum Salomoni hoc à Domino præceptum fuit, Regum 3. *cap. 5. lin. 5.* nec vnquam nisi à successoribus in Regno restauratum, repurgatumquè fuit, vt tempore Ezechiæ 2. Paralip. *cap. 29.* & per Manassen *ibid. cap. 3.* 2

Apud Gentiles quoquè dedicatio, dedicandiquè licentia Principum, & Senatus munus fuit, ita Cicero pro *domo sua*, & Tacitus 1. *Annal. cap. 11. & cap. 74.* de templo in Tarraconensi Colonia extruendo, & *lib. 4. cap. 55.* de templo in Asia Augusto construendo, & millies apud eum.

Et in iure nostro sunt textus *in l. 2. D. de relig. & sumpt. fun. l. 2. D. de var. & extraord. crim. l. sacra. §. 1. D. de rer. diuis. l. vlt. D. vt in possess. legat. l. 1. cū seq. D. de colleg. & corpor.* cūquè verò sepulchra religiosa loca existimarentur, vbi humari corpora solebant. Plura etiam super his in *d. titulo* constituta leguntur, præcipuè † ne areæ Dominis inuitis, mortuus inferatur *in l. 2. l. ossa 8. l. liberum 9. D. de relig. & tit. sequent. de mortuo inferendo*, vbi quòd neque ossa eruere contra volunta- 3

rem

tem Domini illata iniuſſu Principis libet.

Secundò, quia ſtatim Chriſti lege
4 † ab Imperatore Conſtantino recepta ipſe D. Syluestri rogatu multa templa Romæ, Capuæ, Neapolis, & apud Conſtantinopolim extruxit; & fana Gentilium Chriſtianis repurganda conceſſit; vt ex Socrate, & Sozomeno Platina in Syluestri, & Marci Pontificum viris refert. Nam vt *præcedenti quæſtione* diximus Decretalis illa, quæ Melchiadi Papæ aſcribitur in *cap. 15. futuram* 12. *quæſt.* 1: vbi de licentia à Conſtantino tributa, vt Eccleſiæ ædificari poſsint, Nicœno Concilio, alijſquè per eum, fauore Romanæ Eccleſiæ geſtis mentio fit. Hæc hiſtorica, ac Chronologica caret, temporiquè ſe opponit, cùm (vt diximus) antequam Conſtantinus Imperium obtinuiſſet, Pontifex ſanctus ſub Maximino martyrium paſſus fuerit, illaquè omnia ſub Syluestro euenerint, qui poſtquam ſeptem annorum exilium ſubſtinuiſſet, Conſtantinum iam Imperatorem, fideiquè noſtræ ſtudioſum ad illam denique traxit.

Atquè is mos fana Gentilium ab Im-
5 peratoribus obtinendi † Phocæ Cæſaris tempore, etiam ſeruabatur, à quo Bonifacius Quartus, Pantheon ad omnium ſanctorum honorem obtinuit, quod euenisse anno ſalutis 580. refert Platina *in eius vita*. Licèt Imperator extra Italiam apud Conſtantinopolim Romæ verò Pontifex Sedem haberet.

6 Tertiò demum præmittendum † eſt legem à Iuſtiniano latam, Auth. *vt nullus fabricet oratorij domos præter voluntatem Epiſcopi*, *nou.* 67. per Pontifices amplexam fuiſſe, *capite* 1. *&* 3. *de relig. domib.* Honorius quoque III. Concilio Generali Præſidens in *capite fin. eodem titulo*, congeminatas religionum inſtitutiones Eccleſiæ perniciosas agnouit, ibi: *Ne nimia religionis diuerſitas, grauem in Eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam* *† religionem inueniat; ſed quicumquè ad* 7 *religionem conuerti voluerit, vnam ex approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam domum de nouo fundare, regulam, & inſtitutionem accipiat de approbatis*, & Bonifacius VIII. *in capite cum ex eo de exceſſ. Prælat. in* 6. ne mendicantes nouam domum abſque ſua licentia acciperent, vel conſtruerent, omnino vetuit; cuius Decretum Clement. V. in Viennenſi Concilio ſub anathemate probauit. Quod Iulius II. ita † mo- 8 derauit, vt à Principe aliquo, vel Duce, aut Comite inſtantibus facere liceret. Demum verò Clemens VIII. anno 1593. conſtituit, ne nouæ mendicantium domus, niſi omnibus intereſſe habentibus citatis, & auditis; conſtroquè priùs, ſine aliorum detrimento ſuper addi poſſe, conſtruerentur.

Quibus ita præmiſsis, dicendum venit, † conſuetudinem hanc licentiæ à 9 Principe petendæ, vbi adſit, receptaquè ſit, vtpotè quæ tam vetuſta initia habere dignoſcitur, improbandam non fore; cùm ratione dominij territorij; à quo Eccleſiæ eximuntur, ſua intereſt ſacra loca ſine vlla neceſsitate populorum, non multiplicari, nec in immenſum vſquè produci, per ea quæ de conſuetudinis vi in huiuſmodi rebus, quæ ſpecialem conſtitutionem aduerſam non habent, ſupra *quæſt.* 4. *per totam*, *& punctim, quæſt.* 43. *n.* 26. præmiſſa ſunt.

At ſi de nouæ conſtitutionis virtute ageretur, non dubito tradita in oppoſitum amplectenda omnino fore, nec aliud ius Principibus ſupereſſe, quàm vt ex Bulla præmiſſa Clementis VIII. 10 ſe vt † principaliter intereſſe habentes opponere poſsint; audiendi certè, ac fouendi; vbi nouæ ſub reformationum; ac nouarum fundationum ſpecie domûs in veterum deſtructionem, ac perniciem conſtrui tentarentur. Nam cùm fideles ſufficienti † ex principali- 11 bus religionibus ope, conſilio, & monitis iuuentur, ac etiam è cõuerſo quotidie

Respublicæ cultoribus, artificibus, custodibus deficiant. Christiani nominis hostibus ob depopulationem expositi, impediri hæc è vestigio satius videtur, quã, vt demum admissi reformati excessiuus numerus debeat. Religionis enim pro-
12 fessio, † cùm supererogationis opus sit, ob quodcumquè in Ecclesia scandalum, vel damnum omitti partim, ac limitari potest, ex Sancto Thoma 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 3. *&* 7. vbi cæteri, & in 4. *sent. distinct.* 38. *quæst.* 4. vbi Durand. ex Canonistis Felin. in *cap.* 2. *de præscript.* Dec. *in cap. cum teneamur, n.* 5. *de concess. præb.* Rom *cons.* 332. *ex n.* 13. & refert Albericus de Rosate in *diction. verb. Templarij*, quòd Clemens V. ob id solum Templa-
13 riorum † religionem euertit, ibi: *Ipse Clemens protulit hoc: Etsi non per viam iustitiæ potest destrui, destruatur tamen per viam expedientiæ, ne scandalizetur charus filius noster Rex Franciæ.*

Hoc autem primò Pontifices Summi curare debent, ne excessiuo ex numero
14 disciplinæ corruptio † sequatur, vt optimè in simili in *cap.* 17. *quidam Monachi* 16. *q.* 1. ibi: *Perturbationes tranquillitati Ecclesiasticæ inferunt, & diuersorum domus corrumpunt*, apertiùs Leo Tertius in *cap.* 2. *de sepulturis* ex corpore epistolæ ad Episcopos Dardaniæ ibi: *Esse quosdam perversè agentes, qui subuertere nituntur, atquè diuidere Ecclesiæ vnitatem, videlicet Abbates, Monachos, qui non zelo charitatis, sed studio rapacitatis inuigilant, atquè seducere conantur seculares, quos illaqueare possint, vt res suas, atquè possessiones, siue in morte, siue in vita Monasterijs suis tradant.* Ad quod Diuus Damasus Papa respexit, qui legis in religiosos ne à viduis aliquid ex testamento recipere possent, auctor fuit, &
15 suasor, † vt restantur Cohelius *de immunit.* & Ortiz de Ibarola *eod. tract. par.* 3. *dub.* 3. *fol.* 331. impressionis Romanæ, quod bonum cauterium fuisse aduertit D. Hieronymus ad Eustochiam, licet, quòd religiosi causam huic edicto dederint, vehementer doleat.

Item, & Principes propriarum Rerũ publicarum saluti, & securitati consulere debent, non tantùm ne plebs, auctis in immensum exemptis, depauperata intereat, cùm omnia onera in eam reijci opus sit, sed ne denique (vt in Hispanijs videmus, ac ex animæ præcordijs lugere cogimur) regiones † omnes cultoribus 16
destitutæ arescant, alimenta deficiant, & quod maximè timendum est, deficientibus, qui militiæ operam dent, Barbaris, ac Hæreticis iterum prædæ sint; videmus enim ad omnia homines deficere, non agricolas, non artifices, non mercatores, non milites adesse. Ac è contra plures laboris impatientes religiosum habitum amplecti. Religiones, nouaquè instituta quotidie augeri, † nouas domos ve- 17
teribus nouas, & exquisitas reformationes virorum, & mulierum, supra originalia, & primaria addi, eodem gradu, quo particularium domus corruunt, quo familiæ extinguuntur religiosorum, ac sanctimonialium nouas vbiquè domus cõstrui, ac Rempublicam vltimo, & certo discrimini exponi, quod nolle Summum Pontificem certò affirmandum est, cui hæc, vt communi parenti insinuanda primò sunt, ne acriora remedia aggredi opus sit. Ipse enim tam deplorandæ depopulationis certior factus huic malo opportunè obuiam ibit, mihi illud indicasse sufficiat. Nec enim hæc hæreditas mea est.

Non obstat ergo, quod P. Diana ad præmissa addit ex *cap. futuram* supra relato, quòd nempe Principes, etiam † Im- 18
perio non subiecti, priuilegium ab Imperatore concessum reuocare nequeant, ex Filiuc. *tomo* 1. *tract.* 16. *cap.* 10 *num.* 270. Valenç. *p.* 2. *n.* 36. *in defens. Monit.* Mainard. *de priuileg. Eccles. par.* 2. *art.* 22. *n.* 95. *& art.* 23. *n.* 24. Nam Decretalis illa priuilegium præmissum probare minimè potest, cùm Melchiades nec Constantinum viderit, nec tempore illius priuilegij in mundo extare potuerit, cũ satis ante ad cœlum migrauerit, vt ex Platina, & omnibus Scribentibus liquidò patet.

Deinde Imperatoris legem Prouincias

19 cias † Imperio nō ſubditas obligare ne-
mo dixerit, itemquè & illas, quæ ab Im-
perio auulſas iure belli aliquis Princeps
acquirat, inde Hiſpani Reges, ſiue vti
Gothorum ſucceſſores, ſiuè proprio ob
recuperarā à Mauris Hiſpaniā iure, leges
20 Romanas, † non niſi rationi conſenta-
neas ex rationis, non legis vi, ſicuti &
Philoſophorum dicta, & apothegmata,
ſeruant, vt ex naturæ dictamine deriuan-
tia. Probant Hiſpani Scriptores hoc aſ-
ſumptum ex *gloſ. in cap. Adrianus* 63. *diſt.*
Nauarr *in cap nouit in* 3. *not. num.* 21. *de
Iud.* Belling. *in ſpeculo rub.* 6. *n.* 2. Valde-
ſius *de dign. Regum Hiſpan. cap.* 18. *n.* 22.
D. Solozarnus poſt mille *de iure Indiar.
lib.* 2. *cap.* 6. *ex n.* 24. Vnde pluribus au-
ctoribus vſus probat moderne Salzed.
de lege Politica, lib. 1. *cap.* 6. *ex num.* 42. *ad*
52. Regna Hiſpaniæ à Conſtantini De-
cretis ob Gothorum ſucceſsionem, ac
Maurorum Victoriam iuſtiori titulo, quā
Imperium Romanum acquiſita libera
retineri, ex Adam Contzen, *lib.* 1. *Polit.*
21 *cap.* 8. §. 2. quod cum iure † naturali ſe-
cundario, vnde bella manarunt, funde-
tur, refragari non poteſt, vt ex D. Thom.
2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. Vict. *de iure belli n.*
51. alijſquè probat ipſe *num.* 51. & priùs
ego dixeram in *Coa. nota* 1. *cap.* 1. *ad leges
Petas.*

QVÆSTIO LXIII.

An ſtatuta, quibus cauetur, nequis poſſeſsionem apprehendat alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, ſine facultate Principis, & ſuorum Miniſtrorum ſit contra libertatem Eccleſiaſticā?

EPITOME.

1 *Poſſeſsio beneficij ſine facultate Principis an haberi poſsit?*
2 *Statutum contra mandatum Papæ in ſpiritualibus non tenet.*
3 *Principes habentes ius conferendi beneficia de poſſeſsione ſtatuere poſſunt.*
4 *Beneficium omne continet ius ſpirituale, & temporale.*
5 *Regum inueſtitura, & electio in beneficijs ius ſpirituale non confert, cùm illud à conſecratore obtineat.*
6 *Statutum de poſſeſsione temporalium beneficio annexorum Eccleſiaſtica iura non lædit.*
7 *Aſſenſus Principum in beneficialiū curatorum inthronizatione interuenire debent.*
8 *Statutū pœnale ad iura Principis ſeruanda, etiam contra exemptos valet.*
9 *Pontifex an poſsit præcipere, ne baptiſmum aliquis præbeat.*
10 *Debet in omnibus obediri, quæ ad animam ſpectant.*

AΣſeritur in hac quæſtione † Abbatis 1
conciuis mei *Conſilium* 83. *tom.* 1.
vbi pro affirmatiua his ex fundamen-
tis reſpondit. Primum, quia quid-
quid in derogationem eorum, quæ à
Deo, à Papa, ab Imperatore Eccleſiæ
conceſſa ſunt, ſtatuitur, immunitas læſa
cenſetur. Secundum, quia per hoc ſtatu-
tum laici audaciores, & Clerici timidio-
res efficiuntur. Tertium, quia adminiſtra
tio Eccleſiaſticarum rerum à Deo Ec-
cleſiæ tributa eſt, & ad eam priuatiuè de
rebus, & iuribus ſpiritualibus ſtatuere
pertinet. Quartum, quia Summi Ponti-
fices, ne in huiuſmodi ad ſeculares re-
currendum foret, præceperunt, *cap.* 2. *de
Iud. cap. ad noſtrum de offic. Archid. cap. benè
quidem* 96. *diſt.* Demum, quia con-
ceſſum à Chriſto Domino priuilegium
in concernentibus animas, ac Pontificia
minuit poteſtatem, itemquè clauium, &
iuriſdictionis ſpiritualis ex illa Domini
ad Petrum voce, *quodcumquè ligaueris ſu-
per terram*, iuxta Innoc. expoſitionem in
cap. quanto de conſuet. concludens, quòd
huiuſmodi ſtatutum eſt contra manda-
tum Papæ in ſpiritualibus, & concernen-
ribus † animæ factum. Et quòd per hoc 2
nec illud, nec pœna in eo adiecta alicu-
ius momenti eſt, cuius ſententiam ſequū-
tur Eclin. in *cap. Eccleſia, num.* 96. *de conſt.*
Vgol. in *Bull. par.* 2. *c.* 13. verſ. *Quartò.*
Alter. de *Cenſuris, tomo* 1. *diſp.* 16. *lib* 5.
cap. 5. Peſant. *diſp.* 10. *de imm.* cum alijs
per

per P. Dianam hic, qui omnes rationibus Abbatis vtuntur. Ille verò ex Duardo *lib. 2. can. 15. quæst. 11, n. 59.* & Maria de *iurisd. p. 4. cent. 1. casu 46 n. 8. & 14.* ex hac doctrina illos Principes eximit,
3 qui beneficiorum collationem, † & institutionem ex Pontificis beneficio obtinuerunt, inter quos Hispanum Regem agnoscit.

Cuius doctrinæ veritas ab ijs pendet, quæ Innoc. IV. in *cap. quod sicut 28. de elect.* distinxit, inter ius spirituale, & tem-
4 porale: de primo † enim tenet per Principem conferri non posse, vbi quòd iura spiritualia in personas non spirituales ipsa natura repugnante non cadunt, allegat *cap. 2. de iud.* Inde opposito sibi de *cap. Adrianus distinct. 63.* quòd Episcopos eligere, & inuestire Imperator poterat; Respondet primò id vice Pontificis factum fuisse. Secundò, & cum hac residet, respondet, quòd *ex inuestitura Regum, vel electione non habebant instituti ab eis aliquod ius spirituale, puta quòd possent conferre Ecclesias, & Canonicatus, vel ordinare Cleri-*
5 *cos, vel huiusmodi. Potestatem † autem bonorum recipiebant à confirmatore, vel consecratore, vel quocumque alio Ministro spirituali, & Ecclesiastico. Per inuestituram autem laicorum potuisse recipere* Vassallagia, *& alia temporalia* hæc Innoc. quem sequuntur idem Abb. Compostell. *num. 7.* Anan. *num. 3.* Ioan Andr. *num.* [illegible] Bellam. *num. 17.* Zabarell *num. 6.* [illegible] *num. 6.* Anch. *num. 5.* Lupus in *cap. per* [illegible] *vas introd. 1. num. 25. & 28.* Selva *de benef.* [illegible] *quæst. 25. & 28.* Couarr. *in reg. possessor. p. 2. §. 10. vers. Olim* Fertald. *de priuileg. Regis* Frãc. *nu. 23. tomo 16. tract. fol. 126.* Azor. *instit. moral. tomo 1 lib. 5. cap. 19.*

Ex qua distinctione patet, statutum huiusmodi, (si de tẽporalium possessione, & inuestitura loqueretur, quæ ele-
6 ctus de manu Principis † recipere deberet) Ecclesiasticam immunitatem non lædere. Minusquè ei obstare, si ad id tenderet, nequis in suo dominio se Inscio ad prælaturas, vel curata beneficia (non præcedente personæ probatione) recipe-

retur; nam hoc iure ipso † Canonico 7
Principibus concessum est *d. cap. quod sicut*, ibi: *Debet Principi præsentari, vt postulationi præstet assensum, cap. cum terra, cap. cum inter de elect. cap. lectis 63. distinct.* ibi: *Quoniam aliter nos agere non debemus, vt à vestra solertia Imperiali, vt prisca consuetudo dictat, perecepta licentia, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, Imperatoria directa epistola. cap. nota ead. dist. cap. Reatina ibid.* cum omnibus præcitatis ad *cap. quod sicut*, Roch. de Curte de *statutis, sect. 6. num. 21.* Azor. *dict. loco*, vers. *Præterea*, D. Barb. *in cap. Missana num. 3 de elect.* cum alijs per Conrad. *in templo lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 2. n. 4.* & per Salzed. *lib. 2. leg. Pol. cap. 11. ex n. 8 fol. 259.*

Inde si hoc iure, obquè hanc rationem ad Principis præeminentiam tectam sartamquè seruandam statutum fieret
† etiam pœnale, prout apud nos viget, 8
item & Mediolani, vt latè, & laboriosè Ioannes Ruizius Laguna ex historijs probauit, doctrina Abbatis indistinctè, & generatim loquentis non obstaret. Cuius consilium, & fundamenta leuia partim sunt, nec minùs fallacia laborant. Primum enim non verificatur, cùm nullibi quòd id concessum fuerit Ecclesiæ probetur, quin imò quòd Ecclesia consuetudinem hanc amplexa fuerit, ostenditur. Secundum risu dignum apparet, nam quæ audacia ex hoc statuto nascitur, si Princeps suo iure vtitur, quæ timiditas Clericis, qui ius Canonicum obsequuntur? Tria reliqua argumenta falaciam, etiam continent, & ex Innoc. distinctione tolluntur, illa nempe procedere, vbi Princeps spiritualium possessionem, vel inuestituram concedere præsumeret, quod absit, quisquam cogiter. Et de his loquitur in *capite quanto de consuet.* vbi agit, an Pontifex alicui ne baptizare valeat, † præcipere posit & 9
post argumenta hinc inde cõcludit. Hoc ei concedi ex priuilegio illo, *quodcumquè ligaueris*, &c. vt nempe posset hoc statuere, vel præcipere, ei enim inquit:
In omnibus obediendum † est in spirituali- 10
bus,

bus, & in his, quæ ad animam spectant, nisi ultra fidē, &c. Hæc ille, quæ quantò à præsenti quæstione distent, nemo non videt. Accedunt quæ ad Martini *leges nota ultima ex n. 4. ad 7.* scripsi *in Cod. Siculo.*

QVÆSTIO LXIV.

An statutum mandans bona Ecclesiæ relicta, infra certum tempus vendi sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

DE hac supra *quæst.* 58. abundè disputatum est, ideoquè non retractanda ibi lectorem humanissimum relego.

QVÆSTIO. LXV.

An Principes si per aliqua statuta disponant de his, quæ ad funera, & exequias pertinent, efficiant contra libertatem Ecclesiasticam, & sint excommunicati?

EPITOME.

1 *Princeps an possit in re funeraria leges ferre.*
2 *Mortuaria iuri spirituali annexa videtur.*
3 *Pompa exequiarum potiùs consolationes viuorum, quàm suffragia mortuorum.*
4 *Statuta laicorum circa cultum Diuinum, & suffragia animarum non valent.*
5 *... valent reformantia pompas mundanas.*
6 *Eleemosynæ pro funere ducendo, ac suffragijs defuncti ab Ecclesia, & non hærede Prælati præstantur.*
7 *Impensa magna in funere quæ dicantur.*
8 *... hæ præstantur ab hærede Prælati.*
9 *Impensa ad animæ suffragia quæ sint?*
10 *Clericorum commodum causam piam non facit.*
11 *Statuta super funere ad quid fiant?*

IN hac quæstione cùm apud Siculos
1 † plura constituta fuerint in Friderici
Regis Capitulis titulo *de militari solemnitate cap. 99. & cap. 100. de funerariis solemnitate.* Item in Pragmaticis à Ioanne Vega Optimo Prorege editis, cùmquè apud Hispanos quoquè non minus utiles leges reperiantur, quibus funeralis pompa etiam in cereis, ac alijs, quæ ex consuetudine penes Ecclesiam deponi debent, ad iustos limites redigitur, ideo de horum valore ad egregias leges, & Christianos Principes à Censuris vindicandos aliqua tradere, non inutile duxi. Et primò disputationem huiusmodi ex *cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* ortum habere, vbi Innoc. III. secularium quorundam conqueritur, *qui de mortuarijs, necnon & alijs,* † *quæ iuri spirituali annexa* 2
videntur illicitè præsumunt, licet ipse nihil super hoc statuat, nec quid circa mortuaria dispositum fuerit, aperiat. Inde Abbas ibi, *num.* 6. quæstionem formauit hoc modo. *Nunquid valeant statuta laicorum, vt vltra certos cereos non deferantur in funere, vel quòd filij dumtaxat debeant vestiri de nigro, & quòd certus, & determinatus numerus Clericorum dumtaxat intersit exequijs,* & quid simile. Arguit primò contra, deinde addit. *In contrarium facit, quia*
† *pompa exequiarum sunt potiùs consolationes viuorum, quàm suffragia mortuorum, nec Ecclesia approbat, vt in cap. animæ defunctorum, & cap. quàm præposterum 13. q. 2.* 3
Dicerem, quòd circa concernentia † cultum Diuinum, & refrigerium animæ defuncti, nō 4
valeant statuta laicorum, quia illa propriè sunt annexa iuri spirituali, & ita intelligo istum textum. Sed circa concernentia pompas † mundanas, an valeant statuta? Credo 5
specificè, quòd valeat statutum de pannis nigris passim non vtendis. Eandem distinctionem facit, *quæst.* 3. vbi, *num.* 4. de impensa eleemosynæ Clericis funus ducentibus tradenda, alijsquè exequiarum solemnibus † ad defunctæ animæ solatium, ac 6
leuamen, quòd ab Ecclesia, & non Prælati hærede præstanda sint, vt patet *ibid. num.* 7. & 8 vbi in vers. *Ad secundam partem*, & vers. *Alia verò;* secùs tenet de impensa † sepulturæ magnifica, vel alia 7
fit-

funeris pompa, vt in vestibus luctuosis, & alijs. Hæc enim à Prælati hæredibus
8 præstanda esse † putat, vt apud *Cavse. decis* 84. determinatum extat, cuius sententiam in dies practicari videmus, camquè sequitur Marta *casu* 54. *p.* 4. *n.* 3. ex Rodoano, Canosilo, Decio, & Asinio.

Vides ergo ex Abbate, qui prior, vt ipse asserit, hanc quæstionem examinauit, & ad sensum patere potest, quòd illa spiritualibus annexa censentur, quæ in animæ defuncti solatium cōstituta sunt,
9 quæ nempe ad preces † pro ea fundendas, Psalmos modulandos, sacra conficienda, responsos canendos eleemosynas, oblationes præstandas expenduntur. Cætera verò, quæ magis ad pompam fiunt, vt est inordinatus cereorum maiorum (intorcias vocant) numerus, aureæ, & sericæ culricæ, sumptuosum sepulchrū, cæteræquè funerales machinæ prohiberi posse Abbas clarè innuit, licèt
10 † huiusmodi expensæ partim Clericorum cōmodo cedant, nam ad hos oratio dirigitur, cùm hæc potiùs in viuorum solatia, quàm in defuncti requiem cedere affirmentur, vt ex D. August. *in libro de cura pro mortuis, cap.* 2. & 18. D. Thom. in 4. *sent. distinct.* 45. *q.* 2. Tabiena de *excomm. cap.* 20. qui tamen in cereis dissentit, firmat ibi Marta, qui excepta moderatione cereorū idem sentit. Sed cum D. Thoma tenuit Cardin. Caietanus *in summa verb excommunicatio. cap.* 31. Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 120. Graff. *p.* 1 *decis. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 133. Sousa *in Bulla, cap.* 16. *dis.* 94. *conclus.* 2. *num.* 3. Laim *lib.* 4. *Theolog. mor. tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 3. quorum opinionem probabilem ingenuè fatetur Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 16. *cap.* 10. *num.* 273. licèt in praxi non admittendam P. Diana existimet. Cùm tamen certum sit, Caietani sententiam, cū Canonem aduersantem non habeat, ad censuram vitandam maioris ponderis videri, quàm oppositorum, qui, cùm nulla de iure censura indicta sit, ex vnius auctoris, vel plurium interpretatione illam inducere præsumunt, ac Catholicos Principes, vti illius aspernatores, conscientiæ propriæ incuria taxare: cùm præcipuè Abbas prior huius disputationis enucleator pro statutorum validitate potiùs, præter ea, quæ ad suffragium animæ expenduntur, pugnare videatur. Hæc autem statuta, non vt quid Ecclesijs auferatur, lata sunt, † sed ne familiæ depau- 11
perentur, neue hæredes, vt sæpius euenit vltra vires patrimonij defuncti grauentur, dum vano honore externo suasi (ne funus minori pompa cæterorum ducatur) vel quod non possunt, expendunt, vel corpus inhumatū per plures dies emittunt, quod sæpè euenire prospexi.

QVÆSTIO LXVI.

An quando sumus in dubijs, an aliquod statutum sit, contra immunitatem Ecclesiasticam, debeamus opinionem, quæ Ecclesiæ fauet, amplecti? in sequenti de possessorijs causis agetur.

EPITOME.

1 *Opinio, quæ Ecclesiæ fauet, quando sequendā sit?*
2 *Ecclesia in generali significatu quid importet?*
3 *Clerici Ecclesiæ principalior pars.*
4 *Laici pars Ecclesiæ sunt, licèt minùs digna.*
5 *Libertas propria Ecclesiæ in spiritualibus.*
6 *Diuina humanis præferenda.*
7 *Libertas in spiritualibus in dubio fauēda.*
8 *Opinio censuras deuitans in dubio sequēda.*
9 *Ecclesia ex censurarum vitatione fauetur.*
10 *Opinio probabilis vincit probabiliorem fauore animæ.*
11 *... item vbi pœnitētem à pœna eximit.*
12 *Opinio bono publico fauens in dubio præualet.*
13 *Vnum vbi præ cæteris præualet, hoc idem fauorabilius.*
14 *Minus malum quando eligendum.*
15 *... respectu maioris habet rationē boni.*
16 *Sententia dissidens causæ fauorabili applicanda.*

CVm præmissum statutum pro dubio an Ecclesiasticam immunitatem læ-

de-

deret, P. Diana habuisset, quæstionē subiecit, quid in re dubia iudicandum? Et
1 pro Ecclesiæ fauore † indistinctè respondet ex *cap.fin.de sent. & re iudic* ex *l. iust personæ, D. de relig. & sumpt. fun.* addit Felin. Ias. Decian. Honded. Bellert. & Mainardum.

At, vt quæstio ex veris Canonum, & legum principijs habeatur, præmittendum est, Ecclesiam nihil aliud, quàm
2 † Christianam Rempublicam significare, in qua fideles omnes Catholici existunt, vt per Vict. *de potest. Eccl. in principio per totum*, ante *quæst.* 1. in ea vero duplex status inuenitur Clericorum, ac laicorum, vt D. Hieronymus ait *in cap.* 7. *duo sunt genera* 12. *q.* 1. Vnde licèt verū
3 sit, Ecclesiæ appellatione † in principaliori sui parte Ecclesiasticos venire, vt qui digniores, ac sanctiores sunt, negari tamen haud potest, quin in vniuersali
4 † appellatione laici quoquè, vt fideles, ac promissionis participes contineantur.
5 Iterum Ecclesiastica libertas † verè, & propriè in spiritualibus consistit, vtpote spiritualis potestas ordinis, & iurisdictionis illibata seruetur, nec à seculari potestate deprimatur, vel vsurpetur, cùm ab ea ratione finis, & diuinæ institutionis separata sit, vt benè declarat P. Vict. *d. tract. de pot. Eccles. q.* 1. & 2. in hac verò cùm animarum salus consistat, si quid dubij adsit, an humana constitutio ei obsit, in dubio ei fauendum esse opti-
6 mè dicitur; quoniam † humanis diuina præferenda sunt, *cap. duo sunt ad simil.* 96. & in dubijs tutior opinio fauore animæ amplectenda. Vbi ergo de libertate Ecclesiæ in dubio fauenda agimus, de illa
7 † vt tali propriè dicta intelligendi sumus, per ea, quæ supra *quæst.* 8. *num.* 5 1. *cum plur. seq. fol.* 221. Item vbi de bonis iure spirituali, & diuino spectantibus, vt sunt decimæ, & primitiæ, agatur. In hisce enim quæstionibus Ecclesiasticis in dubio fauendum est.

At si de cēsuris incurrendis ob temporalia, & profana Ecclesiæ iure humano spectantia sermo sit, an quæ in his materijs constituta sunt, derogari debeant, Canone expresso, qui vetet, deficiente, in casu dubij illa opinio, per quā † censuras non incurri docetur, ampliā- 8
ctenda erit. Nam cum hæc temporalia iure humano, maximè Pontificio deficiente regantur, *cap. quo iure d.* 8. cum alijs, *d. quæst.* 8. *ex num.* 20. adductis, animæ magis ex censurarum vitatione fauetur, ac proinde ipsi Ecclesiæ, † quæ 9
ad spirituale animarum bonum primariò dirigitur, ad quarum salutem † pro- 10
babilem opinionem, probabiliori relicta eligi debere, idem P. Diana affirmat *tract. de opinione probabili resol.* 13. & *resol seq.* dicit, respondentem ad conscientiæ casus tunc posse probabili adhærere quando consu'entem ab aliqua pœna eximit † puta restitutionis, ad quā pro- 11
babilior eum obligabat.

Quoties ergo statutum boni publici causa processit, bonoque zelo editum fuerit, si lex Ecclesiastica specificè non aduersetur, adeo, vt dubium sit, an immunitati Clericorum in profanis causis, & rebus obsit † illa opinio quæ bono pu- 12
blico fauet, sequi poterit, atēra D. Chrysostom doctrina, infra *quæst.* 69. *nu.* 13. relata, vbi quòd Religionis nostræ superior, & omnibus excellens cura existimatur publicæ, & communi vtilitati consulere: At vbi vnum † supra cætera attendi debet, hoc idem fauorabilius, ac in dubio sequendum existimatur. Sicut dicimus, minus malū eligi posse, quia † me- 13
lius comparari ne maioris mali reputatur, & sic ad bonum, quòd sequi debemus proximius D. Thom. 1. 2 *quæst.* 19. *art.* 6. *ad* 3. Valentia t. 2. *quæst.* 14. *pūcto* 5. *ad* 2. Vazq. *ad d. q.* 19. *disp.* 60. *cap.* 2. *num.* 6. Cordub. *in quæst. lib.* 3 *quæst.* 4. *ad finem*, Henriq. *in summa lib.* 2. *cap.* 6 §. 7. *lit. F.* vbi quòd respectu † maioris 15
mali minus habet rationem boni. Quibus & illa addenda sunt, quæ in hac odij, & fauoris materia diximus *lib.* 1. *q.* 4. *ex n.* 17. *vers. Ad vltimum n. fol.* 36. acceditquè, vsque huc non visus D. Merlinus *contr.* 55. *n.* 29 *lib.* 2.

Con-

Contra hæc ne aliquid quidem adducta superius faciunt, nam *cap. fin.* nihil de Ecclesiæ fauore loquitur, cũ de duobus ordinarijs iudicibus in suis votis dissidentibus agat, determinans fauorabili
16 causæ votum † propitium admittẽdum pro matrimonio nempe, dote, libertate, & testamento, Ecclesia pro Pontificia modestia omissa, cui etiam in simili dissensione fauendum esse, eiusquè causam præmissis præponendam putarem; facit *l. sancimus, C. de sacr. sanct. Eccles.* Ego *decis. 69 num. 37 tom. 2.*

QVÆSTIO LXVII.

An Iudex, & Minister Regius possit cognoscere causam, cùm agitur, vt Petrus, v. g. Clericus recuperet Ecclesiæ possessionem, à qua est eiectus per vim, vel retineat beneficij possessionem, in qua ab alijs turbatur?

EPITOME.

1 *Possessoria spiritualium an sint temporalia, & Iudex laicus cognoscat?*
2 *Princeps secularis violentias in suo territorio repellit.*
3 *Violentiæ paci publicæ officiunt, ac maiestatem offendunt.*
4 *Vis ante possessionem, & proprietatem determinanda.*
5 *Status turbationes ex priuatis violentijs ortæ.*
6 *Violentiæ auersio meri, & nudi facti.*
7 *Facta semper principibus reseruata.*
8 *Contrario vno posito, remouetur alterum.*
9 *Iurisdictio in resistentia non requiritur.*
10 *Retentio facti est, ac iuris naturalis.*
11 *Possessio statim rehabita noua non est.*
12 *Principi magis licent, quæ priuato permittuntur.*
13 *Possessionis iustitia non requiritur ad manutentionem.*
14 *Possessiones iure humano introducta.*
15 *Potestas Sacerdotalis in peccata non in possessiones.*
16 *Possessio beneficiorum profana.*
17 *Consuetudo vniuersalis fauore iudicis laici in possessorijs spiritualium.*
18 *Pontifices consuetudinem circa possessoria probauerunt.*
19 *Couarruuias, & Menochius fundamenta auctorum super possessorijs spiritualium mirificè repellunt.*
20 *Principes violenta spolia in vim auxilij repellunt.*
21 *Possessio beneficij in vim defensionis à iudice laico tuetur.*
22 *Clerici recursus filialis ad Principem, vt eum tueatur.*
23 *Princeps, vt talis violentiæ occurrit.*
24 *Cædis capta difficilis modus.*

PRo negatiua adducitur *Clem. 1. de causa poss. & propr.* vbi causam beneficialem, siue de possessione, siue de proprietate † agatur, spiritualem Pontifex declarat; quamobrem ne consuetudine quidem, vt laicus spiritualitatis incapax de ea cognoscat, introduci potuit, vt Pesantius *disp. 15. de immun.* & Azorius *p. 1. lib. 5. cap. 14. q. 1.* aduertũt. Probatquè fusè Carol. de *Grassis effect. 1. n. 372. ad 387.* vt nec Pontificis tolerantia proficiat, cùm similes abusus quotannis in Bullæ Cœnæ publicatione improbet, vt P. Diana discurrit. Latiùs Marta *de iurisd. p. 4. casu 38. per totum.* 1

Affirmatiua verò sententia, quæ ab omnibus fermè mundi Tribunalibus amplectitur, infrascriptis rationibus cõstat.

Prima ratio, secularis Principis est † priuatis, ac publicis violentijs in suo territorio admissis ocurrere, etiam si ab aliquo prætextu proprij iuris recuperãdi infestantur; nam violentiæ † paci publicæ officiunt, (quæ illi à Deo credita est) & violentiæ ad læsam maiestatem referuntur, *l. 3. §. eadem lege, D. ad leg. Iuliam de vi publica, l. pen. D. ad legem Iuliam de vi priuata,* iuncta *l. 5. verf. Quivè priuatus, D. ad leg. Iuliam maiestatis,* quibus casibus antequam de proprietate, & de possessione ipsa iudicium feratur, de vi ipsa cognoscẽdum est, *l. qui cætu. 5. §. si de vi, D. ad leg. Iul. de vi pub.* ibi: *Si de vi, & possessione,*
2
3

ne, vel dominio quæratur, ante cognoſcendum
4 † *de vi, quàm de proprietate rei D. Pius*
Vniuerſitati Theſſalonum Græcè reſcripſit.
Sed & decreuit, vt priùs de vi quæratur,
quàm de iure dominij, ſiue poſſeſsionis.

Quòd vero hoc ſpeciale Principis mu-
nus ſit paci publicæ conſulere, & violen-
tias auertere, probauimus lato ſermone
ſuprà *quæſt.* 14. *per otam*, quòdvè ex
5 priuatis huiſcé violentijs vniuerſales † ſta-
tus turbationes exoriri ſolent, ibi diſcuſ-
ſum eſt, & dixeram ante in *Cod. Siculo*
ad leges Iderici Regis nota 103. *fol.* 270.
ex Plutarcho de *Ciuil. institut. ad Traia-*
num.

Secūda ratio. Violentiarum circa
6 poſſeſſiones auerſio † meri, & nudi fa-
cti proprio eſt, nam nec de iure poſſeſ-
ſionis, multòquè minùs proprietaris co-
gnoſci oportet, ſi ſpoliatus per vim
de illatum auertenda contendat, vt
ex ipſo textu in § *ſi de vi* lucidiſsimè
7 patet; inceps verò facta, † ſicut ante
mer, cùm in iuriſdictionis translatio-
tion Eccleſiam non venerint; facta
enim opponuntur, iureque conceſ-
ſoim non venit, imo excluſum con-
cee cenſetur *ad l. mutuis, D. proſoc.*
l. ſi furtis, nam in contrarijs ad po-
8 ſitum vnius, † alterius remorio ſe-
q *l. ſi inter, D. de except. rei iud. Surd.*
d4. num. 10. *deciſ.* 92. *num.* 11. Ra-
t in promptu; nam cùm defacto
pitur, ad aliud factum violentum
iens medendum; hæc actio licita
ı reſiſtentia dicitur, ad quam præ-
9 tu nulla auctoritas, † nec iuriſdi-
quiritur, vt inquit benè Cardin.
nimus ſæpius citatus in illis ver-
m ad vim vi repellendam nulla requi-
opriè auctoritas. Inde infert poſſe
oquè Pontifici Summo reſiſti: de
quæſt. 7. *num.* 26. & 27. quid?
um reſiſtitur, naturale ius exerce-
iod facti eſt, defenſionem, ac re-
10 tem † rei poſſeſſæ cōtinens? *l. na-*
10. *D. de act. & oblig. l. quia natu-*
. D. de cond. indeb. de quo aliqua
dixi huc me remittens ſupra *quæſt.* 10. *ex*
num. 96 *fol.* 240. & per hoc eadem poſ-
ſeſsio dicitur ei deuoluta, à quo vi ſubla-
ta fuerat, quia retenta potiùs quàm rē-
ſtitura † dicitur, quòd à priuato vim 11
paſſo quoquè recuperari poteſt, *l. qui poſ-*
ſeſsionē 17. *D. de vi & vi armata*, ibi: *Qui*
poſſeſsionem vi ereptam vi in ipſo congreſſu re-
ceperat, in priſtinam cauſam reuerti potiùs,
quàm vi poſsidere intelligendus eſt. Etenim
nullum ius interuenire, ſed factum tantùm
dicitur.

Quòd ſi priuato cuiquè hoc licèt,
† quis hoc Principi, ne rixæ, contentio- 12
nes, & tumultus ſequantur, præuenienti,
negabit? nonnè inquit D. Auguſtinus
relatus *dict. quæſt.* 14. *num.* *vtilior eſt*
Regia diligentia, quàm priuata violentia?
negandum enim ei fore, quod cuiquè
conceditur, minimè videtur, vt ibidem
ex Baldello, & alijs ſatis fundatum
eſt.

Tertia ratio, vbi de poſſeſsione citra
ius ipſius agitur, dequè ea, quàm nudam
tantum vocamus, nempe quiſnam in poſ
ſeſsione ſit, de qua in *l.* 2. *D. vti poſside-*
tis, vbi *nihil referre* Paulus inquit, *iuſiane,*
† *an iniuſia poſſeſsio ſit, cùm qualiſcumquè* 13
poſſeſſor hoc ipſo, quod poſſeſſor eſt, plus iuris
altero, qui non poſsidet, habet. Illam ſem-
per vti temporalem exiſtimamus, cùm
poſſeſsiones † iure humano introdu- 14
ctæ ſint, vt eleganter D. Auguſtinus ad-
uertit in *capite quo iure diſtinct.* 8. de quo
ſupra *quæſt.* 8. *ex num.* 20. *ad* 28. *fol.* 217.
ibi: *Vnde quiſquè poſsidet quod poſsidet,*
nonne iure humano? Perinde D. Bernar-
dus *libro* 1. *de conſid. ad Eugenium Papam,*
capite 5. poſſeſsionum materiam † om- 15
ninò temporalem eſſe, ac nequicquam
ſpiritualitatis habere, pronunciauit. *Er-*
go, inquit, *in criminibus; non in poſſeſ-*
ſionibus poteſtas veſtra, quoniam propter
illa, non propter has accepiſtis claues Regni
Cœlorum, præuaricatores vtiquè excluſuri
non poſſeſſores. Quòd ſi temporalis omninò
eſt, non mirū, ſi à temporalibus iudicibus
vim prohibendo, vel tollendo curatur, vt

Rr per

16 per hanc † rationem tenuit Glossa in *capite literas de iuram.calum*. Vinc. *in capite vltimo de Iudic*. Abb. *in dict. capite 2. de iuram.calum*.& omnes Ciuilistæ in *l. Titia post Bart. D. sol. matr.* quos refert Petrus Barbosa cum alijs infra citandis, quòd iudex laicus ratione huius temporalitatis, quæ inest in spolio cuiuscumquè rei (licèt illa spiritualis fuerit,) est competens quoad reductionem ad statum pristinum,& ne ab eo decedat.

17 Demum pro huius secundæ opinionis firmitate † vsus totius Christiani Orbis afferri solet, quòd vè vniuersa Prætoria causas huiusmodi cognoscant, vt de Imperiali ditione Mising *cent. 2. obseru.* 67. Hispaniarum Regnis,& nouo Mundo Mieres de *maioratu par. 3. quæst. 11. num. 28.* Salzed. post Solorzanum *de lege Politica lib. 2. cap. 13. num. 47.* Leo *decis.* 208. in Valentinis, Valasch. *consul. 93. tomo 1.* Idem de Regno Neapolitano Afflictus *decis.* 24. Gramm. *decis.* 78. de statu Mediolani Alciatus *cons.* 24. *num.* 1. In Sicilia verò si Beneficia iurispatronatus fuerint, expeditissimum est in Tribunali Patrimonij omnia agitari, per illa cadē, quæ post Solorzanum docet ibidem Salzedus. Si verò talia non sint, Magna Curia solùm de manutentione cognoscit, literas manutenētiæ concedit; recuperādæ verò remedia coram Ordinarijs Ecclesiasticis agūtur, qui si ius citò, vel rectè, nō reddāt ad Legati Tribunal recurritur, vt testari possumus, & Muta non semel refert. De Regno Franciæ eiusquè Prætorijs testantur Boet. *decis.* 69. *num.* 23. Rebuff. *tomo 3. tit. de possessor. benefic.* 8. *art. glos.* 2. Bened. in *capite Raynutius verb. & vxorem num.* 39. vbi duo Martini

18 V. & Leonis X. rescripta † huius vsus probatoria refert. Grassalius de *Regal. Franciæ lib. 2. iure 5.* Selua *de benefic. p. 1. quæst. 7. col. 4.* de statu Pedemōtium Ducisquè Sabaudiæ Menoch *recup. rem.* 15. *n.* 211. & 225. Cachet. *decis.* 116. Thesaur. *decis.* 82.

19 Pro harum opinionum veritate † omnino Couarr. *pract. cap. 35.* & Menoch. *d. remed.* 15. *q.* 18. *ex n.* 205. *ad n.* 236 adeundi sunt, ex quorum relectione patebit vtriusque sententiæ fundamenta facilè euerti posse, vnumquè eis pro Ecclesiastico Iudice irrefragabile videri, quòd licèt temporalis quæstio, non spiritualis esset, attamen hæc temporalitas coram rei iudice, qui Ecclesiasticus est, agitari poterit,& iure debet. Cum omnes,& quæcumque causæ Clericorum ad eos translatæ fuerint ex *Auth statuimus, C. de Episc. & Cler. cap. 2. de Iudic.* Quorum auctoritas, me maximè mouet vt putem priorem opinionem veriorem esse, nec oppositam, licèt frequentior sit, nisi ex Pontificum expressa concessione, vt in Gallia, vel ex tacita ob immemoriale temporis obseruatione, vt in Hispania, vel demum nisi de beneficij iurispatronatus Regij ageretur ex traditis per Scriptores, sustineri posse. Nam mei fundamenta nemo, quem viderim, adduxit.

Cæterùm hæc licèt ita sint, quæ tamē alibi retuli pro arcenda notorij spolij violentia ad pacem publicam inuiolatam, tutamquè seruandam nequaquam cessant, quin imo hoc iure, hacquè ratione fretus Princeps, eiusquè Supremi Senatus, qui illius nomine ius dicunt † violēta spolia (quorum factum notissimū est) inhibere, ac mederi in vim extraordinarij auxilij, licèt non ordinariæ potestatis, ac iurisdictionis licitè possunt, per rationes ab Afflict. traditas *d. decis.* 24. *ex num.* 6. vbi Vrsillus *num.* 10 & 11. cuius doctrinam Vazquez *disp. 2. cap. 3.* vbi de impugnandis violentijs agit, improbare ausus non est, imo illam apertè laudat, vt notanter Salzed. *de leg. Polit. lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 73.* (alios quàm plures ad id adducens) aduertit. Cui addo eundem Couarruu. *d. cap. 35. num. 2. vers. 6.* qui cùm Gallorum vsum improbet, ac priorem sententiam doctissimè tueatur, attamen hunc casum excipere coactus fuit, ibi: *Sexto non negamus posse iustissimè [illegible] Regios, qui Prætorijs assident, & [illegible] partium Regio, & supremo nomine tutantur, extraordinariè tractare causam possessio-* 20

ſoriam, in qua de poſſeſſione beneficij [illegible] *ſputetur,* † [illegible] *vt quieta Republica ſit,* 21
ne ſiat [illegible] *vel violentia, aut indebitè poſſ*[illegible] *obtinet, ſpoliatur. Hoc enim et* [illegible] *Regno ſæpe fieri* [illegible] *Scribens in hoc iudicio po*[illegible] *extraiudiciali, quam de iudiciali ordinaria cognitione, &c.* Agnouitquè Menoch *dicto remedio 25 num. 215. & 216* [illegible] Couarruu. omnino ſequitur Eumquè improbare veretur Marta *de caſu 38.*

Hæc enim extraiudicialis defenſio, quæ à Principe territorij Domino fauore Clerici in Politicis originalis ſubditi aduersùs alterum Clericum præſtatur,
22 voluntaria † ex parte Clerici ſpoliati, vel turbari eſt, dum iſte ad eum, vt omniũ parentem accurrit. Princeps vero vt talis eam negare nõn debet, vt in *capite petitus* 11. *quæſt.* 1. *capite quidam* 16. *quæſt.* 1 cum alijs ſuprà *quæſt.* 14. *numer.* 46. licèt hoc ageret, vt iudex ſe abſtineret, ne aliena iura confunderet, vt in *capite cum ad verum* 97. *diſtinct.* Vnde omnia, quæ contra iudiciales cauſarum poſſeſſoriarum cognitiones ſuperiùs adducta ſunt, omnino ceſſare videntur, nec minus
23 vbi Princeps non requiſitus † ex officio nota ſibi violentia illata, vel inferenda illi occurrere conatur: hoc enim et ad vitandas commotiones, & tumultus facere licet. Nam † initio cædis tacto diffici-
24 lis modus. vt ait Tacitus *lib.* 2. *Annal.* & hæc ſatis.

QVÆSTIO LXVIII.

An ſit licitum Principibus, & Magiſtratibus Laicis diſcutere facultates alicuius Nũcij, qui in illam Prouinciam à Summo Pontifice mittitur?

[illegible]PITOME.

1 *Nunciorum facultates an à Principibus diſcuti poſſint?*
2 *Nuncij Legationum litteras oſtendere debent.*
3 *Nunciorum Pontificiorum vſus quis antiquitus fuerit?*
4 *Liberius Pontifex Luciferum ad Conſtantinum ſiuum mittitur.*
5 *Oſius Cordubenſis an Syluestri Legatus fuerit, dubitatur.*
6 *Zoſimus Fauſtinum Nuncium tranſmiſit.*
7 *Leo M. Marciano Legatos miſit.*
8 *Horſmidas item ad Anaſtaſium, quos ipſe contumelia affecit.*
9 *Agapitus Papa legatione ad Iuſtinianum functus eſt.*
10 *Pelagius Gregorium M. ad Mauritiũ legauit.*
11 *Agatho Papa Ioannem ad Conſtantinum Tertium miſit.*
12 *Gregorius Max. Legatum in Sicilia præfecit.*
13 *Præſentia Pontificis per Legatos repræſentatur.*
14 *Priuilegia Metropolitanorum ſalua in legationibus.*
15 *Facultates Nunciorum nouiſsimorum incerta.*
16 *Poteſtas Nunciorum ex facultatum tenore pendet.*
17 *Reges priuilegia plurima in Eccleſia obtinent.*
18 *Pontifices iura Regia non infringunt.*
19 *Pontifices reſcribi ſibi optant.*
20 *Nuncij aliqui facultates extendere ſolent.*
21 *Rex Hiſpanus plura iura in Eccleſijs habet.*
22 *Appellatio in cauſis vaſſallorum ab Eccleſiaſticis ad Regem.*
23 *Reſeruatiua clauſula fauore Principis in reſcripto Papali ſubintellecta.*
24 *Reges in actibus læſiuis citandi.*
25 *Legationes priſca ad ordinandos Metropolitas directæ.*
26 *Pontifex ſuum Patriarcatum in Occidente obtinet.*

27 *Prælati quo pacto facultates Nunciorum reuident?*

28 *Examinatio facultatum Nunciorum iuri Canonico conformis.*

29 *Recognitio facultatum superioritatem non denotat.*

30 *Nuncij in Gallia quid iurent?*

31 *Principi omne id licet, quod ratio ad damna vitanda suadet.*

1 NEgantem † contra Couarruu. & Bobadillam opinionem communi ter doceri refert P. Diana *resol. præsenti* ex Bonacina *quæst. 2. disput. 10 punct. 1. §. 1. num. 25.* Pesant. *disput. 20. de immun. Eccles.* Azor. *par. 1. lib. 5. capite 14 quæst. 6* licèt dicat ex commissione S. Pontificis Nuncios suarum legationum † literas
2 ostendere Regibus debere ex *cap. nobilissimus 97. distinct.*

Ego verò licèt quæstionem hanc ex traditis supra *quæst. 13.* super Bullarum, & rescriptorum recognitione, & perlectione satis definitam fore existimem, attamen, vt specialia quædam legenti offeram infrascripta memoranda fore existimaui.

Primò, Legatorum, & Nunciorum vsum ad Principes prioribus seculis † ad
3 specialem tantùm causam Imperatoribus exponendam cognoum fuisse, cùm primùm Imperatores Bizantium Sedem transtulerunt; item vbi Legatos ad Concilia Vniuersalia, vt præsiderent, remittere opus fuit, vt patet ex Card. Baronij Annalibus, vitisquè Pontificum, nam
4 Liberius Pontifex Luciferum † eximiæ virtutis, ac literaturæ virum Caralitanum Episcopum ad Constantinum Diui Constantini filium cum Pancratio, & Hilario Legatum ad Arrianam sectam eradicandam misit. Nam quod
5 Baronius de Osio † Cordubensi affirmat à Siluestro missum, vt Nicenæ Synodo præesset, ac Legatione ad Constantinum Magnum fungeretur, aliquibus non probatur. Zosimus itidem Pon-
6 tifex † Faustinum Episcopum ad Carthaginense Concilium ablegauit, Patres illos, ne quid inconsulta Romana Sede edicerent, suasurus. De Leone Magno eius epistolæ docent, quas Marciano Imperatori, ad Concilium † Chal- 7
cedonense cogendum cum Legatis transmisit. Horsmida etiam Pontifex Legatos † ad Anastasium misit, quos ipse 8
contra ius gentium insigni contumelia affectos quassatæ, & rimosæ naui traditis, Romam rectâ via nauigare coegit. Agapetus etiam ipse † Legatione ad Iustinianum pro Theodato Italiæ Rege functus est, cum de Amalasuintæ morte exculpaturus. Pelagius, 9
quia ante Imperatoris vsurpatam probationem Pontificis munus exercuerat, † Gregorium Magnum tunc Diaconum ad Mauritium Legatum remisit, cum ob belli turbines, obsessamquè à Longobardis Vrbem impeditum mittere excusaturum. Solemnis demum (vt alia præteream) fuit † Ioannis Por- 10
tuensis Episcopi ad Constantinum Tertium ab Agathone Papa pro Concilio Constantinopolitano aduersùs Monothelitas cogendo missio, cuius doctrina ac opera hæresis damnata, ac Constantinopolitanus Patriarcha ad veritatem e-
dux factus fuit. Plurąquè alia huiusmodi exempla, antequam Romani Pontifices plenam circa Pontificum electionem libertatem adepti fuissent. Antehac enim Legatos vnusquisquè eorum ad Imperatores pro confirmatione obtinenda remittebant. 11

Priorem verò Legationis iurisdictionalis vsum à † Gregorij M. tempore in- 12
ter Canones inuenimus *epist. 1. libro 1. ad Episcopos Siciliæ in capite 1. distinct. 94.* qui tamen de antiquior consuetudine testatur, ibi. *Valdè necessarium prospeximus esse, vt sicut Prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni, eidemquè personæ omnia committamus, vt vbi † nos præ- 13
sentes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, repræsentetur auctoritas*, cæteræ Decretales ex Alexand. II. & III.

po-

poſterioribuſquè Pontificibus manauere in *capite 2. dicta diſtinctione 94. & toto tit.* in Decretalibus *de offic. legati*, ac præter hæc Horſmida ad D. *Remigium Rhemenſem* Epiſcopum, adiecta huiuſmo
14 di clauſula: *Salute † priuilegijs, quæ Metropolitanis decreuit antiquitas*. Eiuſdem etiam ad Salutium Hiſpalenſem Epiſcopum ibi: *Vicem itaquè noſtram per Bœticam Luſitaniamquè Prouincias ſaluis priuilegijs, quæ Metropolitanis decreuit antiquitas, præſenti tibi auctoritate committimus*. Leo quoquè Magnus infra relatus.

Secundò ſupponere expedit Nunciorum,
15 ac † Legatorum ſeculorũ nouiſſimorum facultates incertas, ac difformes eſſe: nequè enim Pontifices certas ſuper eorum commiſſionibus regulas præſcripſere; vnde Innocent. IV. (quem ſuprà *quæſt.* 17. hoc *libro* 2. retuli) in *capite 1. de offic. legati*, de eius poteſtate quærens, reſpondit, nullam
16 certam regulam † dari poſſe, totumquè à facultatum tenore pęndere allegato *capite porrò de priuilegijs*, ibi: *Quod totum ex inſpectione priuilegiorum plenius aduertere potes*. Hinc D. Gregorius *in dict. capite 1. diſtinctione 94.* vices ſuas omnes delegauit, alij verò minimam, alij aliquanto maiorem, ſed non omnem largiti ſunt, vt in *dict. quæſt.* 17. oſtenſum per me eſt, & in *dict. tit. de offic. legati*, melius verò in Bullarijs diuerſorum Summorum Pontificum patere poteſt.

Tertiò, ac demum aduertendum exiſtimo,
17 plurima † Reges priuilegia à Deo, à Summis Pontificibus, à iure, ac conſuetudine ab Eccleſia hactenus recepta in Eccleſia ipſa obtinere, vt ſunt Patronatus, Protectionis, & Aduocatiæ iura, cognitiones etiam, ſiue iudiciales, ſiue extraiudiciales aliquas Eccleſiaſticarum rerum, vel perſonarum; de quibus ſparſim in toto hoc opere traditum eſt, quæ iura Regia, cùm Summi Pontifices ex ſua iuſtitia, pa-
18 ternaquè pietate † non infringant, vt docent Enriquez *libro* 11. *capite* 6. *num.* 6. gloſſa *lit.* G. Gutierr. *de matrimon. capite* 79. *numer.* 14. P. Diana infra *ref. fol.* 59. vbi ego, & alibi latiſſimè diſſerui.

Ac ſi fortè importunis aliquorum † precibus, vel induſtria imperantium aliquid innouari tentetur, reſcribi patienter ſibi ſuſtinent, vt ex *capite ex parte, capite conſtitutus, capite ad hæc*, & alijs diximus in *Cod. fol.* 181. *n.* 46. & latius ſupra *quæſt.* 13. *verſ. At quia*, probatum eſt hoc libro. Nunciorum tamẽ aliqui de facto ex clauſulis ſuarum facultatum ducti infringere contra Pontificis mentem audent, vt exemplis comprobari poteſt. † Suntquè vetuſtiſsimi de Nunciorum quorundam inter Hiſpanos, vt qui poſtremam Europæ, & Orbis noſtri partem occupant, conqueſtus, vt ex Hiſtorijs Hiſpaniæ, Marianæ maximè patere poteſt, alibi à me relati. 19 20

Iterum cùm Rex noſter † in omnibus quaſi Monarchiæ ſuæ dominijs Eccleſiarum Cathedralium, aliorumquè Conſiſtorialium beneficiorum fundator ſit, pluribuſquè Eccleſijs temporalia addita fuerint, prædia, nempe, iuriſdictiones, aliaquè bona, ad quæ meritò ius protectionis, † & ſuperioritatis quoad appellationes in vaſſallorum cauſis habent, per tradita in *capite Romana*, §. *debet de appellat in* 6. *capite ſi duobus* 7. §. *deniquè de appellat. capite ſolitæ de maior. & obedientia*, Couarruu. *pract. capite* 4. *num.* 2. Abb. in *Rubr. de appellation. num.* 13. *in* 6. Anchar. *dict. capite Romana num.* 14. Felin. *in dict. capite ſolitæ*, Alexand. de Neuo in *capite verum num.* 10. *de foro compet.* Sigiſmundus Scaccia de Iudic *par.* 1. *capite* 11. *num.* 97. *verſ. Idcirco* cum innumeris per me in *Cod. tit. de iuriſdiction. Inquiſit. capite* 4 *num.* 43. *fol.* 194. in facultatibus Legatorum, & Nunciorum perlegendis, ac recidendis, perquam maximè lædi poſſe timetur: ſicut ergo ante iura patronatus cognita Legatorum mandata, vt 21 22

quæ Metropolitanis officere poterant, clausulam illam salutatem, ne Metropolitis læderent, continebant, vt præmissæ Horsmidæ epistolæ probant, ac apertiùs Leonis M. ad Thessalonicensem Episcopum altera, ibi: *Sicut præcessores mei prædecessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui, vt curam, quam vniuersis Ecclesijs principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adiuuares, & longinquis ab Apostolica Sede Prouincijs præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes*, & infra. *Igitur secundùm sanctorum Patrum Canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos Metropolitanos singularum Prouinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius tradita sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus.*

Ita & hodiè eandem continere clau-
23 sulam † fauore iurium Principalium dicendum est, videlicet, ne Principum iura ex huiusmodi facultatibus, & mandatis in aliquo lædatur; nam vbi alterius interesse cepit, illa ex naturalis iuris æquitate conseruanda, ac præcipuè habenda
24 sunt. Vnde si iudicialiter † manarent Reges citandi forent, *l. nam ita Diuus 39. D. de adopt.* ibi: *Adhibitis etiam his, qui contradicent, idest, qui læderentur confirmatione.*

25 Nam cũ priscæ, quas retulimus, † Legationes ad ordinandos tantùm Metropolitas dirigerẽtur, nullamquè aliam iurisdicendi, vel dispensandi potestatem continerent, vt in d. Leonis M. epistola aduertere libet, ibi: *Vices mei moderaminis*, & iterum *præsentiam nostræ visitationis impenderes*, & demum, *quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur.* In quibus nec potestatem, nec iurisdictionem, sed tantùm moderamen, visitationem, & curam committit, quæ verba ad euangelicam ministrationem, non ad temporalem potentiam referuntur. Attamen, ne Legatus falcem in alienam messem extenderet, Metropolitarum iura in specie excepta sunt. Etenim † Pon- 26
tifex cùm suum Patriarchatum in toto Occidente obtineret, cui vt tali horum ordinatio spectabat: *Cum pro longinquitate, vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuisset ordinari*, vt in *cap. pudenda 24. quæst. 1.* dicitur, hinc vt alijs ex Prouincia hoc munus delegaret, qui per hoc Primates dicebantur, quos vt benè Aleandet notat *differt. 2. fol. 119.* non vt rebus omnibus præficerentur, eligebat, vt Patriarchis cæteris suberant, sed Metropolitarum præeminentia in cæteris salua.

His ad notitiam præhabitis, dicendum videtur idem hodie Principibus licere, quod olim, & hodie Metropolitis licer, licebatquè, quod P. Diana fateri cogitur, dum Couarruuiæ satisfaciens, admittit harum facultatum discussionem
† ad Prelatos pertinere, quod non ex 27
alio firmasse dicendus est, quàm quia ex huiusmodi commissionibus, & facultatibus lædi possint, vt ex Speculat *in præmissa q. 17.* tactum est. At cùm hodie Reges etiã, (de illis loquor, qui patronatus, & alia iura obtinent) ex illarũ cõcessione dãno affici possunt. Ergo & eisdem illud, quod Prælatis conceditur, licebit; nam Prælatis Regum iura discutere posse, quis à Deo, & Ecclesia meruere, nemo dicet.

Accedit, quòd hæc examinatio, † nec 28
matura perlectio iuri Canonico conformis reputatur, non tantùm ex *d. cap nobilissimus*, verùm quoquè ex notabili Pelagij Decretali in *cap. 16. dicenti 25. quæst. 2.* vbi dissensionem sacrarum Imperatoris iussionum ob subreptionem, & falsas preces, vt necessariam, si fortè iuris, & legum rationi obstarent, fatetur; quod in Pontificijs fortiùs, vt quæ maiori iustitia pollere debent, affirmare oportet, vt ex *cap. 4. t. nos si incompetenter 2. quæst. 2.* patet cum alijs *d. quæst. 13.* quod Azorius in aduersum citatus admittit *lib. 5. tomo 2. cap. 27. quæst. 8.* cuius verba post hæc alia què notatu digna Salcedo *de lege Politica lib. 2. capite 9. ex n. 27. ad 47.* vbi Renati Chop. *lib. 2. tit. 4. de sacra Polit.* & Boerij

de potest. leg. à latere in exordio doctrinas Franciæ praxim testantes ad literam refert, aliaquè ad propositum cumulat, & sanè affirmat, apud Hispanos nullatenus recognitionem ad hoc fieri, vt ex confirmante potestas deriuetur, sed vt facul-
29 tates † notoriæ ad hoc fiant, vt si iuri, & consuetudini non congruant, quoad excessum ad Summum Pontificem referantur, vt re maturè cognita, quid faciendum sit, meliùs præcipiat. Nec enim apud
30 nos, vt in Gallia Nuncij † iuramento, ne Basileensia Decreta, & iura Gallicanæ Ecclesiæ infringantur, adiguntur, sed iurium regalium monentur, ac ad anteriorum facultatum limites eorum mandata restringuntur. Quod ad Principem ex præmissis titulis, ac vti Prouincialium patentem, & Patronum spectat, vt docent Molina *de iust. & iure disp.* 31. Salas de *legib. tract.* 14. *disp.* 14 *sect.* 9. *num.* 111. Tanner. 2. 2. *disp.* 4. *quæst.* 4. vers. *Aut eos*, §. 1. *num* 3. cum ipso Diana per Saleed. *dict. loco num* 29. citato, vbi quòd
31 omne illud, quod recta ratio † ad impediendum damna Reipublicæ suadet, à Principe curari potest, quod alibi *quæst.* 7. & 8. latiùs prosecutus sum.

QVÆSTIO LXIX.

An statuta prohibentia extractionem Annonæ, videlicet vini, frumenti, bladæ, leguminum, & huiusmodi extra territorium, vt conseruetur abundantia in Ciuitate, comprehendant Clericos extrahentes eius bona, vel fructus à suis prædijs collectos?

EPITOME.

1 *Statuta prohibentia extractionem Annonæ an ligent Clericos?*
2 *Diuisiones iuregentium necessariò introducta.*
3 *Lex territorij cæteris superior.*
4 *Fructus primariò incolis deberi.*
5 *Impediens extractionem ad Curiam ob sui necessitatem censuras non incurrit.*
6 *Necessitati propriæ non occurrere inhumanum.*
7 *Pœnæ statuti iuri gentium accedentis eiusdem iuris sunt.*
8 *Exportatio fructuum negociatio est.*
9 *Abscondens fruges fœnerator est magis, quàm qui exportat.*
10 *Clerici maiori charitatis vinculo tenetur.*
11 *Laicis licita Clericis sæpius vetita.*
12 *Vtilitas communis quæ sit?*
13 *Ecclesiasticam regulam ignorant, priuata publicis præferentes.*
14 *Pontifex in suo Statu publicam vtilitatem suæ propriæ præfert.*
15 *... fruges, & annonam in damnum subditorum exportari non sinit.*
16 *Exempti quandoquè mundi superbiam amplectuntur.*
17 *Pontifex libertatem Clericorum cæteris officere velle censendus non est.*

PRo inualiditate huiusmodi statutorum † respectu Clericalis ordinis 1
refert P. Diana Azotium *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *quæst.* 13. Bart. à Santo Fausto in *speculo confess. disp.* 33. *quæst.* 10. & ex Iureconsultis Bellett. *disq. Cleric. p.* 1. *tit.* 6. §. 3. *num.* 1. Martà de *iurisd. p.* 4. *casu* 83. *nu.* 1. Grãmat *decis.* 100. *num.* 13. Burs. *cons.* 42. *num.* 28. *lib.* 1. Ioan. de Amico, *cons.* 18. *n.* 17. Baiard. *ad Clarum*, §. *fin. quæst.* 81. *num.* 87. Rol. *cons.* 61. *num.* 22. *lib.* 4. quorum ratio est, quod licèt id ad publicam, & communem vtilitatem spectet, non tamen illa ex æquo Clericos, sicut laicos respicit, ideoquè Clericos exemptos remanere.

Sed contrà pro eorum iustitia hæc ponderari possunt. Primo iure gentium
diuisionem introductam, † quo commodiùs humana societas semel aucta ser- 2
uari, ac tueri posset, secundùm Aristot. 2. *polit. cap.* 3. D. Thomam 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 2. Scot. *in* 4. *distinct.* 15. *quæst.* 2. Soto *de iustit. lib.* 4. *quæst.* 3. *art.* 1. vers. *Quãuis* P. Molin. *de iust. & iure, tract.* 12. *disput.* 20. *col.* 99. vniformes in affirmando diuisionem territoriorum humano generi consentaneam, ac necessariam fuisse,

se,cum aliis supra *quaest.* 13 *num.* 15. per
3 me ad id traditis.vt territorij legem † ad secundarium naturæ ius referendum esse probarem ad textum in *l. ex hoc iure*, vers. *Discretæ gentes*, *D. de iust. & iure*, vbi glos. & post eam Bart. in *extr. qui sint rebelles*, verb. *Lombardiæ* sub n. 2. Loscus *de iure vniuersit. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 6 *fol.* 30. in partuis quo fit eadem lege fructus in territorio eiusdem accolis, incolisquè primariò, & principaliter deberi, ac pro eorum
4 † commoditate, vsu, ac abundantia, adeo vt ne Principi quidē illos alibi traducere, ac transmittere in subditorum damnum liceat, vt ex Euangelica parabola prudentium virginum hac ratione olei præstationē negantium docet Ioan. Franc. de Ponte de *potest. Proreg. tit.* 5. *de tractu*, vbi ex Nauarro, & aliis censu-
5 ras † Bullæ Cœnæ contra victualium in Vrbem importationem impedientes, illos non incurrere affirmat, qui abundantiæ propriarum Prouinciarum student: quem *nota* 15. *ad leges Martini fol.* 310. *Cod.* sequutus sum: allata quoque Cassiodori sententia *iustius esse, vt incolis propria fœcunditas seruiat, quàm peregrinis commercijs studiosa cupiditas exhauriat*. iuncto textu in *l. Præses*, vers. *Durum est*,
6 † *& crudelitatis proximum ex tuis prædijs agmen aquæ ortum sitientibus agris tuis ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari*, *C. de seruit. & aqua*, Afflict. *decis.* 290. *nu.* 9 Borell. *de Magistr. edictis lib.* 3. *cap.* 14. ex *num.* 77. Surgens *ad Neapol. illustr. cap.* 24. *num.* 6. Rouit *in Rubr. prag* 2. *de extract. fol.* 206. in editione anni 1637. Quòd si id naturali ratione, ac ad iuris gentium executionem inter omnes gentes receptum est, si statuto pœna adda-
7 tur, non ad illud, sed primæuum † ius referendum est, quo Clericos ligari non ambigimus; ius enim naturale, vel gentium, item & Canonum, vt sæpius docuimus ex ciuili subsequenti vinculo non variatur, nec ciuile efficitur, sed in suis terminis manet.

Secundò, quia exportatio à territorio, multoquè magis à Prouincia, siue terrestris, fortiùs verò maritima, vt alibi etiam probauimus, ad commercium, & negociationem refertur, † quæ Cleri- 8
cis per Canones omnino prohibita inuenitur, nullibi permissa, nisi vbi fructus in Prouincia emptoribus deficientibus vendi nullo pretio possunt, ac vbi cæteris ciuibus ob id illos exportare permittitur: latè supra *hoc libro quæst.* 47. vbi omnia iura adducta sunt. Quod vero hæc negociatio sit, patet, fit enim ad maius lucrum ex specie ipsa captandum, ac pretium intendendum, quod omnino à negociatoribus curatur. Sicquè eam D. Ambrosius vocat *lib.* 3. *offic. cap.* 6. relatus suprà *quæst.* 10. *num.* 22. & 23 Sequerus Sulpicius, aliique ibidem *ex num.* 20. nam si abscondens per id fruges, quò pretium maius in eodem loco exigat, negociator secundùm præmissos est, fœnusquè exercere dicitur, † quantò ma- 9
gis, qui illas ex Prouincia ob id extrahit, vt precium sibi augeat, vt in loco pro fertilitate sterilitas succedat? cum alijs ad propositum traditis supra.

Tertiò demum, quia Clerici maiori † charitatis vinculo quoad bonum pu- 10
blicum promouendum teneri debent, minoriquè, quàm laici licentia frui, cùm perfectius vitæ institutum susceperint; vnde dum laicis hoc non permittitur, nec illis id agere fas erit: quod probatur primò auctoritate D. Petri ad Clerum *epist.* 1. *capite* 5. *pascite, qui in vobis est gregem Dei non coactè, sed spontaneè secundùm Deum, neque turpis lucri gratia*. Item & Hieronymi ad Nepotianum de vita Clericorum in *cap. negociatorem* 88. *dist.* & in *cap. Clericus* 12. *quæst.* 1. & in *capite duo sunt* ibidem, † vbi apparet etiam cæ- 11
teris licita Clericis non esse permissa. Secundò probatur ratione, indecens enim esset ei, qui perfectiorē statū occupat ab imperfecto boni publici, ac communis cura, & studio vinci, ac quæstum proprium publicæ vtilitati præponere, vt bene D. Bernardus arguit *lib.* 3. *de consid. ad Eugen. capite* 3. vers. *Paruu deiectiquè*, etenim vt ex D. Chrysostomo sæpius re-

pe-

petitum, hoc præcipuum Christianorum studium esse debet: bonum cõmune pro viribus curare. Ac; maximè Clericorum.

Non obstant contrariæ rationes, nam
12 ad hoc, vt vtilitas communis sit, † illud vnum attenditur, quòd omnes, vt omnes æquè, non verò vt singulos respiciat: & vbi Clerici tanquam Reipublicæ pars, ipseque Princeps consideratur prout in toto, hocquè casu vtilitati priuatæ præ valere publicam dicimus ex *l. vtilitas*, *C. de primip. lib.* 12. Pelagius 2. in *cap. scias frater*, vers. *Nam plurimorum vtilitas* 7. q. 1. Iustinianus in *Nouella* 39. Andr. Gail *lib.* 2. *obseru.* 56. Menoch. *recup. remedio* 10. *num.* 101. Petr. Greg. Tholos. *de Republ. lib.* 24. *cap.* 28. *sub num.* 11 Carol. Tapia *decis.* 7. *num* 30. Consilij Italici. Egregiè D. Ioan. Chrysostomus, sæpius citatus, *hom.* 25. *ad epist.* 1. *ad Corinth.* qui quasi ad literam cum dicta Pelagij Decretali concordat, nam hic *Ecclesiasticam*
13 *regulam* † *ignorare* decernit eum, qui *causam necessitatis, ac vtilitatis publicæ priuatæ præferendam negauerit.* Ille verò ait, *hanc esse Christianismi regulam, hanc illius exactã definitionem, hoc vertex supra omnia eminens publicæ vtilitati consulere.*

14 Quod si Summus Pontifex † cùm omnibus præsit, item & Reges (qui in tẽporalibus præ cæteris præminere noscũtur) priuatæ eorum vtilitati publicam præ ferre tenentur, etsi nõ ex æquo eos respiciat, imo si apertissimè suis proprijs cõmodis repugnet, vt ingenuè sæpe fatentur. Iulius nempè prior *ad Orientales Episcopos* Sixtus *epist.* 1. *ad Gratum.* de Principibus hoc sæpè firmatum, & infra relata conuincunt. Probatquè latè Maclerus de *Monarch. Eccles.* 2. *part. lib.* 1. *cap.* 10. vi-
15 demusquè in hac materia † Pontificẽ in suo statu, & Principes, licèt ex exportationibus magnam vtilitatem percipere possint, si tamen id subditorum vtilitatibus, & necessitatibus officiat, lucra propria omittere. Ecclesiasticos perinde maiori, quàm summos hos Principes licentia, & libertate frui nemo dixerit, cùm ipsi non malorum, sed bonorum exemplo instrui debeant, ne dictum Origenis præualeat *tract.* 12. *in Matth. tom.* 2. de Ecclesiasticis loquentis: *Nos autem, siue non intelligentes voluntatem diuinam positam in scripturis, siue contemnentes talem cõmendationem Christi, tales sumus, vt etiam malorum Principum* † *mundi excederes. per-* 16
biam videamur.

Meliori ergo ratione contrarij nituntur allati per Menoch *cons.* 800. *num.* 38. Mexia *in pragm. taxæ panis concl* 5. Auiles *cap.* 17. *prætor. gloss.* 1. verb. *Buenas n.* 12. Pereira *de manu Regia par.* 1. *in concordatis num.* 29. pluresquè Auctores, alijquè Theologi remissiuè traditi à Rouito in *d. Rubr. & prag.* 2. *de extract. n.* 16. *fol.* 207. & dum hæc prælo darentur, hanc opinionẽ latè comprobat Marius Giurba Insignis Collegij Messanensis I.C. famaquè clarus *obser.* 1. *num.* 21. qui P. Diaz resolutione præuisa, scripsit innumerosquè ex more produxit omnino videndus. Mihi enim vt certum est Pontificiæ voluntatis non esse, vt tam † ma- 17
gno incommodo libertas Ecclesiasticorum cæteros afficiat, vtquè ob eorũ speciale lucrum, pretijquè augmentũ, (quod exquirere, & curare eorum statui summè repugnat) vniuersa Respublica, cæterique fideles, imo & Clerici, qui bonis carent depauperentur, ac in summa discrimina incidant. Hæc enim libertas definitionĩ Canonicæ satis repugnaret, essetquè potiùs improbanda licentia per tradita supra *quæst.* 6. *ex nu.* 5. *ad* 8. & latius *quæst.* 8. *ex num.* 30. *ad num.* 60. *hoc libro* 2. quæ huic quæstioni conuenientissima videntur, cum statim dicendis *quæst. sequenti.*

QVÆSTIO LXX.

An statuta prohibentia introduci in Ciuitatem vinum recollectũ, vel aliud extra territorium, comprehendat Clericos?

EPITOME.

1 *Statuta prohibentia introduci fructus extra territorium enatos an valeant?*

2 . . . *in-*

2 ... *inspiciendum est, an fauore ciuium processerint?*

3 ... *si lucrum ciuiū respiciant, iniusta sunt.*

4 *Principis munus salutem populorū curare.*

5 *Statutum lædens Communitatem fauore paucorum non valet.*

6 *Lex ad bonum priuatum lata si communitati officiat, non valet.*

7 *Probibitio fauore publico manans seruanda.*

8 *Modicum præiudicium non refertur ad læsionem.*

9 *Iudex quilibet in modico partes lædere potest.*

10 *Clerici ratione sui lucri communem vtilitatem infringere non debent.*

11 *Connexitas Ecclesiastici status cum laico efficit valida statuta tangentia Clericos.*

12 *Consuetudine induci possunt, quæ per statutum non valent.*

13 *Consuetudo sæpe supponit traditionem, & gentium ius.*

14 *Ius gentium licèt in scriptis redigatur, vt antea manet.*

15 *Consuetudo vt valeat, qualis esse debeat?*

1 IN hac quæstione distinguere † oportet, an statutum fauore tantùm ciuium
introductū sit, vt ipsi cariùs fructus suos
vendere possint, an verò si id fauore pu-
2 blico processerit, vtpotè quò ciues † pretij moderatione, vel quantitate allecti
prædia libentiùs excolant, vinea plantent, arbores inserant, cùm, si fortè fructus ex alienis territorijs deferrentur, ob
vilitatem pretij, vnde culturæ incumberent, non haberent, opusquè esset magis
prædia inculta relinquere, quàm vineas
plantare, & arbores serere? Priori casu
3 † statutum vti iniustum nulli obstare
censerem, ac iure omni seruandum non
esse, vt egregiè docuit Andr. de Isernia in
proœmio Const. Regni, & in tit. quæ sint Regalia propè finem, vers. *Attendendum est*, vbi
docet, quòd si huiusmodi prohibitiones
non ob publicam ciuium vtilitatem, sed
propter Regnantis commodum ederentur, hoc casu tanquam contra charitatem
emissas nequaquam valere; quam doctrinam sequitur, ac pijssimam nūcupat Rouitus ad *pragm. 2. de extract. num. 15.* vers.
Est & alia limitatio, fol. 207. Et merito nā
Christiani Principis hoc speciale † mu- 4
nus est exemplo Dei Opt. Max. salutem
populorum in primis curare, vt apud Isai.
cap. 51. ibi: *Lex a me exiet, & iudicium in lucem populorum requiescet.* Benè in Concilio VIII. Toletano, quo Regi indicitur, vt iuret *non prospicere proprij iura commodi, sed prospicere patriæ, gentique suæ* D.
August. *lib. 6. de Ciuitate Dei, capite 11.*
D. Thom. 2. 2. *quæst. 42. art. 2. ad 1. & 3.* P. Arauxo ad eundem *in 1. 2 disp. 1. sect. 4. num. 21. fol. 514.* Si enim tale
statutum, etiam vbi Principis peculiarem
vtilitatem respiceret, inualidū esset, quātò magis si nonnullorum ciuium tantùm
lucrum promouere dignosceretur? Hoc
enim casu commune cæterorum, maiorisquè partis bonū læderet, propter quod
iniustum foret, † nec minùs ipsos sub- 5
ditos in conscientia, quāto minùs exemptos ligaret, & in his terminis infrascriptos auctores locutos intelligo, nempe
Ripam in *tract. de peste tit. de remed. ad conseru. vbert. nu. 122.* Grammat. *decis. 100. num. 15.* vbi ita se explicat, ibi: *Et tamen statutum huiusmodi debet esse fauorabile, & pro bono publico introductum, ne carestia ciuibus inducatur: & sic totum contrarium statuto Salerni, de quo agimus.* Apertiùs *num. 26.* ibi: *Et nihilominus non apparet articulatum, nec probatum pro parte Vniuersitatis Salerni id, quòd oretenus allegatur, quòd pro aliquo bono publico emanauerit dictum statutum.* Nec
dissentiunt ab hac intelligentia Ioann. de
Amicis *cons. 18. in fine*, Menoch. *cōs. 800. num. 30.* Bursat. *cons. 42. num. 18. lib. 1. & cons. 93. num. 17.* Couarruu. *in cap. possessor p. 2. §. 4. num. 8. de regul. iur. in 6.* nec
Marta in contrarium adduci potest, dum
Capicium laudat his sublimitationibus
vtentem. Quibus D. Thomæ auctoritas
accedat, docentis † legem ad bonū pri- 6
uatum latam, quæve communiter nocet
non obligare, de quo P. Arauxo in *1. 2. quæst. 90. disp. 1. sect. 4. fol. 516.* vers. *Tertium est, & fol. 518. coroll. 2.*

Aut verò prohibitio fauore publico

† ma-

7 † manauerit, ad vbertatem nempe conseruandam, & ne incolæ à cultura, & vinearum plantatione retrahantur, vel ne vina territorij vsque ad ver seruata corrũpantur, (prout in Vrbe Mestanæ, quæ cùm optimis, ac inuiolabilibus legibus vtatur, illud inter cætera seruari præcipit, ne vina extra territorium orta primis à vindemia mensibus in Vrbem introducãtur, vt priùs proprij territorij consumi possint.) Et tunc cùm per breue tempus id præcipiatur, vinaquè Clericorum, sicut, & laicorum æquè respiciat, nec ad magnam, nec ad aliquam læsionem † referri potest, etsi qua est, modici preiudicij cũ sit, in consideratione non venit, argu-
8 mento *l. si debitori* 21. *D. de iud.* ibi: *Neque enim magnum damnum est in mora modici temporis*, *l. quoties*, *C. de precibus Imper. offer.* ibi: *Sine graui partis alterius dispendio*, Bart. *in l. fin. num.* 3. *glos. pen. C. si contra ius, vel vtilit. publ.* Abb. *in cap. quæ Ecclesiarum num.* 12. & Felin *num.* 24. *de constit.* qui aiunt paruum incommodum nõ inducere immunitatis læsionem Ias. *in l. si opus*, *D. de*
9 *noui oper. nunc.* vbi quòd etiam † quilibet iudex potest sententiam ferendo ius partiũ modicè lædere, & de Principe Petra *de eius potest. c.* 28. *ex n.* 87. Catol. Tapia *decis.* 19. *num.* 13. *Senatus Italici*.

Nec enim Clericis diuitibus, & patrimonio pollentibus, vt pro modico, imo pro considerabili lucro differendo, vel
10 amittendo, magnum, † certumquè damnũ cæteris inferrent, oppidò conueniret, ac dum in societate ciuili degunt, illam ex suo priuilegio destruere licitum existimari debet.

Consentio ergò P. Dianæ, quatenus docet per id statuta illa non valere, quia non communem vtilitatem, sed priuatam tantùm illorum ciuium respiciunt: qui tamen in eo explicatione indiget, quòd etiam consuetudinem Panormitanã improbat, dicatquè communem in hoc casu (vbi adsit) vtilitatem, æquè Clericos, ac laicos respicere non posse; nam in his duabus assertionibus duo satis incerta supponit, vnum, quòd consuetudo ad instar statutorum existimanda sit, alterum, quòd Clerici omnes vineas, ac vina vendenda teneant, nec dentur alij, qui patrimonio carentes, & vineis, reliquis cum ciuibus incommoda sentiant; cùm tamen verius sit, Clericos vnius territorij ex intromissione vini ex altero territorio (licèt illud Ecclesiasticorum alibi vineas possidentium sit) idem cum laicis proprij territorij incommodum sentire, iterumquè Clericos pauperes, qui vinum emere debent, eandem cum laicis iacturam, si vineæ coli negligantur, pati posse, siue quia pretia augeri contingeret, siue quia depauperatis cæteris ciuibus eleemosynæ, decimæ, oblationes, primitiæ cessare solent, quò fit, vt damnum æqua sorte licèt differentibus ex causis commune subire contingeret ob magnam inter vtrumquè statũ connexitatem, † ac perinde statuta hæc 11
communem vtilitatem quandoquè respicere, ob quam promiscuè à Clericis, vt à laicis seruari debeãt, per ea, quæ post antiquiores fateri cogitur Abb. noster in *cap. non minus de immunit. Ecclesiar.* de quo suprà *quæst.* 69. & ex Anchar. in *d. cap. non minus, num.* 8. Andr. in *cap.* 1 *nu.* 36. vers. *Illicitas de pace iuram firmata*. Summ. Angel. verb. *immunitas, nu.* 37. vers. *Distinguo tamen*, Card. Turrecrem. *in Cano. placet* 16. *quæst.* 1. Cardin. Zabarella in *Clem.* 1. *de vita, & honest. Cler. quæst.* 18. Archid *in cap generaliter, §. ad instructionem* 16. *quæst.* 1. Collect. *in capit. aduersus de imm. Eccles.* ex Innoc. I. Andr. & Zabar. in *cap. non minus de immunit. Eccles.* Couar. in *cap. possessor. de regul. iur. in* 6. *par.* 2. § 4. *num.* 8. Omnes hi fatentur quod communi vtilitate attenta Clerici æquè statutis tenentur.

Ad alterum de consuetudine, posset in cõtrouersiã deduci, an multa, quæ statuto constitui, vt per Clericos seruari debeant, nõ possunt, ex promiscuo Clericorum, & laicorum † vsu induci possint. ac 12
inducta seruari oporteat? Nam tunc defectus auctoritatis statuentis considerari nõ potest, ex quo vis statutorum eneruari solet ex *cap. Ecclesia S. Mariæ*, & *cap. quæ in*

Ecclesiarum de constit. Nam vsus ab omni populo, & Cōmunitate ob publicum bonum amplexus ex spontanea illius volūtate ortum habet, fortiusquè qualibet lege censetur, sæpèquè confirmationem Pontificiā, transactionem, ac inter vtrumquè statum Ecclesiasticum, & laicum supponit, quæ perindè ex iure gentium,
13 † naturaliquè ratione seruari debeant, nec vlla refragatio admittatur, per ea, quę suprà *quæst.* 25 *.num.* 4 *hoc libro*, & sæpiùs in hoc opere tradita sunt. Consuetudines enim locales non semper ex scripto descendunt, quo casu à statutis non discrepant, ac vno cum eis iure censentur, sed sæpiùs à plurium æuorum obseruatione proueniunt, §. *sine scripto instit. de iure natur gent. & ciuili*, quæ si postmodum in scriptis redigantur, non quidem statuta
14 dicenda sunt, sed vsus † vt antea erant manent, quæ potiùs ad ius gentium referri debent, §. 1. vers. *Quod verò naturalis ratio, &* §. *ius autem gentium*, ibi: *Nam vsu exigente, & humanis necessitatibus gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt, quæ licèt vnius gentis, non verò omnium sint, attamen ius gentium sunt*, vt suprà *d. quæst.* 4. *num.* 25. probatum fuisse puto. Item & illud ibidem *num.* 110. habetur, quòd præximus, nempe ex descriptione inter statuta consuetudinem longæuam vim suam non amittere, nec nimiùs naturam aliam ab ea, quā obtinebat, assumere, quæ repetenda non duxi. Puto tamen ex his consuetudinem huiusmodi tuta conscientia
15 seruari posse, † cùm inducta modò nō fuerit, nec in vsum producta, sed in vsu inuenta, ac præscripta, vt magistraliter distinguit videndus P. M. Arauxo *in* 1. 2. *D. Thomæ quæst.* 97 *. disputat.* 3. *sect.* 8 *. fol.* 730 *. column.* 2 *. vers. Pro cuius, & per totam*, qui semper ad hæc, & omnia adeundus nobis erit.

QVÆSTIO LXXI.

An Clerico vēdente vinum, frumentum, &c. vltra taxam à Principe impositam, possit iustitia secularis dicta victualia ei in pœnam tollere, vt à lege statutum est?

EPITOME.

1 *Iudex secularis an possit Clericum in fructibus, vltra taxam venditis punire?*
2 *Respublica, quæ damna hodie ob pœnarum omissionem patiatur.*
3 *Pontifex Clericos laicalem vitam ducentes, vt laicos tractari vult.*
4 *Princeps in vim defensionis naturalis excessibus Clericorum se opponit saltem quoad bona.*
5 *Priuilegio qui abutitur, illud amittere meretur.*
6 *Clerici curantes bona laicorum, vt propria negotiatores sunt.*
7 *Ficta donationes Clericis facta non valent.*

Licèt suprà tota *quæst.* 8. omnia, † quę ad materiam conduci posse putaui in vnum congesserim, attamen, quia hac tempestate ob spretas ab Ecclesiasticis huiusmodi pœnas maximum † Respublica dispēdium, (præcipuè in his, quæ ad rem frumentariam pertinent) patitur, cū non pauci ex Clericis, non solùm hac libertate, siue meliùs dicam licētia, quoad suos fructus, verùm quoquè quoad laicorum diuitum abutātur: receptū est enim, vt mercatores, alijquè in Ciuitatibus diuites, qui vino, & tritico abundant, Clericorum illa fidei committant, quo maiori precio, ac minori mensura sub eorū nomine vendi possint, vnde vbiquè plures inueniuntur Clerici culturam alienarum terrarum, ac vinearum sub specie veri dominij, (cùm confidentiale potiùs sit,) quàm laici exercentes, & in hac maximè amplissima dominij Hispanici Regia satis plures, quos hæredes, siue dominos, materna lingua *herederos* appellant, qui cùm nihil ex suo verè possideant, cōfictis donationibus, & emptionibus hæredes se, siue *herederos*, quò publica munera fraudent, quò mensuram, & bonitatem seruare non teneantur, ostentant, idē quoad tritici venditionem, cùm Agrico-

læ

iæ specie decimatum, siue alio quolibet titulo in Clericos quidquid recolligunt sub confidentia transferunt; hoc verò 1 cùm notorium omnibus sit, cùm nullus ex Prælatis nesciat, cùm infinite sint Regentium querelæ, nemò tamen animaduertit, vndè in vulgus Ordinis, Religionisquè contemptus enascitur, Pontifice 3 prorsus inscio, † ac in suis responsis poenitus reluctante, vt patet ex *cap. recolentes 3. de statu Monach.* ibi: *Quia dignum est, vt qui similem cum alijs vitam suscipiunt similem sentiant in legibus disciplinam*, in *cap. fin. ex corpore de vita, & honest. Cleric.* ibi: *Cùm igitur prædicta in Clericalis ordinis vituperium redundare noscantur, & Clericorum vita generare non debeat laicis scandalum, sed præstare honestatis exemplum*, *cap. cum personæ 7. de priuileg. in sexto*, ibi: *Cùm personæ Ecclesiasticæ tam religiosæ, quam seculares plures præsumant, quæ ipsis infamiam pariunt, & alijs inferunt læsionem prætextu exemptionis, & libertatis, quam asserunt se habere*, cum alijs quam pluribus Decretis, & rationibus alibi à me conductis.

Hæc autem ideo vsurpata à Clericis sunt, quia opinionē illam, quæ eos à poenæ exactione in huiusmodi eximit, receptiorem putant, ac perinde cùm à suis Prælatis non corrigantur, taxationes pro nihilo habent, adeo, vt res quoad Principem, cæterosquè ciues, qui hac exemptione in immensum læduntur, ad naturalis defensionis punctum reducta videatur, in 4 quo † Princeps sibi ipse consulere poterit atquè personis Clericorum omissis in fructibus ipsis eos ad seruandam taxationem compellere, non quidem in poenam, sed ad correctionem, atquè vitandi scandali, & periculi postremi ratione, quod Principi incumbit, vbi Pontifex, vel Prælati opem non præstant ita in simili P. Mag. Arauxo *in 1. 2. quæst. 97. disput. 3. sect. 9. diffic. 4. fol. 689. vers. Sed quid si Princeps*, vsque *ad finem*, vbi hanc inter cæteras rationem adduxit, ibi: *Tum quia tunc censetur priuilegium immu-* 5 *nitatis cessare*, † *nam sicut ille, qui abutitur acceptis, fit indignus accipiendis; ita qui abutitur priuilegio, fit indignus illo, meritosquè illud amittere*: cumquè id ad fructus referatur, nec bona proprietatis, nec personas respiciat, clarè patet ad actum illum limitationem restringi, qui ad mala hæc medenda satis esse potest, vt idem P. Arauxo aduertit: cui & cæteri *quæst. 8. n. 20. vsq. ad fin.* conducti addendi sunt.

Quo vero ad eos, qui ex fideicommissis bonis † laicorum, alienos re vera fructus, vt suos exemptos vendunt, haud 6 dubium hos, si ex lucro participent negotiatores esse, ac per id priuilegio frui non debere ex *d. cap. fin. de vita, & honest. Cler.* alijsque intit. sup. *quæst. 43. & 44. & quæst. 47.* (vbi de Clericis donatarijs locuti sumus) latè traditis. Sin autem gratis, fictè tamen hoc faciant, cùm dominium, vel possessionem ex actu ficto † consecuti non fuerint, vt alienorum 7 administratores in bonis administratis compelli possunt; nec enim eis in his priuilegium suffragatur, vt ibi firmatum est, & ad sensum patet. Consilium vero ad fraudes has vitandas, non inutile foret, vt confiscationis poena contra la con constito de hac fraude, ipso iure inferretur, delatoribus, & fiscalibus, vt in cæteris tertia lucri parte concessa.

QVÆSTIO LXXIII.

An iudex laicus possit ciuiliter seu criminaliter cognoscere causas aduersùs Equites D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ?

SImilliima cùm hæc sint traditis supra *quæst. 50.* cùmquè ex ijsdem argumentis resolui possint alia addere superfluo 1 deo. cum præcipuè P. Diana Mastrillum 2 ex nostris sequatur, cui in omnibus adhærendum est, dum conuicta, ac semel stabilita retractare nō oporteat, nec Reipublicæ cōueniat.

QVÆSTIO LXXIV.

An Principes, seu Ministri laici possint statuere irritando aliqua iuramenta, quæ in certis contractibus apponerentur?

EPITOME.

Ad quæst. LXXIV. omissa LXXIII.

1 *Princeps an possit irritare iuramentum in contractu appositum?*

2 *Lex ciuilis ex causa irritat contractus descendentes à iure naturali.*

3 *Iuramenti obseruatio de iure diuino est.*

4 *Iudex præfigit tempus ad agendum ex contractu.*

5 *Princeps tollit contractui effectum iuris ciuilis.*

6 *Actiones ex iure ciuili, retentiones ex naturali procedunt.*

7 *Contractus sine fomento iuris ciuilis exequi non possunt.*

8 *Princeps ciuilem obligationem, non naturalem obligationem relaxat.*

9 ... *an possit iuramenta inter subditos vetare?*

10 *Iuramenta Euangelico iure prohibita.*

11 *Euangelica lex, & Canonica potest à Principe pœnis vallari.*

12 *Barbari Scitæ iuramento abstinent, idem & Essæi.*

13 *Vnusquisque curare debet, vt sibi iniurato credatur.*

14 *Statuta possunt secundùm Martam annullare contractus, nihil dicto de iuramento.*

1 PRo quæstionis † ornatu adnotare primùm libeat, legem ciuilem contractus licèt ex naturali iure descendant
2 † ex causa irritare posse, vt docet Couar. *in cap. quamuis pactum, par. 2. §. 4. ex n. 6. de pactis*, Vazq. *disput. 163. cap. 1.* Salas *disput. 15. sect. 4. cum tribus sequentibus*, Lorca *disput. 17.* quod adeo receptum est, vt sine erroris nota negari non posse asserat P. Mag. Arauxo *in 1. 2. D. Thomæ quæst. 97. disputat. 3. sect. 4. diffic. 2. num. 43. fol. 667.* Hoc autem aliquando ipso iure agit, quandoquè exceptionem præstat, vt siue agendo, siue excipiendo illos rescindere posit, vt exemplis doctissimus vir probat, licèt de iuramento non loquatur.

Secundò adnotandum est, Catholicos Principes nullatenus de iureiurandi religione disponere, nec subditos ab eius obseruatione absoluere: hoc enim absolutè nec Ecclesia facere potest, † quoniam diuinum præceptum est, iuramenta seruanda esse, *capite etsi Christus, capite debitores de iure iur.* nec aliud hæc agit, quàm ad vitandum periurium, præfinitum tempus ad agendum, (vbi causa apparenter iusta asseratur,) † præfigere, *capite 1. de iure iurand.* de quo latè Corneus *Iun. in speciali tract.* & post quã plures Fontan. *de pacti. clauf. 7. glos. 2. parte 7. fol. 442. in Coloniensi*, quòd nescio, quo iure sibi seculares Magistratus tribuere potuerunt, vt contra Gailium, & Mising. obseruat Marta *de iurisd. p. 4. cent. 1. casu 72. num. 12.* 3 4

Solùm ergo Principes † contractus inualidant, & hoc, ne in iudiciali foro exequi posit, nec ex eo efficaciter peti, quod ad eum decernere spectat, cùm actiones de iure ciuili proueniant; † naturalis enim obligatio, non actionem, sed facti retentionem præstat, *l. naturalis 10. D. de oblig. & action.* quantumuis ergo contractus (seposito iure ciuili) ex iureiurando efficaciam habeat, ac dissolui nisi à Deo, cui iuratum est, minimè posit, ad hoc tamen quòd in prætorijs per viam, & vim actionis obtineat, iuris † ciuilis fomento opus habet, quòd Principi subest, vt per Roger. *de potentia legis ciuilis capite 5.* Vazq. Salas, & cæteros præcitatos, & ita intelligo Nostrates dicentes, contractus etiam iuratos irritari per Principem posse, negando solùm † ciuilem actionem, non verò naturalis obligationis vinculum relaxando. 5 6 7 8

Illud

Illud verò omittendum non duxi,
quòd Marta *ibidem num.* 14. aſſerere co-
9 natur, non poſſe Principes † iuramen-
ta inter ſubditos vetare; nam hoc, ſalua
Pontificia determinatione, Euangelicis
præceptis obuiare videtur, quibus ne om
10 nino iuremus, † non ſemel monemur
Matth. *cap.* 5. *lin.* 34. ibi: *Ego autem dico*
vobis non iurare omninò, & infra *lin.* 37. *ſit*
autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non; quod au-
tem his abundantius eſt, à malo eſt; Iacobus
epiſt. can. cap. vlt. lin. 12. ibi: *Ante omnia*
autem fratres mei nolite iurare, & inde *ſit*
autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, vt non
ſub iudicio decidatis, quod licèt nonnulli
ad promiſſorium iuramentum referant,
dicentes aſſertorium ſublatum non eſſe,
negare tamen mihi Marta non poterit,
Principem, qui iniuratas promiſsiones,
& contractus eſſe velit, atque notarijs, ne
ius iurandum recipiant præcipiat, Euan-
gelicis præceptis ſe conformem redde-
re; non Eccleſiaſticam iuriſdictionem
11 præſumere; † poteſt enim Euangeli-
ca, & Canonica lex pœnis, vt ſerue-
tur vallari, vt in *Cod. polit. nota* 88 *folio*
234. ex pluribus docui. Nam quis dicet
Catholicum Principem ſubditos ad per-
fectionem Euangelicam inſtruere non
12 poſſe, † cùm barbari Scytæ id conſe-
cutos ſe affirment apud Curtium ad
Alexandrum. *Iurando gratiam Scytas ſan-*
cire ne crediderit, colendo fidem iurant, de
Eſſenis Ioſephus; *quidquid dixerint, va-*
lidius eſt iureiurando; ac ſuperuacua res
ipſis habetur iuramentum, Pithagoras.
Non iurandum per Deos, quemcumquè enim
13 *id curare debere, vt nec † iurato ſibi cre-*
datur. Demum Philo Hebræus *optimum,*
atquè vtiliſsimum, rationaliquè naturæ con-
uenientiſsimum eſt iuramento abſtinere, at-
que ita ſe veracitati aſſuefacere, vt verba pro
iuramento accipiantur.

Quòd verò Marta ad praxim limitet
num. 27. verſ. *Tamen iſta opinio*, cumquè
14 Diana ſequatur, vbi ſtatuta † de iura-
mento nihil dicant, ſed contractus, vt
doloſos, & fraudulentos annullent, ad
frequentes mulierum, minorumquè, vel
filiorum fam. deceptiones vitandas, ſa-
tis præmiſſa confirmat, cùm fortiùs vi-
deatur contractum, licèt iuratum, omiſ-
ſa iuramenti mentione, irritare, quàm
ciuilem actionem omiſſa naturali, inter-
dicere, videndi ergo adducti à Couarr. *lo-*
co præmiſſo, maximè Abb. *in cap. cum con-*
tingat de iure iurando, vbi Alciat. *nu.* 150.
Lambert. *de contr. mul glo.* 8. *ex num.* 93.
& quæ Siculi ad *cap.* 84. *Imperat. Caroli*
V. conducunt.

QVÆSTIO LXXV.

An valeat ſtatutum, quo cauetur, ne fi-
lia, vel filius poſsint contrahere, ſi-
ne conſenſu patris, aliàs cadant ab
hæreditate?

EPITOME.

1 *Statutum, ne contrahatur matrimonium,*
ſine conſenſu patris, an validum?
2 *Leges requirentes conſenſum parentum in*
matrimonijs directò Canones non lædunt.
3 *Matrimonia libera eſſe debent.*
4 *Pater ſi matrimonium etiam iniuſtè impe-*
diat, cenſuras non incurrit.
5 *Principes cenſuras, niſi nominatim de eis ca-*
ueatur, non incurrunt.
6 *Filij contrahentes matrimonia ſine con-*
ſenſu parentum, lucris ciuilibus priuari
poſſunt.
7 *Princeps matrimonium Canonica lege, vel*
conſuetudine vetitum pœnis prohibere po-
teſt.
8 *Filij peccant contrahentes matrimonia, ſi-*
ne conſenſu parentum.
9 *Matrimonia ſine conſenſu parentum odia*
gignunt.
10 *Cenſuræ ſine aperto Canone non incur-*
runtur.

VAlere docent † Dominicus So- 1
to, quem ſequitur Ledeſma in *ſum-*
ma tomo 2. *in add. ad matrim. cap.* 7. *concl.*
5. Rebellius *par.* 2. *libro* 2. *quæſtione* 14.

ſect. 29. mouentur ex doctrina Card. Caietani *in ſumma*, verb. *excommunicatio, caſu* 31. & 37. Nauarr. *cap.* 2..
2 *num.* 120. dicentium, † has leges non directò, ſed per accidens immunitatem Eccleſiaſticam lædere, inde inualidas dici non poſſe. Ex Conſultis Lupus *in cap. per veſtras not.* 3. §. 3. *num.* 9. *de donat. inter virum, & uxor.* Vazquez, Mench. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *num.* 6. & 8. Cancer. referens in Senatu Cathaloniæ deciſum, *reſol par.* 3. *capite* 11 *num.* 4. & *par.* 1. *capite* 24. *num* 4. Ego alios retuli *tomo* 2. *de donat ſpeciali* 6. *n.* 54. & 55. Ledeſma etiã alia ratione vtitur, quòd nempe leges huiuſmodi in naturalis iuris fomentum accedant, pacique publicæ ſtudeant, ideoquè omnino ſeruandæ ſint.

Sed contra hos, legemquè Hiſpanam huic doctrinæ conformem, inſurgunt ex Theologis Cordub. *tractat. caſ. conſc. capite* 171. Veracruz *in ſpec. par.* 3. *art.* 20. *concl.* 2. *rat.* 3. ex Conſultis inſignis Couarruu. *ad* 4 *Decret. part.* 2. *capite* 3. §. 8. *ex num.* 5. Nauarr. *in Man capite* 14. *num.* 15. Molin. *de primog. libro* 2. *capite* 16. *num.* 6. Gutierr. *pract. libro* 2. *quaſt.* 1. *num.* 1. Matth. *in l.* 1. *tit.* 1. *gloſſ.* 4 *num.* 2. *libro* 5 cum alijs per Dianam *reſol.* 75. & iterum ex eiſdem rationibus, & auctoritatibus *reſol* 105. vbi addit Sanch. *de matr. libro* 4. *diſput.* 25. *num.* 2. *tomo* 1. Vazquez *in* 3. *tom.* 4. *diſp.* 4. *de matr. capite*
3 2. *num.* 24. Mouetur, † quia matrimonia libera eſſe debent, nec poſſunt aliqua laicali lege impediri, id enim ad Summum Pontificem ſpectat, ideoquè non ligant, quinimò pater ſi poſtmodum ob id filiam exhæredauerit, tenetur in conſcientia teſtamentum reuocare.

4 Putat tamen ipſe parentem, † ſi filij matrimonium etiam iniuſtè impediret, cenſuras à Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *capite* 9. latas minimè ſubire, ex Sanch. *d. tomo* 1. *diſput.* 22. *num.* 8. *libr.* 4. Nauar. *in ſumma capite* 27. *num.* 150. Molin. *tractat.* 2. *diſp.* 176. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 6. *n.* 6. *in gloſſ. lit.* G. Gutier. *de matr. cap.* 79. *n.* 12. aduersùs Mariam contradicentem *p.* 4. *caſu* 71. *n.* 23. *de iuriſd.*

Additquè, nec Principes Supremos talia ſtatuentes illa excommunicatione teneri: cùm perſonæ huiuſmodi † Im- 5
periali, ac Regali dignitate in Eccleſia præditi, vt in cenſuras à iure latas incurrant, ſpeciali, ac nominata dignitatum huiuſmodi expreſsione opus ſit, vt ipſe docet, ex Henriq. & Guterrio ſtatim citatis, arguens à ſilentio ipſius Concilij; (addo ego, & Canonum) expreſsè, vbi huiuſmodi perſonas includere voluit loquente, quòd ego alibi latiùs proſecutus ſum hoc libro *quaſtione* 20. *num.* 25.

Ego verò à ſupra in conſimili quæſtione ſcriptis non recedo, nempe iura ciuilia quoad ciuiles acquiſitiones, præter portionem iure naturæ filijs debitam, filios, & filias à quibuſdam matrimonijs ſpe lucri, vel metu eius amiſsionis retrahere, † vel allicere 6
poſſe per hoc enim, nec matrimonia generatim impediuntur, nec ſemel contracta irritantur, ſed ad honeſtatem, ac debitam parentibus obedientiam filij monentur, quod diuinis, & naturalibus legibus conſentaneum, ac conforme exiſtimari debet, & per hoc ſuſtineri, cùm maximè multæ inde turbationes à Republica eliminentur, ideoquè leges huiuſmodi quoad hæc tantùm (matrimonio, ac legitima portione minimè præiudicatis) valere certius videtur, vt doctè, & piè reſpondit D. Franc. Salernus, D.D. Ferdinandi Andradæ, nobiliſsimi, ac pijſsimi Panormitani Archiepiſcopi Vicarius *libro* 1. *reſp.* 16. & iterum in *controuerſia ſingulari* pro valore matrimonij, contra leges humanas irritantes §. 4. *folio* 9. his ex verbis. *Verum quidem eſt, ſi quando accidat matrimonium quodpiam, vel Eccleſiaſtica lege, vel conſuetudine quapiam, vel rationis dictamine ita exigente prohiberi: poſſe tunc, me iudice, Principem ſecularem illud † ipſum interdice-* 7
re;

re; fortequè etiam pœnalem legem, quæ transgressores mulctet, plectatque, vti quoquè ipsi libro 1. dicto resp. 16. admonimus tunc enim nihil noui circa matrimonium statuit Princeps, sed illud ipsum, quod prohibitum erat, sua lege plus satis interdicit, atque in malos mores animaduertit, vt rectè aiebat Bal. in l. omnes num. 12. C. ad Sen. Conf. Tertull. ita, quia si ij coniugia inuitis parentibus,
8 † absquè iusta causa contrahentes peccant, vt benè probarunt Valentia, & Bellarminus, alijquè apud Sanch. lib. 4. de matrim. disput. 23. num. 9. alicubi statuta reperiuntur, quæ huiuscemodi matrimonia pœnitus interdicunt, eaquè valida esse plures arbitrantur, quorum aliquos ipsi loco citato retulimus, laudatquè Zeball. com. contr. comm. quæst. 5. Diana tract. 2. de imm. Eccles. resol. 74. & 105. quia inquit Bal. contrahere absque consensu patris est contra bonos mores omnium, maximè prudentium, & inducit
9 odium † capitale l. 2. §. si emancipatus, D. de contrah. & ideo valet statutum, non quia vetat substantiam matrimonij: hoc enim non potest facere, nisi Papa, sed quia punit malos mores, & in Republica facinora seminantes.

Ex cuius relatione iunctis his, quæ tradidiximus *d. quæst.* constare poterit, leges huiusmodi improbari non posse, ac minus Hispanam, cum, vt ibi diximus hoc nullo expresso Canone vetetur, ac per id
10 ex interpretationibus † contradictum legi Ecclesiasticæ, quo censuræ incurrantur, nemo dicet? vt sæpius firmatum est, & sentit P. M. Arauxo in 1. 2. *D. Tho. quæst.* 97. *disput.* 3. *sect.* 5. *diffic.* 4. *fol.* 687. *column.* 2. vers. *Sed quoniam*, in simili an fractu opinionum, ac interpretationum.

QVÆSTIO. LXXVI.

An Clerici teneãtur, & possint cogi per seculares Iudices ad reparandam viã ante domum suam?

EPITOME.

1 Clerici an possint cogi ad reparandam viam ante domus?
2 Viarum reparatio ad communem vtilitatem spectat.
3 Instructio viarum munus sordidum non est.
4 Canonistas in materijs immunitatum sequi debemus.
5 Clerici primo loco ad reparationem viarum à suis iudicibus cogendi sunt.
6 Magistratus laici aliquando Clericos ad reparationem viarum cogunt.
7 Reparatio viarum non fit à Clericis in subsidium.
8 Reparationes viarum ad Oeconomiam, non ad iurisdictionem spectant.
9 Clerici licèt statum mutent, ciues tamen remanent.
10 Communitates Italiæ ab Imperatore Federico ad onera communia cum Clericis damnatæ fuerunt.
11 Pœnæ ob inobedientiam à Clericis non exiguntur.

PRimùm in hac † disputatione quærendum arbitror, an teneantur? postmodum à quo cogi debeant, & demum, quid in subsidium agendum sit, iudice Ecclesiastico exequi nolente, vel non valente? Prius quæsitum facilis resolutionis videtur, cùm omnes Canonistæ Cæsareis interpretibus consentiant, ac † obligationem communem, tam laicorum, quàm Ecclesiasticorum esse cognoscant, vt sunt Anchart. *in capite non minus num.* 8. *de imm. Ecclesiast. in capite* 1. *eodem tit. libro* 6. vers. *Sed vlterius* Butrius *in dicto capite non minus*, quibus in hoc consentit Abb. vt in *quæst.* 39 *hoc libro* ostensum est, & in præsenti specie Speculat. *tit. de censibus*, §. *nunc dicendum in princip.* vers. *Item pene*, omnes Canonistas, & Cæsareos Interpretes concordare affirmat, Purpur. *cons.* 50. vbi etiam idem de Theologis, vt ex summa Angelica *verbo immunitas n.* 37. vers. *Distinguo tamen*, Collect. *post Innoc. IV. Ioan. Andr. Card. Zabar. in d. c. non minus* concludens hoc indubiũ esse, dum vtilitas Clericis vnà cum laicis communis est, innumeros his superaddit Matta *de iurisd. par.* 4. *cent.* 1. *casu* 11. *ex num.* 1. *ad num.* 5.

Ratio habetur in *dicta quæst.* 39 *n.*30. dum Clericos, & Ecclesias à sordidis muneribus exemptos fore probatum est ex *l.placet* 5.*C de sacrosanct.Eccl.*quę inter Canones translata fuit in *cap.*41. *placet* 16 *quæst.*1.post *cap. generaliter*, quæ lex tempore Theodosij, & Honorij Imperatorum lata, ex Chalcedonensi Concilio decerpta fuit, vt aduertit Card. Turrecremata in *d can.placet*, instructio † autem
3 viarum ab eisdem Imperatoribus munus sordidum non esse, declarata meritò fuit, cum ad expensas prædiorum, & domorum contiguatum fiat, non verò corporalis labor impendatur, vt Canonistæ
4 in *d.quæst.*39. citati agnoscunt, † quos in hac materia sequi debemus, vt fecit Henriquez *lib.*10.*cap.*15.§.10.*in gloss. lit.G.* quem non rectè notauit Viualdus in Candelabro *ad Bullam Cœnæ can.*18. *num.*9. cùm ille Interpretũ communi distinctioni, qui meliùs terminos nouerunt, adhæserit, nec dissentit P. Molina statim citandus, cuius verba refert hìc P. Diana.

5 Aliud dubium, à quo nempe † cogi possint, vel debeãt? deciditur ex præmissis in *d.quæst.*39. nempe ab Ecclesiastico iudice cogendos esse, si id præstare velit, & commodè cõsequi potest; nam si ipse renuat, vel ob minimas præstationum diuisiones exactio in praxi difficillima foret, plusquè laboris, & tẽporis in exactio
6 ne, quàm in constructione † perderetur, putant seueriores censuræ Theologi à Magistratibus laicis curari posse. Ioan. Salas *de legib.disp.*14.*sect.*9.*&* 11.*num.* 114. nec dissentiunt Molina *tomo* 3. *de iustit.disput.*272.*tract.*2. Laiman *lib.*4. *Theol.mor.tract.*9.*cap.*6 *num.*7. Et *in casibus, vbi adest necessitas, nec aliter fieri potest, nec tempus concedit adire Ecclesiasticum superiorem*, non negat P. Diana, dum per hæc eadem respondet Mexiæ ad Prag. *taxæ panis concl.*5.*num.*70.

Non obstat Martæ distinctio, qui in eo casu tantùm præmissam opinionem
7 admisit, † vbi laicorum facultates non suppeterent ex *d.cap.non minus*, vers. *Nisi Episcopus, & Clerus*, nam dictus textus, vt in præmissa *quæst.* 39. *alijsque sequentibus* ostensum est, de oneribus illis loquitur, quæ attenta eorum natura, vel ad laicos solos spectabant, vel à quibus Clerici exempti iam fuerant, vt post antiquiores Ancharr.aduertit in *d.cap.*1.*de imm. Eccles.* in quibus oneribus vult Pontifex, quòd laici in summa necessitate constituti pro Clericalis status charitate ex misericordia potiùs quàm ex debito releuentur, vt ex *cap.aduersus eodem tit*, manifestè patet. At hìc de promiscua Clericorum, & Laicorum necessitate, & vtilitate agitur, ad quam exemptio extendi nullatenus potest, quia nulla lex Euangelica, vel Canonica cogit laicos, vt eam partem viæ, quæ domus Clericorum contingit, ipsi sternant, reficiant, vel purgent: hæc enim onera ciuium sunt ex die quo Communitates institutę sunt, vsui cępta,
8 quæ non ex vi † iurisdictionis à Magistratibus exigũtur, sed ex ciuili Oeconomia, vel politica inter ciues ad mẽsuram vniuscuiusquè dominij partiuntur, quæuè ante iurisdictionem inductam statim post meum, & tuum amplexa vnanimiter fuerunt, ac sub nomine iuris gentium recepta, vt in § *ius gentium instit. de iure natur.gent.& ciuil.*ibi: *Nam vsu exigente, & humanis necessitatibus iura quædam sibi constituerunt* D.Thom.2.2.*q.*57.*art.*3.*ad* 3. quæ iura nec Imperatores ciuibus auferre, nec minuere potuerunt, nec Pontifices voluerũt, vt *quæst.*14. dictum est. Hæc etenim inter leges, tollendæ dubitationis gratia, vtquè omnia perfectissimè attingerent, non quia ex lege descẽdunt, relata inueniũtur, & † in his Cleri 9
ci à laicis non distinguũtur, vt per Card. Bellarm.*tract.de laicis cap.*28.vers.*Nam Clerici præter* accedit Bart. *in l.*1.*nu.*11. *D.ad municip.& de incolis* Surd.*cons.*301. *num.*7. Meritò ergo in his communior Canonistarum, & Theologorum sententia obtinere debet.

Nec facit Clementis VIII. Pontificis Max Consultissimiquè viri in Arni fluminis marginibus reparandis determinatio, qua Nuncio præcepit, vt Clericos in sub-

subsidium discussis prius laicorum bonis cogeret, quàm refert Matta *d.casu* 1.*p*.4. *num*. 52. vbi discussionem omissam ob notoriam laicorum inopiam fuisse refert. Nam cùm de Pisanorum, & Florẽtinorum bonis ageretur, quorum Com-
10 munitates † ad has expensas inter cæteras Italiæ per Federicum Imperatorem damnatæ fuerant in *Auth. vt nulla communitas*, iam non de reparatione, vt cõmuni agi poterat, dum omne onus laicorum erat, ideoquè Pontificia licentia opus fuit iuxta Hostiensis doctrinam à Marta ibi *num*. 25. relatam. Quæ lex cætera Regna Regum Imperio non subiectorum, vt alibi dixi ligare non potuit, hi enim nisi Imperiales leges in suis Regnis receperint, suis legibus viuunt: nec Romanorum legibus, nisi ob rationem vtuntur, vt omnibus patet, *& in meo Cod. loco sup. relato q*. 62. *nu*. 20. & fatetur P. Diana *resol*. 133 vers. *Ego verò puto*.

Verius est ergo Clericos, vt ciues ad munia huiusmodi teneri, vbi lege Communitatis, vel Principis, qui dominatum exercet, soluti non sint, coactionẽ verò regulariter à suis Prælatis faciendam, si id præstare velint, magnavè incõ-
11 moditas non adsit. Cæterùm pœna † ob non paritionem nullatenus à Magistratibus laicis exigi poterit, vt declarat P. M. Arauxo *in* 1.2. *D.Thomæ quæst*. 97. *disp*. 3. *sect*. 5. *diff*. 4. vers. *Rursus*, ibi: *Rursus operatur, quòd neque legibus communibus cõcernentibus bonum commune omnibus statibus Reipublicæ teneantur quoad vim coactiuam, idest, quoad pœnas tali lege taxatas: licèt enim possint à suis Prælatis huiusmodi legum transgressores arbitraria pœna puniri, neutiquam tamen Principes, aut iudices seculares possunt in eos sententiam ferre condemnationis, aut pœnis à lege taxatis animaduertere*: hæc ille.

Ex cuius doctrina patet, quo pacto illud, quod de Clericis coactiuè ad leges Principum non obligandis Nostri disputant, accipiendum sit, quòd pars illa legis, quæ ad pœnam soluendam refertur, nunquam à Principe exequi debeat, ad quæ tradita per me supra *quæst*. 8. *per totam*, videnda omnino sunt.

QVÆSTIO LXXVII.

An Clericus, qui falsa mensura triticũ, vinum, vel oleum vendidit, possit puniri à iudice seculari?

EPITOME.

1 *An Clericus vsus falsis mensuris possit à laico puniri?*

ADhæc, † quæ à P. Diana disputãtur, 1
latissimè supra *quæst*. 8. occursum est, vbi de legum ciuilium in his, quę ad humanam societatem tectam, sarctãquè seruandam constituta sunt, valore, diuinis, Pontificijsquè testimonijs actum est, ideo illa iterare supersedeo. Solùm moneo, adeundum in his profundissimæ doctrinæ auctorem Mag. Arauxo in præmissa *q*. 97 *disp*. 3. *sect*. 5. *diff*. 4. *fol*. 683. vbi pretia statuere, & moderare Principum, eorumquè Magistratuum peculiare munus esse docet, peccareque læthaliter refractarios Clericos, si illa non seruent, quod etiam dixerat supra *sect*. 3. *diff*. 1. *fol*. 645. *col*. 1. vers. *Maior patet, in fine*, ibi: *Quæ simul pœnam amissionis tritici imponit, & conscientiam sub reatu culpæ mortalis obligat*. Nam quod P. Diana iterum tractat, quòd non vi legis, sed vi rationis ad hæc Clerici teneantur, Sotus, Siluester, & Nauarrus aduersantur, ac ipse Magister verbalem esse contentionem existimat.

QVÆSTIO LXXVIII.

An Iudex laicus possit cognoscere crimen vsuræ, siue de iure, siue de facto quæratur?

EPITOME.

1 *An Iudex laicus cognoscat de crimine vsuræ?*
2 *Vsuræ cognitio ad illum priuatiuè spectare debet, qui prior vsuras vetuit.*
3 *Leges Romanæ quas vsuras permittant?*
4 Con-

4 *Constans Imperator vsuras etiam pro veste, & argento contra Papinianum permisit.*
5 *Iustinianus an de vsuris damni, vel mutui disposuerit nescitur.*
6 . . . . *de vsuris damni ex mora locutũ fuisse præsumendum est.*
7 *Vsuræ vsurarum nunquam percipi possunt.*
8 *Iustinianus Canones in Concilijs editos seruari præcepit.*
9 *Constãtinus legem vsurariam pro Æthnicis conscripsit, & pro Christianis in Nicæna Synodo prohiberi curauit.*
10 *Diuus Augustinus quo tempore vixerit.*
11 *Vsuræ vtroque tempore prohibitæ.*
12 *Pœnæ in vsurarios quæ sancitæ sint?*
13 *Restitutio vsurarum quo pacto iure Canonico procedat?*
14 *Iudæi quare à iudice seculari coguntur vsuras reddere?*
15 *Vsurarum crimen an sit mere Ecclesiasticũ?*
16 *Iudex laicus iuris, & facti quæstionem in vsura cognoscit.*
17 *Lex specialis à conditore declaranda est.*
18 *Iudex laicus non nisi casu in iure incognito super vsura Ecclesiasticum consulit.*
19 *Iudex nullus vsuras permittit.*

1 AN crimen prauitatis † vsurariæ mixti fori censeri debuisset? olim summè disputatum fuit; videbatur enim
2 priuatiuè ad illum iudicem spectare, † à quo vsuræ vetitæ fuerant; cùmque ius Cæsareum vsuras non tantùm non prohibeat, sed etiam permittat. Canonicum verò illas vetuerit, Ecclesiastico iudici dandam fore cognitionem, non laico eõ sequi videtur, *gloss. in cap. in summa* 11. *quæst.* 1. *& in cap.* 1. *de offic. ordin. & in cap. cum sit generale de foro compet. & post eas* Bal. *in l. quoties col.* 1. verf. *Tu dic de iud. & in l. improbum*, verf. *Credo glossam verum dicere, C. ex quibus caus. infam. irrog.* vbi per hoc arguit iudicem laicum inquirere de hoc crimine non posse. Et *in tit. de contr. in uest. § similiter num.* 1. verf. *Item de reatu vsurarum*, & defendit neruosè Rol. *cons.* 75. *n.* 13. *&* 28. *lib.* 1. post Dec. *cõs.* 170. cũ alijs, quos refert, sed nõ sequitur Marta *p.* 2. *de iurisd. cap.* 7. *ex n.* 1. *ad* 5.

Sed hi nec legum, nec temporum seriem, ac Chronologiam attendere voluerunt, vel fortè nesciuerunt; nam licèt Romanis legibus † vsuræ quandoquè per- 3
missæ, quandoquè prohibitæ, aliquando demum cohibitæ reperiantur, ac ad certos casus restrictæ, vt patet ex Cornelio Tacito 6. *Annal. cap.* 16. verf. *Interea magna vis accusatorum*, vbi legis 12. Tabularum, & Iuliæ mentio fit. Necnon ex pluribus legibus in *D. tit. de vsuris*, ad quæ adnotare liber, nunquam vsuras lege permissas, nisi in casu damni, vel cessantis lucri colore, semperquè ob moram, vt attentiùs legenti patebit omnes Principum Æthnicorum tẽporæ laræ: in Codice verò idem vsquè ad legem 25. quæ Constantis Magni Constantini parentis est, † qua etiam argenti, & vestium vsu- 4
ras stipulari posse permittitur, quæ ex Papiniano in *l.* 3. § *vlt. D. de vsur.* tunc exigi permittebantur, vbi ex argenti, auriquè distractione fideicomissa, vel alimenta solui debuissent, *quòd si fortè, inquit, ideo reliquit, vt his vasis vteretur, non sine rubore desiderabuntur vsuræ: ideoquè non exigentur.* Vt inde appareat ob damnum vitandum illa lege permissas.

Cæterùm post Euangelij lucem † Iu- 5
stinianus prior in *l. eos* 26. *C. vsuris*, illas moderando, probare voluisse videtur, sed cùm non explicet, an ex mutuo, an ex licita alia promissione debitas reformare voluerit, de illis locutum fuisse censendum est, quæ post Christi fidem receptam exigi possunt ex præsumptione † excessus 6
exclusiua *l. merito, D. pro Soc.* cùm videamus eundem in *l. de vsuris* 27. quo subsequitur, eidem Mennæ rescribentem, de illis, quæ in bonæ fidei iudicijs post moram veniunt, verba facere, & in *l. eos præcedenti* de debitis post iudicis condemnationem, vt credere possimus de illis, quæ post contestatam litem debentur, statutũ fore; præcipuè cum in *l. vt nullo* 28. ibid. vsurarum ex vsuris † perceptionẽ per 7
antea in *l. improbum* 20. *C. ex quib. caus. infam. irrog.* sub infamiæ pœna à Diocletiano damnatam adeo prohibeat, vt nullo

pacto illas cumulari posse permittat, ad hoc, vt nouæ vsuræ quocumquè titulo percipiantur. Æquiùs faciunt, qui à Iustiniano vsuras, ac fœnus ob mutuũ prohibita inter Christianos censent, ex re
8 ceptis † quatuor Conciliorum Canonibus in *l. cũ velimus, §. 7. per omnia sequentes sancta quatuor Concilia, C. de summ. Trin. & fide Cath. & in Auth. de Ecclesiast. titulis* in principio, vbi præcipit omnibus subditis leges Ecclesiasticas in quatuor Concilijs vniuersalibus prolatas ad vnguem seruari, inter quas legitur Canon Nicæni Concilij XVIII. vel secundùm alios XVII. in *cap. quoniam distinct.* 47. quo omnis vsura tam laicis, quàm Clericis omnino vetita fuit, pœna deiectionis à Clero, & à regula. Hi sunt Salicetus, & alij permulti à Marta *d. cap. 7. n. 5. & 6.* adducti, qui hanc veriorem esse cẽset. Et confirmari potest ex eo, quòd Iustinianus legem Constantini super vsuris latam, de qua in *l. 1. C. Theodosiano lib. 4. de vsuris*, vbi vsuræ ad certum modum permittuntur, inter suas collectas leges
9 non retulit, licèt Constantinus † illas pro alienis nostræ regulę permiserit. Certumquè est biennio post eam Nicænæ Synodi declarationem ex voto Imperatoris secutam, quò fideles ab infidelibus distinguerentur, nec enim Patres illos legem tam recentem, non monito Imperatore, quoad Christianos reuocassent. Et sicut libet piè credere Constantinum fidelibus licentiam fœnerãdi per generalem dispositionem concedere noluisse, ita si fortè Iustiniani leges ad illicitas vsuras extendi possent, quoad infideles illas
10 condidisse censeri debet, † quòd verò legibus Christianis prohibebantur, annuit D. Augustinus *epist.* 54. ad Macedonium in *cap. quid dicam de vsuris, quas ipsa etiã leges, & iudices reddi iubent.* 14. *quæst.* 4. Vixit autem Augustinus tempore Arcadij, & Honorij, Theodosij, & Valentiniani, obijtquè in Domino in anno Christi 412. duobus quasi ante Iustinianum seculis.

Quod si æquè per Canonicas, & Ciuiles leges vsuræ ob mutuum detestantur, æquè etiam per vtrumquè iudicem. vsurarij puniri, † ac ad restitutionem cogi 11
possunt, vt communiter teneri, ac seruari, ex Archid. in *cap. quid dicam* 14. *quæst.* 4. I. Monach. in *cap. 1. de vsur. in 6.* vbi I. Andr. *col. 2.* Card. in *cap. in Ciuitate col. fin. eod. tit.* Abb. in *cap. cum sit generale n. 8. de foro compet.* vbi Barbat. *num.* 173. Couarr. *lib. 3. var. cap. 3.* qui recedens à prioribus scriptis per hoc infert hodie vnumquemquè iudicem in suum subditum animaduertere in hæc verba. Tertio apparet hisce temporibus, quibus & legibus laicis vsuræ indistinctè vetantur, crimen istud esse censendum ex rigore quodam, & iuxta veram iuris cognitionem mixti fori, vt tandem inter laicos iudex secularis, tantùm de eo cognoscat: Ecclesiasticus autem inter Clericos, sicuti de homicidio, de furto, & similibus. Inde infert Prouincijs in illis, vbi post Christi fidem receptam, vsuræ ante Canonicam prohibitionem tolerabantur, meritò Iudices Ecclesiasticos cognitionem sibi assumpsisse, quę ex iusta causa introducta, ac diu recepta in vim consuetudinis seruanda est, ex quo solo titulo iuridicè sustineri potest, si ea, quæ Canonici Scriptores in hoc adducunt, benè perpendantur, vt per Ioan. Andr. post antiquiores in *cap. 1. ex num. 1. ad 3. de vsur. in 6.* ibi: *Ecclesia cognouit de hoc crimine, tempore cuius non erat memoria, & sic haberi debet iure cõstitutũ, D. de aqu. quot id. & æstiua, l. hoc iure, §. ductus aquæ, & consuetudo causam de iure secularem facit Ecclesiasticam de iudic. nouit circa principium, & supra eod. lib. de except. cap. 2.* Inde Card. in *d. cap. in Ciuitate* dixit, hoc crimen non natura, sed per accidens Ecclesiasticum esse; latè, & benè Nauarr. *in d. cap. nouit Notab 6. col. 7. de Iud.* Clar. *in §. vsura*, vers. *Ex hoc infertur*, & vers. *Hoc crimen*, Farinac. *quæst. 8. ex nu.* 134. vers. *Secundam, & contrariam*, qui omnes refert in id consentientes, vt attenta ciuilis legis prohibitione, cognitio laico iudici adiudicanda sit, priuatiuè si ipse priùs vetuerit, & cognouerit, vel cumulatinè ad preuen-

uentionem, si Ecclesiastica lex præcesserit, ac cognitionem sibi quæsiuerit.

Quales verò pœnæ à iure Canonico constitutæ sint, postremò attendendum
12 est, † vt quid iurisdictio Ecclesiastica agere debeat, sciamus; etenim in Canonibus priscis *dist. incl. 47. & tota causa 14. quæst. 4.* nullæ in laicos pœnæ indictæ fuere, in Clericos verò, vt à gradu eijcerentur. Leo enim magnus *epist. 1. ad Episcopos per Campaniam*, licèt laicos etiam in crimen vsurarum incidere declaret, nihil tamen de pœna decreuit. Prior ergo Alexand. III. in Lateranensi Concilio *cap. 26.* pœnas aduersùs manifestos Vsurarios edixit, vt communione, oblatione, ac sepultura priuarentur in *cap. 3. de vsuris*, nec ad restitutionem, nisi per ipsarum pœnarum metum cogi præcipuit in *cap. cum tu 5. eod. tit.* ibi: *Cogendi sunt per pœnam, quam statuimus in Concilio, eas his à
13 quibus † extorserunt, vel eorum hæredibus restituere*, idem in *cap. præterea 7. eod. tit.* Apertiùs Vrbanus III. in *cap. consuluit 10. eod.* ibi: *Ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda in animarum iudicio efficaciter inducendi.* Hinc quia Iudæi tanquam qui foris
14 sunt, † Ecclesiæ mucrone feriri non possunt, Principibus secularibus, vt eos ad vsuras fidelibus restituendas compellant, per eundem Pontificem præcipitur. Et in *cap. quanto 18. vers. Principibus eod. tit.* adducit Couarr. *d. cap. 3. num. 1. vers. Primò quod nullibi.*

Corporales ideo pœnas, item & pecuniarias vltra vsuras ipsas indicere, & exigere solius Principis est, vt meritò disputatio eorum, qui certant, an ne Princeps in eundem, qui censuris vsuras reddere compulsus fuit, pœnas exequi posit? vanissima sit, cùm Ecclesia sola restitutione, qua peccatum in foro animæ abstergitur, contenta sit.

Ex his apparet, quid de iuris, & facti cognitione dicendum sit, hæc enim dispu-
15 tatio in crimine merè † Ecclesiastico rectè cadit, non verò in eo, quod vel mixtum est, vel consuetudine à iudicibus Ecclesiasticis acquisitum, vt rectè meliùs considerans, ac à prioribus scriptis recedens, docet Couarr. *d. cap. 3. num. 1. vers. Ego, vt liberè quid senserim*, illa enim distinctio super prima suppositione fundatur, quòd crimen hoc solùm lege Canonica interdictum fuerit; non etiam ciuili, quod satis, abundè reprobatum est, Matta ipso fatente *d. p. 2. cap. 7.* & Diui Augustini à nemine ad hoc relati traditione irrefragabile effectum. Nam si lege etiam ciuili prohibitum fuit, contrariorū ratio, quā Ioan. Andr. in *d. cap. 1. ex Bern.* vt conuincentem bis repetit cessat.

Meritòque ergo illa opinio obtinere debet, † quæ docet & iuris, & facti quæ- 16
stionum laicum iudicem capacem esse, de qua vltra præmissos, Nauarrum præcipuè, & Couarr. Eman. Sanch. *verb. vsura num. 15.* Salas *de empt. & vend. dub. 45. num. 1.* Tann. *2. 2. disp. 4. quæst. 4. dub. 1. num. 35.* Roder. *de Ann. redd.* alios allegans *lib. 3. quæst. 3. num. 122.* nam licèt opposita opinio communior sit: Fundamentum tamen vel falsum, vel æquiuocum ex præmissis redditur.

At si, vt Salonius putat, dubiam iuris quæstionem omnino ad eum remittendam esse, qui vsuras damnauit, dicamus, vt ex eo patet in *2. 2. tomo 2. quæst. 78. art. 3. contr. vlt.* qui ad literam à Diana refertur; adhuc si de quæstione illa cum accipere deberemus, quæ in speciali casu per Canonem definita est, hæc potiùs à conditore explicanda esset, † quàm à iu- 17
dice licèt Ecclesiastico, vt in *capite inter alia de sent. excomm. cap. 1. de iuram. calumn.* & nouissimè ex D. Thoma *1. 2. quæst. 97. art. 4.* Suario, Salas, Lorca, Azor. P. M. Arauxo ad D. Thomam ibidem *disp. 3. sect. 7. diff. 2. fol. 717.*

Nam si Principi de vsuris vetandis statuere permissum est, vt præmissi omnes in suppositione fatentur, illi eidem sua iura interpretari licebit *ad l. leges, C. de legib. l. in prætorijs, D. de præt. stipulat. vers. Nam si quid in legibus latum obscurius fuerit.*

Etsi iudicibus Ecclesiasticis Pontificia iura exarare permittunt, idem & Regijs condonandum erit, cùm de eo, quod le-

lege naturali prohibitum est, explicando agatur, quæ enim de facti, & iuris quæstione dicuntur, ad illa tantùm referenda sunt, quæ iure supernaturali tantum, & Euangelico proueniunt, vt hæresis, simonia, matrimoniales què causæ, vt ex Couarru. præcitato *cap.* 3. latiùs patet; nam in his Princeps secularis nequicquam statuit, de vsura verò leges ferre potest, ergo & quæstiones ex eis descendentes definire, vt ad sensum patet. Putat ideo Belluga in *speculo Rub.* 11. *in §. de vsurarum num.* 9. semper laicum procedere posse,
18 nisi in casu † omnino legibus, & Canonibus incognito, quem sequitur Rouit. *ad pragm.* 1. *de vsur. num.* 10 *fol.* 795. in quo ad S. Pontificem recurrendum, cuius noua iura condere proprium est, *cap. in causis de sent. & re iudicata.*

Illud verò certum est, nec Pontificē,
19 nec Magistratum, † nec per rescriptū, nec per sententiam vsuras, nec sub nomine interesse de pecunijs concedere posse; nam & Pontifex se non posse asserit in *cap. super eo* 4. *de vsur.* ibi: *Super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus, data ante ratione.* ibi: *Cùm vsurarum crimen vtriusquè testamenti pagina detestetur*, textus iuncta *gloss. in cap. non licet* 10. *distinct.* Ioan. Andr. *in reg. peccatum in Mercurial.* Bal. *in Auth. ad hæc col.* 5. vers. *Sed dubitatur*, Afflict. *decis.* 291. *nu.* 3. & post Molin. Caietan. Villagut. Nauarr. & alios dixi *de donat. tom.* 2. *speciali* 30 *num.* 19. *fol.* 427. & iterum *decis.* 66. *tom.* 2.

QVÆSTIO LXXIX.

Vtrùm Clerici teneantur ad gabellam, quæ imposita est pro manutenendo exercitu in partibus inimicorum, vt tutiùs confinia Regni conseruetur?

EPITOME.

1 *Clerici an possint cogi ad suppetias ferēdas, ne inimicus Regnum inuadat?*
2 *Antiuersiua remedia an in necessitate includantur?*
3 *Sicilia Insula non nisi in certis casibus contribuit.*
4 *Hispanorum angustia ex auxilijs Gallis Catholicis præstitis orta sunt.*
5 *Necessitas, quæ opus sit ad impositiones in Regno Siciliæ?*
6 *Siculi à Romanis ab exportatione ad vsum proprium exempti.*
7 *Leges Status à Summistarum opinionibus longè distincta.*
8 *Bella non nisi defensiua à Principibus Christianis amplectenda.*
9 *Præueniuum bellum defensiuo quandoquè æquiparatur.*
10 *Actus omnis ex fine æstimatur.*
11 *Imminenti malo occurrere satius, quàm illud mederi.*
12 *Tributa vni Regno pro alijs succurrendis quando imponi possint?*
13 *Incommoda maiora ex proprio bello Prouincia sentiunt.*
14 *Belli suspicio quæ ad impositiones satis sit?*
15 *Vassallus quando teneatur adiuuare Dominum extra Prouinciam?*
16 *Auxilium Domino, & Principi præstandum non ex iuris rigore.*
17 *Mediolanensis Status Regnorum Italiæ propugnaculum.*
18 *Vectigal in Sicilia perpetuum sine Comitijs imponi non potest.*
19 *Priuilegia gratiosa mutantur ex statu rerum.*
20 *Largitiones particularibus facta priùs reuocanda, quàm illa Regnorum, & Vniuersitatum.*
21 *Paternionensis Principis eximia gesta referuntur.*
22 *Philippus II. quæ damna pertulerit ob suppetias Catholicis cōtra Caluinistas præstitas.*
23 *Franciæ Rex eisdem Hæreticis cōtra Hispanos vtitur, ad quos debellandos thesauri Hispanici consumpti sunt.*
24 *Gallia, eiusquè Regnum euersum foret, nisi Hispanus Rex Hæreticis obstitisset.*
25 *Optimi sæpe Principes manu aiuina corripiuntur.*
26 *Hispanos benefactorum non pœnitebit.*

HEnriquez *lib.* 10. *cap.* 13. *n.* 5. *in glos. lit.* Q. Doctissimorum hominum in Aca-

Academia Salmaticensi eò temporis florentium † vota refert; à quibus posse Ecclesiasticos ad contribuendum pro suppetijs Gallis Catholicis contra Hæreticos ferendis, vrgeri, vt firmum tenuit fuit, ad confinia Hispaniæ tutiora reddenda, ne victoria elati hæc Regna turbarent. Inter quos summi, laudatique apud omnes viri Gueuara, postmodum Archiepiscopus Compostellanus, Sahagum Canonicæ Cathedræ, ac Bañez Theologicæ moderatores, quorum scripta meritò veneramur.

Ar Carolus de Grassis Doctor Panormitanus, qui in primo ætatis flore tractatum de effectibus Clericatus, ac alterum de exceptionibus scripsit, non Aduocationis, nec Iudicaturæ, vel legendi munere insignis, cùm nec horum aliqua salutauerit, vt omnibus, mihiquè notũ est, contrarium ex eo motus docuit, quòd ex hac præuentione, † & antiuersione nulla necessitas, nec vtilitas principaliter, & immediatè Clericos tangat, imo verò remotè, quo in casu Clerici contribuere non tenentur. Huic applaudit P. Diana hac *resol.* 79. dicens, omnino contra Henriq. tenendum ex supra traditis per eum nempe *resol.* 39. vbi hoc probasse intendit. Qui duo Authores Siculi, si eorum doctrinam ad Regnum illud limitassent, vbi speciali lege † cautum est, ne præter certos casus auxilia Regibus Siculi conferrant, laudãdi vtiquè essent, vt statim aperiam; sed generaliter firmata conclusio ad practicam redigi difficile posse videtur.

Ego verò licèt agnoscam, ex illa tot eminentium doctrina virorum, tempore quo de Catholico Rege in Gallia eligendo, vel Henrico tunc Hæretico ad Ecclesiæ gremium reducendo agebatur, expensa, † angustias omnes, quibus hodie premimur, prouenisse, pro eius tamen firmitate aliud votum adijcere decreui, quò apertius doctrina hæc percipi poterit, quod ad meæ conscientiæ instructionem in affini huic disputatione conscripsi, ac Collegis aperui:

Votum pro vectigali exportationis tritici, Infra Regnum Siciliæ.

Quæritur, an de exportatione tritici ex vna ad aliam Regni partem præsenti rerum statu attento, vectigal moderatum tarenorum trium pro singula salma imponi, exigiuè possit, & debeat? Pro negatiua occurrit primò specifica inter Reges nostros, ac Regnum pactio ne vectigalia noua ob quamcumquè etiam vrgentissimam causam præter illas quatuor in Iacobi, ac Martini Capitulis expressas, indicerentur, indictaquè iam augerentur: quibus sit, ne qualibet necessitas ad vectigalium † impositionem minùsvè propterea vtilitas attentis iuris communis regulis institiam causæ, ac impositionis ipsius requirentibus, nisi & specialis casus concurrat, satis esse videatur. Vt in his terminis Bologn. *cons.* 1. *num.* 8. & *per seq.* docet, sequiturquè Glorit. *resp.* 1. *p.* 3. *ex num.* 33. *ad* 37. Diana de *Parlam. resol.* 15. ex Neapolitanis ad terminos Capitulorum Papæ Honorij Quarti, quę à nostris in nihilo discrepant. Ayellus de *Iure Aod.* De Pōte de *Potest. Proreg. tit. de regal. impos. fol.* 247. & quàm plures alij per Carolum Tapia *decis.* 23. ex Ludouico Casanate, qui pro Messana Vrbe scripsit. Hic erit notabilis Regni inuasio, quæ cùm hodie non adsit, sequi videtur frustra de hac impositione quæri. Secundò, quia cùm pro imponendo vectigali causæ, & formæ iustitia accedere debeat, quæ in præsenti adesse nō potest, sequitur omni ex parte prætēsionem deficere. Probatur prima propositio de iustitia causæ finalis ex parte ipsius vectigalis ex defectu necessitatis requisitæ ab eodem Glioritio post Casan. *locis supra citatis*, ac Suar. *de legib. lib.* 5. 6. 14. *n.* 16. Lessio *lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 1. & 2. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 667.

Altera verò tum communi, cùm municipali lege probatur, quibus Siculos pro necessarijs rebus exportandis ad vectigal aliquod vrgeri non posse cautum est de iure Romanorum *ex l. in lege censoria* 203. *D. de verb. signif.* qua † cauetur

tetur, ne pro fermentum ad proprium vsum exportatione vectigal penderetur, Martinus quoque Aragonum, ac Siculorum Rex sua Constitutione id Siculis indulsit, incipit *Gloriosus in cap.* 41. quod priùs Federicus Baronum fauore indulserat, ne quid extrahere, vel immittere prohiberentur.

Sed pro opposita opinione in genere priùs, considero primo leges Status à Summistarum, ac Scholarum doctrinis plus nimio distare, nec posteriorum regulis Regna indistinctè seruari posse, cùm fe-
7 rè omnes ad iudicialia quæstiones † restringant, quæ à deliberatiuis quammaximè differunt, ac proinde horum contradictionibus semper acquiescere non expedit, ita Iacob. Schault. *in quæst. an Rex Christianus possit vti haret*, *numer.* 164. Dominus de la Ferret, *in libro Catholico Status*, *fol.* 26. & 27. 65 & 77. P. Mariana, *de rebus Hispan. lib.* 12. *cap.* 7. *quia* (ait) *iura regnandi non magis Leguleiorum tabulis, quàm studijs populi, Principum dexteritate, virtute, festinatione, & felicitate continentur*. Alberic. Gentilis, *de iure belli lib.* 1. *cap.* 14. *fol.* 99.

Per quod fit, vt licèt à Christianis
8 Principibus bella † sint maximoperè fugienda, nec nisi defensiua amplectenda, si peccare mortiferè nolunt, *cap.* 1. & 2. 23. *quæst.* 2. ex Isidoro, ac Augustino, item Ambrosio *lib.* 1. *cap.* 27. *officiorum*, & infrascriptis auctoribus. Ego quoque *in Cod. Siculò ad leg.* 3. *Petri nota* 3. *per to-*
9 *tum*, *fol.* 288. Attamen preuentiua bella † quando aggresio probabiliter timetur, licita, omnique carere iniuria existimantur ex Theologis Pater Becean. *de bello*, *quæst.* 1. *num.* 4. Frater Victoria, *de iure belli*, *quæst.* 1. Pater Adam Contzem *in Polit. lib.* 10. *cap.* 6 *p.* 3. ex Iurisperitis Ayala, *de Iure belli*, *lib.* 1. *cap.* 7. Alberic. Gentilis, *dict. tract. lib.* 1. *cap.* 14. *fol.* 96. Modernus ibidem *lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 2. *fol.* 113.

10 Ea quidem ratione, quòd cùm † omnis actus ex fine existimetur, prauentio ad simplicem defensionem reduci potest, cùm id agimus, ne hostes in nos nostraque maiori periculo irruant, sed quàm longissimè in suo etiam solo adorti arceantur: satius cùm sit vulneris causam præueniendo † auertere, quàm 11
illato iam medelam adhibere, *leg. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. leg.* 1. *C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vindic.* Aluarez *in Thesaur. Christ. Relig. cap.* 41. *de bello iusto*, & *iniusto*, *num.* 30. Liuius quoque *historiar. lib.* 21. & 28. in idem ait, *maiorem spem, maioremque animum inferenti periculum inesse, quàm propulsanti, è contra si hostis præuenerit, omnia turbari*, Gentilis item *præmisso loco*, vbi sententia Niceph. Callisti, *histor. lib.* 5. hæc proferentis vtitur, *Oportet* (inquit) *qui citra periculum vult viuere, occurrat impendentibus malis, & antè euertat, nec esse immorandum, aut expectandum, vt acceptam ipse iniuriam cum periculo vlciscatur, si in præsentis crescentis plantæ radicem præcidere possit, & aduersarij malè cogitantis conatus opprimere*, non abs te Terent. *in Adulpho Istud est sapere, non quod ante pedes modò est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere.*

Idem in ea quæstione, quæ præsenti nimiùm accedit, an ne tributa † vel 12
Regno ad opem alijs Regnis ferendam indicta iustitiam præseferant? Hoc pacto communitèr Theologi respondent, vt iusta sint, si per id tributa pendantur, vt hostis quàm remotissimè auertatur, neuè aduersus Prouinciam, ex qua exiguntur, propiùs accedat, illamque vastet, cùm longè maiora sint in-
commoda, † quibus præsentibus hostibus populi affliguntur, quàm ea, quæ 13
ex pensione census pro bello foris sustinendo pati necesse est, ita Vasquius *in opuscu.o*, *de restit. cap.* 6. §. 3. *dub.* 1. *numer.* 7. eiusque præceptor Turrianus *in* 2. 2. *disputat.* 46. *dub.* 1. *numer.* 6. & in hunc sensum Legati Lacædemoniorum apud Herodot. *lib.* 7. monebant Siculos, vt ipsos contra Persam bellantes adiuuarent, *ne victis reliquis Græcis, potitusque re Siciliam quoque inuaderet*,

Tt in-

inde Campani apud Liuium, *lib.* 7. cùm pro Sidicinis bellum Samnitis intulissent, aiebant, *verbo pro Sidicinis, re autem pro nobis, cùm videremus populum nefario latrocinio Sammitum peti, & vbi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse.*

Huic autem sententiæ communis omnium Theologorum consensus apud Hispanos accessit, vt nempè pro bello in Flandria, ac Italia vigente nouæ indictiones excusari non possent, non tantùm verò à Laicis, verùm quoque & à Clericis pendenda: nam & ob solam belli suspi-
14 cionem, † id admiserat Remigius de Gonnis, *de charitat. subsidio, quæst.* 62. *nu.* 42. Dum tamen suspicio probabilis sit Decius *consl.* 103. Albericus Gentilis *dict. lib.* 5. *cap.* 14 *fol.* 99. *ad illud*, Ciceronis, *de magnis periculis inquirenda omnia, multa audienda, non credenda omnia, cauenda tamen omnia.* Ego *in C. Siculo ad l.* 22. *Federici nota* 24. *fol.* 143. post Castillum Sotomaior, *tom.* 7. *cap.* 9. *num.* 31. *post mille*, Georg. *in repetit. feud. part.* 1. *cap.* 57. *numer.* 36. post multos Theologos, quos allegat.

Iterum Vassallus, qui domino suo in
15 Prouincia, † vbi beneficio potitur, seruire tenetur, ac armis opem præstò adesse, tenebitur quoque & extra Regni fines progredi, si incursus timeatur, ac arceri in remotissimum etiam locum opus sit. Ita de Baronibus Regni Neapolitani pronūciauit Camerarius *in l. Imperialem fol.* 34. *tergo de probib. feud. alienat.* Andreas de Georg. *de feud. lib.* 1. *cap.* 57. Tassonus, *de antefat. fol.* 228. *num.* 237. *& fol.* 294. *num.* 21. *post alios, quos allegat.* Ego *in C. Siculo ad legem* 4. *Iacob. not.* 52. *fol.* 76.

Quorum omnium ratio illa est, & quidem efficacissima, quòd vassallorum, cæterorumque subditorum erga eorum Principem obligatio, quæ ex Gentium iure procedit, verborum vinculis, ac nudo sensu non præstringitur, sed latitudinem quandam moralem admittit, qua casus omnis auertendi periculi in re summa vertens comprehenditur omisso omni Iuris scripti rigore, † vt in his terminis dis- 16
currit Pater Contzenius *in lib.* 10. *politicorum cap.* 9. *propositione* 4. affirmans ius gentium seruandum esse, quo præuentio, aliamque antiuersoria remedia inducta sunt.

Quòd si hæc vera existimes, consequitur Regni legem sub Iacobo inuasionis nomine præuentionem, & diuersionem quoque continere; quippe quia proximum periculum, ac imminens pro præsenti habetur, Molfes. *in summa tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *num.* 64. *DD. Scribentes pro vectigali ferici*: nec negare audet Gloritius, vt aduertit Diana *resolut.* 15. *de Parlamento.*

Proponitur autem ad quæstionem, de qua agitur † Mediolanensis Status inua- 17
sio, qui iure merito antemuralis Italiæ existimatur; quo neglecto, vtraque Sicilia præsentium bellorum pondus, & turbines sustineret, cùm per præterita exempla edoceamur, nusquam hæc Regna pacem, quousque Prouincia illa in manus Imperij reciderit, ac Regi nostro concessa foret, obtinuisse, quam quidem intelligentiam ipsa Iacobi lex suadet ex illis verbis (*vel euidens imminere iactura*) in quibus ab actuali inuasione ad futurum periculum differentiam nullam constituere videtur, imò pari iure censendas. Quòd si discrimen aliquod constituendum foret inter actuale, & instans periculum, id tunc locum haberet, vbi de instanti aliqua dubitatio superesset, non vbi certitudo moralis interueniret, vt propositi casus species suadet, inimici nempe potentia, obstinatio, Principum Italiæ somnolentia, & proprij periculi neglectio Pontificis dissimulatio, cuius esset hæc omnino componere, Nepotum in Gallicas partes manifesta propēsio, virium nostrarum debilitas, infortunia, casus aduersi.

Secūdò moueor fortioribus exemplis. Nam si multi, magnique nominis Theologi; hique ad adoriendos in suis finibus, hostes tributa licitè pendi, ac huic legi dispensari in cęteris Comitijs consul-

fuluere, vel ad debellandos Flandriæ rebelles, qui ab Italia longissimis distant spatiis; multo magis & hæc sententia amplecti hodie debet, quando Mediolanensis Status iactura ob magnos Galli Regis apparatus, ac hostium numerum timetur, ac ne incendium ad nos trãsferatur, extinguere totis viribus conamur.

18 Tenendum ergo est, vectigal † præmissum imponi licitè posse, durante præsenti bello exigendum: perpetuò tamen (nisi Regnum cõsensum in Comitijs præstet) sustineri minimè posse, per ea quę Petrus Gregor. *de conceſſ feud.* & alij siculi cõmuniter tenent, ac exemplis tuentur, quos Diana refert.

Contrarijs verò argumentis ita respondeti potest, ad primum nempè pactum illud inter Iacobum Regem, & Siculos, siuè ex rei natura, siuè ex verborum latitudine præsentem casum comprehendere, saltem vt Regnum consentire debeat, vt satis in nostræ opinionis fundamẽtis probatum est, & prætèr adductos optimè fundat Aluarez *in Thesauro Christianæ Religionis. cap. 4 t. de bello iusto ex num. 1 t. ad 1 8. bellum* (inquit) *pro iniuria propulsanda dicitur, quando quis actualiter non offenditur, sed verisimilitèr offendi dubitat; nam nõ debet expectare offensam, sed se preparare, & offendere, ne offendatur ex* regulis traditis à Solomonio, *in l. vt vim de Iust. & iur.* Farinac. *quæst.* 1 2 5. *num.* 7 4.

Ad alterum de Martini Priuilegijs Siculis indultis, ne quid pro exportationibus pendant, respondeo, recidere in idẽ, ac ideo dum non obstante generali, ac ex pacto promissa exemptione omnium vectigalium futurorum præter quod in expressis casibus fundatum est, imponi hoc posse, apertè sequitur, gratiosam, ac spontaneam hanc concessionem in generali prohibitione contentam momentum

19 de per se non facere † cùm præcipuè gratiosæ concessionis natura dictet, ne mutato iterum statu eum maximo Reipublicæ discrimine seruari debeat; nam si eo temporis aliena quoque licitè inuadun-tur, multò magis, & propria beneficia reuocari poterunt ad Bal doctrinam, *in l. quis se patris num.* 1 3. *C. vnde liberi*, bc. R. Apontè, *de potest. Proreg. titul.* 5. *numer.* 2 1. D. Valenzuel. *consil.* 9 9. *puncto* 2. *nu.* 2 9. vt latè quoque ex infinitis prosequitur Capyc. Galeota, *resp. vnico pro reuocatione demaniorum ex* D. Antonino Emanuele, Rodrig. & alijs iterum impresso, *tom.* 1 *resp. Fiscal. resp.* 2 3.

An verò priùs particulares largitiones, † stipendia (mercedesque omnes, quas dicunt) priusquam ad publica priuilegia Regnorum, & Communitatum deueniatur, excutiendæ, ac repetendæ sint? P. Diana egregiè determinare videtur, hoc in foro poli præmittendum; priùs, quàm ad vectigalia manus extendantur. *de pariamentis resolut.* 1 4. Ego quoquè idem firmaui, *in Coa. polit. ad leges Iacobi nola* 1 *nume.* 6. *&* 7 *fol.* 3. ac annis præteritis Regem supplex monui, quàmquè ex re erat sumptus, ac noua beneficia, ac casus summè necessarios moderari: nam quo pacto apud Deum excusari noua prodigalitas poterit, si eadem manu aliena iura lædantur, & concessa iam onerosis ex causis reuocentur; hæc satis. 20

Causa hæc Regio præcepto ex voto D. Præsidis, & Episcopi D. Petri Corsetti, D. Vincentii Girgenti tunc Supremæ Curiæ, Iudicis, nunc Regalis Patrimonii egregii Præsidis, meoquè terminata fuit; vt vectigal tarenorum trium pro instantibus necessitatibus, omnibus tunc notis ex singula frumenti salma exigeretur, fuitque ex Supremo Italici Senatus decreto probatum, ac exequi mandatum † D. Paternionensium Principe Regnum pro Rege moderante, cuius opera, ac suppetiis Mediolanensis Status, exercitusquè Catholicus adiutus, ac viribus adeo auctus fuit; vt non tantùm ex suis finibus hostem expulerit, verùm vsquè ad Pedemontanas Regiones persequi, multaq; oppida, ac munitas vrbes expugnare potuerit, cùm omnia in Demanio Regio seruasset, nec aliquid ex antiquo Patrimonio diuedidisset, Regnũq; in sum 21

ma sterilitate aunonæ in pace seruasset.

Hæc in casu præmisso scripsi, putans semper Regni consensum ad sui perpetuitatem necessarium fore,& mecum, DD. Corsetus, & Girgentius sentiebant, ac quòd vendi perpetuò iure nõ posset. Cęterùm in disputatione ab Henriquez proposita (quoad historiam, factique euentum) lugendum est, quòd cùm Philippus 2. Maximus Rex pietate, ac Pontificum precibus victus thesauros omnes † ex-
22 hausisset, tot damna in Flandriæ Patrimoniali statu expertus, vt Galliæ ab Hugonotica factione oppressæ (ne in manus hęretici, relapsique Regis incideret) opem ferret: hodie ob ram Catholicè, & piè gesta nepos eius integerrimus, ac mansuetissimus Rex pro gratia odiũ reporter, in propria, ac hæreditaria sede adortus, tot Prouincijs spoliatus, eorumdem hæreti-
23 corum ope, auspicijs, & † consilio, quibus aures Christianissimus Rex ob confectas ab eis, suique gregis scriptoribus fabulas præbeat, vt illismet aduersus Catholica Regna expugnanda vtatur: quasi Philipus 2. nõ religionis amore, sed Galliæ expugnandæ, ac occupandæ studio, & ambitione ad suppetias illas Catholicis ferendas motus fuerit. ob delitia, quæ Ioãnes Barclaius (dum inter Caluini Sectatores in Britannia morabatur) sub argumento Argenidis, de his factionibus contra Catholicum Regem, & Lorenensem, Guisaniamque domum, vt Henrico, ac Principibus hæreticis blandiretur, scripsit; quæuè peruersus ille Catherinus Dauila Græca, & Cretensi fide, historico stylo, sed fabulosa substantia retulit. Cùm Authenticis papyris, Pontificijsquè rescriptis, ac euidentiùs ex rei exitu constet, nihil aliud in animo Catholicissimi illius Monarchæ agitatum, quàm vt Hẽricus è vomitu, ac glandium siliquis ad mensam dominicam armis etiam post preces auo caretur: cui reuerso omnia ex fide, non expensis, non meliorationibus deductis, cõcederet, restitueretque, vt ex pace Ver-
24 nisia securum est, quod nisi Hispanus † Rex curasset iam omnis Gallia Caluini perfidiæ, vt Britannia cum Regis oppressione cõsensisset, in quẽ Enrici obstinatũ in Philippi hærede animum, vindictæq; cupidum summum numen vltore gladio insperato exitu, nec minùs in Dauilam somniatorem animaduertit, in quem (si otium æmulationes dedissent) aperto, ac lato calamo, veritate duce, pugna à me suscepta iam foret: nam Barclaij iuueniles errores omittendos potiùs, quàm ponderandos existimo.

Nec quòd Deus iusto suo iudicio Hispanorum res modò deprimi permittat factum illud à summa, sanctaquè Sede nõ approbatum modò, sed iniunctum, re ipsa animaduerti, ac Diuina manu plecti putandum est, nam alia sunt peccata, alii excessus, ob quos id euenire potest, cũ † 25
& optimos Principes, non semel præter spẽ correptos anteriora secula viderint. Diuus enim Ludouicus Francorum Rex cum fratre, totoque exercitu à Turcis victus, captusque fuit, dum sacram expeditionem aggreditur. aliauè exempla à Gallis in Baronium, in hoc quidem argumẽtum conducta.

Attendãt Ludouicũ præsentis Regis patrẽ in ipso ætatis flore è viuis præreptũ, alios quoque huius ingratitudinis, ac tyrannicæ factionis fautores etiam consumptos, & propriæ securitati, vitæ, & conscientiæ consulant. Nam Deus, ad finẽ postquã Hispanos corripuerit; Hereticos, Politicosque Atheistas eorum persecutores conteret: sicut enim per has persecutiones illos benè factorũ non pœnitebit † iuxta Augustini consilium in *cap.* 26
49 si quis autẽ de pœnit. distinct. 3. Ita nec isti persecutores per id, quòd hodie eis benè eueniat, impunè euadent Experimẽto verò docebuntur Hispani, hostibus suis, quos non beneficiis, non fide vincere possunt, opem non ferre. Quid enim pupillo Ludouico post remo defuncto ad sedãdos Galliæ tumultus, quid ad debellandos suos rebelles, Rocellẽses præcipuè Hispanus Rex operæ, ac impẽsæ omisit? vt in Gallorũ animis verè amicitiæ mutua officia exẽplo excitaret? si fortè

qui

minij, & rei suæ conseruatione agatur, quo casu non pauci Doctores Theologi posse fures, si aliter res seruari non posśit, occidi docent, quantò magis animalia, quæ herbam inuito Domino depascunt † pro noxa, & damno retineri vt ex traditis in *dict. quæst.* 16. *num.* 21. *eodem folio* 309. argui potest, ac ex eodem P. Diana † *resol.* 15. *tract.* 1. *Miscell. tom.* 2. *vers. Quia ego possum persequi furem*; & *tom.* 3. *tract.* 5. *Miscell. resol.* 90. *vers. Sed si potest occidere.*

5

6

7 Iterum cùm de retinendæ interdicto agatur, † causaque possessoria sit, ex traditis per Menoch. *remed. recuper.* 11. *num.* 8. laicus iudex (quia de facto ad iuris dānificati tuitionem agitur, & ne turbationes ex vsu naturalis iuris, quo retentio pro noxa datur, eueniant) iure merito se interponit, vt *d. quæst.* 14. *num.* 47. & per totum, & *quæst.* 16. *num.* 24. & iterum *quæst.* 22. sæpiusquè fundauimus id sine iurisdictionis Ecclesiasticæ læsione euenire præ maximè *quæst.* 67.

8 Demū, quia retentio † hoc casu cōpetens, sicut defensio, iuris naturalis effectus est, ante iurisdictiones iure ciuili, vel gētium fundatas, & dominis rerū debita *l. naturalis* 10. *D. de act. & obligat.* cū alijs supra *quæst.* 10. *num.* 67. conductis, quæ vè nulla positiua constitutione auferri, vel minui potuit, *l. ius palam, D. de iust. & iure*, §. *sed naturalia instit. de iure natur. gent. & ciuili. & cap.* 1. *distinct.* 5. *cap.* 3. §. *bis itaquè dist.* 6. & communiter Theologi cum D. Thoma 1. 2. *quæst.* 94. *art.* 5. *& quæst.* 100 *art.* 8. *&* 2. 2. *quæst.* 57. *art.* 2. *ad* 1. *& quæst.* 66. *art.* 2. *ad* 1. quē post Soto, Nauarr. Molinā, Valentiā, Salas, Suarez, Azor. & alios tuetur P. M. Arauxo in 1. 2. *quæst.* 94. *disp.* 2. *sect.* 2. *diff.* 1. *fol.* 586. licèt enim secundùm aliquos diuisiones, rerumquè proprietates † ius naturæ offendere dicatur, vt docuit Scotus *in* 4. *distinct.* 15. *quæst.* 2. Attamen verius est secundùm D. Thomam locis præmissis, cui communiter Theologi adhærent, quòd ius naturæ diuisiones nō prohibuit, licèt non illud, sed hominum ratio

9

ad maiorem humanæ vitæ vtilitatem eas induxerit, vnde eùm rationi naturali inhæreant, potius secundùm illud, quàm contra dici possent. Bene P. Arauxo loco præm: *dicto fol.* 588 *col.* 2 *vers. In secundo verò*, ibi: *Quia scilicet diuisio possessionum, & seruitus, non sunt inducta à natura, sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ, & ideo in hoc lex naturæ non est mutata per subtractionem obligationis, sed per quandam additionem, quòd non est inconueniens*, hæc ille. Ex quibus fit vt iam addita proprietatum diuisione in parte cuiquè contingenti, in iure naturæ insistētia, & terētio datur, ad illud Genesis, *quidquid calcauerit pes tuus, tuum erit.* Hæc ideo immutabilis est ex præmissis.

Non obstat D. Barbosæ doctrina ad *cap.* 10. *tit.* 2. *lib.* 1. Decretalium, nam illa verissima est, nec à quoquā sanæ mentis viro, nisi laudari potest: ipse enim de pœnis à statutis contra animalia damnū † inferentia loquitur, & de actione contra illa præstanda, vt patet ibi: *statuta laicorum pœnarum condemnationem, & exactionem imponentia aduersùs eos quorum pecora damnum dederunt, &c. non ligare Clericos.* Quod verissimum est, si pœna ex statuto petatur, nec obstare dicit, quòd asseritur contra animalia agi, quoniam inquit, *Ratio hæc non conuincit, cum omnino oporteat sententiam, & condemnationem pœnarum fieri in personam.* 10

Nos verò, vt ex præmissis patere pōtest, non de pœna, quę vltra damnum est, nec de vigore statuti, sed de damno, quòd est simplum, & valor, vel herbæ, vel frugum, arborumquè, nec de actione contra Dominum, sed de retentione animalium agimus, quæ contra eum in re inanimata dari potest, in re animata, licèt irrationali negari non poterit; hæc enim facti est à possessione, & detentione proueniens, quæ iure positiuo non tollitur *l.* 1. § *si vir uxori*, ibi: *Quoniam res facti infirmari iure ciuili non potest, D. de acq. possess.* Inde in damno à quadrupede dato actio tunc datur, cùm animal † penes Dominū est, cui electio, vt posśit animal tradere, vel no- 11

noxam soluere permittitur *l. 1. in principio, vers. Lex voluit aut dari id, quod nocuit idest animal, aut æstimationem noxiæ offerre, D. si quadr. paup. feciss. dic.* Sed reuera ius in caput animalis est, vt *ibid. §. & cum,* ibi: *Noxa caput sequitur*, & *§. planè*, vbi mortuo animali, actio perit. Retentio ergo negari non poterit, vsque dum viuat; nam cui actio, eidem & potiùs retentio præstatur *l. si per retentionem 4. C. de vsuris.*

QVÆSTIO LXXXII.

An iudex Ecclesiasticus possit punire laicum, qui commisit crimen sacrilegij?

EPITOME.

1 *Sacrilegij crimen à quo iudice puniendũ sit?*
2 *Iudice seculari negligente in sacrilegij punitione intrat Ecclesiasticus.*
3 *Compilatorum imperitiam Hostiensis, & alij deplorant.*
4 *Electio, vt sacrilegi sub quoquo iudice conueniantur, in quo casu procedat?*
5 *Cardinalium occisores à quo puniri debeãt?*
6 *Clericorum res quoad sacrilegium incurrendum, quo iure habeantur?*
7 *Consecratæ Ecclesiæ res à bonis Clericorum satis differunt.*

1 LVcius III. siue Alexander III. Pont. Max. † in *cap. cum sit generale 8. de foro competenti*, ita rescripsit. *Cum sit generale, vt actor forum rei sequatur (conueniens tue est, vt apud Iudices seculares raptores priùs conueniantur, sed si iustitiam exhibere con-*
2 *tempserint, aut Iudices † ex quacunque causa fuerint negligentes, quia iudicandi sunt sacrilegi ab Ecclesia, de crimine illo censuram poteris in eos Ecclesiasticam exercere.) Verùm quoniam seculares iudices in exhibenda iustitia personis Ecclesiasticis sæpè in iudicio sunt remissi, in fauorem Ecclesiæ est introductum, vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium Locorum Rectores possint sub quo maluerint iudice conuenire.* Ex hac Decretali, quæ à me ex integro corpore restituta est (licèt cum antiquo textu pugnare videatur) Canonistæ insistunt omne sacrilegium mixti fori esse debere; atque eorum aliqui huius Decretalis priuilegio etiam Clericos gaudere, quos D. Barbosa in *collect. lib. 5. tit. 23. ad cap. 2. num. 9.* sequi videtur, quem absolutè P. Diana sequendum existimauit.

At ego Decretalis vero tenore attento, subsidiariam Ecclesiastici iudicis iurisdictionem in ea excitari video, ob secularis Iudicis remissionem, vel negligẽtiam; vnde deceptos Scribentes ex † cõ- 3
pilatorum breuitate dubitari potest, quorum imperitiam Hostiensis Ioan. Andr. & Card. sæpe deplorant in *cap. fin. de præscr.* Ad id etiam moueor, quia cùm hæc Decretalis in posteriori sui parte ad antiqua iura se referat, quibus † electionem 4
datam esse affirmat, cùm illa diligenter inuestigauerim, nullibi hanc præstari inueni, nisi tantùm, vbi seculares Iudices conniuerent, vt in *cap. 22. de rebus 13. quæst. 2.* ibi: *Vt priùs consulatis Principem ad resecandam tam præsumptiuam factionem*, & in *cap. 23. de presbyterorum 17. quæst. 4.* cùm contra sacrilegos excommunicationem Nicolaus Pontifex indicat, de illis se id præcipere declarat, quos secularis iudex castigare contempserit, ibi: *Scilicet, qui seculari brachio minimè coercentur, iuxta præceptum Domini placet, vt primo fraterno amore conueniantur, &c.*

Hinc D. Gregorius *epist. 33. lib. 4.* ad Constantiam Galliæ Reginam, de qua in *cap. cum deuotissimam, & sequenti 12. quæst. 2.* cùm inuitum à potestate laica sacrilegium cuiusdam Episcopi literis accepisset, Legatum ad Reginam se missurum scribit, vt inquit, *Fratribus eiusdem Prouinciæ in vnum congregatis immunitas violata, præsumptio, & sacrilegium Canonica auctoritate, & vestra Regia dignitate talem terminum accipiant, ne possibac membra diaboli filij nequam in Sancta Ecclesia (te etiam ibi regnante) talia præsumant.*

Demum, quia Bonifacius VIII. iuris consultissimus vir, atquè immunitatis, iurisdictionisquè Ecclesiasticæ maximus fautor, dum in *cap. felicis 5. de pœnis in 6.* oc-

qui pactionum vinculis non mouerentur, beneficijs mutauisset: cùm eodem tempore ipsi contra fidem in vltima pace datam Olandis, Zelandisquè Sectarijs, ac Hispani rebellibus pecunia, ac militibus iuuarent. Videndi Iulius Cerro ad Baltasardum *fol.* 117. Abbas Fossati in *Mem. Historicis fol.* 100. vbi de gratiarum actione à Ludouico Rege Gallo cum Dom. de Botru Legato ad Hispanum missa testatur, quæ satis à veritarem sectante, nullisquè beneficiorum vinculis præter naturalem ad meum Principem amorem: impulso, dicta sunt.

QVÆSTIO LXXX.

An Clericus coniugatus cum vnica, & Virgine, vestes Clericales, & tonsuram deponens, si postea illas reassumat, gaudeat priuilegio fori?

EPITOME.

1 *Clericus coniugatus reassumens habitum a gaudeat pr iuilegio fori?*

2 *Clerici in minoribus ex continua habitus dimissione Clericatui renunciasse censentur.*

3 *Habitus continua delatio coniugatis indicta est.*

4 *Clericus coniugatus, qui dimisso habitu deliquit, quando licitè habitum areßumat.*

1 MVlta de Clericis coniugatis † supra *quæst.* 51. ex Innoc. Ioan. Andr. Abbate, & alijs Canonistis annotauimus; & circa habitus dimissionem alia ex *quæstione* 34. hauriri possunt; cùmquè Clericorum coniugatorum gradus in Latina præcipuè Ecclesia debilissimum ius inter cæteros obtineat, non mirum, si non facilis ad illum reuersio conceditur, per eosdem, qui eam in verè, & propriè Clericis controuertunt, & cùm hi † ex habitus continua dimissione Clericatui renunciasse videatur, quanrò magis coniugati

2

impropriè, ac per quandam conniuentiam pro Clericis ex dispensatione habiti, vt præmissis locis ostensum est. Quoties ergo renunciatio in illis temporanea est, in his perpetua censeri debet, qui vxoribus, & seculo addicti sunt, quibus † continua habitus delatio indicta videtur, ex repetita conditione in Bonifacij VIII. Constitutione in *capite vnico de Cleric. coniugatis in* 6. ibi: *Si tonsuram, & vestes deferant Clericales*, & in fine ibi: *Vel nisi (vt præmittitur) tonsuram, vel vestes ferant Clericales*, ad cætera argumenta Auendañ. *libro* 1. *capite* 22. *num.* 15. adeundus erit. Attendendaquè declaratio Sacræ Congregationis nouissimè à D. Barbosa ex Stefano Vucnis relata in *collect. ad Concil. Trident. sess.* 23. *capite* 6. *num.* 43. *folio* 208. vbi attestatur Sacram Congregationem censuisse *Clericum* † *coniugatum, qui post dimissum habitum, & tonsuram Clericalem ad curiam laicalem, ob delictum in ius vocatus, & in contumaciam condemnatus est, adstringi non posse personaliter à Iudice laico, vel in carcerem conijci, si assumpto habitu, & tonsura Clericali deseruire inueniatur verè, & non infraudem alicui Ecclesiæ*: Quæ præmissæ Decretali (à Concilio ad vnguem firmatæ *dicto capite* 6.) nimis obstare videtur, communiquè traditioni, contra Clericos minorum Ordinum (supra relatæ *quæstione* 24.) qui dimisso habitu deliquerunt; cùm ex dicta Bonifacij Constitutione strictiùs cum coniugatis super delatione habitus agatur, conditione illis sine qua non imposita, vt supra, & locis relatis probatum est, quę an vera sint, tuum Pater Sanctissimè esto iudicium.

3

4

(·.·)

QVÆSTIO LXXXI.

An iudex laicus possit procedere contra animalia, & pecora Clericorum, quæ in alienis pascuis reperta sunt?

EPITOME.

1 *Animalia Clericorum in alienis pascuis reperta, an pignorari possint?*
2 . . . *possunt à quocumque priuato pro damno retineri.*
3 *Damnū ex pastu herbæ ob moram duplex.*
4 *Actio directa, abductis animalibus è pascuorum loco, cessat.*
5 *Animalia, Dominiquè pastum inuito Domino sumentes noxam, & furtum admittunt.*
6 *Fur persequi à priuato potest, vt rem dimittat.*
7 *Iudex laicus in possessorio interdicto quo casu se interponat ad factum.*
8 *Retentio iuris naturalis effectus nulla positiua constitutione tolli potuit.*
9 *Diuisiones rerum an cõtra ius naturæ sint?*
10 *Pœna vltra damni æstimationem à Clerico per laicum exigi non potest.*
11 *Animal noxam, damnumquè soluit, non Dominus.*

FElinus post antiquiores in *cap. Ecclesia Sancta Maria num.* 104. *vers. Quintum de Constit.* ingenuè † animalia huiusmodi pro damno retineri à quocumquè posse fatetur, estquè egregia Afflicti doctrina in Constit. Regni per partes Apuliæ *num.* 9 *tit. de animal. in past. affidandis* alios citat Mastrill. *decis.* 49. *num.* 12. Et quòd iudex laicus id præcipere possit, ex Gutterrio, Boerio, Grasso, Grāmat. & Personali docui in *Cod. Polit. nota* 35. *ad leges Iacobi fol* 30. *col.* 1. vers. *Nec refragatur.*
1

Ratio, quæ ibi affertur, hæc est, quòd cùm animalium retentio pro damno, & pastu † vnicuiquè damnum passo permittatur, per pignorationē, quæ sine iurisdictione fit, multò magis cuicumquè iudici resarcitio permittenda erit, *ad l. si*
2

altius, § belliss. vbi Bart. *D. quod vi, aut clam. Gloss. in § multis autem modis*, verb. *Transitum instit. de libert.* Gullel. Bened. *in cap. Raynuntius verb & vxorem ex num.* 454. *Dolana decis.* 30. Quibus D. Augustini non semel à me relata auctoritas suffragatur ad Parmenianum, cum alijs ad rem conductis suprà *quæst.* 14. *n.* 32. *fol.* 277. vbi ad præmissos præter Salgadum, & Salcedum, cū Baldello attexui id negare non auso *lib.* 5. *Theolog. moral. cap.* 40. *num.* 12. vers. *Et quemadmodum vnusquisquè*, qui fortiùs docet, aliquid plus Principi licet laico, quàm priuatis in hac materia concedendum esse. Itemm ego *quæst.* 15. *num.* 12 *fol.* 298.

Accedit altera, quòd cùm id frequentiùs in desertis locis (vbi iudex deest, accidat, efficiaturquè ius damnificati † ex mora deterius, nam vel maius damnum ex continuato depastu excrescit, vel ex abductione è loco vbi pascua sumpserunt actio directa † contra animalia cessat, ex his, quæ docent post Salicetum alij in *l. summa*, *C. de pignor. ex l. huius enim* 6. *D. qui pot. in pign. hab* Menoch. *retup. remed.* 11. *num.* 8. verè doctus Garcia *de expens. cap.* 4. *num.* 3. Surd. *de clim. tit.* 8. *priuileg.* 62. Marius Giurba *decis.* 60. & post innumeros Amatus Siculus *resol.* 7. *num.* 14. & 15. qui cùm de animalibus laicorum facilis conuentionis, & exactionis loquantur, maiori cum ratione quoad illa Clericorum attendendi sunt, cùm isti potentiores, difficilisquè conuentionis sint, Gregorio Nono Pontifice Max. teste in *cap.* 2 *de alien. iud. mut. caus. facta*, vers. *Qui potentiorum patrocinium, &c.* 3 4

Meritò & retentio, & cuiuscumquè iudicis aditio admitti debet, per ea, quæ ex Moderno de iure belli *libr.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. diximus suprà in congruenti huic *quæst.* 16. *num.* 22. *fol.* 309. dum ibi sustinuimus, Ministros, custodesquè finium Clericos vetitas res extra Prouinciam exportantes de facto coercere posse, ac retentione vti, quæ fortiùs assumptum præsens conuincunt, cum ibi de iuris, ac præeminētię Regalis tuitione, hìc de domi-

5 occisores Cardinalium † exquisitis pœnis pro merito insequitur, infandumque sacrilegium magnificis verbis detestatur, nullibi tamen vindictam temporalem, ad Ecclesiasticum iudicium refert, quinimmo licet pęnas addat, attamen Principum sæcularium officium ac manus excitat, ibi: *Per hoc quoquè sæcularibus Potestatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduersus sacrilegos Catholici Principes ediderunt*, & post aliqua, *Quapropter si Princeps, Senator, Cōsul, Potestas, vel alius Dominus, siue Rector contra præsumptores prædictos præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari, tàm ipse, quàm Officiales ipsius intra mensem, postquam res ad eorum notitiam peruenerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant*. Hæc Pontifex, per quæ euidentiùs paret cognitionem huiusmodi secuları iudici primò priuatiuèque spectare, nec nisi ob eius conniuentiam Ecclesiasticos Prælatos ad censuras recurrere; vt attentè legenda sint, quæ contra hanc assertionem à Scribentibus tradūtur, vt quę apertissimis Canonibus obuiam eunt. Addendaque hæc Ceuallo, *q*. 59. à P. Diana citato in tract. *de cognit*. Quod verò de æquiparandis in hoc Eccle
6 siæ, rebus † Clericorum dicitur, nullibi in toto iure id caueri video, quinimo D. Gregor. *dict. cap*. 8. *cum deuotissimam* id apertè distinguere, ac separare, ibi: *Iuliani Fratris, & Coepiscopi proclamatio nuper contristauit: maximè cùm villa sua, IDEST ECCLESIÆ à nequissimis prædonibus sunt deprædata, &c*. Vbi ne pro patrimoniali Episcopi villa se statuere argueretur, se clariùs explicare voluit, de Ecclesiæ villa loqui, pro qua Bonifacij prioris Constitutionē induxerat, qua sacrilegi, qui simile præsumunt, declarantur in *cap. nulli liceat* 12. *quæst*. 2. vbi ex ratione, Ecclesiæ bona à Clericorum patrimonio distinguit, ibi: *Quod domino fuerit consecratum, † siue fue-*
7 *rit homo, siue animal, siue ager, vel quidquid semel fuerit cōsecratum, sanctum sanctorum erit domino, & ad ius pertinet Sacerdotum*, &c. Vnde patet, primariam in hac re decretalem, ad quam D. Gregorius se refert, de consecratis Ecclesiæ rebus locutum, ad patrimoniales Ecclesiasticorum res porrigi iurè non posse, faciuntquè tradita per me sup. *q*. 39. & 42. cx probatissimis Canonū interpretibus, hæc in tributarijs causis manifestè distinguentibus, quæ hic repetita volo.

QVÆSTIO. LXXXIII.

An quædam doctrina Siluestri de gabella soluendā à Clericis super pane, & vino, sit vera?

De hac latè ex eisdem Auctoribus iisdem locis adductis, actū est supra *quæst*. 46. ad quæ recurrere breuitatis gratia libeat.

QVÆSTIO. LXXXIIII.

An Episcopus possit visitare Hospitale, etiam si à Patrono ipsius in fundatione aliter cautum sit, & maximè consentiente ipso Episcopo?

In hac quæstione omnimodo traditis à P. Diana adhærēdum puto, nec aliquid otiosè addendum, cum omnia ex veris iuris principijs constent.

QVÆSTIO. LXXXV.

An Tertiarij D. Frācisci seu Bizochæ, vel Beatæ, vt vocant, gaudeant priuilegio fori, & possint consequi legatum relictum pro Monachatu?

EPITOME AD QVÆST. 85. *omissis duabus*.

1 *An Tertiarij Sācti Francisci gaudeant priuilegio fori?*

2 *Concilium Lateranense Tertiarios quo pacto ab Ordinarijs exemerit?*

3 *Tertiarij, & Tertiariæ nisi Collegialiter viuant, Ordinario subiecti sunt*.

4 *Tridentinum Concilium de Ecclesiasticoforo fruentibus apertè disposuit*.

5 *Foro Ecclesiastico nemo gaudere debet, qui Deo totaliter addictus non sit*.

6 Or-

6 *Ordo, & plena conuersio statum Laicum mutant.*
7 *Tertiarij, nisi se, & bona Conuentibus addixerint, foro non gaudent.*
8 *Concilij declaratio super verbo Concilij dubio eadit.*
9 *Relicta ob Monacatum quando debētur Tertiarijs?*
10 *Monacatus appellatione quid veniat?*
11 *Communis loquendi vsus semper attendendus.*

AD præsentis quęstionis resolutionem multa præmittenda sunt. Primo arduam hanc disputationem ante vltimum Lateranense Concilium tempore Leonis X. inter Scribentes fuisse: † an fratres, sororesque huius Regulæ ab Ordinarij Ecclesiastica iurisdictione, & correctione exempti censeri deberent? Pontificibus aliquibus, qui prius easdem regulas professi fuerant, satis plus sui Ordinis Prælatis indulgētibus, ac Ordinarios Prælatos præiudicātibus, vt patet ex Bullis Nicolai V. Sixti X. & aliorum, quæ reuera priuilegia potiùs, quàm iura existimanda sunt, ne tertijs, tàm Ordinarijs, quā, quod potius est, secularibus Principibus officiant, vt patet ex scriptis per Calderinū, cons. vlt. de regul. Ioan. Andr. *in cap. dilecta, de maior. & obed.* Abb. *in Rubr. eod. tit. ex nu.* 1. Roman. *cons.* 357. *num.* 14. & 15 vbi Mandos. *in fine*, Card. Paris. *cons* 40. *nu.* 14. *lib.* 3. Marsil. *singul.* 354. *at ienae ad vnum in fine*, Alex. ad Bart. *in l. semper, §. quibusdam in principio, D. de iure immun.* Capic. *decis.* 10. *n.* 3. & 17. quorum opinionem nouiter secuti sunt, Menoch. *de Arbitr. casu* 56. *in add. num.* 11. & *casu* 221 *in addit. num.* 32. & 33. afferēs Rotā *decis.* 591. *num.* 7 *p.* 1. *diuers.* vbi sic decisum, Rossentall. *de feud. cap.* 7. *concl.* 30. *num.* 28. Carol. de Graff. *eff.* 1. *num.* 93. & *post innumeros*, Ceball. *p.* 2. *quæst.* 61. *num.* 24 *in tract. Violent.* D. Barbosa, *de potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 12. *num.* 41. vbi alij afferentes tunc gaudere.

At ex priscis Scriptoribus Fulgosius, *cons.* 241. *ad finem num.* 2. *versic. Non mouet*. tenet hos pro Ecclesiasticis personis ob probatam à Nicolao 3. Regulam habendos fore, Socc. *in cap.* 2. *num.* 21. *col.* 6. *versic. Nona declaratio ad medium, de foro competenti*, Felinus *in cap. dilecta* 12. *col.* 2 *in princ. incipio*, versic. *Vide etiam num.* 2. *de maior. & obed.* Ducuntur ex Rota in antiquis, *decis.* 1. *de regular.* vbi loquitur de mulieribus intrantibus Monasteria Canonicę approbata, donec nō profiteātur, nec matrimonium ineant, concluditquè primò ex I. Andrea, has aliqua immunitate non gaudere; postea refert aliorum opinionem, quod dum religiosè viuunt, priuilegio immunitatis instar Clericorum simplicium gaudere debeāt, quodquè ita Rota tenet, & *decis.* 8. *de iure patron.* inter easdem. Vbi quòd merè Seculares dici non possunt, quòdquè viduę miserabiles censentur, priuilegioquè Canonis gaudent. Item mouentur ex doctrina Bart. *in d. l. semper, § quibusdam, D. de iure imm.* vbi exemptas à iurisdictione seculari asserit, licèt contrarium seruetur, Abbas quoquè *in cap.* 2. *num.* 11. versic. *Hæc etiā faciūt pro fratribus, de foro compet.* vbi quòd hæc sententia æquior, altera verò verior videtur. Ex Neotericis, Decianus *lib.* 4. *c.* 9. *num.* 34. *ad medium*, Magdal *de num. test. cap* 2. *num.* 32. *ad num.* 34. Rust. *in l. cum auus lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 17. *de cond. & demost.* Gratian. *discept.* 413. *ex num.* 38. & *cap.* 449. *num.* 7. *tom.* 3. Rodriguez *in quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 65. *art* 5. Basil. Pont. *de imped. matr. causa* 27. *cap.* 9. §. 5. Portell. *in dub. regul. verb. Tertiarij nu.* 7. Piasec *in praxi Episc. nouiss. p.* 2. *cap.* 3. *art.* 7. *num.* 11. Cherub. *in Comp. Bullarij tom.* 1. *const* 22. *Leonis X. Sch.* 2. quos P. Diana in præsenti secutus est.

Secundò suppono in Concilio Lateranēsi ad Ordinariorum, Ecclesiasticorū querelas, huic controuersiæ occursum, *sessione* 11. *in fine*, qua cauetur: *fratres hos, sororesquè ita demum ab Ordinariorum Ecclesiasticorum † censura exemptos, si viri collegialiter viuant, & mulieres virginalem, seu cælibalem, castamquè vitam expresso voto sub religioso habitu duxerint*, quod idem sua Cō- 2

sti-

ſtitutione anno 1518. declarauit, quo
ad mulieres etiam, ſi in proprijs, aut
conſanguineorum domibus vitam duce-
rent, in quo à præmiſsis Rotæ deciſioni-
bus, ac ipſo Concilio receſsit. Cui tena-
cìter adhuc Scriptores grauiſsimi inſiſtũt
putantes decreto Cõcilij omnino ſtandũ
eſſe, vt quod omnium, & rationi con-
ſonent, quos affert Barboſ. dicta allegar.
12. Menoch. Carolus de Graſsis, Roſen-
tal. cum alijs per eos relatis, fuitque *in d.*
deciſ. 561. Rotæ deciſum, vt nempè hu-
iuſmodi instituti, tàm viri, quàm mulie-
3 res, niſi votis emiſsis collegialiter † vi-
uãt, ab Ordinarij iudicis cognitione exẽ-
pti non ſint, Card. Tuſch. verb. *fratres cõ-*
cluſ 470. *n.* 4 *& verb. Beguinæ concl.* 22.
Viuius, *deciſ.* 48 *p.* 1. Eugen. *conſ.* 26. *Bo-*
uad. tit. 18. *num.* 202. 265. *&* 288. Se-
quitur egregiè ex more D. Vico *ad prag.*
Sardiniæ tit. 7. *cap.* 14. vbi id expreſsè ſta-
tutum eſt, *&* §. 40. *gl.* 1. *fol.* 209. *tom.* 1.
Giurb. *ad conſuetud. Meſſ. cap.* 3 *gloſ.* 4.
num 25.

Tertiò demum ſuppono in Concilio
4 Tridentino, † id expreſsè actum eſſe, vt
certæ de Religioſis, & Eccleſiaſticis per-
ſonis leges ſtatuerentur, quiuè foro, quo
ad Principes gaudere debuiſſent, *vt ſeſſ.*
23. *cap.* 4 *& cap.* 6. vbi de prima tonſura
initiandis, de Clericis minorum Ordinũ,
& de coniugatis actum eſt, non fortuitò
ſed Principum Legatis inſtantibus, ac la-
tas opiniones Canoniſtarum in huiuſmo
di exemptionibus ad certam methodum
declarari inſtantibus, vt alibi Epiſcopum
Couarruuiã, qui Concilio interfuit, teſta-
tũ fuiſſe firmauimus, ac hiſtoriã Concilii
tradidere nõnulli, vt qui eã perlegerũt, mi
hi (dum Ianuæ eſſem) teſtati ſunt, ex qui-
bus decretis, intentione ſtatuentium attẽ-
ta arguunt quàm plures, foro Eccleſiaſti-
5 co † neminem ſine perpetua Eccleſiaſti-
co Ordini, ac ſeruitio addictione gaudere
poſſe, quæ talis ſit, vt ſtatus omnino mu-
tetur, recepta illa veriori in puncto iuris
opinione, de qua Abbas noſter in *cap.* 2.
de foro compet. *vbi num* 6. vbi ſequitur,
Gloſſam ibi in verb. *Deputatos*, vbi quod
vt gaudeant foro, debent eſſe perpetuo, & effi-
caciter oblati. Item & Innoc. IV. Pontifi-
cem, in *capit. ſignificantibus. de officio de-*
leg & in cap. 2. *de maiorit. & obed.* vbi do-
cuerat Clericos ideò exemptos, *quia res*
ſpirituales ſunt: & ex toto corpus, & animã
ſe in ſeruitium, & ſortem Chriſti D. ſe dede-
runt, deputaueruntque, & *num.* 10 loqui-
tur de Eremitis, de fratribus tertii Ordi-
nis, & de Ieſuatis antiquis, dicens. verius
eſſe, hos non gaudere, vtiturque hac eadẽ
ratione, quam Concilium amplexum vi-
detur concluditquè, *& quia cum ſint nati*
Laici, nec interuenit aliquis actus eos exi-
mens à iuriſdictione Imperatoris, † *vt ordo. &* 6
plena conuerſio, debent adhuc laici reputari,
vt ſuprà dixi, aliàs eſſet in optione cuiuſque
ſe eximere à iuriſdictione ſui iudicis, & redi-
re quando vellet, dixerat idem ſuprà ante
num. 10. verſ *Non enim interuenit aliquis*
actus. Hinc Gabr. Pereira cum aliis infrà
citandis, quæſt. 98. per Concilium ex-
cluſos omnes, qui illis requiſitis carerent
tutè cenſuit. Et hoc ſenſu dicti Pius V.
Sãctiſsimus, & pijſsimus Pontifex, itidẽ-
que Gregorius 13. Decretalium reſtau-
rator Iuriſconſultiſsimus vir huiuſmodi
homines, ac mulieres tunc de Eccleſia-
ſtico foro eſſe præceperunt, † quando hu- 7
iuſmodi in communi viuentes bona ſua
Conuentibus addixerint, vt ex eorum cõ
ſtitutionibus patet annis 1568 & 1575.
incipit hæc. Ex benignitate. quibus fretus
id nouiſsimè in Sardiniæ Regno ſeruari
Rex noſter ſtatuit, *tom.* 2. *pragm. tit.* 20.
cap. 7. *fol.* 15 omnibus Conſtitutionibus
in id adductis & in hunc ſenſum refert
Sel. *in ſelect. can. cap.* 8. *nu.* 3. *per S. Congre-*
gationem Epiſcop. in vna Piſtorienſi 20. *De-*
cembris 1616. *deciſum*, Tertiarias tria vo
ta non emittentes, nec clauſurã ſeruantes
poſſe ab Ordinario cognoſci, ſequitur, D.
Barb. *in collect. ad Concil. ſeſſ* 25. *de regula-*
ribus cap. 2. *num.* 5. *verſ. Tertiariæ, in nouiſ-*
ſima, auctaquè editione. fol. 373.

Ex quo patet reuocatam alteram de-
clarationem à Gratiano relatam, *diſcept.*
449. *num.* 8. *&* 9. *tom.* 3. vbi dicitur hu-
iuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem vo
tiſ-

inde Campani apud Liuium, *lib. 7.* cùm pro Sidicinis bellum Samnitis intulissent, aiebant, *verbo pro Sidicinis, re autem pro nobis, cùm videremus populum nefario latrocinio Samnitum peti, & vbi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse.*

Huic autem sententiæ communis omnium Theologorum consensus apud Hispanos accessit, vt nempè pro bello in Flandria, ac Italia vigente nouæ indictiones excusari non possent, non tantùm verò à Laicis, verùm quoque & à Clericis pendenda: nam & ob solam belli suspi-
14 cionem, † id admiserat Remigius de Gonnis, *de charitat. subsidio, quæst. 62. nu. 42.* Dum tamen suspicio probabilis sit Decius *cons.* 103. Albericus Gentilis *dict. lib. 5. cap. 14. fol. 99. ad illud,* Ciceronis, *de magnis periculis inquirenda omnia, multa audienda, non credenda omnia, cauenda tamen omnia.* Ego *in C. Siculo ad l. 22. Federici nota 24. fol. 143.* post Castillum Sotomaior, *tom. 7. cap. 9. num. 31. post mille,* Georg. *in repetit. feud. part. 1. cap. 57. numer. 36.* post multos Theologos, quos allegat.

Iterum Vassallus, qui domino suo in
15 Prouincia, † vbi beneficio potitur, seruire tenetur, ac armis operè præstò adesse, tenebitur quoque & extra Regni fines progredi, si incursus timeatur, ac arceri in remotissimum etiam locum opus sit. Ita de Baronibus Regni Neapolitani pronũciauit Camerarius *in l. Imperialem fol. 34. tergo de probib. feud. alienat.* Andreas de Georg. *de feud. lib. 1. cap. 57.* Tassonus, *de antefat. fol. 228. num. 237. & fol. 294. num. 21. post alios, quos allegat.* Ego *in C. Siculo ad legem 4. Iacob. not. 52 fol. 76.*

Quorum omnium ratio illa est, & quidem efficacissima, quòd vassallorum, cœterorumque subditorum erga eorum Principem obligatio, quæ ex Gentium iure procedit, verborum vinculis, ac nudo sensu non præstringitur, sed latitudinem quandam moralem admittit, qua casus omnis auertendi periculi in re summa vertens comprehenditur omisso omni Iuris scripti rigore, † vt in his terminis dis- 16
scurrit Pater Contzenius *in lib. 10. politicorum cap. 9. propositione 4.* affirmans ius gentium seruandum esse, quo præuentio, aliamque antiuersotia remedia inducta sunt.

Quòd si hæc vera existimes, consequitur Regni legem sub Iacobo inuasionis nomine præuentionem, & diuersionem quoque continere; quippe quia proximum periculum, ac imminens pro præsenti habetur, Molfes. *in summa tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 64. DD. Scribentes pro vectigali ferici:* nec negare audet Gloritius, vt aduertit Diana *resolut. 15. de Parlamento.*

Proponitur autem ad quæstionem, de qua agitur † Mediolanensis Status inua- 17
sio, qui iure merito antemuralis Italiæ existimatur; quo neglecto, vtraque Sicilia præsentium bellorum pondus, & turbines sustineret, cùm per præterita exempla edoceamur, nusquam hæc Regna pacem, quousque Prouincia illa in manus Imperij recciderit, ac Regi nostro concessa foret, obtinuisse, quam quidem intelligentiam ipsa Iacobi lex suadet ex illis verbis (*vel euident imminere iactura*) in quibus ab actuali inuasione ad futurum periculum differentiam nullam constituere videtur, imò pari iure censendas. Quòd si discrimen aliquod constituendum foret inter actuale, & instans periculum, id tunc locum haberet, vbi de instanti aliqua dubitatio superesset, non vbi certitudo moralis interueniret, vt propositi casus species suadet, inimici nempe potentia, obstinatio, Principum Italiæ somnolentia, & proprij periculi neglectio Pontificis dissimulatio, cuius esset hæc omnino componere, Nepotum in Gallicas partes manifesta propẽsio, virium nostrarum debilitas, infortunia, casus aduersi.

Secũdò moueor fortioribus exemplis. Nam si multi, magnique nominis Theologi; hique ad adoriendos in suis finibus, hostes tributa licitè pendi, ac huic legi dispensari in cęteris Comitijs consul-

suluere, vel ad debellandos Flandriæ rebelles, qui ab Italia longissimis distant spatiis; multo magis & hæc sententia amplecti hodie debet, quando Mediolanensis Status iactura ob magnos Galli Regis apparatus, ac hostium numerum timetur, ac ne incendium ad nos trāsferatur, extinguere totis viribus conamur.

18 Tenendum ergo est, vectigal † præmissum imponi licitè posse, durante præsenti bello exigendum: perpetuò tamen (nisi Regnum cōsensum in Comitijs præstet) sustineri minimè posse, per eaque Petrus Gregor. *de concess. feud.* & alij siculi cōmuniter tenent, ac exemplis tuentur, quos Diana refert.

Contrarijs verò argumentis ita responderi potest, ad primum nempè pactum illud inter Iacobum Regem, & Siculos, siuè ex rei natura, siuè ex verborum latitudine præsentem casum comprehendere, saltem vt Regnum consentire debeat, vt satis in nostræ opinionis fundamētis probatum est, & prætèr adductos optimè fundat Aluarez *in Thesauro Christianæ Religionis, cap. 41. de bello iusto ex num. 11. ad 18. bellum* (inquit) *pro iniuria propulsanda dicitur, quando quis actualiter non offenditur, sed verisimilitèr offendi dubitat; nam nō debet expectare offensam, sed se præparare, & offendere, ne offendatur ex* regulis traditis à Solomonio, *in l. vt vim de Iust. & iur.* Farinac. *quæst. 125. num. 74.*

Ad alterum de Martini Priuilegijs Siculis indultis, ne quid pro exportationibus pendant, respondeo, recidere in idē, ac ideo dum non obstante generali, ac ex pacto promissa exemptione omnium vectigalium furitorum præter quod in expressis casibus fundatum est, imponi hoc posse, apertè sequitur, gratiosam, ac spontaneam hanc concessionem in generali prohibitione contentam momentum
19 de per se non facere † cùm præcipuè gratiosæ concessionis natura dictet, ne mutato iterum statu cum maximo Reipublicæ discrimine seruari debeat; nam si eo temporis aliena quoque licitè inuaduntur, multò magis, & propria beneficia reuocari poterunt ad Bal. doctrinam, *in l. qui se patris num. 13. C. unde liberi*, Joe: de Apontè, *de potest. Proreg. titul. 5. numer. 21.* D. Valenzuel. *consil. 99. puncto 2. nu. 29.* vt latè quoque ex infinitis prosequitur Capyc. Galeota; *resp. vnico pro reuocatione demaniorum ex* D. Antonino Emanuele, Rodrig. & alijs iterum impresso, *tom. 1. rep. Fiscal. rep. 23.*

An verò priùs particulares largitio- 20
nes, † stipendia (mercedesque omnes, quas dicunt) priusquam ad publicā priuilegia Regnorum, & Communitatum deueniatur, excutiendæ, ac repetendæ sint? P. Diana egregiè determinare videtur, hoc in foro poli præmittendum; priùs, quàm ad vectigalia manus extendantur. *de parlamentis resolut. 14.* Ego quoquè idem firmaui, *in Coa. polit. ad leges Iacobi nola 1. nume. 6. & 7. fol. 3.* ac annis præteritis Regem supplex monui, quàmquò ex re erat sumptus, ac noua beneficia, ac casus summè necessarios moderari: nam quo pacto apud Deum excusari noua prodigalitas poterit, si eadem manu aliena iura lædantur, & concessa iam onerosis ex causis reuocentur? hæc satis.

Causa hæc Regio præcepto ex voto D. Præsidis, & Episcopi D. Petri Corseti, D. Vincentii Girgenti tunc Supremæ Curiæ, Iudicis, nunc Regalis Patrimonii egregii Præsidis, mecque terminata fuit; vt vectigal tarenorum trium pro instantibus necessitatibus, omnibus tunc notis ex singula frumenti salma exigeretur, fuitque ex Supremo Italici Senatus decreto probatum, ac exequi man-
datum † D. Paternionensium Principe 21
Regnum pro Rege moderante, cuius opera, ac suppetiis Mediolanensis Status, exercitusquè Catholicus adiutus, ac viribus adeo auctus fuit; vt non tantùm ex suis finibus hostem expulerit, verum vsquè ad Pedemontanas Regiones persequi, multaq; oppida, ac munitas vrbes expugnare potuerit, cùm omnia in Demanio Regio seruasset, nec aliquid ex antiquo Patrimonio diuēdidisset, Regnūq; in sum

minij, & rei ſuæ conſeruatione agatur,
quo caſu non pauci Doctores Theologi
poſſe fures, ſi aliter res ſeruari non poſsit,
occidi docent, quantò magis animalia,
quæ herbam inuito Domino depaue-
5 runt † pro noxa, & damno retineri vt
ex traditis in *dict. quæſt.* 16. *num.* 21.
eodem folio 309. argui poteſt, ac ex
6 eodem P.Diana † *reſol.* 15. *tract.* 1.
Miſcell. tom. 2. verſ. *Quia ego poſſum perſe-
qui furem*, & *tom.* 3. *tract.* 5. *Miſcell. reſol.*
90. verſ. *Sed ſi poteſt occidere.*

Iterum cùm de retinendæ interdicto
7 agatur, † cauſaquè poſſeſſoria ſit, ex tra
ditis per Menoch. *remed. recuper.* 11. *num.*
8. laicus iudex (quia de facto ad iuris dã-
nificati tuitionem agitur, & ne turbatio-
nes ex vſu naturalis iuris, quo retentio
pro noxa datur, eueniant) iure merito ſe
interponit, vt *d. quæſt.* 14. *num.* 47. & per
totum, & *quæſt.* 16 *num.* 24. & iterum
quæſt. 22. ſæpiuſquè fundauimus id ſine
iuriſdictionis Eccleſiaſticæ læſione eue-
nire præ maximè *quæſt.* 67.

8 Demũ, quia retentio † hoc caſu cõ-
petens, ſicut defenſio, iuris naturalis effe
ctus eſt, ante iuriſdictiones iure ciuili, vel
gẽtium fundatas, & dominis rerũ debita
l. naturalis 10. *D. de act. & obligat.* cũ alijs
ſupra *quæſt.* 10. *num.* 67. conductis, quæ-
vè nulla poſitiua conſtitutione auferri,
vel minui potuit, *l. ius palam, D. de iuſt. &
iure*, §. *ſed naturalia inſtit. de iure natur.
gent. & ciuili. & cap.* 1. *diſtinct.* 5. *cap.* 3. §.
his itaquè diſt. 6. & communiter Theolo-
gi cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 94. *art.* 5.
& quæſt. 100 *art.* 8. *&* 2. 2. *quæſt.* 57. *art.*
2. *ad* 1. *& quæſt.* 66. *art.* 2. *ad* 1. quẽ poſt
Soto, Nauarr. Molinã, Valent. ã, Salas,
Suarez, Azor. & alios tuetur P. M. Arau-
xo in 1. 2 *quæſt.* 94. *diſp.* 2. *ſect.* 2. *diff.* 1.
fol. 586. licèt enim ſecundùm aliquos di-
9 uiſiones, rerumquè proprietates † ius
naturæ offendere dicãtur, vt docuit Sco-
tus *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 2. Attamen ve-
rius eſt ſecundùm D. Thomam locis præ
miſsis, cui communiter Theologi adhæ-
rent, quòd ius naturæ diuiſiones nõ pro-
hibuit, licèt non illud, ſed hominum ratio
ad maiorem humanæ vitæ vtilitatem eas
induxerit, vnde cùm rationi naturali in-
hæreant, potius ſecundùm illud, quàm
contra dici poſſent. Bene P. Arauxo lo-
co præmiſſo *fol.* 588 *col.* 2 verſ. *In ſecun-
do verò*, ibi: *Quia ſcilicet diuiſio poſſeſſionum,
& ſeruitus, non ſunt inducta à natura, ſed
per hominum rationem ad vtilitatem humanæ
vitæ, & ideo in hoc lex naturæ non eſt mutata
per ſubtractionem obligationis, ſed per quan-
dam additionem, quòd non eſt inconueniens*,
hæc Ille. Ex quibus fit vt iam addita pro-
prietatum diuiſione in parte cuiquè con-
tingenti, in iure naturæ inſiſtẽtia, & retẽ-
tio datur, ad illud Geneſis, *quidquid calca-
uerit pes tuus, tuum erit.* Hæc ideo immu-
tabilis eſt ex præmiſsis.

Non obſtat D. Barboſæ doctrina ad
cap. 10. *tit.* 2. *lib.* 1. Decretalium, nam il-
la veriſsima eſt, nec à quoquã ſanæ men-
tis viro, niſi laudari poteſt: ipſe enim de
pœnis à ſtatutis contra animalia damnũ
† inferentia loquitur, & de actione con- 10
tra illa præſtanda, vt patet ibi: *ſtatuta lai-
corum pœnarum condemnationem, & exactio-
nem imponentia aduerſùs eos quorum pecora
damnum dederunt, &c. non ligare Clericos.*
Quod veriſsimum eſt, ſi pœna ex ſtatuto
peratur, nec obſtare dicit, quòd aſſeritur
contra animalia agi, quoniam inquit, *Ra-
tio hæc non euincit, cum omnino oporteat ſen-
tentiam, & condemnationem pœnarum fieri
in perſonam.*

Nos verò, vt ex præmiſsis patere pò-
teſt, non de pœna, quę vltra damnum eſt,
nec de vigore ſtatuti, ſed de damno, quòd
eſt ſimplum, & valor, vel herbæ, vel fru-
gum, arborumquè, nec de actione contra
Dominum, ſed de retentione animalium
agimus, quæ contra cum in re inanimata
dari poteſt, in re animata, licèt irrationa-
li negari non poterit; hæc enim facti eſt à
poſſeſsione, & detentione proueniens,
quæ iure poſitiuo non tollitur *l.* 1. § *ſi vir
vxori*, ibi: *Quoniam res facti infirmari iure
ciuili non poteſt, D. de acq. poſſeſſ.* Inde in
damno à quadrupede dato actio tunc da-
tur, cùm animal † penes Dominũ eſt, 11
cui electio, vt poſsit animal tradere, vel
no-

noxam soluere permittitur *l. 1. in principio, vers. Lex voluit aut dari id, quod nocuit idest animal, aut æstimationem noxiæ offerre, D. si quadr. paup. feciss. dic.* Sed reuera ius in caput animalis est, vt *ibid. §. & cum,* ibi: *Noxa caput sequitur*, & *§. planè*, vbi mortuo animali, actio perit. Retentio ergo negari non poterit, vsque dum viuat; nam cui actio, eidem & potiùs retentio præstatur *l. si per retentionem 4. C. de vsuris.*

QVÆSTIO LXXXII.

An iudex Ecclesiasticus possit punire laicum, qui commisit crimen sacrilegij?

EPITOME.

1 *Sacrilegij crimen à quo iudice puniendū sit?*
2 *Iudice seculari negligente in sacrilegij punitione intrat Ecclesiasticus.*
3 *Compilatorum imperitiam Hostiensis, & alij deplorant.*
4 *Electio, vt sacrilegi sub quoquo iudice conueniantur, in quo casu procedat?*
5 *Cardinalium occisores à quo puniri debeāt?*
6 *Clericorum res quoad sacrilegium incurrendum, quo iure habeantur?*
7 *Consecrata Ecclesiæ res à bonis Clericorum satis differunt.*

LVcius III. siue Alexander III. Pont.
1 Max. † in *cap. cum sit generale 8. de foro competenti*, ita rescripsit. *Cum sit generale, vt actor forum rei sequatur (conueniens tus est, vt apud Iudices seculares raptores priùs conueniantur, sed si iustitiam exhibere con-*
2 *tempserint, aut Iudices † ex quacunquè causa fuerint negligentes, quia iudicandi sunt sacrilegi ab Ecclesia, de crimine illo censuram poteris in eos Ecclesiasticam exercere.) Veriùm quoniam seculares iudices in exhibenda iustitia personis Ecclesiasticis sæpè in iudicio sunt remissi, in fauorem Ecclesiæ est introductum, vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium Locorum Rectores possint sub quo maluerint iudice conuenire.* Ex hac Decretali, quæ à me ex integro corpore restituta est (licèt cum antiquo textu pugnare videatur) Canonistæ inferunt omne sacrilegium mixti fori esse debere; atquè eorum aliqui huius Decretalis priuilegio etiam Clericos gaudere, quos D. Barbosa in *collect. lib. 5. tit. 23. ad cap. 2. num. 9.* sequi videtur, quem absolutè P. Diana sequendum existimauit.

At ego Decretalis vero tenore attento, subsidiariam Ecclesiastici iudicis iurisdictionem in ea excitari video, ob secularis Iudicis remissionem, vel negligē-
riam; vnde deceptos Scribentes ex † cō- 3
pilatorum breuitate dubitari potest, quorum imperitiam Hostiensis Ioan. Andr. & Card. sæpe deplorant in *cap. fin. de præscr.* Ad id etiam moueor, quia cùm hæc Decretalis in posteriori sui parte ad anti-
qua iura se referat, quibus † electionem 4
datam esse affirmat, cùm illa diligenter inuestigauerim, nullibi hanc præstari inueni, nisi tantùm, vbi seculares Iudices conniuerent, vt in *cap. 22. de rebus 13. quæst. 2.* ibi: *Vt priùs consulatis Principem ad resecandam tam præsumptiuam factionem*, & in *cap. 23. de presbyterorum 17. quæst. 4.* cùm contra sacrilegos excommunicationem Nicolaus Pontifex indicat, de illis se id præcipere declarat, quos secularis iudex castigare contempserit, ibi: *Scilicet, qui seculari brachio minimè coercentur, iuxta præceptum Domini placet, vt primo fraterno amore conueniantur, &c.*

Hinc D. Gregorius *epist. 33. lib. 4.* ad Constantiam Galliæ Reginam, de qua in *cap. cum deuotissimam, & sequenti 12. quæst. 2.* cùm inuitum à potestate laica sacrilegium cuiusdam Episcopi literis accepisset, Legatum ad Reginam se missurum scribit, vt inquit, *Fratribus eiusdem Prouinciæ in vnum congregatis immunitas violata, præsumptio, & sacrilegium Canonica auctoritate, & vestra Regia dignitate talem terminum accipiant, ne posthac membra diaboli filij nequam in Sancta Ecclesia (te etiam ibi regnante) talia præsumant.*

Demum, quia Bonifacius VIII. iuris consultissimus vir, atquè immunitatis, iurisdictionisquè Ecclesiasticæ maximus fautor, dum in *cap. felicis 5. de pœnis in 6.* oc-

qui pactionum vinculis non mouerentur, beneficijs mutauisset: cùm eodem tempore ipsi contra fidem in vltima pace datam Olandis, Zelandisquè Sectarijs, ac Hispani rebellibus pecunia, ac militibus iuuarent. Videndi Iulius Cerro ad Baltasardum *fol.* 117. Abbas Fossati in *Mem. Historicis fol.* 100. vbi de gratiarum actione à Ludouico Rege Gallo cum Dom. de Botru Legato ad Hispanum missa testatur, quæ satis à veritatem sectante, nullisquè beneficiorum vinculis præter naturalem ad meum Principem amorem impulso, dicta sunt.

QVÆSTIO LXXX.

An Clericus coniugatus cum vnica, & Virgine, vestes Clericales, & tonsuram deponens, si postea illas reassumat, gaudeat priuilegio fori?

EPITOME.

1 *Clericus coniugatus reassumens habitum a gaudeat priuilegio fori?*
2 *Clerici in minoribus ex continua habitus dimissione Clericatui renunciasse censentur.*
3 *Habitus continua delatio coniugatis indicta est.*
4 *Clericus coniugatus, qui dimisso habitu deliquit, quando licitè habitum assumat.*

1 MVlta de Clericis coniugatis † supra *quæst.* 5 1. ex Innoc. Ioan. Andr. Abbate, & alijs Canonistis annotauimus; & circa habitus dimissionem alia ex *quæstione* 34. hauriri possunt; cùmquè Clericorum coniugatorum gradus in Latina præcipuè Ecclesia debilissimum ius inter cæteros obtineat, non mirum, si non facilis ad illum reuersio conceditur, per eosdem, qui eam in verè, & propriè Clericis controuertunt, & cùm hi † ex habitus con-
2 tinua dimissione Clericatui renunciasse videatur, quantò magis coniugati impropriè, ac per quandam conniuentiam pro Clericis ex dispensatione habiti, vt præmissis locis ostensum est. Quoties ergo renunciatio in illis temporanea est, in his perpetua censeri debet, qui vxoribus, & seculo addicti sunt, quibus † continua habitus de- 3
latio indicta videtur, ex repetita conditione in Bonifacij VIII. Constitutione in *capite vnico de Cleric. coniugatis in* 6. ibi: *Si tonsuram, & vestes deferant Clericales*, & in fine ibi: *Vel nisi (vt præmittitur) tonsuram, vel vestes ferant Clericales*, ad cætera argumenta Auendañ. *libro* 1. *capite* 22. *num.* 15. adeundus erit. Attendendaquè declaratio Sacræ Congregationis nouissimè à D. Barbosa ex Stefano Vucnis relata in *collect. ad Concil. Trident. sess.* 23. *capite* 6. *num.* 43. *folio* 208. vbi attestatur Sacram Congregationem censuisse *Clericum* † *coniugatum, qui post di- 4
missum habitum, & tonsuram Clericalem ad curiam laicalem, ob delictum in ius vocatus, & in contumaciam condemnatus est, adstringi non posse personaliter à Iudice laico, vel in carcerem conijci, si assumpto habitu, & tonsura Clericali deseruire inueniatur verè, & non infraudem alicui Ecclesiæ*: Quæ præmissæ Decretali (à Concilio ad vnguem firmatæ *dicto capite* 6,) nimis obstare videtur, communiquè traditioni, contra Clericos minorum Ordinum (supra relatæ *quæstione* 24.) qui dimisso habitu deliquerunt; cùm ex dicta Bonifacij Constitutione strictiùs cum coniugatis super delatione habitus agatur, conditione illis sine qua non imposita, vt supra, & locis relatis probatum est, quę an vera sint, tuum Pater Sanctissimè esto iudicium.

(·.·)

5 occisores Cardinalium † exquisitis pœnis pro merito insequitur, infandumque sacrilegium magnificis verbis detestatur, nullibi tamen vindictam temporalem, ad Ecclesiasticum iudicium refert, quinimmo licet pęnas addat, attamen Principum secularium officium ac manus excitat, ibi: *Per hoc quoquè secularibus Potestatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduersus sacrilegos Catholici Principes ediderunt*, & post aliqua, *Quapropter si Princeps, Senator, Cõsul, Potestas, vel alius Dominus, siue Rector contra præsumptores prædictos præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari, tàm ipse, quam Officiales ipsius intra mensem, postquam res ad eorum notitiam peruenerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant*. Hæc Pontifex, per quæ euidentius patet cognitionem huius modi seculari iudici primò priuatiuèque spectare, nec nisi ob eius conniuentiam Ecclesiasticos Prælatos ad censuras recurrere; vt attentè legenda sint, quæ contra hanc assertionem à Scribentibus tradũtur, vt quę apertissimis Canonibus obuiam eunt. Addendaquè hæc Ceuallo, *q.* 59. à P. Diana citato in tract. *de cognit*.

6 Quod vero de æquiparandis in hoc Ecclesiæ, rebus † Clericorum dicitur, nullibi in toto iure id caueri video, quinimoD. Gregor. *dict. cap. 8. cum deuotissimam* id apertè distinguere, ac separare, ibi: *Iuliani Fratris, & Coepiscopi proclamatio nuper contristauit: maximè cum villa sua, IDEST ECCLESIÆ à nequissimis prædonibus sunt deprædata, &c*. Vbi ne pro patrimoniali Episcopi villa se statuere arguer etur, se clatiùs explicare voluit, de Ecclesiæ villa loqui, pro qua Bonifacij prioris Constitutionẽ induxerat, qua sacrilegi, qui simile præsumunt, declarantur in *cap. nulli liceat* 22. *quæst.* 2. vbi ex ratione, Ecclesiæ bona à Clericorum patrimonio distinguit, ibi: *Quod domino fuerit consecratum, † siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quidquid 7 semel fuerit cõsecratum, sanctum sanctorum erit domino, & ad ius pertinet Sacerdotum*, &c. Vnde patet, primariam in hac re decretalem, ad quam D. Gregorius se refert, de consecratis Ecclesiæ rebus locutam, ad patrimoniales Ecclesiasticorum res porrigi iurè non posse, faciuntquè tradita per me sup. *q.* 39. & 42. ex probatissimis Canonũ interpretibus, hæc in tributarijs causis manifestè distinguentibus, quæ hic repetita volo.

QVÆSTIO. LXXXIII.
An quædam doctrina Siluestri de gabella soluendā à Clericis super pane, & vino, sit vera?

De hac latè ex eisdem Auctoribus ijsdem locis adductis, actũ est supra *quæst.* 46. ad quæ recurrere breuitatis gratia libeat.

QVÆSTIO. LXXXIIII.
An Episcopus possit visitare Hospitale, etiam si à Patrono ipsius in fundatione aliter cautum sit, & maximè consentiente ipso Episcopo?

In hac quæstione omnimodo traditis à P. Diana adhærẽdum puto, nec aliquid otiosè addendum, cum omnia ex veris iuris principijs constent.

QVÆSTIO. LXXXV.
An Tertiarij D. Frãcisci seu Bizochæ, vel Beatæ, vt vocant, gaudeant priuilegio fori, & possint consequi legatum relictum pro Monachatu?

EPITOME AD QVÆST. 85. omissis duabus.

1 *An Tertiarij Sãcti Francisci gaudeant priuilegio fori?*
2 *Concilium Lateranense Tertiarios quo pacto ab Ordinarijs exemerit?*
3 *Tertiarij, & Tertiariæ nisi Collegialiter viuant, Ordinario subiecti sunt.*
4 *Tridentinum Concilium, de Ecclesiasticeo-foro fruentibus apertè dispo sut.*
5 *Foro Ecclesiastico nemo gaudere debet, qui Deo totaliter addictus non sit.*

6 Or-

6 *Ordo, & plena conuersio statum Laicum mutant.*
7 *Tertiarij, nisi se, & bona Conuentibus addixerint, foro non gaudent.*
8 *Concilij declaratio super verbo Concilij dubio eaiit.*
9 *Relicta ob Monacatum quando debētur Tertiarys?*
10 *Monacatus appellatione quid veniat?*
11 *Communis loquendi vsus semper attendendus.*

AD præsentis quęstionis resolutionem multa præmittenda sunt. Primo arduam hanc disputationem ante vltimum Lateranęnse Concilium tempore Leonis X. inter Scribentes fuisse: 1 † an fratres, sororesque huius Regulæ ab Ordinarij Ecclesiastica iurisdictione, & correctione exempti censeri deberent? Pontificibus aliquibus, qui prius easdem regulas professi fuerant, satis plus sui Ordinis Prælatis indulgētibus, ac Ordinarios Præfatos præiudicātibus, vt patet ex Bullis Nicolai V. Sixti X. & aliorum, quæ reuera priuilegia potiùs, quàm iura existimanda sunt, ne tertijs, tàm Ordinarijs, quā, quod potius est, secularibus Principibus officiant, vt patet ex scriptis per Calderinū, consil. vlt. de regul. Ioan. Andr. *in cap. dilecta, de maior. & obed.* Abb. *in Rubr. eod. tit. ex nu.* 1. Roman. *consil.* 357. *num.* 14. & 15 vbi Mandos. *in fine*, Card. Paris. *consil* 40. *nu.* 14. *lib.* 3. Marsil. *singul.* 354. *attenuas ad vnum in fine*, Alex. ad Bart. *in l. semper, § quibusdam in principio, D. de iure immun.* Capic. *decis.* 10. *n.* 3. & 17. quorum opinionem nouiter secuti sunt, Menoch. *de Arbitr. casu* 56. *in add. num.* 11. & *casu* 221 *in addit. num.* 32. & 33. afferū Rotā *decis.* 591. *num.* 7. *p.* 1. *diuers.* vbi sic decisum, Rossentall. *de feud. cap.* 7. *concl.* 30. *num.* 28. Carol. de Graff. *eff.* 1. *num.* 93. & *post innumeros*, Ceball. *p.* 2. *quæst.* 61. *num.* 24. *in tract. Viuent.* D. Barbosa, *de potest. Episcopi. p.* 2. *alleg.* 12. *num.* 41. vbi alij asseren es tunc gaudere.

At. ex priscis Scriptoribus Fulgosius, *consil.* 241. *ad finem num.* 2. *versic. Non me mouet*. tenet hos pro Ecclesiasticis personis ob probatam à Nicolao 3. Regulam habendos fore, Socc. *in cap.* 2. *num.* 21. *col.* 6. *versic. Nona declaratio ad medium de foro competenti*, Felinus *in cap. dilecta* 12. *col.* 2 *in princ. incipio*, versic. *Vide etiam num.* 2. *de maior. & obed.* Ducuntur ex Rota in antiquis. *decis.* 1. *de regular.* vbi loquitur de mulieribus intrantibus Monasteria Canonicę approbata. donec nō profiteātur, nec matrimonium ineant, concluditquè primò ex I. Andrea, has aliqua immunitate non gaudere; postea refert aliorum opinionem, quod dum religiosè viuunt, priuilegio immunitatis instar Clericorum simplicium gaudere debeāt, quodquè ita Rota tenet, & *decis.* 8. *de iure patron.* inter easdem. Vbi quòd merè Seculares dici non possunt, quòdquè viduę miserabiles censentur, priuilegioquè Canonis gaudent. Item mouentur ex doctrina Bart. *in d. l. semper. § quibusdam, D. de iure imm.* vbi exemptas à iurisdictione seculari asserit, licèt contrarium seruetur, Abbas quoquè *in cap.* 2. *num.* 11. *versic. Hæc etiā faciūt pro fratribus, de foro compet.* vbi quòd hæc sententia æquior, altera verò verior videtur. Ex Neotericis, Decianus *lib.* 4. *c.* 9. *num.* 34. *ad medium*, Magdal *de num. test. cap.* 2. *num.* 32. *ad num.* 34. Rust. *in l. cum auus lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 17. *de cond. & demonst.* Gratian. *discept.* 413. *ex num.* 38. & *cap.* 449. *num.* 7. *tom.* 3. Rodriguez *in quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 65. *art* 5. Basil. Pont. *de imped. matr. causa* 27. *cap.* 9. §. 5. Portell. *in dub. regul. verb. Tertiarij nu.* 7. Piasec *in praxi Episc. nouiss. p.* 2. *cap.* 3. *art.* 7. *num.* 11. Cherub. *in Comp. Bullarij tom.* 1. *const.* 22. *Leonis X. Sch.* 2. quos P. Diana impresenti secutus est.

Secundò suppono in Concilio Lateranēsi ad Ordinariorum, Ecclesiasticorū querelas, huic controuersiæ occursum, *sessione* 11. *in fine*, qua cauetur: *fratres hos, sororesquè ita demum ab Ordinariorum Ecclesiasticorum* 2 † *censura exemptos, si vivi collegialiter viuant, & mulieres virginalem, seu calibalem, castamquè vitam expresso voto sub religioso habitu duxerint*, quod idem sua Cōsti-

ſtitutione anno 1518. declarauit, quo
ad mulieres etiam, ſi in proprijs, aut
conſanguineorum domibus vitam ducc-
rent, in quo à præmiſsis Rotæ deciſioni-
bus, ac ipſo Concilio receſsit. Cui tena-
citèr adhuc Scriptores grauiſsimi inſiſtūt
putantes decreto Cōcilij omninò ſtandū
eſſe, vt quod omnium, & rationi con-
ſonent, quos affert Barboſ. dicta allegar.
12. Menoch. Carolus de Graſsis, Roſen-
tal. cum alijs per eos relatis, fuitque *in d.*
deciſ. 561. Rotæ deciſum, vt nempè hu-
iuſmodi inſtituti, tàm viri, quàm mulie-
3 res, niſi votis emiſsis collegialiter † vi-
uāt, ab Ordinarij iudicis cognitione exē-
pti non ſint, Card. Tuſch. verb. *fratres cō-*
cluſ 470. *n.* 4. *& verb. Beguinæ concl.* 22.
Viuius, *deciſ.* 48. *p.* 1. Eugen. *conſ.* 26. *Bo-*
uad. tit. 18. *num.* 202. 265. & 288. Se-
quitur egregiè ex more D. Vico *ad prag.*
Sardiniæ tit. 7. *cap.* 14. vbi id expreſsè ſta-
tutum eſt, & §. 40. *gl.* 1. *fol.* 209. *tom.* 1.
Giurb. *ad conſuetud. Meſſ. cap.* 3 *gloſ.* 4.
num 25.

Tertiò demum ſuppono in Concilio
4 Tridentino, † id expreſsè actum eſſe, vt
certæ de Religioſis, & Eccleſiaſticis per-
ſonis leges ſtatuerentur, quiuè foro, quo
ad Principes gaudere debuiſſent, *vt ſeſſ.*
23. *cap.* 4 *& cap.* 6. vbi de prima tonſura
initiandis, de Clericis minorum Ordinū,
& de coniugatis actum eſt, non fortuitò
ſed Principum Legatis inſtantibus, ac la-
tas opiniones Canoniſtarum in huiuſmo
di exemptionibus ad certam methodum
declarari inſtantibus, vt alibi Epiſcopum
Couarruuiā, qui Concilio interfuit, teſta-
tū fuiſſe firmauimus, ac hiſtoriā Concilii
tradidere nōnulli, vt qui eā perlegerūt, mi
hi (dum Ianuæ eſſem) teſtati ſunt, ex qui-
bus decretis, intentione ſtatuentium attē-
ta arguunt quàm plures, foro Eccleſiaſti-
5 co † neminem ſine perpetua Eccleſiaſti-
co Ordini, ac ſeruitio addictione gaudere
poſſe, quæ talis ſit, vt ſtatus omnino mu-
tetur, recepta illa veriori in puncto iuris
opinione, de qua Abbas noſter in *cap.* 2.
de foro compet. *vbi num* 6. vbi ſequitur,
Gloſſam ibi in verb. *Deputatos*, vbi quod
vt gaudeant foro, debent eſſe perpetuo, & effi-
caciter oblati. Item & Innoc. IV. Pontifi-
cem, in *capit. ſignificantibus. de officio de-*
leg & in cap. 2. *de maiorit. & obed.* vbi do-
cuerat Clericos ideo exemptos, *quia res*
ſpirituales ſunt: & ex toto corpus, & animā
ſe in ſeruitium, & ſortem Chriſti D. ſe dedc-
runt, deputaueruntque, & *num.* 10 loqui-
tur de Eremitis, de fratribus tertii Ordi-
nis, & de Ieſuatis antiquis, dicens. verius
eſſe, hos non gaudere, vtiturque hac eadē
ratione, quam Concilium amplexum vi-
detur concluditquè, *& quia cum ſint nati*
Laici, nec interuenit aliquis actus eos exi-
mens à iuriſdictione Imperatoris, † *vt orao. &* 6
plena conuerſio, debent adhuc laici reputari,
vt ſuprà dixi, aliàs eſſet in optione cuiuſque
ſe eximere à iuriſdictione ſui iudicis, & redi-
re quando vellet, dixerat idem ſuprà ante
num. 10. verſ *Non enim interuenit aliquis*
actus. Hinc Gabr. Pereira cum aliis infrà
citandis, quæſt. 98. per Concilium ex-
cluſos omnes, qui illis requiſitis carerent
tutè cenſuit. Et hoc ſenſu ducti Pius V.
Sāctiſsimus, & pijſsimus Pontifex, itidē-
que Gregorius 13. Decretalium reſtau-
rator Iuriſconſultiſsimus vir huiuſmodi
homines, ac mulieres tunc de Eccleſia-
ſtico foro eſſe præceperunt, † quando hu 7
iuſmodi in communi viuentes bona ſita
Conuentibus addixerint, vt ex eorum cō
ſtitutionibus patet annis 1568 & 1575.
incipit hæc. Ex benignitate. quibus fretus
id nouiſsimè in Sardiniæ Regno ſeruari
Rex noſter ſtatuit, *tom.* 2. *pragm. tit.* 20.
cap. 7. *fol.* 15 omnibus Conſtitutionibus
in id adductis: & in hunc ſenſum refert
Sel. *in ſelect. can. cap.* 8. *nu.* 3. *per S. Congre-*
gationem Epiſcop. in vna Piſtorienſi 20. *De*
cembris 1616. *deciſum*, Tertiarias tria vo
ta non emittentes, nec clauſurā ſeruantes
poſſe ab Ordinario cognoſci, ſequitur, D.
Barb. *in collect. ad Concil. ſeſſ* 25. *de regula-*
ribus cap. 2. *num.* 5. *verſ. Tertiariæ, in nouiſ-*
ſima, auctaquè editione. fol. 373.

Ex quo patet reuocatam alteram de-
clarationem à Gratiano relatam, *diſcept.*
449. *num.* 8. & 9. *tom.* 3. vbi dicitur hu-
iuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem vo
uiſ-

uissent, licèt duo alia vota nō emiserint, posse in domo propria viuentes ordinatij iurisdictionem (Ecclesiastici nempe) subterfugere, Indeque & foro Ecclesiastico, quoad Laicos Iudices priuatas, de quo
8 nihil in dicta Concilij declaratione, † & rectè actum fuerat, cùm in toto Concilio nihil super his statuatur, quod declarationem requireret; ad ea, quæ Doctores omnes *in l. hæredes palam, D. qui testam fac. poss.* vno ore fatentur declarationem verbi dubij interpretationem esse additam, *Clement. exiui, §. harum declarationum, de verbor. signif.* cùm alijs copiosè per D. Barbo *Axiom.* 65. solumque, Cardinales de Ordinatij iurisdictione respectu Prælatorum Regularium disponere iure potuerant: vt in dict. declaratione à P. Diana relata perspicuè patet. Inde æquissimus horum Iudex agnoscet rectiùs in Tribunali Consistorij (de quo Castillus dec.
9 cis. 88.) pronunciatum, has mulieres, † relictis ob Monacatum frui non debere, nisi claustralem vitam ducant, verba enim naturali, & proprio ciuili modò accipienda sunt, vt Monachatus ille sit, qui in Monasterio sub perpetua clausura profitetur †
10 hæc autem impropriè Monacari dicuntur ex dicta Abbatis doctrina communi-
11 que † loquendi vsu, qui in huiusmodi attendendus est ad testantis dispositionem percipiendam, *l. non aliter, D. de leg. 3.* cum alijs innumeris, per D. Barbos. *Axiom.* 222. *n.* 4. quod præcipuè seruandum in extraneorum dispositionibus videtur, qui ad meram pietatem, non ad sanguinis affectum, prout consanguinei, respexisse cē sendi sunt: & ita sepius in nostro Senatu decisum vidi, nam quæ afferūtur inaduersum, inferiorum Iudicum fore comperientur.

QVÆSTIO LXXXVI.

An iudex Ecclesiasticus posit cognoscere inter Laicos; de alimentis filio spurio debitis?

EPITOME,

1 *Alimenta Spurio debita an Iudex Ecclesiasticus decernat.*
2 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit de incidente profano in causa Ecclesiastica.*
3 *. . . . an cognoscat principaliter de causa dotis?*
4 *Delegatus vna, eademque sententia debet incidens cum principali determinare.*
5 *Iudex Ecclesiasticus si omittat incidens, non potest iterum ad illud redire.*
6 *Iudex Ecclesiasticus ex qua ratione de alimentis inter Laicos cognoscat?*

Pendet hæc quæstio † *ex decis. text. in cap. de prudentia 3. de done. inter. vir. & vxor. vbi Clemens 3.* sic ait. *Quia igitur vos, qui de matrimonio principaliter cognouistis, & de dote (quæ est causa incidens) accessoriè cognoscere voluistis, & sententialiter definire: mandamus, quatenus prædictum H. monitione præmissa cogatis, vt prædictæ M. totam dotem (sicut Canonicum fuerit) restituere non moretur:* ex quo textu Innoc. Hostiens. Cardin. Ioan. Andr. Butrius, Ancharran. & præcipuè, Abb. *num.* 2. † cùm eis docet. *Iudicem Ecclesiasticum posse cognoscere de causa temporali Laicorum, cùm venit accessoriè ad causam Ecclesiasticam.* Hæc sunt verba Abbatis, & parum post addit, *& aduertit quia plus probat iste textus, quàm solet allegari: nā non solum Ecclesiasticus cognoscit, de temporali causa incidenti, seu præiudiciali. Sed etiam de causa temporali, quæ venit accessoriè ad causam Ecclesiasticam, licèt non sit ipsius præiudicialis, nam sine causa dotis potest decidi causa matrimonialis, & sic non est præiudicialis ad eam, & num. 7. ad gloss. 2.* determinat ex ea, & ex Antonio de Butrio, *quòd vbi de dote agitur † principaliter, vt puta quis non fuit disputatum de viribus matrimonij, Iudex Ecclesiasticus non est competens inter Laicos:* & licet in aduersum Innoc. dictū ad eandem Decretalē allegetur, cōtinens quòd etiam principaliter posit de dote cognoscere, manifestum est, licèt aliqui dissimulare velint, quòd cùm Innoc. ex illa Decretali atque etiam, ex *cap. per tuas, qui filij sint legit.* moueatur: ex quibus cognitis de dote licèt in alio processu, principali-

liter instituatur, attamē illud in sequelam præcedētis iudicij matrimonialis institutū fuit, nec in alio vnus casus ab altero differt, quā quòd in dictis Decretalibus, præ-
4 cipuè in præsenti Delegatus † nō vna, eadēque sentētia matrimonialē causam cū dotis restitutione terminauerat, sed successiuè, occasione tamē præcedentis iudicij: nullibi tamē habetur, quòd cū nulla de matrimonio disceptatio præcedat, de dote corā Ecclesiastico agi posit, nec Innoc. qui oppositæ sentētiæ auctor est, pietate causæ (sicut Abb. supplere conatur) motus est, vt patet ex eius verbis, ibi: *Imo etiā principaliter potest cognoscere de dote, supra eodē per tuas & hic.* Ex cuius relatione patet, quòd cū ex iuribus, quæ allegat, intelligēdus sit, in quibus matrimonij quæstio præcesserat, nullo iure Anchar *cons.* 20. & Felin *in cap. Ecclesia S. Mariæ col.* 15. *vers.* 3. *declaratio de consti.* alijque Ecclesiasticę iurisdictionis fautores illā cōtra Glos. supra relatā, & frequentissimā omniū opinionē ad omne dotis iudiciū fauore mulieris, vbi de ea repetēda agatur, extēdisse, cū innumeri etiā doceāt, post ipsā Glos.
5 quòd si † Iudex Ecclesiasticus in sentētia matrimoniali de dote nō meminerit, de ea postmodū cognoscere minimè posit, vt patet ex Decisionibus sacri Concilij Neapolit. apud Vincēt. de Franch. 244. & 312. quarū prima recepta fuit in Rota apud Farin. *decis.* 706. *n.* 3. & ego latè *decis.* 23. *tom.* 2. pro Principissa Hieracij edita, vbi in terminis alimētorū habetur *decisio* Matthæi de Afflict. 152. ex *n.* 4. qua in causa trinæ Rotę Decisiones habētur corā Coccin. Decano, per me ibi relatæ, & Decisionem in S.N. Conf iuxta mea scripta refert Ferdinandus Arias de Mesa *var. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 11. & Thoro in supplemēto *fol.* 317. verbo Iudex Ecclesiasticus.

Ex hoc textu, & doctrinis, & ex Bart. *in l. solent, ff. de aliment. & cibar. legat. n.* 13. putauit Couarr. de *sponsal p.* 2. *cap.* 8. §. 6.
6 *n.* 6. Iudicē Ecclesiasticū † de alimētis inter laicos, vbi pauperi præstanda sint, cognoscere posse, allegans etiā Palat. Ruui. in *rep. cap. per vestras de donat. int. vir. & vxor.* 2. *notab. n.* 20. qui tamen oppositum tenet, & Couarr doctrinā ad alimenta filio spurio debita extendunt, Santarell. *variar. resol. p.* 1. *q.* 34. *n.* 2. Belletti *disquisit. Clerical p.* 1. *tit. de fauore Clericorum reali*, §. 5. *n.* 69. & Dian *in præsenti* addit Surd. *tit.* 8. *priuileg* 6. *n.* 6. reijciens Ceball. ac Thesaur.

Sed pace eorū, decepti sunt ex Innoc. & Abbatis doctrina, vt aduertit egregiè Molin. de *primog. lib.* 12. *cap.* 15. *n.* 75. quē etiā allegat pro se, licèt ei contradicat P. Diana; ipse enim Molin *n.* 76. sic ait: *Sed hæc opinio apud Suprema Tribunalia non admittitur, nec mihi vera videbitur, nisi causa dotis, seu alimentorū ad causam spirituale, de qua principaliter agitur, incidens sit. Tunc nāque, & non alias Iudex Ecclesiasticus de causa dotis, & alimentoris cognoscere potest, text. vbi Abb. & cōmuniter Scrib. in cap. de prudētia de donat. int. vir. & vxor. Sicque hoc intelligit, atque declarat Pal. Rub. idque mihi verum, atque iuridicum videtur.* Et nouissimè conuincit post hæc visus doctissimus Merlinus *tom.* 2. *contr.* 93. *per totam*, qui innumeros allegat, & in ipsamet causa Principissæ Hieracij illā scripsit. Ex quibus huius quæstionis resolutio patere potest, & quā melioribus fundamētis Ceual li 9.53. *n.* 5. *p.* 2. & Thesauri *decis.* 211. *n.* 4. aliorūque opinio constet, imò ex eodē Diana *resol.* 87. vers. *Imò ipsi de sola*, ibi: *Secus autem nostra opinio firmatur, vt statim dicemus*: de quo in *quæst. sequenti* aliqua dicā.

QVÆSTIO LXXXVII.

Quando Iudex Laicus, & Ecclesiasticus possunt cognoscere de crimine adulterij?

EPITOME.

1 *Adulterij crimen, à quo cognosci posit?*
2 *Excōmunicatio à Iudice Ecclesiastico, corporalis pœna à Laico infligitur in adulterio.*
3 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit de adulterio, vt præambulo ad diuortium.*
4 . . . *cognoscit de alimentis, & dote, vti incidentibus ad diuortium.*
5 *Dotis, & paupertatis fauor iurisdictionem Iudici Ecclesiastico non tribuit.*

1 QVod Pater Diana in hac quæstione † quoad adulterij criminis cognitione spectat (vt mixti fori sit) docet, vt nempe Ecclesiasticus censuras citra scandalum, ac vxoricidij metum inferre possit;
2 † Laicus vero à iure statutas pœnas infligere ex Auctoribus ab eo allatis omnino
3 iuri sufficit,sicut & illud, quod vbi † ad diuortiū de adulterio cognoscendum sit, eiusdē Ecclesiastici definitioni stari debeat, & in quacūque etiā coniugum à cohabitatione dissidio ex Vincēt de Frāch. *decis* 312. Sānch. *de matr. tom.* 3. *libro* 10. *disp.* 8. *n.* 15. Farin. *q.* 89. *num.* 112. *& q.* 141. *n.* 42. *p.* 5. & alijs per Dianam ibi citatis.

4 Qui codē loco, vers. *Imò etsi de sola*, hæc addit: *Etsi quando ageretur † de diuortio corā Iudice Ecclesiastico, quæstio alimentorū, & dotis amittendæ tanquā ei accessoria pertinet ad eundem, secus autē dum causa principalis vertetetur de dote; nam tunc talē cognitionē pertinere ad solū Iudicē Laicū existimandū esse puto*: Cuius ex verbis patet, P. Dianā ad antecedentis quæstionis definitionē opinionē illam, quæ *glossa* 2. *in cap. de prudentia* supra præcedenti quæstione relata, fauet, omnino amplecti, nempe, quòd nec fa-
5 uor, nec pietas dotis, & alimētorū, † nec vidua persona principalē, & per se subsistentē dotis, & alimentorū cognitionem causare possit: solumquè hoc ei permitti, vbi per incidens, ac in consequentiā alterius Iudicis de dote, & alimentis cognosci opus sit, iuxta præmissam Abbatis in *d. cap. de prudentia* doctrinam in cæteris verò dicta iam, ac elegans Domini Merlini *contr.* 93. cum eiusdem *sequenti tom.* 2. videnda sunt, vbi quidquid ad ornatum, ac solidam doctrinam optari, pientissimus poterit Lector obtinebit.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An Iudex Ecclesiasticus possit punire Laicos Concubinarios?

EPITOME.

1 *Iudex Ecclesiasticus potest Laicos Concubinarios punire?*

2 *Cōcubinarij possunt ab vtroq; Iudice plecti.*

3 *Pœnas pecuniarias an pro peccato Iudex Ecclesiasticus exigere debeat?*

POsse & rectè † resoluit P. Diana ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 8. cui nihil prætereà, quæ D. Barbos. in *collect.* ad præmissum Concilij locū diligenter accumulat, addendum est. Aduertendumque in hac quæstione, sicut & in præcedenti adulterij materia, ad diuersa per vtrumquè Iudicem procedi posse, ac debere, vbi maximè prout in Hispania † le- 2
ges Politicæ in Concubinarios insurgunt per easdem rationes, quas supra *quæst.* 78. in materia vsurarum adduximus ex Couarr. cæterisquè Canonistis: ex quo fit, vt in Hispanijs contra Concubinarios absolutè Laici Iudices procedant.

An verò, vbi hoc consuetum sit, ex munere Episcopali sit Concubinarios pœnis † pecuniarijs afficere, ac per hu- 3
iusmodi vexationem à peccato auertere illa relegenda puto, quæ hoc *lib.* 2. *quæst.* 4. *n.* 66 *fol.* 187. circa Episcopalis muneris naturam, ac proprietatem dicta sunt iunctis alijs sparsim in hoc opere relatis adiunctis quoquè Decis. in Neapolitano Concilio ex S. Felicio *decis.* 205. qui latè discurrit.

QVÆSTIO LXXXIX.

An Iudex Ecclesiasticus in criminibus mixti fori possit Laicos sine auxilio brachij secularis in carcerem detrudere?

EPITOME.

1 *Brachium Ecclesiasticus Iudex in criminibus mixti fori an imploret?*

QVæ P. Diana hic tam breuiter † re- 1
soluit, ac communi omnium Canonistarum sensui se opponens, vt apertissimum statuit, latiori discussione opus habent, præstitit verò hoc Salgadus, nonnulla ego addidi in Patrocinio, quod anno 1633. conscripsi, ac in lucē edidi, iterū alia præstiti in controuersijs iurisdictionalibus ad quæ me retuli in *Cod. nota* 87 *ad leges Federici n.* 31 *fol.* 231. Demū Ec-

Ecclesiasticę,& secularis potestatis connexitatē, mutuique auxilij necessitatē ex pluribus diuinæ scripturæ,& Patrū sentētijs *in hoc 2. libro quæst. 4. per totam* præcipuè *ex n. 45. vsque ad finem* fundare nisus sum, ac sparsim in toto opere promouere, ex quibus, ac melius ex eruditis D. Petri Scalera,& Gueuara in speciali tractatione doctrinis, quid in hac tractatione sentiēdū sit, haberi facillimè potest. Ego enim ne tractatū in longum proferam, illa omittere in præsens statui.

QVÆSTIO XC.

An iudex laicus possit iudicare in causa decimarum?

QVÆSTIO. XCI.

An quando decimæ sunt secularibus in feudum datæ, cognitio pertineat ad iudicem secularem?

QVÆSTIO XCII.

An Iudex Laicus possit cognoscere de causis decimarum, si Clerici illas petant à laicis, qui præscriptione, & cō suetudine immemorabili eas nunquā soliti sunt persoluere?

QVÆSTIO XCIII.

An Iudex Laicus possit simul cum iudice Ecclesiastico causam decimarum cognoscere, saltem titulo cōpromissi?

QVÆSTIO XCIV.

An laicus conductor decimarum sit conueniendus coram Iudice laico?

EPITOME.

Quæst. XC. XCI. XCII. XCIII. XCIV.

1 *Decimarum in causis vbi temporales effectæ sint, quando Iudex laicus cognoscat.*

2 *Pōtifex ex causa potuit decimas quoad omnia, tēporales in aliqua Prouincia cōstituere.*

5 QVinque has quæstiones,† cū affines, & cōterminę sint, in vnū breuiter, & remissiuè cōtrahere volui, eùm quidquid ad materiā pro Hispana praxi sustinēda, ac tutāda exeogitari in vtroque foro potuerit, plenè, nec minùs doctè tradiderit integro,& iusto volumine D. Ioan. Castill. Sotomayor Regalis Patrimonij inter cæteros Cura or in *to. 7. suarū contro uersiarū*, qui inscribitur *de Tertijs* præcipuè ex *cap. 12.* materiāquè optimo. vt solet, stilo demū reassumpsit D. Ioann. Solorzanus *tom. 2. de Iure Ind. lib. 3. cap. 1.* re spectu cōcessionū noui Orbis. Quorum auctoritas, receptaquè doctrina meritò me à scribēdo deterret. Vidēdi ideo præmissi,& vbi copia non detur, Couarruu. *pract. cap. 35. n. 2.* Cacher. *decis. 32.* Gutierrez *practi. lib. 1. quæst. 14.* Fontanella *decis. 4. §. 9. 13. p. 2. ex n. 58.* D. Hieron. Leo *decis. 3. in Valentinis* Caued. *decis. 63. ex n. 4. p. 2.* qui præter à Diana adductos ex professo Tribunaliū horū incōcussum stilū tuentur, absit enim vt existimet quis quā Hispanū Regē omniū pijssimū, Ministros eiusdē cordatissimos, ac conscietiæ timoratos in decimarum spirituali materia, nisi de † tēporalitatę casū ex cōcessione S. Pontificis tali effecta, manus extēdere velle, ac decimas vt tales contrectarę. Summi verò Pontificis potestati, qui negat id concedere ex causa potuisse, non minimum detrahit. 2

QVÆSTIO XCV.

An Iudex Ecclesiasticus sit Iudex competens, quando agitur de dando tutore, seu curatore Clerico minori, aut mēte capto?

EPITOME.

1 *Tutor Clerico minori à quo iudice detur?*

2 *. . . datur ab eo, cuius iurisdictioni pupillus subest.*

3 *Curator bonis datur à Iudice personæ.*

4 *. . . liti datur à Iudice, coram quo vertitur.*

5 *Tutorem eligit Iudex subditum suo foro, vt illum cogere possit.*

6 *Iurisdictio in tutorem exercetur, vbi datiuus sit.*

7 *Patrimonialia Clericorum in Gallia sæpè Iudicibus laicis subsunt.*

COmmuuis in hac quæstione † distinctio, ac verior illa est, vt tutoris datiò, vtpotè quæ personam populi respicit (tutor enim principaliter personæ datur) eius iudicis sit, † cuius iurisdictioni pupillus subest: at si is Clericali caractere insi- 1

gnitus sit, requisitisquè Tridentini Cōcilij pareat nulla ratione altet, quā Ecclesiasticus Iudex tutorē ei decernat, vbi locus
3 dandi sit: quòd si de curatore † sit quæstio, siquidē bonis detur, idē iudiciū erit, cū bona Clerici iudici Ecclesiastico quo-
4 què subsint, sin verò de curatore † ad litē agatur, haud dubiū, quin ille iudex de curatore prouidebit, corā quo litigiū vertitur, respicit enim legitimarionē iudicij, quæ ab eodē curāda est, corā quo agitatur, vt hæc omnia cōstāt ex §. *ad certū tempus, inflit. de ijs, qui tutor. dare nō poss. vbi gl. verb. personæ* alia iura cumulat. Secūdò ex textu in *l. sancimus* 28. §. *sed & si quis*, vbi Cin. *n.* 2. Bart. *n.* 2. *C. de administ. tut. & cur.* Rota *in antiq. tit. de iud. decis.* 14. Bertach. *in rep. in verb. curator à quibus nu.* 6. qui alios adducit.

Quæ tamē ita intelligēda sunt, vt Iudex Ecclesiasticus tutorē, vel curatorem
5 de suo foro, sibiquè † subditū decernat, quē ad acceptandā tutelā cogere possit, atquè ad fideiussiones præstandas, nā tutelæ, & curæ datio nō tantū iurisdictionē
6 † in eū, cui datur, verū quoq; & in eū, qui tutor, vel curator designatur, supponit, vnde si tutorē, vel curatorē sibi nō subditū decernat, nulla erit datio, vt aduertit, & benè Rosent. *de feud. cap.* 12. *cōcl.* 10. *n.* 54. per hæc verba. (*Suffragatur his, quòd iurisdictio, quæ exercetur circa dationē, aut decretionē, aut cōfirmationē tutelæ, exercetur nō solū in pupillū, sed etiā in eū, qui datur, cōfirmatur, vel cui decernitur, eūquè non minùs, quā pupillū obligat. Id quod videtur esse cōtra naturā iurisdictionis feudalis, nec ad eā pertinere, cū ille datus neutiquā sit subiectus huic iurisdictioni.*) Ex cuius dictis patet quid in hac quæstione sentiēdū sit: in cæteris sequēdi Georgius de Cabedo *par.* 1. *decis.* 80. *n.* 2. Angutianus *de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *cōtr.* 23. *n.* 69. & Bellettus *in disq. Cleric. par.* 1. *tit. de fauore Clericorum personali*, §. 6. *n.* 15. per P. Dianā citati, cui cū declaratione præmissa consentiēdū esse puto.

Quod vero Aufrerius vir notæ doctrinæ, ac pietatis cōtendit in *d. Clem.* 1. *de offic. ordinary, reg.* 4. *fallentia* 5. si benè aduertatur ad mores Regni Frāciæ, respicit, vbi patrimonialia † Clericorū, minorum 7
præcipuè ordinū, ex prisca consuetudine Cōcordatis, cōcessionibusquè Pōtificū, Iudici territorij subsunt, quæ aliò trahenda non sunt.

QVÆSTIO XCVI.

An concordata Summi Pontificis cū aliquo Rege, sint priuilegium, & an sint reuocata per Bullam Cœnæ?

EPITOME.

1 *Concordata inter Pontificem, & Reges an reuocari possint?*
2 *Concordiæ definitio.*
3 *Priuilegij definitio.*
4 *Scripturæ tenor attendendus.*
5 *Pactū ob bonum publicū omnino seruandū.*
6 *Deus Opt. Max. pacta seruare tenetur.*
7 *Pactorum obseruatio à quo iure descendat.*
8 *Pacta quæ rescindi à Pontifice debeant?*
9 *Ius publicum præcipuum in religione.*
10 *Pontifex recedens à concordia damna Principibus resarcit.*
11 *Priuilegium vt tale reuocari potest.*
12 *Beneficia Hispana Hispanis ex pactione debentur.*

OCcurrit primò huic quæstioni † nomen ipsum cōcordiæ, quod priuilegio multum aduersari videtur. Cōcordia 1
† enim concors est duorū in vnū placitū, pactóquè magis accedit; quod si discordia præcesserit transactio potiùs dici debet. Priuilegiū † verò cū fauorē cōtineat 2
priuatæquè vtilitati seruiat, aliquid præter ius indulgens nescio, qua ratione concordiæ appellatione venire possit, vt patet ex definitionibus in *l.* 1. *D. de pactis* in *cap. Abbati* 25. vers. *Quia cū priuilegium de verb signif.* & in *cap. discordantes cū plur. seq distinct.* 91. iunctis quæ ex P. M. Arauxo post D. Thomā de natura priuilegiorum dicta sunt suprà *quæst.* 61. *n.* 25. *fol.* 451. ex hoc constat, videndi gratia, an concordata nudum priuilegium, & fauorem, non reciprocum pactū contineant, illa inspicienda † eorumquè exemplum proferendum, vt traditur in *l. vt responsum* 15. *C. de transact.* nam si ad pacē Prouincia- 3
4

ciarum (non modicè ex controuersijs tur
batarum) conciliandam, ad animarum
salutem, ad religionis exaltationem con-
cordia sequuta fuerit, hoc quidem pactũ
5 erit, illudquè † publicum omnino ser-
uandum ad *l. conuentionum* 5. vers. *Publi-*
ca conuentio est, quæ fit per pacem (idest ob
pacem) *D. de pact.* Ad hæc vero pacta ser-
6 uanda † etiam Deus Optimus Max. te-
netur. Nec impedit recipiẽtis subiectio,
quin pactum sit, æqualiter ab vtroquè ser
uandum, à Deo nempè, ac à creatura ita
ex Magistro sententiarum docet Bald. *in*
l. 1. D. de pactis, cui non paucos addidi-
mus *tom. 1. de donationibus discurs. 2 partic.*
6. n. 102. vers (Nec prædicta) fol. 203. po-
testquè multis scripturæ locis comproba
ri, vt in Genesi *cap. 17 lin. 2.* ibi: *Ponam-*
què fœdus meum inter me, & te, & *lin. 7.* ibi:
Et statuam pactum meum inter me, & te, &
in Exodo *cap. 19. lin. 5.* in Deuterono-
mio *cap. 5. lin. 2.* & alibi sępius, siue enim
7 pactorum † obseruatio ab æquitate na-
turali descendat, vt & Consultus in *l. 1.*
D. de pactis, docet, siue communi gẽtium
consensu illorũ obseruatio inducta fue-
rit, vtroquè casu Pontifex recedere non
poterit, quin imò quò magis sanctitate,
ac integritate præfulget, pactis illis stare
debet, vt sæpiùs in hoc opere tractaui-
mus, docent etiam Salas *de legibus disp.*
14. sect. 2. n. 29. Bonac. *disp. 1. quæst. 1.*
pun. 6. n. 14. & in indiuiduo Concordia-
rũ, siuè Concordatorũ Gonzal *de reg. Cã-*
cell. glos. 26. n. 5. quibus concordat in prin
cipali supposito Suar. *in defens. fidei lib. 4.*
8 *c. 24. n. 21.* dũ † illa tantũ pacta excipit,
quibus Pontificia maiestas concutitur,
vel deprimitur, quę quidẽ vt iniqua, do-
lũ, fraudẽquè re ipsa continentia, quævè
9 ius publicũ, † quod summũ in religione
cõsistit, lædunt, seruari non oportet *l. ius*
publicũ 38. D. de pactis, l. sunt personæ, vers.
Nam summã esse rationẽ, quæ pro religione fa-
cit, D. de relig. & sumpt. fun. ad quod respe
xit sẽsatis rationibus Baldel. *lib. 5. Theol.*
moral. disp. 40. n. 7. ibi: *Si contingat, vt con-*
cordia semel facta à Papa cum Principe laico,
vergat postea in dãnũ Ecclesiæ, & ex illa sequa
tur vexatio, vilipendiũ, aut aliud præiudiciũ
status Ecclesiastici, omnino potest a Papa † re- 10
uocari, facta Principi recompensatione totius dã-
ni, si quod patitur ratione pacti, aut consuetio-
nis præcedentis. Cuius doctrinæ ratio est
euidens; nam si priuatorũ pacta ob dolũ
magnã læsionẽ, vel iniquitatẽ partim an-
nullantur, partim rescindũtur, cur non &
huiusmodi cõcordata, si talia esse auditis
Principibus cõperiãtur, huiusmodi reme
dijs subiacebunt? Diuersa est hæc dispnta
tio à simplici quæsito, an possint cõcor-
data, sicut & priuilegia reuocari? nam si-
cut de priuilegijs, quę naturã priuilegiorũ
nõ egrediuntur, nec vim contractus in-
duũt, disputatio iuridica videtur, cũ regu
lariter de eorũ simplici natura sit, † vt re 11
uocari possint per ea, quæ tradidi supra
quæst 61. ita è conuerso natura cõcordia-
rũ ipsa docet, ne reuocari possint, ex mul
tis docet Rebuff. *ad concord. Franc. in rub.*
de prel. in præfat. Gozal. *d. glos. 26 & 28.*
n. 24. & post hæc cum alijs Salzed. *de lege*
polit. lib. 2. c. 15 per totũ, præcipuè *n. 90.*
vsquè ad fin. docens, & rectè dispositionẽ
† Sixti IV. ne beneficia Hispana alijs prę 12
ter quã indigenis conferrentur, in vim cõ
tractus abijsse, ac nullo pacto reuocationi
subesse. De priuilegijs verò quando serua
ri debeant, cũ dixerimus suprà hoc *lib. 2.*
q. 4. ex n. 17. ad 36. & q. 6. ex n. 13. vsque
ad finem, alia superaddere inutile videtur.

QVÆSTIO XCVII.

An aliqua Ciuitas, vel Princeps possit exigere tributa à Clericis, quia per consuetudinem immemorabilem ita semper factum est?

EPITOME.

1 *Consuetudo an præstet titulum in exactione gabellarum in exemptos?*

2 *... vt talis ex iure ciuili descendens non potest Clericis præiudicare.*

3 *Bulla Cœnæ ex die publicationis omnes consuetudines futuras sustulit.*

4 *Immemorialis consuetudo iam firmata, reiecta non censetur.*

QVid in Dei Ecclesia circa sacras,
† profanasquè res immemorialis 1

vsus, atquè incontrouersus posit, præcipuè quoad Clericorum temporales causas cognoscendas, in quo potius eorum priuilegium versatur, integra *quæst.4. hoc libro 2.* explicatum est, quantùmquè in specie posit in solutione tributorum sæpius quoquè tractatum est ex *quæst.36. ad quæst.49.* vbi omnis tributorum, ac impositionum materia ordine eodem à P. Diana digesto tractata est, ex quibus patere potest Pauli de Castro *cons.423.* sententiam, Pereiræ etiam *de manu Regia p.1. cap.10. num.2.* non semper, nec prorsus reijciendam esse, nisi vbi ex consuetu
2 dine sciti initij, vel centenaria, † vti iuris ciuilis inuento cum mala successorum fide Reges ius exigendi gabellas in Clericos sibi acquisijssent, atquè vsurpassent, nam vbi titulus, vel traditio vetustissima illius Prouinciæ allegarentur, illa vtiquè attendenda essent, vt decidit expresè textus sæpius allegatus in *cap.26. super quibusdam, § præterea*, ibi: *Vel ex antiqua consuetudine à tēpore cuius nō extat memoria, introducta*, vbi omnes. Quod autē P. Diana ex Rota Romana, & Megala asserit, verò verius est, nempè ex die quo Bulla Cœ-
3 næ publicari cepta est, omnes † nouas acquisitiones Principum cessare, quæ post illā introduci præsumptæ sunt: illa enim ex illo die infecit omnem titulum præsumptum ex tempore, quod in præteritis procedere non potest semel quæsitis, & legitimè completis, vt sæpius diximus. Bulla verò ex quo anno publicari cepe- rit, tradit Salgad. *in tract. de protect. Regia p.1. cap.1. præludio 5. num.315.* quòd verò in Bulla præteritæ etiam consuetudi-
4 nes improbentur, iam † diximus supra *quæst.14. ex num.110. cum sequent.* quænam reiectæ censeantur, ad ea, quæ conformiter tradunt in terminis Concilij Tridentini, vbi consuetudines improbat, quæ repetere superfluum est cum *lib.1. quæst.1.* latiùs exarata sint.

QVÆSTIO LXXXXVIII.

An Episcopi posint excommunicare Iudices laicos, qui volunt cognoscere delicta suorum?

EPITOME.

1 *Censura an posint pro defensione familiæ armata ferri?*
2 *Concilium Tridentinum Clericalem statum fauore Principum moderauit.*
3 *Familia armata Episcoporum, Principum concesio est.*

PEreiræ opinionem latè † tutatus sum in decisione post Patrociniū impresā. Argumenta verò ipsius ex mente Cōcilij statum Ecclesiasticum reformare volentis irrefragabilia videntur: nam si Cōcilium Clericorum Minorum statum ad spiritualia in Ecclesia obeunda institutū fauore Principum † adeò moderauit, ne sine certis requisitis foro gauderent, vt supra *quæst.29. cum sex sequent.* probatū est, quis dicet, laicos merè sine vlla status mutatione ad Episcoporum libitum, vti Ecclesiasticos habere voluisse, vt numero etiam Clericos superarent? Absit id sensatus dicat, qui mentem Concilij perceperit. Idem argumentum de Clericis coniugatis sumi potest. De quibus omnibus superiùs, ac latisimè dictum est, vt Pereiræ, aliorumquè, qui eum sequuntur à me ibi relatorum opinio verior, ac magis iuridica appareat. Huic enim ministrorum laicorum consuetudini, familiæquè armatæ Episcoporum, Principum permissus † originem dedit, vt expressisimis monumentis in vtroquè Regno Siciliæ constare vidi, cætera indicatis locis habentur. Ac etiam *quæst.44. hoc libro.* De familia verò armata, an Episcopis conueniat, videantur tradita supra *quæst.10.*

QVÆSTIO LXXXXIX.

An transacto anno Episcopus sit executor vltimarum voluntatum, etiam quoad legata profana?

EPI-

EPITOME.

1 *Executio vltimarum voluntatum an ad Episcopum elapso anno pertineat?*
2 *Consuetudines stabilitæ semel seruandæ.*

1 MVlta de harum † opinionum veritate dici possent, attamen quia in hac materia diuersæ in fidelibus Prouinciis obseruantiæ inualuerunt, adeo vt in aliquibus Episcopi huiusmodi facultatē laicis iudicibus remittant, alibi ipsi cognoscant, quoad pia, nonnulli, iique pauci de vtrisque legatis exequendis curent; denique in certis locis præuentioni inter vtrumque iudicem locus sit. Ideo has cōsuetudines iam diu sine contradictione
2 fundatas † seruandas esse putarem, nec nouitates ex vtroque latere admitterem.

QVÆSTIO C.

An quando Clericus instituit hæredem alium Clericum, vel laicus condidit testamentum ad pias causas, possit Iudex Ecclesiasticus dicta testamēta publicare?

EPITOME.

1 *Publicatio testamenti an aliquando per Iudicem Ecclesiasticum fieri possit?*
2 . . . *veritatem scripturæ concernit.*
3 *Notarius laicus à Iudice Ecclesiastico cogi ad publicationem non potest.*
4 . . . *Ecclesiasticus ratione personæ potest à Iudice Ecclesiastico cogi.*

1 PVblicationes † testamentorum non hæredem, vel testatorum personas
2 principaliter, † sed Notarij, eiusque scripturæ veritatem, & legalitatē respiciunt, idcirco cùm in eum, si laicus præcipuè sit, Iudex laicus iurisdictione vtatur, Molinę, Gutterij, Heuiæque opinio nō omnino tuta videtur; nec enim iudex Eccle-
3 siasticus † Notarium non subditum ad hæc cogere poterit. Videndi ergo Barbosæ senioris scripta in *l. hæres absens num. 189. de iudic.* eiusque argumenta, & auctoritates, itemque scripta per nos supra *quæst. 21. & quæst. 45.* Admitto tamen simpliciter opinionem, si Notarius Ecclesiasticus fuerit † Episcopi iurisdictioni subiectus, item si recepta consuetudo, ita alicubi seruaretur. Faciunt tradita supra *quæst. 95* in simili specie. 4

QVÆSTIO CI.

An Episcopus possit visitare Hospitalia, & Confraternitates, quoad decentiam diuini cultus, etiamsi existant sub protectione Regum?

EPITOME.

1 *Visitatio Hospitalium exemptorum an quoad cultum diuinum Ordinario competat?*

IN hac quoque quæstione † consuetudinem receptam, ac incontrouersam obseruandam putarem, nec mutanda fore, quæ certam semper interpretationem habuerunt ad *l. minimè, D. de legib.* 1

QVÆSTIO CII.

An Reges possint se intromittere, quādo ab aliquo Episcopo non obseruatur aliquod Decretum Concilij Tridentini?

EPITOME.

1 *Reges an curent de Concilij Tridentini obseruantia?*
2 *Reges Galliæ Constantiensis, & Basileensis Concilij vindices sunt.*
3 *Galli de iuribus Regijs disputare non possunt, secus Hispani.*

HÆc ex traditis † supra *quæst. 25. fol. 297.* definiri possunt, vt Hispana praxis tutè sustineri valeat, additis quæ scribunt P. Diana viso Saura *de primis instantijs*, vbi verba Conciliorum refert, & Salgado in nouissimo *tractatu de supplicatione ad Sanctissimum*, qui materiā latè exornant. Demum aliqua adducit his relatis, & alijs Salzedo in *tractatu de lege Politica lib. 2. cap. 7. ex num. 6. & per totū,* vi- 1

videndus vbi quo,& quibus casibus Rex
noster hac facultate vtitur,aperit, nouis-
simosquè Auctores. & Senatus Decreta
refert. Nec omittenda, quæ Galli Scri-
ptores adducunt circa protectionem,
2 † quàm Regi suo tribuunt Decretorum
Constantiensis, ac Basileensis Concilij,
quibus fundamentis nitantur; ibi enim
3 de hac potestate disputare nefas, † nisi
ad eius confirmationem quis scribat.
Apud Hispanos verò aperto marte &
iura Regum firmare,& in controuersiam
deducere posse ius, fasquè videtur.

QVÆSTIO CIII.

An appellationes, quæ dicũtur tuitiuæ, rectè à Iudicibus laicis, in causis Ecclesiasticis concedantur?

EPITOME.

1 *Appellationes tuitiuæ quando concedi possint?*
2 *Princeps præsentes, futurasquè violentias tollere satagit.*
3 *Iudex quilibet inductum semel in possessionem semper fouet.*

1 QVæstio huiusmodi ex † huc vsquè
in materia violentiarum tecenda
rum scriptis disputari, ac definiri potest;
2 nam si Principibus illis occurrere † per-
missum est, atque Ecclesiasticos Iudices
ad appellationes admittendas cogere, vt
latissimo calamo suprà *quæst.* 14. funda-
tum est, posse quoquè, ne nouas iniurias
ex hoc ipso patiantur, subditos tueri, con
sequens videtur; nam cui aliquid statuē-
di facultas permittitur, potestas etiam
exequendi, ac executionem semel da-
3 tam tuendi concessa cēnsetur, nec † in
primo actu expirasse, (cùm tractum suc-
cessiuum contineat) dici potest, vt pro-
bant Bart. in *l. Adsessor, §. quem. esse*, vbi
Lancellotus Gallia, *D. de leg.* 1. ex eodē
Bart. in *l. inter Castel anum, D. de arbitr.* &
Bald. *ibidē* Alex. *in l. ait Prætor. §. si petit, col. penult.* vers. *Procedere posset etiam, D de iur. iur.* Ant. de Alex. *ibidem col.* 3.
vers. *Posset etiam alio casu.* Latissimè mil-

le adductis Giurba *cons.* 39. *ex num.* 21.
vsque ad *num.* 24. inutile enim esset Prin
cipem violentijs occurrere, si postmodū
illas iterare permitteret, nec oppresi om
nino tuti redderentur. Cætera præcitato
loco tradita sunt.

QVÆSTIO CIV.

An licita sit lex prohibēs, ne bona vulgò dicta de Realengo, *trāsferātur in Ecclesias vulgò* a mano morta *sine licentia Regis?*

EPITOME.

1 *Bona Regalia an possint vetari, ne transferantur in Ecclesiam?*
2 *Regalia strictiori iure, quàm feudalia reguntur.*
3 *Ecclesia perpetuò viuere dicitur.*
4 *Feudis, & Regalibus leges impositæ in quoscunquè transeunt.*

AFfinia huius † quæstionis suprà hoc
libro *quæst.* 58. haberi possunt, ex qui
bus præsentis veritas patere posset, hoc
addito, bona Regalia, siue demanialia
strictiori iure, quā feudalia haberi, † vti 2
ex multis probauimus *dec.* 1. *cum quatuor
sequentibus*, quod apud Nostrates firmissi-
mū est, demanialia enim,& Regalia feu-
da Regū sunt, familiæ,& dignitati Regiæ
tributa, & sicut in feudis receptissimum
est, ne ad Ecclesiam sine consensu Regis
transire possint, cùm Ecclesia † perpe- 3
tuò viuere dicatur, *cap. si gratiosè de rescrip. in* 6 probant latè ex pluribus Decretali-
bus Boerius *dec.* 267. *n.* 10. Anna. *alleg.*
121. Tapia in *Auth. ingressi verbi sua cap.*
14. *n.* 18. Petrus Greg. *de conc. feudi par.*
8. *quæst.* 16. cū alijs per me ad *ll. Federici
not.* 25 *fol.* 166. idem quoquè in regali-
bus, ac demanialibus apud Hispanos Rea
lengos sequi debet, ne in Ecclesias tran-
sire possint; feuda enim sunt, quibus hanc
legem imponere Reges † potuerunt, vt 4
talia semper maneant. Verum quod Re-
ges nostri pijssimi facili negotio litteras
capacitatis, quas amortizationis vocant
con-

concedunt,de quo latè omni virtute præditus vir Petrus Pecchius ſcripſit,ad quẽ in materia recurrendum eſt. Mihi hæc breuiter indicaſſe ſufficiat.

QVÆSTIO CV.

An Princeps ſecularis poſsit ferre aliquam legem aduersùs filios; contrà iuſtam parentum voluntatem nubentes?

EAdem omnino hæc quæſtio eſt cum *quæſt.* 75. de qua cum ſuprà nonnulla ſcripſerimus ſuperfluum iterum de ea diſſerere videtur.

QVÆSTIO CVI.

Quid ſentiendum de aliquibus Conſtitutionibus Iuſtiniani Imperatoris præſertim de Conſt. 3.5.6.57.58.

EPITOME.

Ad quæſt.CVI.omiſſa quæſt.CV.

1 *Leges Iuſtiniani circa Eccleſias, & Eccleſiaſticos an valeant?*
2 *Iuſtinianus antè ſenectam leges ritè tulit.*
3 *Pontifices vſquè ad Iuſtiniani tempora nulla iura Canonica conſtituere.*
4 *. . . . leges Imperatorias ſæpè probauere.*
5 *Ioannes Pontifex Iuſtiniani Decreta confirmauit.*
6 *Capitularia Caroli M. à Pontifice probata.*

1 QVod Iuſtinianus † antequam ſenio confectus Euthicheris errores imbibiſſet,in diuerſis Cõſtitutionibus ad reformandos perſonarum Eccleſiaſticarũ mores,doctrina vniuerſalium Conciliorum manuductus, & Conſtantinopolitani Patriarcæ,ac cæterorum Orientaliũ
2 † Epiſcoporum conſenſu fulcitus ſtatuit,illud idem eſt, quod anteriores Imperatores poſt Conſtantinum Maximum non ſemel curauere,vt ex diuerſis legibus in eiuſdem Codice *tit. de ſacroſanct. Eccl. tit. de Epiſc. & Cleric.* & in Theodoſiano *eiſdem tit.* manifeſtum fieri poteſt: nam cum vſquè ad illa tempora Pontifices

3 † Romani præter ea, quæ in Concilijs vniuerſalibus ſtatuebantur, nullas leges, nulloſvè Canones ad reformãdos Eccleſiaſticorũ mores cõdiderint præter paucas epiſtolas,de quarũ etiãfide dubitatur, an ipſorum Pontificũ fuerint, Hiſtoricis illorum temporum partim aduerſantibus,vt plurimum tacentibus,quod pijſsimi Imperatores ad Eccleſiaſticum ſtatũ incolumẽ,ſaluumquè ſeruandum, vigili cura, bonoquè zelo conſtituère, omninò per iniuriam culpari prætenditur, cũ
4 ipſimet Romani Pontifices † Imperatorias leges bónis moribus congruentes, ac Conciliorum doctrinæ non aduerſantes etiam poſt euulgarum in eis Decretalium, & legum ferendarum vſum, non tantùm probauerint, verũ quoquè ſummo niſu, ac precibus ab ipſis Imperatoribus,vt illæ ad vnguẽ ſeruarentur expetierint, vt patet ex Leonis IV. epiſtola *ad Lotharium in cap. vlt. diſt.* 10. ibi: *Veſtrã efflagitamus clementiam, vt ſicut hactenus Romana lex viguit,abſquè vniuerſis procellis, & quæ pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta,ita & nunc ſuum robur,propriumquè vigorem obtineat*; idem repetit in *cap. ideò permittente Domino* 25. *quæſt.* 1. aliaquè complura ex Diuo Gelaſio, Magno Gregorio, Caliſto,& Symmaco retulimus ſuprà *lib.* 2. *quæſt.* 8. *ex n.* 11. *ad num.* 20. Accedit doctrina D. Auguſtini *lib.* 2. *contra litteras Petiliani cap.* 58. Atquè hodie in Vrbe ius Imperatorium in temporalibus cauſis ante ius Pontificium ſeruatur, refert Gratianus I C. Romanus *diſcept.* 933. *poſt medium*, hinc videmus
5 † Ioannem Pontificem Iuſtiniani circa fidem ſtatuta ex Concilijs deprompta probaſſe,vt in *l. inter claras* 8. *C. de ſum. Trinit. & fide Cath.* alia huiuſmodi circa Eccleſiaſticos mores præter fidei materias cumulauimus *d. quæſt.* 8. quæ ne bis repetamus,ibi legenda ſunt.

Quod autem Cardinalis Baronius cõtra Iuſtinianum præter hiſtoricum ſtylũ cenſorio more effundit, ſi de conſtitutis ab eo circa fidem in vltimis Imperij annis iam hæretica frœneſi correpto loquitur,

tur, haud dubium quin rectè culpari debuit; cætera verò, quæ dum Catholicus esset, ordinauit, nec Ecclesiasticis regulis, & Conciliorum Canonibus contradicunt, quo pacto improbari potuerint, nescio; video enim Carolum M. Ludouicum Pium, cæterosque Caroli successores multa circa huiusmodi in Capitularibus suis effudisse, quæ tantùm abest à
6 Pontificibus damnari, quantum † adest ad illa seruanda se obligasse, vt in *cap.* 10. *de Capitulis dist.* 10.

QVÆSTIO CVII.

An Clericus possit se subijcere Iudici seculari, vt arbitro?

IN hac quæstione nihil, quod doctrinæ Patris Dianæ addendum sit reperio, quinimo illā per omnia sequēdam puto.

QVÆSTIO CVIII.

An semel punitus in foro Ecclesiæ possit iterum pro eadem culpa à Iudice seculari puniri etiam ad excessum pœnæ?

EPITOME.

Quæst. CVIII. omissa antecedente.

1 *Pœnæ in delictis mixti fori an possint à Iudice laico suppleri?*

2 *Iurisdictio inter duos Principes omnino diuersa.*

3 *Ecclesiastica iurisdictio cum laica omnino connexa.*

4 *Iudex secularis propriè pœnas irrogat.*

1 PRo affirmatiua † affert Pater Diana expressum textum in *cap. felicis* 5. 5. *per hoc de pœnis in* 6 vbi post auctas contra occisores Cardinalium pœnas addit hęc verba (*per hoc quoque secularibus potestatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduersus sacrilegos Catholici Principes ediderunt*) fatetur etiam idem auctor idem multos I. C. docere, quod verissimum est, in hoc nempè omnes Canonum, Cæsareique Iuris Interpretes consentire; tenent etiam Cenedo in *Canonicis quæstionibus q.* 36. *num.* 25. & Bobadill. *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 94. *in glos. lit. D.* & in casu simili Pereira *tract. de manu Regia p.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. Madius *in tract. de sacris Ordinibus cap.* 15. *n.* 6. & ex Theologis Adamus Tanerus *in* 2. 2. *disp.* 4. *q.* 4. *dub.* 4. *n.* 93. & Miranda in *lib. de ordine iudic. tom.* 1. *quæst.* 1 *art.* 7. *concl.* 3. Gutierrez *Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. & hanc sententiam cum aliqua limitatione tenet etiam Sigismundus Scaccia *de iudic. caus. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 91. & Laiman *in Theol. mor. lib.* 4. *tom. act.* 9. *cap.* 2. *num.* 6.

Ipse verò contrariam sententiam omninò amplectendam esse putat, auctoritate, & doctrinis Christophori de Anguiano *de legibus lib.* 3. *controu.* 32. *ex num.* 7. motus. Sed illa omnia, parcat mihi Anguianus, leuissima sunt, ac ad labefactandam frequentissimam Canonistarum, ac Cæsareorum opinionem ingenij in Cathedra ostentandi gratia conducta; iurisdictio enim in causis mixti fori inter Ecclesiasticum, & Laicum Iudicem non est adeo diuisa, sicut illa, quæ inter iudices diuersorum territoriorum consideratur. † Isti enim inter se nulla connexitate, nec amoris, & charitatis, nec finis, & vnici interesse vinciuntur; at Iudicis Ecclesiastici cum laico, quoad peccatorum † vindictam vnus finis est, vt rei corrigantur, & cæteri pœnarum rigore deterriti à similibus abstineant, quod cùm plenè Ecclesiasticus iudex ob muneris sui pietatē præstare non possit, per hoc rectissimè constitutum est, vt secularis † iudex pœnas suppleat, ad quem propriè huiusmodi castigare pertinet, vt ex D. Augustino deciditur in *cap.* 38. *sunt* 23. *quæst.* 5. per hæc verba: (*Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quàm per Antistites, & rectores Ecclesiarum vindicantur, sicut est, cùm quis interficit Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, siue Diaconum, huiusmodi reos Reges, & Principes mundi damnant. Ergo non sine causa gladium portant, qui talia scelera diiudicant; sunt enim maximè constituti propter homicidas, raptores,*

res, ut illos damnent, & alios suo timore compescant.) Cui accedit D. Gregorius *in cap.* 11. *qui in furtis* 14. *quæst.* 6. meliùs ac ad controuersiæ definitionem in *cap.* 8. *cum deuotissimam, cum cap. seq.* vers. *Et vestra Regia dignitate*, de connexitate verò, ac quasi identitate harum iurisdictionum ad aliorum differētiam, cùm satis, latèque dictū fuerit hoc eodem *lib. quæst.* 4. *ex num.* 36. *ad finem fol.* 183. alia addere supersedeo cùm ex illis ad Anguiani argumenta responsio latissimè pateat.

QVÆSTIO CIX.

An Iudex Ecclesiasticus teneatur in causis Ecclesiasticis, aut mixti fori, præbere processus Iudicibus secularibus, à quibus auxilium petit?

EPITOME.

1 *Iudex Laicus an stare debeat actis iudicii Ecclesiastici?*
2 *Executio modici praiudicij debet sine inspectione actorum fieri.*
3 *Interesse habens si petat in arduis acta videri, audiendus est.*

1 QVæstio † huiusmodi, quæ in præsenti à P. Diana adducitur, apud Nostrates problematica omnino est, ac frequentiùs in omnibus Prouincijs, & Regnis illa amplecti solet, quam vsus tribunalium probauit, hac admissa differētia, vt si executio Ecclesiastici Iudicis, pro
2 † qua auxilium petitur, modici præiudicij esset, vt potè si de captura ageretur, & frustratio iudicij timeri possit, nullatenus acta remittantur; cæterùm vbi de magno præiudicio ageretur, instante maximè interesse habente, nescio, † quo pacto Nostratum opinio cessare posset, in quo videndi omnino allati per Dominum Barbosam *de potest. Episc par.* 3. *alleg.* 108. *n.* 26. ac per eum tradita, vt omninò concorditer inter vtramquè iurisdictionem agatur, & non tanquam inter infensas, consideratis ijs, quæ pro concordia promouenda scripsi sup. hoc *lib.* 2. *quæst.* 4. præcipuè *ex n.* 45. *vsque ad n.* 51. & iterum *ex num.* 66. *ad n* 82.

QVÆSTIO CX.

An Clericus falsum testimonium dicens corā Iudice Laico ab eo puniri possit?

EPITOME.

1 *Clericus ob falsum testimonium iurisdictionem non prorogat?*
2 *Prælati, vt Clerici Laicis se subijciant, permittere non possunt.*
3 *Continentia causæ an quoad Clericos procedat?*

CVm Clericos, sicut expressè, ita nec tacitè foro suo renunciare non posse firmissimum sit; nescio quo pacto Scriptores huiusmodi prorogationem ob falsum testimonium † coram Iudice laico præstitum admittant, licèt illi de Prælatorum licentia testimonium dixerint; nec 1
† enim Prælati id permittere possunt, idcircò neganti sententiæ semper adhærendum puto, nisi vbi Iudex Ecclesiasticus 2
requisitus omninò Clericos, qui falsum deposuerunt, castigare nolit; tūc enim illa seruari posse videntur, quæ in simili casu, & in simili quæstione supra hoc *lib.* 2. *quæst.* 26. diximus, & quoad † inconueniens diuisionis continentiæ causæ adcūda, quæ posuimus in *Codice in Glos. ad vltima concordata ad cap.* 8. *fol.* 505. licèt ibi quoad sanctæ Inquisitionis Familiares decisa, ad Clericos per status mutationem exemptos in totum trahi non possint. 3

QVÆSTIO CXI.

An Iudex Ecclesiasticus possit incidenter cognoscere de rebus temporalibus seu profanis, & ècontra Iudices Laici de rebus spiritualibus, & Ecclesiasticis?

EPITOME.

1 *Spirituales causæ ab Ecclesiasticis satis differunt?*
2 *Principes in spiritualibus discunt, nō docēt.*
3 *In-*

3 *Incidentia factorum spiritualium omnino profana.*

1 Cum tam nota sit inter spirituales, & Ecclesiasticas materias differentia, miror quo pacto † ambæ vnica determinatione comprehendi possint. Spirituales enim quæstiones circa sacramenta, & fidei articulos vertuntur, de quibus eorumquè substantia, & forma (incidenter licèt) Laicos Magistratus in nostra disciplina cognoscere posse, nemo dixerit: in
2 his enim cis magis † conuenit discere, quã docere, vt piè, liberecquè Ioannes Papa pronũciauit in *c. si Imperator*, ibi: *Quod ad religionem competit, discere ei conuenit, non docere.* Gelasius quoquè prior ad Anastasium in epistola ex corpore, quæ partim habetur in *cap duo sunt distinct.* 96. verbis Gregorij VII. interpuncta, ibi: *Nosti enim fili clementissime, quòd licèt præsideas humano generi dignitate: rerum tamen præsulibus diuinarum colla submittis, & quòd ab eis caufas suæ salutis expetis, in quo sumendis cœlestibus sacramentis, eisquè, vt competit, disponendis subdi te debere cognoscis, religionis ordine, potiùs, quàm præesse.* Et mille similia, cum traditis hoc *lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 8.

At Ecclesiasticæ, & Ecclesiasticorum causæ (licèt Prælatis tributa eorum cognitio fuerit, vt *d. quæst.* 1. latiùs fundatũ est) diuerso omnino iure censentur, siue ex Pontificia, siuè Imperatoria concessione illis competere dicatur, quod præcipuè ad incidentias attinet, vt notum
3 omnino est, idē si de nudis † factis etiam spiritualium agatur, præcisa sacramentorum substantia, spiritualia enim facta nõ sunt, licèt Ecclesiastica elici possent, in quibus nulla iuris cognitio exercetur. Sicut in exemplis ab eodem P. Diana supra traditis in spiritualibus capitibus traditũ est, per quæ quid in præsenti quæstione tenẽdum sit, patebit, supra nempe *quæst.* 56.63.67.& 86. & alibi nõ semel ad disputata in *l. Titia, D. sol. matr.* vbi quid de Iudicibus Ecclesiasticis dicendum sit, habetur.

QVÆSTIO CXII.

An Princeps Laicus possit legitimare filiũ Clerici, si ipse filius sit Clericus?

EPITOME.

1 *Legitimatio filij Clerici à quo cõcedẽda sit?*
2 *Legitimationes ad honores, & ad successiones conceduntur.*
3 *Principes impedimenta ciuilia tollunt.*
4 *Illegitimi incapaces spiritualium.*
5 *Legitimationes aliæ Pontificiæ, aliæ Principum.*
6 *Pontifex ad honores Principum non legitimat.*
7 *Iurisdictio per legitimationem non exercetur.*
8 *Inuitus nemo legitimatur.*
9 *Princeps legum suam soluit.*
10 *Ecclesiastici capaces priuilegiorum secularium.*
11 *Legitimatio in hoc casu ab vtroque Principe impetrari debet.*

Legitimationes † ad duo præcipuè respiciunt. Ad honores, & dignitates 1
primùm, † postremò ad bona; vtrisquè 2
enim ex legis ciuilis dispositione priuati sunt illegitimi matrimoniorum fauore; quæ impedimenta † ciuilia in suis Prouincijs, & territorio solùm à Principe, vt 3
legum latore, & perinde dispẽsatore submouentur: At quia post Orbem redemptum aliæ sunt dignitates, alia bona, quæ spiritualia, & Ecclesiastica dicũtur, quorum illegitimi ex Canonum dispositione
† incapaces redditi sunt, vt sunt ordines, Ecclesiastica officia, & dignitates, item & beneficiales redditus, ad quæ non nisi Pontifex Summus illos reintegrare potest; inde factum est duo legitimationum genera in Christiana Republica inueniri † Pontificias, & Principales, priores ad honores, bonaquè Ecclesiastica, posteriores ad temporalia acquirẽnda, vt hæc omnia latiori calamo præstingunt Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 9. *n.* 53. Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 2. Lupus *de illeg. cõm.* 3. §. 3. Mastrill. *de magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 39. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 7. Castill. post 4
5

post innumeros *tom. 5. contr. cap. 105.* Ego *tom. 1. de donat. disc. 2. part. 6.* Addo Molin Theol. *disp. 173.*

Ex his patet distinctio ad quæstionem
6 propositam: nam si Pōtifex † huiusmodi filium Clericum Clerici ad honores profanos restituere non potest, quoniam horum dispositio ad Principem pertinet, si legum ciuilium vinculum in præiudicium vocatorum ad illa bona (qui veniētes abintestato esse agnoscuntur) tollere in aliena iurisdictione non potest, nec id efficere, ne Magistratus verum successorem in possessionem mittant; ad quid validitatem huiusmodi legitimationum sustinere, si in foro laicali nullatenus seruādæ sunt, ac hoc pacto Clericos huiusmodi eludere? Nec enim omnino verum est, quòd Pontius *lib. 11. cap. 6. n. 9. de matr.* & Anguianus semper Couarr. infestus *tom. 1. lib. 2 contr. 23. n. 6* affirmant per
7 legitimationē † à Principe iurisdictionē exerceri: nam imprimis hæc iurisdictio, si talis esset, volūtaria est, vnde impropria:
8 nemo † enim legitimatur inuitus, deinde nullum ius exerceri dicitur, cùm ius dispensatur, licèt munus Principi speciale
9 exerceatur, † cuius est legem suam, aut prædecessorum soluere, vt ex multis egregiè docet P. M. Arauxo *in 1. 2. D. Thomæ quæst. 97. disp. 3. secti. 7. diff. 4. in 2. modo.* Est hoc ideo priuilegium, quòd licèt à potestate, non tamen à iurisdictione descēdit: potestatem verò hanc quoad priuilegia recipienda, petenda, ac solicitè amplectenda Clerici sine Ecclesiasticæ iurisdictionis læsione agnoscere possunt, vt ex iis, quæ ad eiusdem P. Dianæ doctrinam disputauimus, patere potest, nempe supra *quæst. 61. fol. 447.* vbi Ecclesiasticos
10 † Principalium fauorum, & priuilegiorum capaces esse probatum est. In eis enim concedendis suprema potestas, non verò iurisdictio aliqua exercetur, vt dictum est, in quo Pontius, & Anguianus decepti sunt, nec Couarruu. 2. *part. de sponsal. cap. 8. § 8.* ex præcipuis Canonistarum oppositum docenti vllatenus satisfacere potuerunt. Non tamen per hæc Azorij *tomo 2. lib. 2. cap. 15. quæst. fin.* cautelam damno; qui ab vtroque Principe legitimationem † impetrandam fore 11
consulit, ne damna, quæ præmisi, Clericus subiret. Tuta enim semper amplectēda, periculosa damnanda.

QVÆSTIO CXIII.

An Prælati Summo Pontifice inferiores delegare possint indistinctè Laicis causas Ecclesiasticas?

EPITOME.

1 *Pontifex causas Ecclesiasticas indistinctè Laicis delegare potest.*
2 *Episcopi ex consuetudine aliquas causas Ecclesiasticas delegant.*

QVoad Pontificem, † vt benè Pater Diana aduertit, expeditissimū est, 1
& præter allatos ab eo latissimè id ipsum fundant ex ore omnium Canonistarum Cardinalis Columna, Archiepiscopus Gueuara, ac Prothonotarius Xibecca cū cæteris, qui pro Legatione Sicula scripserūt: De Episcopis † verò cōsuetudo iu 2
dicandi à P. Diana allata omnino amplectenda videtur, nec audiendus Anguianus disputandi gratia id controuertens, quod ab omnibus receptum vbiquè est.

QVÆSTIO CXIV.

An Princeps secularis nō tantùm possit resistere iuramento, ita vt prohibeat ne fiat, sed etiam possit impedire effectum illius, ita vt si fiat, nullatenus sequatur obligatio?

QVÆSTIO CXV.

An Princeps secularis possit relaxare obligationem iuramenti præstiti?

QVÆSTIO CXVI.

An Iudex secularis possit cogere Laicos ad condonandam obligationem iuramenti metu, aut iniuria extorti?

QVæ ad has tres quæstiones pertinēt ex traditis sup *quæst.* 74 *fol.* 474. denuò iteri posse puto; ideo ad alia progredi subsisto. Cùm præcipuè ex Auctoribus à P. Diana allatis abundè veritas ipsarum quæstionum haberi possit.

QVÆSTIO CXVII.

An de causa dotis principaliter, & non incidenter intētata possit Iudex Ecclesiasticus inter Laicos cognoscere?

MVlta ad huius argumenti materiam supra *quæst* 86. tradita sunt, ex quibus præsens quæstio examinari, ac decidi potest, ibi ergo recurrēdū est, ac ad *quæst.* 56.63. & 67.

QVÆSTIO CXVIII.

An si viduæ, pupilli, vel aliæ personæ pauperes fuerint oppressæ, tunc etiā nulla data negligentia Iudicis secularis, possint aduersarios suos ad Iudicem Ecclesiasticum trahere, & in illius foro conuenire?

EPITOME.

Ad quæst. CXVIII. omissis quatuor antecedentibus.

1 *Causa pupillorum an directè ad Iudicem Ecclesiasticum pertineant?*
2 *Honorius 3. causam Reginæ viduæ directò delegat.*
3 *Ioannes Rex Angliæ sua Regna Romanæ Ecclesiæ subiecit.*
4 *Directus Dominus causas delegare potest.*
5 *Pontifex cognoscit de Regū causis inter se.*
6 *Circunstantiæ vnius causæ si deficiant determinatio deficit.*
7 *Iudex secularis primùm requirendus, vt Ecclesiasticus intret.*
8 *In cōpetētia de causa, meritacognosci nō possūt.*
9 *Comes Tholosanus nemini suberat.*
10 *Iudices Patrimoniales quare constituti?*
11 *Ecclesia Romana in nullius iniuriam deseruit.*
12 *Secularis iustitia priùs adeunda.*
13 *Pontifex ob oppressiones directò non cognoscit, sed tantum quoad pacem fractam, & strages vitandas.*
14 *Oppressio, & spoliatio quando iurisdictionem deferat?*

QVæstio, de qua † agitur, vt rectè P. Diana adnotat, de iuris rigore disputari potest; nam receptissima omniū Prouinciarum praxis, ac inuiolata cōsuetudo contrarios actus non admittit, illā tamen pro affirmatiua risu dignā putauit, ac disputationē non admittentē Couarr. *pract. c.* 6 *post n.* 1. Ecōuersò negatiuam falsam ostendere conatur Anguianus sæpiùs, vt notauimus, Couarruuiæ parum æquus *tom.* 1 *lib.* 3 *contr.* 2 *n.* 48. 1

Vnde ad iura Canonica, ex quibus affirmans sustineri dicitur, recurrendum esse videtur. Et primò ad textum in *cap. ex parte* 15. *de foro compet.* vbi Honorius 3. causam restitutionis Castri Sergei ad viduā Angliæ Reginam dotalitij nomine pertinentē, à quo spoliata fuerat, à Ioanne piæ decessore suo (puto quod Innocentiū dicere debuit, nam Ioannes 20 per centum septuaginta annos Honorium præcessit) certis iudicibus † cōmissam, definiri præcipit, non obstante, ait Pontifex, quòd literæ Apostolicæ *non faciebant mentionem, quòd Dominus feudi fuerit requisitus, & ipse in exhibenda iustitia fuerit negligens, vel remissus.* Ex hac exceptionis reiectione putat Anguianus directò Ecclesiastico Iudici ei cognitionem causarum miserabilium personarum competere. 2

Sed ad hanc Honorij epistolam aduertere libet, illam in causa viduæ Reginæ contra Regis concessionarium, ipsumquè Regem manasse, illoquè eodem tempore, vel parum post, quo Ioannes † Rex Angliæ, & Hiberniæ sua Regna Innocentio III. Pontifici, ac Romanæ Ecclesiæ, vt commodiùs Regi Franciæ resistere posset, vectigalia, ac omnino subdita reddidit, quò Pontifex eum diris, ac armis iuuaret, vt quoad pri- 3

primũ patet ex relatione *cap. nouit* 13. *de iud.* vbi idem Pontifex causam inter hos
Reges delegat, ac nisi Francus pareat, cen
suras declarandas esse decernit. Ex Histo
ricis factum referunt Polidorus Virgilius
lib. 15. *in Ioanne*, Platina *in Vita Innoc. III.*
vers. *Venerat tum Romam Federicus II. coro-
næ gratia.* Blondus *lib.* 6. *Decad.* 2. D. An-
ton. Arch. Florent. *in hist. p.* 3. *tit.* 16. §. 5.
Marta de *Iurisd. p.* 1. *cap.* 26. *num.* 39. vbi
quòd Summo Pontifici se Vassallos cõ-
stituerunt, & quòd hic Ioannes cum cõ-
sensu omniũ Comitũ, Baronum, & alio-
rũ Dominorũ Angliæ, & Hiberniæ cõ-
stituit se Summi Pontificis, & S. Roma-
næ Ecclesię Vassallum, & quòd homagiũ,
& fidelitatem iurauit in manibus Legati
Apostolici, & Innoc. Papæ III. sub anno
Domini 1213. quam Bullam authenti-
cam extare in Vaticano asserit.

Quo attento, qualitate etiam personæ
(agebatur enim de causa inter Reginam
viduam Regis Richardi, & quendam in-
uasorem Castri, Ioannẽ tunc Regem re-
pręsentantem) poterat secundùm aliquos
Pontifex causam illam directò delegare,
4 vt directus † illorum Regnorum domi-
nus, cùm duo directi eodem tempore cõ-
currere possint, vt probat in specie Mar-
ta de *iurisd. p.* 1. *cap* 20. *num.* 16. hinc de-
cantatæ quæstiones de potestate auocan-
di in Regnis huiusmodi priores causas, ad
quas Neapolitani Scriptores solidè oc-
5 currunt. Et de Regum causis † inter se,
quòd per hoc ipsum Pontificum notio
fundetur, latè P. Diana statim *resol.* 124.
quòd si poterat in hoc casu speciali ex
huiusmodi rationibus directò cognosce-
re, minùs rectè hæc Decretalis generali-
ter ad omnes casus applicatur, vt sæpius
expressis iuribus probatum est. Vt enim
illa ad alios casus trahi possit, circunstan-
6 tiæ † hæ omnes, quas retulimus, inter-
uenire debent, vt nempe inter Reges aga-
tur, quòdvè Regnum directò Romanæ
Ecclesiæ subsit, vectigaleque sit. Quod
tamen, neque in controuersum transiret,
nam Rex noster simile quid in Regno
Neapolitano non pateretur.

Alter textus in *cap. significantibus* 38. *de offic. delegati* oppositũ potius quàm quod
fundari prætẽditur, probat, cum Delegati
à Pontifice dati, se non nisi in subsidium
† cognoscere posse pronũciauerint, nem- 7
pe, *requisito priùs domino, sub cuius iurisdi-
ctione ipsi consistunt, & coram quo parati erãt
eidem exhibere iustitiæ complementum*, ac in
tantum iurisdictionem resumere conten-
debant, in quantum arbitri determinare
distulerant. Eratque hoc in compromis-
so cautum. Pontifex verò Delegatorum
nouum conamen post in competentiam
semel decisam † in irritum reuocat, quo 8
& exceptionem probare videtur, & in-
competentiam declarare.

Denium vtitur Anguianus textu in *ca-
pite super quibusdam* 26. §. *fin. de verb.
signific.* vbi Pontifex Comiti Tholosano
absoluto suæ Prouinciæ domino rescri-
bit, debere se coram Sedis Apostolicæ
Legato super causis miserabilium perso-
narum † respondere: quod ex præmissa 9
ratione euenit, nempe quia Principum
causæ ab alijs cognosci non possunt, ideò
Pontifex ne iustitia deficiat, Iudices de-
legat, ad quod vitandum speciales Ma-
gistratus in omnibus quasi † Prouincijs 10
constituti sunt, qui inter Principes, ac
subditos ius dicant: qui Procuratoris Cę-
saris locum occupant. Rationales, Patri-
moniales Diffinitores alibi dicti: de co-
mitatu Tholosano Franciæ dein vni-
to, quod antea nemini suberat, ex Bart. &
Ioanne Igneo meminit Marta de *iurisd.
p.* 1. *cap.* 26. *n.* 115.

Hæc pro Ecclesiasticis Iudicibus addu
cũtur. Sed pro Regibus citatur primò tex
tus in *cap. ex tenore* 11. *de foro compet.* vbi
idem Innoc. III. qui causam præmissam
inter Reginam, & Comitem delegauerat
conquerentibus se, quòd alteram viduæ
causam directò se Iudex delegatus ipsius
cognoscere præsumebat, sic decidit: *Nos
igitur attendentes, quòd sic sumus viduis in iu-
stitia † debitores, quòd alijs iniustitiã facere* 11
*nõ debemus, mandamus quatenus, nisi sit talis
causa, quæ ad Ecclesiasticũ Iudicẽ pertinere no-
scatur, ei supersedere curetis, dũmodo per Iudi-*

12 *cem secularē suam † iustitiam possit obtinere,*
alioquin non obstante ipsius contradictione
causam ipsam ratione prauia terminetis. Hāc
Decretalem expressissimam esse putant,
quævè omnia in aduersum tradita cessa-
re faciat, vt quæ nec in casus figuratione,
nec in personarum circunstantijs, sicut
cæteræ iam adductæ, cauillationem, & mi
nùs sensatam responsionem admittat.

Affertur etiam ratio textus in *d. cap. 9.*
de Iudicijs, quatenus ibi Pontifex expres-
sè fatetur, se nolle iurisdictionem Regis
Francorum in materia feudi perturbare,
licèt Ioannes Angliæ Rex se oppressum,
13 ac violenter aggressum † conquerebatur
posse tamē, ac debere se intromittere ob
fractam pacem, ac iuramentum non ob-
seruatum stragesquè vitandas, & hanc
opinionem pro Principibus tenet (quod
notandū est) Marta, vt etiam data oppres
sione Iudex Ecclesiasticus, nisi data ne-
gligentia alterius cognoscere nequeat de
iurisdictione, *p. 2. c. 21. n. 12.* his omnino
verbis: *Ego autem quantum ad propositam*
principalē quæstionem pertinet, arbitror, illā
communem iure non subsistere, & quòd nō ali-
ter præfati miserabiles iudicem Ecclesiasticum
adire possunt, nisi data negligentia Iudicis Lai-
ci, ex regul. cap. ex tenore de f..o compet. &
ex ratione cap nouit. de iudic. & hanc tenet
Innoc. *in d cap. significantibus n. 1. in fine.* &
probat Couarr. *in d. c. 6. n. 1. in fine practic.*
quæst. vbi testatur, quòd in dies in Regnis Hi-
spaniæ, & Galliæ iudicatur contra illam cō-
munem, & multò strictiùs in Italia: Nō enim
potest Iudex Ecclesiasticus contra Laicum co-
gnoscere de re temporali, quantumcumquè Lai-
14 *cus fuerit oppressus, † & spoliatus, nisi pro-*
prius, & naturalis suus Iudex negligens esset
in administrando iustitiam, & hoc etiam pro-
bat d. c. ex parte B. de foro compet. Vbi propter
potentiam rei conuenti, qui actorem spoliaue-
rat, in Iudice seculari maxima aderat suspi-
cio negligentiæ, vt ibi Couarruu. aduertit, &
hanc opinionem tenet etiam Butr. in cap. licèt
de foro compet & Constantin. Roger. in tract.
de dote, quæst. 17 n 2 ex cuius dictis
patet, quid in hac quæstione
sentiendum sit,

QVÆSTIO CXIX.

An Clericus relegatus à Iudice Eccle-
siastico, si durante relegatione effi-
ciatur Laicus, & frangat relegatio
nem, possit pro dicta fractura à Iu-
dice Ecclesiastico puniri, & dupli-
cari pœna?

EPITOME.

1 *Pœna fracti exilij à quo Iudice irrogetur?*
2 ... *an sit nouum delictum, an vetus.*

DVbium quæstionis † præsentis in 1
hoc recidere potest, an pœna illa fra
cti exilij vetus condemnatio, ex priori
sententia descendens, an verò noua ob
nouum delictum † pœna sit? nam si no- 2
ua foret, ac is, in quem exequenda esset
Laicus inueniretur, ex quo iam Ecclesia-
stico Iudici non subesset, nec processus
formari, nec sententia ferri iure posset.
Quòd noua sit pœna, videantur in simili
Gama *decis.* 362. ac Marta à me adductū
lib. 1. quæst. 40. *n.* 16. *fol.* 151. Si vetus
executio esset, sine dubio Ecclesiasticus
Iudex ad executionem procedere debe-
ret; quod rationi consonum videtur.

QVÆSTIO CXX.

An Iudex Ecclesiasticus sit competens
non solùm quoad relaxationem iura-
menti, sed etiam ad effectum agen-
di, vt præstita relaxatione annullet,
& rescindat ipsum contractum?

EPITOME.

1 *Iudex Ecclesiasticus an rescindat contractū*
ratione iuramenti?
2 *Absolutionem ad effectum agendi Iudex Ec-*
clesiasticus impartitur.
3 *Causa absolutionis iuramenti, & rescissio-*
nis contractus diuisibiles.

DE affinibus huius † quæstionis actum 1
est supra *quæst.* 34 de præsenti illud
addere oportet, quòd cùm à Nostra-
tibus pro problematica habeatur, illa
in vnaquaquè Prouincia amplectenda
da erit, quam vsus, praxisquè probauit.

Scio

Scio communiorem totius Orbis Christiani illam esse, vt Iudex Ecclesiasticus
2 † absolutionem solùm ad effectum agēdi impartiatur, vt causa coram laico ex integro sine periurij nota agitetur. Quod Iudicis Ecclesiastici integritati, ac à curis secularibus segregationi summè conuenit, ne captare occasionem profanis se immiscendi videatur, cùm præcipuè Ecclesiastica iurisdictio nihil detrimenti pa-
3 tiatur, dum hæ cognitiones † diuisibiles sui natura sunt. Vt post Couarr. *libro* 1. *var. cap.* 4. *num.* 8. Pedem. *decis.* 78. non obstante frequentiori opinione agnoscit Marta *de iurisd. d. cap.* 9. *par.* 2. *num.* 36. ibi: *Nihilominus hoc non seruatur in praxi*, qui ad omnia pro & contra in hoc puncto adeundus erit.

QVÆSTIO CXXI.

An Ordinarius, vel Iudex delegatus debeat necessariò præmittere censuras, antequàm imploret pro sua sententia exequenda brachium seculare?

EPITOME.

1 *Censura ante omnia ab Ecclesia præmittenda?*

2 *Correctio in grauissima materia non nisi expressè permittenda.*

QVod Ioannes Petrus Moneta in *tractat. de Iudicibus confer. c.* 8. *n.* 268. & Segura in *directior. Iudicum Eccles. p.* 2. *c.* 13. *n.* 33. & alij penes ipsos intentant ad innouandā, ac omnino destruēdā priscā, ac incōtrouersam Ecclesiæ disciplinā Pontificū responsa, Cōciliorū sententias, ac Patrū concordem interpretationē tendunt, qui Ecclesiæ directo, & primario
1 † censurarū vsum in gladio Phineæ figuratū tribuunt; arma verò, ac manu militū executionē non nisi in subsidiū, & implorato Principū auxilio ci conuenire, quidquid aliud præter hoc seruetur, non esse è Christi disciplina constanter asseuerantes, vt hæc omnia latissimè, & ad nauseā probata sunt suprà hoc *lib.* 2. *quæst.* 10 *per totam*, præcipuè *ex n.* 25. *ad n.* 38. & *ex n.* 52. *vsque ad n.* 65. præcipuè *ex n.* 60. *cum quatuor sequent.* idcirco an ne huiusmodi apertissima decreta, ac Patrū sententiæ per ambiguum, atque ad aliud tendentē Concilij Tridentini sermonē *sess.* 15. *c.* 5. *de regul.* & *sess* 25. *c.* 3. *de reform.* correcta, & sublata fuerint, Pōtificiæ determinationi remitto. Interim verò Couarruuiæ, & cæterorum opinionem Iuri Canonico conformiorē existimo, † cor- 2
rectionemque in tam graui materia, non nisi expressam, ac hunc punctum in specie determinatum esse debere puto per tradita *quæst.* 1. *lib.* 1.

QVÆSTIO CXXII.

An Summus Pontifex habeat in toto Orbe Christiano temporalium potestatem?

QVÆSTIO CXXIII.

Quomodo sit intelligenda Extrauagās: Vnam sanctam Bonifacij Octaui Summi Pontificis?

EPITOME.

Ad quæst. CXXIII. omissa antecedente.

1 *Summus Pontifex in ordine ad spiritualia temporali in toto Orbe vtitur potestate.*

2 *Religionis periculo instante, Pontifex temporali potestate vtitur.*

DE potestate Pontificis in temporalibus † scripsit latissimè Bellarmi- 1
nus, cui respondere conatus est Gulielmus Barclaius Ioannis pater, vnde Cardinalis conquisitis vndiquè auctoribus, Concilijs, ac Pōtificum declarationibus historias quoquè, resque gestas suam sententiam firmare, aduersarij verò diluere summo labore, ac eruditione conatus est, vt probaret veram Theologorum sententiam fauore Pontificiæ potestatis etiam quoad temporalia, & Regnorum ipsorum translationē, in ordine tamen ad spirituale bonum, ac æternam salutionē, vt ipse latè se explicat, si tamē priùs debitæ † monitiones præcesserint, si paternæ 2
officia, si nihil aliud agendum superfit, si moraliter religionis periculum instet, sicquè intelligendam Bonifacij VIII. Decretalem, qua id credere *de neces-*

Xx 3 *sita-*

sitate salutis fore declaratum fuit; quæ omnia pluribus locis prosequutus sum,& in hoc opere *lib.2.q.4.ex n.72.ad 79.* vnde aliud,vel alia addere subsisto.

QVÆSTIO CXXIV.

An Summus Pontifex possit cognoscere,& Iudex existere competens, vbi lis aliqua, vel discordia oritur in re graui inter duos supremos Principes, neminem in temporalibus recognoscentes?

EPITOME.

1 *Pontificis vniuersalem potestatem qui negat, fide abutitur?*

2 *Pontifex ad pacem Principes nolentes etiam adigit.*

3 *Status præsens Christianæ Reip. describitur.*

4 *Pontifici dissimulare non licet.*

5 *Cessio iuri suo in diuinis periculosa.*

6 *Pontifex excidium Christianæ Reip. ferre non debet, nec potest.*

Nihil tam certum esse debet post in Deũ fidem, nihil tam creditum, quã
1 Pontificis Rom.† vniuersalis in spiritualibus potestas, temporalis quoque, vbi ad spiritualiũ necessariũ profectum assequẽdum, vel damnum moraliter vitandũ illa vri opus sit; vnde nemo nisi aberrãs à vera fide, dubitabit vnquam, hac Pontificẽ
2 ad pacandos † inter se Christianos Principes vti posse, vt ex allatis à P. Diana auctoribus constare potest. Apertiùs verò doctrinis, ac exemplis id nouissimè comprobat Salzedo *de lege Politica lib.3. cap.1. per totum*, qui nihil, quod ad huius argumenti comprobationem conducere posset, intactum reliquit. Sed proh dolor! quis hodiernis periculosisque Ecclesiæ temporibus potestatis huius vsus? quis qualisque conatus? Dissident inter se iam
3 multis † ab hinc annis Catholicus, ac Christianissimus Rex. Fauent Gallo Protestantes omnes, Rex Succiæ, cæteręque Hæreticorum Respublicæ, & Principes, Fatret, & Turca, omnes in Catholicissimũ, & Catholicum Regẽ cõspirãt, vt in simili fatere cogatur pius scriptor Gallus Maclerus de *Monarch. 4. par. lib. 4. cap. 11. fol. 2034.* Imperium pœnæ ruens conspicitur, Turca Venetæ Reipublicæ Christianorum propugnaculi Regna aperto marte occupat, in Regna vtriusquè Siciliæ minas, ac cædes conspirat, omnia euertere cogitat. Omne mediterraneũ mare piratis completum conspicitur, nulla inter fideles commercia, nulla fœdera, omnia cedibus, & sanguine completa, atquè horrendum dictu, nec vnquam etiam inter barbaros vsitatum, igne omnia consumpta; naualia prælia non armis, & virtute, sed igneis nauibus sulphure congestis confecta, combusta vno die integra classis Catholicis hominibus plena, alibi aliæ flammis consumptæ: in Belgio omnia Sectarijs subdita, Episcopi pulsi Catholica Religio exul, & quod dolendum, metuendumquè est, in Hispaniæ finibus etiam Vgonoticum germen productum. Amissa Angliæ ad fidem recuperanda occasio. Quis enim ambigit, quod inter hæc Regis, & Parlamentariorum dissidia, ac Regiam exauthorationem, si vnitis viribus Hispanis, & Gallis, vniuersæquè Christianæ, Catholicæquè Republicæ Regi succursum foret, cum Rege Regnum ipsum certè lucratum esset, ac ad antiquam fidem reductum?

Hæc inter Christianos gerũtur. Tu verò Pater sanctissime Prędecessoris tui moras post compositas in hoc biennio Vrbis, ac Italorum Principum res, celeritate, pietate, zelo, & vigilantia corrigetiuum cuim, atquè vnicum in temporalibus munus est pacem à Christo præceptam à fidelibus Prouincijs exulantem reuocare *cap. nouit. de Iud.* Nec credas aliquẽ tuã in hac parte potestatem refragaturum, si, quod absit; aliquis se opponat, haud dubium, cum, vti schismaticum habendum, *quod tibi nec dissimulare,* † *nec tacere licet,* 4
vt Iulius Pontifex aiebat, relatus in *cap. officij nostri 24 quæst. 1.* & *summè in diuinis rebus periculosum est* (teste D. Cypriano in *cap. 8. quàm periculosum 7. quæst. 1.*) † *vt* 5
quis cedat iuri suo, & potestati. Hæc autem maxima est, vt filios tuos Reges ad con-

cor-

cordiam cogas, precibus, monitionibus, censuris, & demum temporalibus, quibusquè medijs, quæ tibi summa à Deo præstita prudentia suggeret. Omittere
6 † enim hanc curam, cùm excidium totius
Christianæ Republicæ immineat, nec rei difficultas, nec partium obstinatio suadere potest. Licèt enim hæc fortissima sint, maior est Pontificalis potentia, cui Dei Opt. Max. virtus assistit. Tibi dictũ: *accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissimè*, & alibi alia à Card. Bellarmino contra Barclaium conducta, vt tuam potestatem supra cæteras ostenderet. Sic tibi Deus iuxta tuos in hac re conatus perennem vitæ spatium addat, omnia tua componat, ac ad sui demum fruitionem, pacatis omnibus aduocet.

QVÆSTIO CXXV.

An statutum, vt quis, qui nondum habet ius in re, quã possessurus est, Dominus sit, si non ingrediatur religionẽ, sin verò amittat, an inquam tale statutum sit licitum, & contra immunitatem Ecclesiasticam?

EPITOME.

1 *Statuta, & dispositiones minuentia successionem ingressis, quando nulla, vel valida?*
2 *Ingressis ex consuetudine totius Orbis minus relinquitur, quia minus opus habent.*

1 HViusmodi statuta † si in odium Ecclesiasticorum fiant, illicita fore, nec hominum consimiles dispositiones valere plusquam manifestum est; at si ad familiarum Oeconomiam (quoniam religiosi, vel moniales minori patrimonio, ac pauciori dote indigent,) ac patres familiarum respiciant, nullatenus Ecclesiasticam immunitatem violare censenda sunt, leuiterquè in hoc se habet Pontius *de matrim. lib. 3. cap. 8.* Sancez. impugnãdo; cùm vniuersi † Orbis consuetudo, &
2 Rotæ Romanæ auctoritas huic opinioni suffragetur, nec in iudicijs disputatio admittatur, vt patet ex ijs, quæ scripsimus in 2. *to n. de donat.* vnde illuc Lectorem remitto.

QVÆSTIO. CXXVI.

An Reges, & Principes recipiant suam potestatem immediatè à Deo?

EPITOME.

1 *Principes à Deo potestatem habere per quæ probetur?*
2 *Electores, & populus Dei organa.*
3 *Humana humanis medijs explicari.*

CVm multis diuinæ † scripturæ testi- 1
monijs Principes à Deo suam potestatem recipere ad litteram probetur, pluresquè priscorum Pontificum Decretales litteræ id quoquè manifestissimè insinuent, quæ partim supra *quæst. 11. ex n. 9. & per totam*, & *quæst. 8. ex num. 7.* præcipuè *num. 15.* alibiquè cõgessimus, Ceualli, aliorumquè fauore Regum opinio improbari nullo pacto potest, quinimo contrariorum fundamenta attentè inspicienda; nec enim quia populi electio præcedat, vel à principio præcesserit, ad Deũ
referenda non est, qui populo, † vel ele- 2
ctoribus, vt organis vtitur; humana enim
humanis medijs † explicantur, nec per 3
hoc diuina esse desinunt, vt probauimus supra *quæst. 13. n. 30. vsque ad 36.*

QVÆSTIO CXXVII.

An priuilegium exemptionis à iurisdictione temporali Clericis concessum fuerit, & inceperit tempore Constantini?

EPITOME.

1 *Exemptio Clericorum an à Constantino?*
2 *Ciuiles causas Clericorum quarè Patriarcha Constant. expetierit?*
3 *Constantini beneficium esse exemptionem Clericorũ D. Thomas, & Scotus docuerunt.*
4 *Iuris Consulti Theologos in hac quæst. sequuti sunt.*

AFfirmãtem sententiã † refert primò 1
P. Diana ex Salgado *de protect. tit. 1. p. 1. cap. 1. præl. 1. n. 51.* Ceuall. *de vio entijs in proœm. cap. 5. num. 11.* Negantẽ verò ait tenere Maderiagam *de senatu capite 39. §. 2. fol. 467.* & Bellarm. loco per
cum.

eum citato, addens horum sententiam ex Concilij Carthaginensis 3. *can.9.* aucto ritate manifestè probari, illumquè 130. annos ante Cōstantinum prolatum fuisse, qua temporum computatione facta sic concludit. *Vnde apparet manifestè falsitas contrariæ sententiæ*: refert inde verba Bellarmini Italo sermone concepta, probātia tempore Iustiniani distinctum forum Ecclesiasticum à profano fuisse, licèt ob
2 eiusdem † vsurpationes Constantinopolitanus Patriarcha ciuiles causas Cleticorū experierit, ac obtinuerit. *Vnde* (inquit) *apparet, quàm cautè legendi sint aliqui I.C. quando loquuntur de immunitate, & potestate Ecclesiastica*, cui sententiæ me nominatim reprobato mordicus insistit *tom.5. tract.1. resolut.21.*

Sed pro priori sententia pugnat primo historiæ veritas, nam prius Concilium tēpore Constantini fuit Nicœnum, nec ex Chronologia temporum verificari poterit, Concilium Carthaginense Tertium, imò nec primum tempore Constantini factum, vnde ne errorem adeò apertissimum accuratissimo P. Dianæ tribuam impressoris, vel scriptoris imperitiæ adscribere cogor, quod in præsenti resolutione de Constantino affirmatur, ac veriùs de Iustiniano cum loqui voluisse, quòd & auctoritates per eum allatæ conuincunt, & apertiùs tradita in præmissa *resolut. num.1 part.5.* quo loci inter Cōstantini, & Iustiniani tempora apertissimè distinguitur, quò non errasse P. Dianā doceamur.

3 Sed pro me quòd immunitatis † huius concessio quoad profana beneficio Cōstantini referenda sit, vt verissimum docuerunt D. Thomas in *epistola ad Romanos*, vers. *Propter hoc tributa præstatis*, Scotus *lib.4. sententiarum distinct. 13 quæst. 2. 4. 8. vltimæ editionis*, vbi plures concordantes ex Theologiæ professoribus, idem Cardinalis Bellarm. *ad Barclaium cap. 34.* quos cum Victoria, Medina, Almaino, Soto, Basilio Ponrio, P. Cottono, cui subscripsetūt omnes Iesuitæ Regni Gallici, pluribusque alijs in numero retuli hoc *lib. 2. quæst. 1. num. 16. & per totam*, quo loci omnia argumenta per 10 propositiones ad hāc materiam excussa sunt P. Diana etiam *d. resolut. 21* viso, licèt eum inconsultè inter affirmantes apposuerim, cùm repugnet: quibus scriptis nihil, quod addam habeo, præterquàm scripta à Salzedo *de l. politica lib. 1. cap. 13. n. 78.* cuius iterum memini suprà *quæst. 14. num. 90. fol. 287.* Gaudeo tamen post hæc etiam inuenisse P. Mag. Arauxo præcipuum Theologiæ professorem Angelici Doctoris sententiam amplectentem, ac fatentem hanc esse Theologorum recentiorum, ac antiquorum communem sententiam *in 1. 2. D. Thomæ, quæst. 97. disp. 3 sect. 5. diffic 4. fol. 687.* non vt per hoc P. Diana conuincatur, sed vt nequeat † nostram sententiam Iuris Consultis tribuere cùm non tantum recentiorum, sed etiam priscorum Theologorum placitū fuerit, vt ex D. Magistri verbis patere poterit, ibi: *Siue sustineamus oppositam Theologorum recentiorum asserentium huiusmodi immunitatem formaliter, & immediatè esse de iure humano, & mediatè, siue originaliter tātùm de iure diuino, vtpotè trahentem ortum ab illo propter exempla adducta ex sacra Scriptura, nimirum Ioseph, Esdræ, & Christi Domini, dicentis liberos esse filios. Dixi hanc esse communem Theologorum opinionem recentiorum: nam vt notat Azor. in d cap. 12. quæst. 1. Quæstio hæc ab antiquis Theologis non ita expressè fuit tractata, nisi à recentioribus, à quorum opinione ipse recedit adhærendo primæ. Sed immeritò, quia secunda est expressa Angelici Doctoris ad Rom. cap. 13. super illud verb. ideò enim tributa præstatis, asserentis huiusmodi exemptionem ortum habuisse à Principum secularium consensu, etsi consentanea sit iuri diuino, vt etiam probat Victoria in relect. de potest. Eccles. quæst. 6. prop. 2.* sint hæc verò, an opposita cautè legenda æquus lector iudicet. 4

QVÆSTIO CXXVIII.

An Princeps possit leges condere circa matrimonium?

EPITOME.

1 *Principes an in matrimonialibus leges ferant?*

1 Quid Principes seculares † in hac materia possint, quid verò eis vetitum sit, latè Sanchez *tom 2. lib. 6. disp. 3.* tradit. Cui more recentiorum Scriptorum contradixit Pontius *lib. 7. cap. 2.* sed vera distinctio est illa, quam ex probatissimis Scriptoribus tradidimus supra *quæst. 57.* vbi lectorem remissum volo.

QVÆSTIO CXXIX.

An edictum, seu statutum de non ædificandis Monasterijs, seu habendis cætibus Religiosorũ, sine licentia Principis sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

De hac quoquè cùm supra latissimè disputatum fuerit *quæst. 62. fol. 452.* nihil aliud addendum puto, nec propter superuenientes citationes librum proferendum.

QVÆSTIO CXXX.

An N. religiosus professus, qui miscuit se enormibus, amiserit priuilegium fori, ita vt sine metu censurarum possit illum Laicus Iudex punire?

De hoc casu in indiuiduo, ac occasione huius religiosi sunt scripta supra *quæst. 24.* quæ per hoc adeunda sunt.

QVÆSTIO CXXXI.

An Iudex Ecclesiasticus sit competens in causa sponsalium?

EPITOME.

Ad quæst. CXXXI. omissis duabus antecedentibus.

1 *Iudex Laicus quandoquè de sponsalibus cognoscit?*

Quæstio, de qua sermo est, iuxta Sanchez distinctionem, quam praxis fauet, intelligenda omnino est, † vt vterquè Iudex competens sit, vbi de facto agatur, sicut & de ceteris spiritualium cognitionibus sæpius in hoc opere traditũ est. 1
Quod sensit Gloss. *in cap. non est*, verb. *Vxores*, & Abb. *num. 3. & 6. de sponsal.* cum aliqua Canonistarum manu per Couarr. *de sponsp. 2. cap. 7. nu. 3.* Sanch. *disp. 29. & 69. lib. 1.* iuxta quæ sæpius seruatum vidi.

QVÆSTIO CXXXII.

Ad quem Iudicem spectet, spiritualem, vel secularem pendente lite super matrimonio, vel sponsalitijs sequestrare puellam causa explorandi volũtatẽ?

EPITOME.

1 *Sequestratio ab eodem Iudice decernitur, coram quo lis pendet.*

2 *Princeps ad turbationes vitandas puellas sequestrare potest.*

Non est in iure dubium † sequestrationem pendente lite ab eodem Iudice decernendam, qui litem terminaturus sit, ad *titulum de sequestrat. poss. & propriet.* de quo latè ego *decis. 4. tom. 1.* & in hac materia textus apertus in *cap. cum locum 14.* ibi: *Puellam, de cuius matrimonio quæstio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, faciat honestè teneri, donec prædicta causa terminata fuerit.* 1

Inuno tantùm casu Princeps † se interponit, vbi turbationes timentur, per eadem, quæ supra *quæst. 14.* tradita sunt, sequestratquè puellas apud se, vel probatissimas matronas, vbi omnis vis abest, item vbi nulla sponsalia interfuerunt, sed ob diuitias, vel nobilitatem aliqua vis probabiliter suspicatur. De quibus Regens de Ponte in *tract. de potest. Proreg.* in speciali capite adeundus est. 2

QVÆSTIO CXXXIII.

An in casu in quo Collectæ, seu gabellæ iustè Clericis imponuntur, possint imponi inconsulto Romano Pontifice,

& an dictæ gabellæ si excedant octauam partem valoris rei, sint iniustæ.

EPITOME.

1 *Gabellæ iustæ in Clericos an sint inconsulto Papa?*
2 *Gabellarum præsentium excessus refertur.*
3 *Diuites quo pacto Gabellas fraudent.*
4 *Census super patrimonijs iustissimus.*

AN Gabellæ † iure, permittente à Clericis soluendæ inconsulto R.Pōtifice indici, ac imponi possint, satis explicui supra *quæst*.41. nec à relatis à P. Diana, nisi in casu renitentiæ Episcoporum discedendum est, licèt Guillelm. Benedicti hoc etiam fateatur in *cap. Rainuntius* verb. *& Vxorem decis*. 5. *ex num*.470. Nam quoties Episcopus iuris dispositionem exequatur, alio opus non est, vt per Gratian. *discept*. 90. *num*. 19. Decian. *cons*. 51. *num*. 61. *vol*. 2. in hoc ergo subsisto, cùm per easdem met rationes, auctoritatesquè, quibus non esse ad S. Pontificem, attenta necessitate, recurrendū probatur, si talis illa sit, quæ sine scādalo huiusmodi dilationem non permittat quas exornant Gigas de *pens. quæst*. 90. *in fine*, Greg. Lopez *ad l*. 54 *tit*. 6. *p*. 1. Medina de *restit. quæst*. 15. Narb. *ad lib*. 2. *Recopil. tit*. 4. *l*. 57 *gl. vnica, num*. 24. alijquè relati per Dianam hic.

Per illas met Episcopi consensus, vbi per iniuriam consentire nolit, si in morā periculum versetur, omitti poterit, nam propter quod vnumquodquè tale, & illud magis Auth. *multò magis*, C. *de sacrosanct. Eccles*.

At quod spectat ad aliam quæstionis partem, cùm illam non tantùm ambiguā, verùm quoquè hac tempestate summè periculosam existimem, omittendā potiùs quàm examinandā censui, quando vectigalia † & Gabellæ, quæ ex speciebus ad vitam humanam comparatis valorem illarum longè superant, vt in vino, oleo, cæterisquè speciebus experimur, vnde tot meditatæ fraudes, atque miserabiliū vulgiquè grauamen: Nam diuites prępotētesquè, licèt sui victus ratione parum, vel æquè cum pauperibus grauentur, cùm in cætero patrimonij nihil pendant, attamē, nec illa in minima parte contribuere volunt, quinimo plures de hoc impositionis excessu lucrum captare † satagunt, dum 3
vina, ac oleum, cæteraquè plus æquo vectigalibus obnoxia vi, vel industria in fraudem in Ciuitates, & Villas important, vt eodem pretio vendantur, quo illa ex quibus vectigal exactum est. Vnde omnia onera in pauperes recidunt, cùm specierum domini illas adulterando salui, ac incolumes euadant, ementes verò non vinum, sed aquam potent; non oleo, sed vrina, lexia, ac huiusmodi spurcitijs vescātur, sicquè & cætera.

Ad hoc malum medendum, non tam ex conscientiæ religione, ob multorum opinionem, qui huiusmodi in vectigalibus excessum damnāt, nō ex auctoritate, *l. ex præstatione. C. de vectigal*. sed ex eius ratione moti, ac ex inconcusso omniūm nationum vsu, vt per Episcopum Corset. *in propugn. vectigalis ferici fol*. 21.

Quàm ex æqualitate, quæ in tributorum, & vectigalium impositione desiderari debet, de qua alibi dictum est, ante hæc mala anno 1615. scripsi ad censum, ac æqualem patrimoniorum † pensionē 4
deueniēdū fore *in Cod. Poitt. not*. 4. *Feder*. ex quo fiebat, vt omnes æqualiter, & pro viribus penderent, quod maius, & certius ad necessitates releuandas tributum esse poterat, exemplo Romanorum proposito. Quæ enim ratio adduci poterat, vt Rex noster, cùm redditus, qui per eum soluebātur ad quincunces reduxisset, medietatem integram postmodum à dominis retineat, vtquè hi possidentes tam egregio onere grauētur; cæteri verò, quorum patrimonium ex alijs bonorum speciebus constat, nihil pendant, cùm hi quoquè redditu ales creditores in cęteris oneribus æquè contribuant?

Hæc, & alia sæpius à me inter loquēdum inculcata proximis annis opera ingeniosissimi viri Regijs auribus insinuata,

quo

quo ex capite reiecta ſint, non percipio, cum ad communem ſolamen experimẽtum ſaltim præmitti potuiſſet. Certum cùm ſit, non ſtatim magna perfici poſſe, ſed paulatim vſu, ac vtilitate compleċti. Ex hoc enim magnum ſubditorum leuamen, Regij ærarij incrementum expectari poterat. Cùm hac vnica via exactorum peſtis ceſſaret, quæ hanc Rempublicam peſſundat, ac breui ad interitum ducere poterit. Faxit Deus, vt Rex Optimus aures proprij commodi ratione aduerſantibus referet, ac paterna, qua ſolet, pietate omnium ſaluti æquè cõſulat. Imperiumquè ſuum certis, ac infallibilibus, æqualibuſque tedditibus tutum præſtet, quæ doctiorum cenſuræ ſubijciencla ſcripſi.

QVÆSTIO CXXXIV.

Quando Laicorum facultates non ſufficere cenſendum ſit, ad hoc vt Clerici cum conſenſu Epiſcopi, & conſulto Rom. Pontifice contribuere in aliquibus caſibus teneantur?

EPITOME.

1 *Laicorum facultates quomodo excutiendæ?*
2 *Ciues non niſi pro rata publica ſoluunt.*
3 *Collecta quando imponatur.*
4 *Plebis oppreſſio magna ſi inſpiciatur, Clerici contribuent.*

EX duabus opinionibus, quas P. Diana in hoc puncto refert, quis non videt, quàm in praxi ſecunda Megalæ ſententia diſſona ſit, dum particularium Laicorum
1 facultates, † priùs quàm ad Clericorũ contributiones deueniri debeat, excutiendas fore affirmat *in 2. p. lib. 2. cap. 17. q. 6. n. 123.* quaſi publicæ neceſsitates non æqualiter inter omnes ex cenſu, vel collecta, ſed ab vno, vel altero diuite releuãdæ ſint, quod nullo iure probari poteſt,
2 nec enim ciuis niſi pro ſua rata † parte cogi poteſt, *l. ſicut 7. D. quod cuiuſque vniuerſ. nomine*, ibi: *Si quid vniuerſitati debetur ſingulis non debetur; nec quod debet Vniuerſitas, ſinguli debent.* Iuncta Senecæ ſententia *lib. 6. de benef. cap. 20.* ibi: *Si quis patria mea pecuniam credat, non dicam me illius debitorẽ, nec hoc æs alienum profitebor, ad exoluendum tamen hoc portionem meam dabo.* Hinc Bart. cautela, † vt ad collectam deueniatur, 3
quem ſequitur Alex. *in l. 4. n. 12.* vbi Ripa *n. 26. D. de re iudicata* Oinotom *in §. vniuerſitas inſtit. de rer. diuiſ.* Loſſus *de iure vniuerſ. p. 2. cap. 1. n. 94. & 95. fol. 124.*

Vbi ergo vniuerſitas adeo neceſsitate laboret, vt collectas imponere debeat, illud in primis inſpiciendum eſt, an ciues onus illud in communi ferre poſsint? vt nempe illis neceſſaria ad vniuſcuiuſquè iuxta proprij ſtatus mẽſuram remaneant, à quo decedere minimè tenentur, vt Megala à Diana relatus fatetur: quòd ſi ob magnum vectigalium pondus, ac collectarum immenſam exactionem populus adeo grauatus ſit, vt ſi Clerici eximantur magnum illi incommodum eueniret, adeo, vt commotiones inde timerentur, vel intolerabilis plebis oppreſsio, † tunc 4
ne bonum publicum omittatur ad Clericorum bona deueniendum eſſet, quo faciliùs partitum inter plures onus ab omnibus ferri poſſet. Videndi ad hæc allati à Suario *lib. 4. cap. 25.* ad Regem Angliæ *num. 15.* & allati per Narbonam *ad lib. 2. Recopil. l. 57. tit. 4. gloſ. vnic. n. 21.* quibus addo Mattã *de iuriſd.* Clementis 8. determinationem referente *p. 4. cent. 1. caſu 1. n. 51. & ante adfinem.* Nam puto quòd ex hac ſentẽtia id quod Diana cogitat, ſequatur, nempe quòd Clerici raro teneantur, quinimo cum notorium ſit, alios in vniuerſum ſoluendo nõ eſſe, vt exceptis paucis mercatoribus omnes ære alieno oppreſſi ſint, Clerici verò diuitiores, ad hos omiſſa diſcuſsione deueniendum eſſet, ex traditis per Martam ibi *num. 55.* ex Bart. *in l. decem, D. de verb. oblig.* ac Capic. *deciſ. 54.* Capell. *Tholoſ. deciſ. 196.* Afflict. *deciſ. 318.* vbi quòd per hoc Decretum illud Clem. VIII. abſque alia diſcuſsione executum fuit, quoniam inquit cuilibet conſtabat Piſanorum bona non eſſe ſufficientia, propterea fuit ſine diſcuſsione executa Sũmi Pontificis ſententia. Quid de Hiſpanici Imperij ſubditis poſt tot be-

bella, dixisset, cum de subditis Magni Æturiæ Ducis pacifici vsquè ad hæc tẽpora Principis sic loquatur?

QVÆSTIO CXXXV.

An Inquisitores possint procedere cōtra Iudices Laicos, si remissiùs agant cũ hæreticis sibi relictis, & pœnã mortis per ignem non imponant?

EPITOME.

1 *Inquisitores seculares Iudices, vt pœnas exequantur, cogunt?*

2 *Ossunensium Ducis factum refertur.*

Optimè P. Diana resoluit seculares † Iudices nihil de iuris rigore fauore hæreticorum eis dimissorum, vt pœnas
1 legitimè statutas exequantur, remittere posse; nam in huiusmodi delicto Iudices vicem executorum obtinent. Nec secus tenendum est, nisi fortè sententia euidentissimæ iniquitatis argueretur: tunc enim non ab executione, sed à receptione rei abstinere deberent, executionisquè commissionem recusare, per tradita à Marta *de iurisd. p. 1. cap. 51 ex n. 32. ad plur. seq. & cap 52. n. 17.* & alibi sæpius. Sed quid è conuerso, an si Inquisitores remissiùs se gesserint, ac per iniuriam reos inultos dimiserint possit Iudex Laicus pro publica disciplina in hæreticos conuictos animaduertere, ac legales pœnas exequi? Magna est altercatio, audiuimusquè à patribus
2 nostris † Ossunensium Ducem ex leuitate suppliciorũ ab Inquisitoribus Siculis (cũ culpas audisset) Sthonischatũ aliquos furcis suspendisse, alios ad triremes damnasse. Quod tamen nec probo, nec improbo, sed cẽsuræ DD. Inquisitorũ remitto.


QVÆSTIO CXXXVI.

An Inquisitorum iurisdictio in familiares suos in criminibus alijs diuersis ab hæresi sit secularis, vel Ecclesiastica?

Cum de hac hipothesi integrum libellum scripserim, occasione controuersiarum, ad quas sedandas, ac componendas ex Sicilia in hanc Curiam à Prorege, & Regno in anno 1632. Legatus adfui, quem in Codice demum cum suis determinationibus inserui; ex quibus & præmaximè ex Decretis eiusdem Supremi Senatus, quid in hac re sentiendum sit, clucet, meritò alia addere supersedeo, ac finem huic secundo quæstionum libro libenter impono sub tua Clementissime Domine, ac Ecclesiæ correctione.

Additio ad quæst. 1. lib. 2. adn. 33.

Quod ad Petri præeminẽtiam ad cæteros Apostolos fundandam cẽsum pro se, & eo solui Dominus præcepit. Vide D. August. *cap. 104. quæst. 75. vet. & noui test.* D. Hieron Comm. *in cap. 18. Matth.* Mauclcr. *de Monarch. Eccles. 2. p. lib. 1. cap. 2. col. 272 lit. B.*



IN-

INDEX MATERIARVM. LIBRI, quæstionis, numeri marginalis, & folij.

Index materiarum.

B.

Index materiarum.

bitos

Con-

Index materiarum.

quam

Cor-

Eccle-

Fide-

Index materiarum.

Gabel-

Index materiarum.

tem

Ini-

secu-

M

Index materiarum.

Peri-

Index materiarum.

Pon-

Pri-

Re-

Sum-

Index materiarum.

V

Index materiarum.

Soli Deo honor, & gloria. Iosephi filij labore.



